DOMINICVS GALESIVS
DE
RESTITVTIONIBVS
IN INTEGRVM.

DOMINICI GALESII

I.V.D. FINARIENSIS

SAC. CONGREGATIONIS INDICIS CONSVLTORIS

Et in inclyta Romanæ Sapientiæ Vniuersitate olim Sacrorum Canonum, nunc Pandectarum Interpretis.

TRACTATVS

DE RESTITVTIONIBVS IN INTEGRVM

Concedendis, vel denegandis ex Edicto Minorum, ex Edicto Maiorum, & ex Generali Clausula Edicti Prætorij.

COMPLECTENS

Vniuersum ius restitutionis in integrum, quæ Iustitia dicitur, competens Ecclesijs, Pijs locis, Pupillis, Minoribus, Maioribus, Mentecaptis, Prodigis, Infirmis, Furiosis, Absentibus, Mulieribus, Militibus, Pauperibus, Rusticis, cæterisque legitimo impedimento detentis. Ciuitatibus etiam, Villis, Castris, Locis, & quibuscumque Vniuersitatibus.

AD PRAXIM TRIBVNALIVM

Aptatus, & ordinatus, expressis Rescriptis, & stylo Sacrarum Congregationum, Signaturæ, Rotæ, Tribunalis Auditoris Cameræ Apostolicæ, & Curiæ Capitolinæ.

DILIGENTIBVS ETIAM EXORNATVS COMMENTARIIS

Ad omnes Sanctiones Ecclesiasticas loquentes de in integrum restitutione inter Decretales, Sextum Decretalium, & Clementinas registratas.

Nec non ad Constitutionem S. M. Vrb. VIII. super præseruatione Iurium Sedis Apostolicæ, inferiorum Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum à quibuscumque præiudicialibus. Et ad Cap. Quidam cedendi, de Renunciatione.

Singulis Sacrarum Congregationum Decretis Sacra Rota Decisionibus, & vberrimis Notis ab Historia, & Chorographia desumptis, illustratis.

Opus tum in Cathedris, tum in Foro versantibus vtilissimum, cum Indice locupletissimo Materiarum, quæ in Tract. Com. & Dec. expressæ habetur.



Alma in Vrbe Superiorum Assensu Anno Magni Iubilæi ab Orbe verò Redempto M. DC. LXX V. Nicolaus Angelus Tinassius imprimebat.

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO

S. R. ECCLESIAE

CARDINALI NERLIO

ARCHIEPISCOPO FLORENTINO

DOMINICVS GALESIVS F.

PRINCIPEM Virum exoptans, qui primogenitum hunc ex varijs mearum Lucubrationum fœtibus vtriuſque Iuris Arcana, ſacræ eruditionis melle perfuſa, duodecim annorum curſu in publicis Exhedris explicata, & ad Fori praxim digeſta claudentem, inclyto ſui nominis patrocinio foueret, ſuoque Lumine ſplendeſcere pateretur; ea animi propenſione motus, qua Te olim, Princeps Eminentiſſime, in priuatæ virtutis, doctrinæque eminentia publicis commodis deſeruientem, inter eruditiſſimos Romanæ Aulæ Præſules præclariſſimum, & Iuſtitiæ vindicem integerrimum reſpiciebam, mox verò in augusto purpuratorum Patrum ſubſellio collocatum, vti Iuriſprudentiæ, & Eccleſiaſticæ eruditionis Oraculum veneror, huic Te muneri potiſſimum deligendum decreui. Quamobrem Opus hoc in tuum ſinum confluit, vltròque purpuræ tuæ, omnium virtutum gloria præfulgenti accurrit, vt de tuo Nomine, cuius Numini dicatum, & conſecratum in publicam lucem prodit, Lector ſingularem quemdam de ipſo opinionem efformet, à Summo Viro probata, non niſi ſumma intelligens. In Te ſiquidem iure merito Sapientia dignitatem quærit, in quo tot dignitates Sapientiam inuenerunt, quod non eſt vt altius argumento deſumpto explicem, cum Alexandri VII. Clementis IX. & Clementis X. Sapientiſſimorum Pontificum, de Te iudicia non niſi maxima quæque de Te ſentire permittant. Et ſanè, qui Te ab ipſa Natura ad grauitatem, temperantiam, & animi magnitudinem efformatum in primo tuæ ætatis flore non modò Vtriuſque Signaturæ Referendarium, ſed inter Sapientiſſimos eiuſdem Tribunalis Areopagitas, quos Votantes appellamus, cooptatum viderunt, tantaque ſedulitate, & virtute tui muneris partes implentem

audi-

audiuere, eluctentem tuam in legibus interpretandis æquitatem, in explicandis scientiam, qua non semel supremi eiusdem Tribunalis Vota in tuam sententiam pertraxisti, nec non in partium altercationibus vitandis prudentiam admirabantur, ignari quomodò dum omnia Iustitiæ dares, plurimum nihilhominus gratiæ tribuere videreris. Narrare mitto delatas Tibi Basilicæ Vaticanæ Canonicatus, Parci Maioris Abbreuiatoratus, nec non Prothonotariatus Apostolici insignes Prælaturas. Non ibo per singula demandata Tibi Apostolica munera, & Ecclesiastica decora, quæ quidem cum multis, qui per tot secula loco, vel munere præiuere, communia habere potes, neque modestiæ tuæ grata forent, nec vlli ignota puto. Quæ singulariter tua sunt, & quibus Sapientum oculi prægrandi admiratione capti, qualis sis, qualisque aliquando futurus eris facilè diuinarunt, in medium reuocabo, non quòd animi tui præstantia, qua natus ad maxima omnem laudem superas aliqua encomiastica scriptione indigeat, sed vt nulla vnquam ætas, ad Ecclesiasticorum Principum Exemplar, de tuis laudibus conticescat. Fuere quidem ornamenti, clarissimis Maioribus tuis, Præsulum Tyaræ, Sacrorum Heroum purpuræ, Regiæ ad Principes Legationes, & cuiusuis augusti Magistratus honores, hæc tamen omnia à tuis virtutibus maiorem nitorem accipiunt, quarum Sedes Apostolica inspectrix, de tua in rebus agendis prudentia, perficiendis sapientia, rectaque, & inculpata viuendi ratione non ignara, Te inter grauissimos Boni Regiminis Purpuratæ Congregationis Patres adlegit, adhuc florentibus annis Prolegationis Bononiensis dignitate, quæ lydij lapidis instar esse censetur, decorauit; vbi cum in difficillimis per obitum Alex. S. M. VII. Pontificij inter regni temporibus, quanta prudentiæ laude, quantaque Sapientiæ opinione perfulxeris, ipsi rerum euentus comprobassent, & omnia probè nosset, qui in proxima Diuinitati Sede, vti Christi Vicarius veneratur Princeps Noster, re, & nomine Clemens ter Optimus, terque Maximus, cuius probitatis memoria apud posteros immortalitatem æquabit, Te ad Poloniæ Regem Nuntium Apostolicum misit ibique arduis rebus præpositus, cum summo ingenio, & dexteritate quæque gessisses, magnumque de Te maximis in rebus agendis, atque perficiendis experimentum dedisses, Te ad Cæsaream Leopoldi Imperatoris Maiestatem, vt furentis Martis tela, ex Cæsareis, & Polonis Armis vnitim desumpta in Othomani Imperij exitium conuerterentur, extraordinaria demandata legatione transmisit, Teque Apostolica deinde ad Regem Galliæ Nunciatura condecorauit, cuius munus

mus; omni decore, summa fide, & occulata prouidentia perfungentem, meritorum duntaxat tuorum, non officiorum generoso ambitu prouocatus, proximæ pontificio fastigio dignitatis purpura, communi omnium plausu, tuis virtutibus exornatis, Te Romam euocauit; totiusque Aulæ fælicibus votis, atque suffragijs excepto, & in publicæ Curæ partem adscito, maiora Sedis Apostolicæ negotia, sapientiæ, & integritati tuæ concredidit, vtque in maximis Ecclesiæ oneribus Te adiutorem habere posset, Te vnum à Secretis Status elegit. In hac autem tam illustri Prouincia, & excelso Senatus Vaticani munere obeundo, tantam Catholicæ Reipublicæ partem refers, tanta erga Deum pietate emines, & in rebus quibusque summis pertractandis dexteritate, prudentia, iustitia, & liberalitate præfulges, vt ne dum in Orbis Regia tecum degentes, sed & exteras ipsas Gentes in tui venerationem conuertas, & rapias in Præclarissimas ingenij, & præstantissimi animi tui dotes, quibus cuncta perfecisti tacita potius admiratione, quàm verbis exequi facilius redditur Princeps Eminentissime. Quapropter cum ratio ipsa suadeat, vt quod assequi non possum, sequi desinam, Aurea tot, omnique posteritati memorabilia ad rem Ecclesiasticam à Te gesta, & summa celeritate, atque integritate confecta prædicent Poloni, testentur Germani, fateantur Galli, qui hæroicas ingenij, & genij tui dotes tanta admiratione respiciebant, vt vbique fama præsens, vbi aberas in optatis, vbi aderas in delicijs habereris; Ostro, quo inter purpuratos nites prius populi votis, & propria virtute, quam Sanctissimi Principis Clementia exornatus. Et quoniam in generoso cuiuslibet laudis contemptu, inuicta animi tui constantia, calami mei progressus comprimens, panegerym de Tuis laudibus protendere vetat, ipsas saltem in Epitomen arctare liceat, hoc vnum, quod inculcabit posterorum famæ, commemorando, Florentinum nimirum Archiepiscopatum, ne Patriæ tuæ deesses, neue longè Roma abesses, ante purpuram, nulloque præuio examine tuis laboribus additum, tuæque integritati concreditum. Vix etenim Patruus Tuus Franciscus S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Nerlius, Heros rara omninò virtute, corde religiosus, ore suauissimus, sapientia admirabilis, sacerrima Vitæ innocentia præclarissimus, sedula, & irrequieta animarum salutis cura vigilantissimus, religione incomparabili, clementia omnium animi decorum integra possessione ornatus, qui, qualis, & quantus fuerit abundè declarat Vaticana Purpura, non vti fortunæ donum, sed vti virtutis præmium à Clemente S. M. IX. accerrimo, & integerrimo

meri-

meritorum æstimatore ad ipsum delata post varia fæliciſſimè obita regimina, summa cum Pontificiæ gratiæ, eruditionis, ac probitatis commendatione, in vinea Domini sudatiſſimè elaboraſſet, & Florentinam Eccleſiam ſanctiſſimè rexiſſet, communi infortunio, in omnium licet memoria iocundiſſimè rediuiuus, tumulatus extitit, quod Clemens nunquam interituræ gloriæ Princeps huius nominis X. Te ter Optimi Patrui Nepotem meritiſſimum, eiuſque virtutum Imitatorem exactiſſimum, digniſſimum ſucceſſorem delegit. Inculcabit etenim poſterorum famæ, quod Te, quamuis Florentinæ Inſulæ ad motum, in Vrbem nihilhominus Sapientiſſimus Pontifex reuocauerit, vt virtus tua, quæ in peculiari, licet nobili regenda Archiepiſcopali Eccleſia propemodum latuiſſet, in hoc Auguſtiſſimo Catholicæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ Sedis Theatro, glorioſius, atque vtilius emicaret, & eò efficaciorem, quò proximiorem Vrbis, & Orbis communi bono operam, admoueret, meum non eſt deſcribere, quæ ſatis admirari vix poſſum; cumue tot, tantaque præclara, quæ de te dici poſſent eruditiſſimum quemlibet Scriptorem exanimenr, quæ verbis facilè exequi nequeo, tacito obſequij monumento percurro, & precor vt has qualeſcunque voces, ex intimo tamen cordis expreſſas in his paginis ex purpurato tuo Nomine cum immortalitate victuras, vti perpetua meæ in te obſeruantiæ teſtimonia, excipias. Meque in tui patrocinium iam pridem benignè ſuceptum confirmes, & foueas. Vale.

PRAE-

PREALOQVIVM
FRANCISCI PTOLEMAEI
PATRICII SENENSIS
IN ALMAE VRBIS ARCHIGYMNASIO
Primarij de mane Iuris Ciuilis Interpretis.
EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOMINI
CARDINALIS SFORTIAE
AVDITORIS.

CONSVEVERE *Tragedi epistolam capere de ijs, quibus pro se loqui non licet*[1], quam vocalissimus Curio stentoria voce proclamaret. Hinc ego in Curionem assumptus Authoris litterariam in scenam prodituri, quæ eiusdem modestiæ sunt ineffabilia ex epistola præloquar, rudi quidem stylo, sed vero, ideòque breuissimo, tùm, vt qui *in hunc librum inciderint ad primam paginam non lassi perueniant*[2], cùm quia *probis viris nihil aliena addit oratio*[3], ac ne *blanditiæ longiores corrumpant veri dignitatem*[4].

Galesium nobile genus, vel à lacteo morum animiquè candore, vel à Gallo, regio, sacro, ac pugnacissimo animanti[5], quem adhuc in stemmate gestat, vel à Galathis Populis denominatum[6], à Galesa Decapolitanæ Regionis Ciuitate[7], vel melius à Galision Ephesiorum vrbe[8], originem duxisse credibile est; Italiam tamen transuectum propè Tarentum[9], vbi eiusdem nominis flumen est[10], consedisse veterum monumenta testantur.

Hoc Romam crebris eius Gentis victorijs aduocatum[11], cùm Galesiæ Tribui nomen dedisse dicatur[12], placida potitum quiete non ambigitur, donec varijs Barbararum Gentium expulsum conatibus, tutissimas inter Italiæ Sedes, ligustici maris oras elegit, atque consedit Pollupici Liguriæ vetustæ Ciuitati, ac mediæ inter Vada Sabatia, & Albingaunum[13], qui postea Finale dictum est, vel ab aeris puritate Thusce *fin'aria*[14], vel ab vbertate glebæ *Fenarium*[15] [illegible]

Pollupici inquam, seù Finario consedit quatuor arcibus in opulentissima valle affluenter munito, nobili ob Carrectiorum Procerum splendidissimam sedem, quorum Cardinales non ab alio suæ iurisdictionis nomine, quam à Finario denominationem sumere voluerunt[16], nobiliori, quia tantum viribus valuit, vt ad eius resistentis subiectionem potentissima tunc Genuensium Respublica triremes insolitæ magnitudinis, ac virium condere coacta fuerit[17]; nobilissimo tandem, quia generoso recæpit hospitio, bis Carolum quintum Imperatorem[18], semel Imperatricem ex Hispania Viennam, seù Vindomanam Imperij Sedem prodeuntem, atque Reginam Hispaniarum contrarium iter metientem, à qua Ciuitatis, ac Nobilitatis nuncupationem obtinuit.

Hic suum genus traxit Author fumosis clarum imaginibus, quas vetat edere tum tempus edax rerum, atque inuidiosa vetustas, tùm quia stemmata non prosunt, nec iuuat pictos maiorum vultus ostendere: namquè

Nobilitas sola est, atque vnica virtus[19].

Vndè sat erit, vt proposita breuitas obseruetur, ad maiorum Authoris virtutem indicandam, si eiusdem octo viuentes Adgnatos numerauero insigni Doctoratus Laurea decoratos, inter quos quinque supereminent Germani Fratres, atque Patruus nomine Bernardus, qui moribus, doctrinaque clarissimus, ac Sacræ Theologiæ doctor renunciatus, meruit non modo Præposituram insignis Collegiatæ primam in Patria dignitatem, sed vt ad Orani Episcopatum à Prorege Sardiniæ no-

minaretur. Hunc insignem virtute ac pietate virum quis non dixerit? cùm opibus, consilioque vbique iuuerit Authoris ingenium, vt vires suas ad auitum familiæ splendorem integrandum exhiberet.

Talibus auspicijs Author primæ ætatis tyrocinio, honestis sanctisque moribus imbutus Genuam se contulit, vbi Rethorices, politioris doctrinæ, atque Phylosophiæ rudimenta apud eloquentissimos Societatis Iesu Patres celeriter hausit: indè ad Iuris vtriusque prudentiam conuersum animum, tam alacri mentis impulsu ad Augustæ Taurinorum Academiam profectus penitiora eiusdem arcana collustrauit, vt breui in æqualium ingeniorum palestra longè clarissimus, ab amplissimo eius vrbis Senatu concordi calculo nobilem Doctoratus coronam obtinuerit [10].

Hinc perenni onustus gloria patrios repetijt lares, indèque breue post tempus Romam non modo generalem omnium hominum, sed maiorum suorum specialem Patriam conuolauit, vt in amplissimo totius orbis theatro splendidum suæ virtutis specimen exhiberet. Nec mora. Vacante tunc in Archigymnasio Lectura quarto vix lustro ætatis exacto, solemni, ac rigoroso examine comprobatus, ab Alexandro VII. iustissimo, acerrimòque iudiciorum æstimatore, iunior licet inter competitores, Institutionum Iuris Canonici professor est renunciatus; deindè à Clemente IX. inter Censores librorum improbatæ lectionis adlectus, quibus Pontificibus audientibus mellita orationis facundia, egregiòque actionis decore perorauit, dum Sacrum in Cappella solemniter ageretur. Mox ad vlteriores Academiæ gradus procedens extraordinarias Iuris Ciuilis materias diù sapienter exposuit. Nobilissimo tandem studio Pandectarum addictus solido doctrinæ pondere, ac florida eruditionis vbertate, non vulgares animi dotes audientibus indesinenter ostendit. Atque, vt anteacti laboris fructum aliquem proderet, *hoc Restitutionis in integrum* præclarum edidit opus, cuius materiam è suggestu per annum publicè declamauerat. *Vtilitas huius tituli non eget commendatione: ipse enim se ostendit* [11], verum ex ipso noscet vnusquisque quam sit Author ingenio ad inueniendum acuto, ad examinandum solerti, ad exarandum prompto, & vberi: cum constet neque illi vel meditationis laborem, vel insaturabilem quandã abditissima quæque capessendi spiritum defuisse.

Verùm quia florescentis ingenij vis nouos assiduè fructus parere non desinit, quanta sit Authoris præstantia cognosces ex altero tractatu quem mox est editurus sub nuncupatione *Pontifices Legislatores*. Colliges enim quam varia sit eruditione refertus, cum historias ac gesta Pontificum contineat vniuersas; quam solidè totius Ecclesiasticæ Doctrinæ enucleet ambiguitates, quam perfectè, cùm postquam operi septem insudauerit annis totam ea in re ingenij sui penum exhauserit.

De hoc, nam mihi iam tota effluit aqua breuitatis, sequens proferam incorruptum iudicium Illustrissimi D. Caroli Cartharij Sacri Consistorii Aduocatorum Decani meritissimi, qui Nobilis licet Vrbeuetanus, è vetusto Carteriorum genere procedens [12], atque dignissimus Senatoris Romani Iuliui filius, ac proindè verè Patricius [13], auitis, proprijsque decoribus fulget, virtutum, operumque claritate nobilissimus, inter quæ excellit *Synopsis Aduocatorum Consistorialium*, atque inter edenda liber expectarissimus *De Romano Atheneo*. Is ità proprijs, alienisque laboribus incumbit, vt per eum sit semper honos studijs duraturus: *Etenim inter præcipua huius ornamenta sæculi numerandus, colit studia, studiosos amat, fouet prouehit, omniumque, qui aliqua componunt, portus, sinus præmium, omnium exemplar, ipsarum denique litterarum iam senescentium reductor, ac reformator, domum suam studiosis præbet oportunam, auditoria mira benignitate frequentat*, vt de Titinio Capitone scribit Plinius [14]. Nec ignoratur, *quantòpere bonis artibus faueat, quantum gaudij capiat, si nobiles iuuenes dignum aliquod maioribus suis faciant*, vt idem Plinius de Spurina testatur. Vnde mirandum non est Antonium Stephanum Cartarium tanti Patris dignissimum filium, ità liberalibus artibus, solidisque disciplinis profecisse, vt quilibet eruditus exposcat eiusdem tractatus, quibus nomen est *Europa gentilitia*, ac *La bilancia delle Stelle*, quos subsecìuis horis sapienter exarauit.

Huius-

Huiusmodi comprobatum testimonio *beatissimum authorem existimo, qui bona mansuraque fama præsumptione fruetur, certusque posteritatis per sua opera cum futura gloria vivet.* Etenim cum Plinio *omnes homines arbitror oportere, aut immortalitatem suam aut mortalitatem cogitare* [11]. Itaque ab hoc opere procul esto malignus interpres: *improbè enim agit, qui in alieno libro ingeniosus est* [16]. Tuquè Lector humanissimè Authori plaude, ac Vale.

DOMINICO GALESIO
FINARIENSI

Viro Erudito, Sacræ Congregationis Indicis Consultori & in Romana Vniuersitate Pandectarum Professori.

CAROLVS CARTHARIVS

Sacri Consistorij Aduocatus S. P. D.

MAgna profectò laude dignus censendus est ille, qui Patrijs laribus, domesticis nempe delicijs, derelictis, aliò se confert: maiori, qui Regias Vrbes adit, vt ibi virtute proficiat: maxima, qui de exquisita, cœptaque virtute ipsa testimonium proprijs Lucubrationibus exhibet. Dum hæc expressi, Galesium indicaui. Tu siquidem, iuuenili ætate, generosa mente, Patriæ, Genitoribus, Amicis vale dixisti, probè edoctus, quòd *humiles, & plebeiæ animæ domi resident; & adfixæ sunt terræ; illa diuinior est, quæ Cælum imitatur, & gaudet motu*: & Horatiano impulsus incitamento.

I bone, quo virtus tua te locat, i pede fausto,
Grandia laturus meritorum præmia. Quid stas?

ad eam Vrbem properasti, quæ; vt Chisius cecinit Vates.

Orbis Roma decus, dominatrix Roma potentum.

Et in qua Scientiæ adeo efflorescunt, vt non immeritò Pius Secundus de ea asseruerit. *Quemadmodum Terræ flumina, quamuis ampla, & profunda, nomen amittunt, ingressa mare, ita Doctores domi clari, & inter suos illustres, Romanam adeuntes Curiam, inter maiora lumina nomen, & lucem amittunt*: in ea pedem fixisti; legali Philosophiæ, constanti pectore, incessanti labore te dedisti; in arduo literario certamine (concursum nuncupamus) coram Flauio Card. Chisio Sedente Alexandro S. M. VII. propriæ virtutis experimentum fecisti; publicam Iuris Pontificij Exedram in Romana Vniuersitate promeruisti; lucubrationum damnatæ doctrinæ trutinator, ac censor, à Clemente S. M. IX. demandata tibi facultate, euasisti; & politioribus literis exornatus, non semel tantùm, tum eodem in Areopago, tum in Pontificio Sacello perorasti. Hæc Galesianæ Imaginis, si non pennicillo, calamo saltem delineatio; sed eandem validioribus coloribus ad viuum expressam inspecturus in dies est Orbis. Modò ad rem nostram. Magni Operis partem minimam, cui manum admouisti, accuratè perlegi, à Petro nempe Apostolorum Principe, Summo Pontifice, ad Clementem vsque Primum in eadem suprema Dignitate per interualla successorem: ingenuè fateor, vt soleo (adulari siquidem nunquam didici) quòd in vngue leonem sum admiratus; iudicium etenim, ac prudentia in inuentione ibi satis emicat, dum tu homo sacer, sacra in Vrbe, Sacrarum Sanctionum Interpres materiam sacram pertractandam selegisti, & *Pontifices Legislatores* inscribi Opus voluisti: Doctrina, atque eruditio ibi consociæ perbellè apparent, & aptè quidem miscuisti vtile dulci, vt eodem tempore docendo, ac erudiendo, legalem asperitatem eruditionis variæ dulcedine condires: hinc habebunt Iurisprudentes, habebunt Historici, habebunt docti, ac eruditi quid addiscant, quid admirentur. Perge itaque hilari animo Pontificum Legislatorum Historiam

legalem fæliciter incæptam Lucubrationem, ex qua perennem tuo nomini famam promanaturam nequaquam est ambigendum; nam

Post obitum bene facta manent, æternaque Virtus.

Nec te deterreat labor, ad Clementis Decimi faustè regnantis Sanctiones perducendus; etenim, Seneca teste. *Generosos animos labor nutrit*: *Laborem si recuses, parum esse potes*. *Non est viri timere sudorem*. Et ex Cicerone. *Iustus, ac honestus labor honoribus, premijs, splendore decoratur*. At festina lente; *nascitur enim* (vt Plutarchus docet) *ex assiduitate laborum animi hebetatio quadam, & languor; & sicut planta mediocri aqua alentur, immodica suffocantur, sic animus moderatis laboribus adiuuatur, immoderatis obruitur*. Hæc mea sententia, studiosissime Galesi, vt sciscitanti tibi faciam satis. Vale, meque ama. Ex Vrbe æterna. Anno à salute parta millesimo sexcentesimo septuagesimo, Idibus Octobris.

---

1. Martial. in Epist. lib.1. Epigr. Rader ibidem Ramirez ibidem Plin. lib. 4: ep.7.
2. Martial. ibidem.
3. Simmac. lib.3. Ep. 48. & 91.
4. Idem lib.1. Epist.22.
5. Plin. lib.10. cap.21.
6. Plin. lib.5. cap.22. Strab. lib.4. Geogr.
7. Plin. lib.5. cap.18.
8. Ortel. in Thesaur. Geogr.
9. Virgil. Aeneid. 7. vers. 525. &c. Senec. itidem la Cerda alijque.
10. Virgil. ibidem vers. 573: Georg. 4. vers. 126. ibique Seru. Horat. lib. 2. od.6. Acron. & Porphir. ibidem Liu.lib.5.dec.3. f. m.126. Vib.sequest. de Flumin. Boccacius de Flumin. Ortel. in Thesau. Geogr. Ferrar. in Lex. Geograph. Paul. Merul. Cosmogr. lib.4. p.3.
11. Liu. lib.1. & 2.dec.3. & alibi. Tacit. lib.3.cap.11. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerum publ. lib.4. cap.6.
12. Panuin. de Ciuit. Romana fol. m.311. Nardin. in antiqu. verò lib.2. cap.4. fol. mihi 156. &c. Ferrar. in lex. geogr. Plin. lib. 10. c.21. Beroald. ad Apul. met. lib. 2. in v. Dictura Præsagium.
13. Ortel. in Thesaur. Geogr. Ferrar. in lex. geogr. P. Merul. Cosmogr. lib:4.p.3.
14. Blond. in Liguria P. Merul. ibidem.
15. Sansouin. orig. famil. ill. Ital. de fam. Carretta f. m. 206.
16. Sansouin. ibidem.
17. Petr. Bizzar. Histor. Reip. Genuensis lib.12. fol. m.273.
18. Sansouin. ibidem.
19. Iuuenal. sat.8.
20. l. 1. ff. in integr. restit.
21. De Cartorio Gruter. 959. 2. & 967. 3. Simm. lib.8. Ep.16. lib.9. Ep.6. & 28. De filio Cartarij idem Simm. lib.4. Ep.19.
22. Liu. lib. 1. dec. 1. cap.3.
23. Plin. lib.8. Ep.12.
24. Plin. lib.5. Ep.17.
25. Plin. lib.9. Ep.3.
26. Martial. in Ep. lib.1. Epigr.

LE:

LECTORI BENEVOLO.
DOMINICVS GALESIVS.

QVAE inter varias tam Ecclesiastici, quàm Cæsarei Iuris materias in publicis Exhedris, duodecim Annorum cursu, quoad Leges, & Canones de In Integrum Restitutione loquentes, deglutienda proposui, ad formam, & praxim Tribunalium digesta expono, non Controuersiarum, aut Consultationum Volumina exhibendo, quasi Clientibus priuatim vendita, publicè donare velim, sed peculiari edito Tractatu diligenti quinque annorum studio absoluto, nullo mercedis amore ductus, fidei, Iustitiæ, & æquitati duntaxat consulens: Legalium etenim sententiarum nodi verius in Tract. *quam in* Consult. *soluuntur; cum in illis nihil ad scribentis fructum, in istis verò omnia ad Clientis votum proponantur. Et quamuis haud ignorem tam immensam de in integrum restitutionibus esse materiam, vt si qua breui, clara tamen methodo componere studui, latiori stylo alter euoluere velit, non pauca Volumina implere possit, & debeat; nihilominus, in hoc* Tract. *vbi agitur* de restit. in integr. ex Edict. Minor. & ex Edicto Maior. & ex Clausula Generali Edicti Prætorij *habebis, quò in rebus profanis.* In Comment. verò ad Const. Ecclesiasticas sub rubrica de restit. in integr. registratas, & ad Vrb. S. M. VIII. Constitutionem de præiudicialibus Ecclesiæ nec non ad Cap. Quidam cedendi, de Rennnc. *inuenies, quò in rebus Ecclesiasticis tuum desiderium exornes. Veritas enim in paucis consistit, vndè Sapientes iure merito prolixitatem fastidiunt, & in compendium contracta magis amant. Profiteor tamen non meum esse consilium post tot de hac materia disceptationes, tot locis eruditisque calamis sparsas à* Sfortia Oddo, Francisco Caldas, Mauritio Bolano, Gasparo Manzio, *& de recenti erudito stylo atque mirabili methodo ab Eruditissimo, & peritissimorum iuris doctissimo* Hieronymo Calà in suis Obseruationibus de restitutione in integrum minoribus alijsque priuilegiatis personis quandoque deneganda; *malè recoctam, quod aiunt, rapam, fastidioso præsertim nostri seculi palato obijcere; sed huius operis institutum esse quicquid in Pontificio, & Cæsareo Iure in materia Restitut. In Integrũ notabile dari potest, illustri loco ponere, & varias perfectissimorum ingeniorum interpretationes ad Leges, & Canones de ipsa loquentes, materias Ecclesiasticas à profanis distinguendo, quod à nullo hucusque factum inueni, in vnum veluti perfectionis corpus, includere, grauiores magisque communes in vtroque Iure DD. Sententias in*

praxi

praxi sectandas exprimendo; non minutias quasdam scholasticæ potius, & Accademicæ exercitationis, quàm iuridicæ veritatis consectatus, sed ex præstantissimis ipsis Romanorum Pontificum, & Imperialium Constitutionum Sanctionibus ratione, & veritate perquisita, nec non inter grauium hinc inde Iuris Consultorum, & Canonistarum conflictus, quorum multi vertiginosa potius opinandi licentia, alijsque affectibus, & causis, quàm Textus litera, & ratione perpensa, calamum strinxere, ex solidissima Sac. Rom. Rotæ Areopagi sententia, atque doctrina decisione desumpta; re verò aliter postulante proprijs interpretationibus, rationi, & literæ Textui innixis; nodosis vtriusque Iuris ambiguitatibus, & quæstionibus illustratis, vbi etiam argumentorum conditio tulit, præsertim in Commentarijs; Veterum eruditione aspersis, vt interdum legalium Conclusionum austeritas, historica veritate, veluti succo perfusa mitescat, quorum ordinem colligere potes ex folio Coordinationis totius Operis, vbi ne dum Capitum, sed & rerum Notabilium Elenchus proponitur. Non enim tanti sum, neque ità arrogans, vt propriam auctoritatem absolutè proponam, sed eatenus tantum, quatenus reddita ratio testatur, atque suadet, quæ si alicubi minus solida appareat; corrigendam exopto, & Correctori, vti Adiutori gratias agam. Nullo autem pacto Auctoribus, Opinionibus verò, non nisi vt dissonant, aduersari intendo, atque profiteor, hoc vnum simpliciter contendens, quæ nam sit intima, germana, & literalis mens Canonicarum, & Ciuilium Constitutionum, quas sub Tit. de In Integrum Restit. habemus, quæue sit Historica veritas de rebus obiter contingentibus constanter, & intrepidè duntaxat indigitare. In quo non parum iuuit Ioannes Bernardus Galesius frater meus, Vir vtriusque Iuris laurea candidatus, in Romana Curia ad Aduocationis munus exercendam Pontificiarum, & Imperialium Constitutionum studio intentus, qui præter Indicem totius Operis, rebus præclarissimis abundè conflatum, Recentiorum omnium Sac. Romanæ Rotæ Decisionum huc vsque impressarum de rest. in integr. loquentium Cathalogum diligenti, & erudito calamo perfecit, Recentissimas quoque eiusdem Sac. Rotæ Decisiones propositam materiam percutientes nusquam impressas collegit, & adiecit. Hosce ergo literariorum laborum meorum fructus, quo dantur animo ab omni fuco, & mendacio naturaliter alieno, eodem accipias, & quæ animi tui candore vtilia indè hauseris ea ipsa in Deum Sapientiæ fontem reuolue; si qui autem fuerint, (de quo non est hæsitandum) liuidorum oculi, meminerint quæsò, pueriliter infælicis, maleque feriati ingenij esse alienam famam cum honestè obscurare non possint, per inuidiam illatrare. Vale, diùque fæliciter Viue.

COOR-

COORDINATIO
TOTIVS OPERIS.

PRIMO loco ponitur *Tractatus de restitutione in integrum, ex Edicto Minorum, ex Edicto Maiorum, & in vim Clausulę Generalis Edicti Pretorij.*
Secundo loco ponuntur *Commentaria ad Titulos de Restitutione in Integrum in Decretalibus, Sexto, & Clementinis registratos* in quibus ad distinctionem rerum Ecclesiasticarum à prophanis, plena manu agitur *de Rest. in Integr. quatenus respicit Ecclesiam, & Pias Causas.*
Tertio loco ponitur *Commentarium ad Constitutionem S. M. Vrbani VIII. super praeseruatione iurium Sedis Apostolicę & aliarum Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum à quibuscumque praeiudicialibus*, qua multa Veteris iuris supplentur, innouantur, & corriguntur.
Quarto loco ponitur *Commentarium ad cap. Quidam cedendi de Renunciatione* ad intelligentiam quaestionis vtrum beneficium restitutionis in integrum locum habeat in terminis huius Textus.
Quinto loco ponitur Catalagus omnium Sac. Rotae Romanae decisionum de in integrum restitutione loquentium, & respicientium Constitutionem Vrbani VIII. de praeiudicialibus Ecclesiarum.

TRACTATVS.

Conflatur decem Capitibus, quorum Elenchus est.

CAP. I.

DE restitutionibus in integrum in genere sumptis, vbi exponuntur euidentialia ad hanc materiam Curiae praxi accomodata.

CAP. II.

DE minoribus in integrum restituendis, & de participantibus beneficio restitutionis ex Edicto Minorum.

CAP. III.

QVae qualis, & quanta laesio esse debeat, vt minori integrum restitutio competat.

CAP. IV.

DE impedimentis restitutionis integrum, stantibus solemnitatibus adhibitis ab ipso minore in actu contractus.

CAP. V.

DE impedimentis restitutionis in integrum, ex qualitatibus ipsius minori prouenientibus.

CAP. VI.

DE impedimentis restitutionis in integrum eò quòd minor restitutionis beneficio renunciauit, vel se non contrauenturum iurauit, vel maior factus, quod in minori aetate gessit ratum habuit.

CAP.

CAP. VII.

QVibus, & si non sint minores ex Edicto tamen, & iure minorum in integrum restitutio competat.

In hoc cap. ab errore vindicatur illorum assertio quod Vniuersitas Romana Sapientia sit Studium ceremoniale, & quod Iesuitarum Collegium, quod Romanum dicitur sit potius Vniuersitas.

Erronea item ostenditur illorum assertio, qui dicunt non extare Congregationem *Studiorum.*

Referuntur nomina S. R. E. Cardinalium Congregationem Studiorum constituentium.

Palutius S. R. E. Card. Alterius, & S. R. E. Cam. Sanctissimi D. N. Clementis vti Maximi, ita Optimi Nepos meritissimus laudatur.

Referuntur etiam nomina Professorum, nec non Scientiarum, & Artium, quæ in Romana Sapientia profitentur.

CAP. VIII.

AGitur de causis ex quibus, cuiuslibet ætatis hominibus in integrum restitutio indiferenter conceditur, & singulariter de generali clausula edicti Prætorij, de Procuratore ab impedito mittendo, nec non de impedimentis defectu animi, & defectu corporis, siue prouenientes ex persona Actoris, siuè Aduersarij, siuè à persona vtriusque. Aut causentur à persona Iudicis, vel aliorum iudicio interuenientium, nimirum Aduocati, Procuratoris, Notarij, Baiuli &c. Vel casu fortuito contingant. Agitur etiam de restitutione Mulierum, Militum, & Rusticorum.

In hoc Capitulo ad propositum conclusionis, quod Mulieres, Milites, & Rustici in integrum restitui debeant, si peritiores consulere nequiuerint, referuntur nomina Aduocatorum Romanæ Curiæ; quorum consilium est omni exceptione maius.

Nobilissimum æque, ac Vetustissimum Sacri Concistorij Aduocatorum Collegium laudatur.

CAP. IX.

PER quos, contra quos, & coram quo in integrum restitutio peti possit. Vbi exponitur, qui nam sint Iudices Ordinarij Romanæ Curiæ eiusdemque Praxis deducitur, nec non explicantur verba cap. 50. Star. Vrbis, in quo agitur de causis restitutionis in Integrum etiam maiorum, & quomodò in illis procedatur.

CAP. X.

DE effectibus restitutionis in integrum ipsa pendente, petita scilicet, & non obtenta, nec non post quam fuerit obtenta. Et an regulariter in integrum restitutionis beneficium ad alia vltra sortem, extendatur ad fructus nimirum vsuras, & interesse. Prosit verò litis consortibus, & fideiussoribus. Vendi denique beneficium restitutionis, vel cadi possit.

COMMENTARIA.

Ad Titulum 41. *lib.* 1. *Decretal. De in integr. restitutione*, decem itidem cap. conflantur, quorum elenchus est.

CAP. Requisiuit. I.

SI in contractu venditionis, vel locationis Ecclesia fuit enormiter læsa, potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum: Emptor tamen, siuè conductor non debet fraudari in prætio suo, vel in sumptibus per eum factis.

In

In Commentario ad hanc Decretalem desumptam ex Epistolis Alexandri III. narratur Vita, & referuntur Gesta eiusdem Alexandri III. Ponitur origo Monasterij Cripta Ferrata in Agro Tusculano.

Notatur quando hoc Monasterium erectum fuit in Commendam Cardinalitiam.

Exponitur series Abbatum eiusdem Monasterij à S. Nilo vsque ad præsentem diem.

Franciscus S. R. E. Cardinalis Barberinus S. Collegij Decanus, & eiusdem Abbatiæ Commendatarius laudatur.

CAP. Cum venissent. II.

REstituitur Ecclesia lesa propter negligentiam Procuratoris, qui iura Ecclesiæ non produxit.

In commentario ad hanc Decretalem, desumptam ex Epistola Innoc. III. Narratur Vita, & referuntur Gesta eiusdem Innoc. III.

CAP. Auditis. III.

ECclesia læsa in probatione necessaria omissa potest petere restitutionem in integrum, non obstante termino iuris probationis exclusiuo, & restitutionem petere potest, non solum contra priuatum, sed etiam contra Ecclesiam.

CAP. Ex literis. IV.

REstitutio ex iusta causa maiori etiam est concedenda, dummodò iusta causa petendi probetur. Si autem non probatur plenè conceditur restitutio in causa fauorabili.

CAP. Tum ex literis. V.

ETiam contra sententiam Papæ restituitur Ecclesia hoc primò. Et causa restitutionis in integrum, debet præsentibus partibus tractari, hoc secundò.

CAP. Suscitata. VI.

PEtitio restitutionis in integrum contra sententiam suspendit regulariter executionem sententiæ, &c.

CAP. Coram fælicis. VII.

POst peremptorium non auditur Ecclesia de iure communi, auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.

In Commentario ad hanc Decretalem, desumptam ex literijs Honorij III. Narratur Vita, & referuntur Gesta eiusdem Honorij, Hispaniæ Primatum penes Archiepiscopum Toletanum residere ostenditur:

Eminentissimus, & Reuerendissimus D. Paschalis S. R. E. Card. de Aragonia Toletanus Archiepiscopus Heros iustitia, & pietate preclarissimus laudatur.

CAP. Constitutus. VIII.

REstituitur minor in eo, quod contraxit, vel omisit, si probat exindè se læsum, & sit infra tempora restitutionis petendę.

In Commentario ad hanc Decretalem desumptam ex literis Greg. IX. Narratur Vita, & referuntur Gesta eiusdem Gregorij.

CAP. Causa: IX.

Restitutio in integrum postulanda est ab ordinario administrationem habente, &c.

In Commentario ad hanc Decretalem Notatur qualiter Papę electio per compromissum fieri potest, & quod Ioannes XXII. *electus Arbiter ad eligendum Romanum Pontificem se ipsum elegit.*

CAP. Beneficio. X.

Restitutio denegata Ecclesię vlterius sibi non conceditur, nisi ex noua causa restituitur tamen ad appellandum à sententia denegationis.

COMMENTARIA.

Itidem adTit. 21. *lib.* 1. *sexti Decretalium* constantur duobus cap. nimirum.

CAP. Ecclesia. I.

Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendam restitutionem contra sententiam, vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat.

In Commentorio ad hanc Decretalem desumptam ex literis Gregorij IX.*Narratur Vita, & referuntur Gesta eiusdem Gregorij.*

CAP. Si aduersus. II.

Ecclesia contra confessionem, qua læsa fuit admittitur infra quadriennium per beneficium restitutionis in integrum postea non nisi per viam iuris communis.

In Commentario ad hanc Decretalem desumptam ex literis Bonifacij VIII. *narratur Vita, & referuntur Gesta eiusdem Bonifacij. Nobilissima Columnensium Familia & excellentissimus Princeps D. Laurentius Columna magnus Regni Neapolis Comestabilis laudatur.*

COMMENTARIA.

Denique ad Tit. 11. *lib.* 1.*Clementiarum* vnicum habent cap. nimirum.

CAP. Ab Ecclesia. Vnic.

Ecclesia probans se læsam per lapsum temporis, ad illud tantum tempus restituitur, & infra quadriennium à tempore læsionis.

In commentario ad hanc Clementinam, *Narratur Vita, & referuntur Gesta Clem. V.*

Post Commentaria ad Titulos Decretalium, Sexti, & Clementinarum sequitur

COMMENTARIUM.

Ad Constitutionem Vrbani S. M. VIII. *super preseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque praiudicialibus*; qua Constitutione multa veteris iuris supplentur, innouantur, & corriguntur, & vbi de præiudicialibus Ecclesiæ agitur, tam quòad materiam restitutionis in integrum quàm in reliquis eius dispositioni standum est

In hoc Commentario, Narratur Vita, & referuntur Gesta Vrbani VIII. *Franciscus, & Carolus S. R. E. Cardinales Barberini, & Barberina Familia heroum Arbor fecundissima laudatur.*

Reijcitur sententia illorum qui Sac. Cong. Indicis à Sixto V. erectam dicunt.

In fine eiusdem Commentarij ponitur Constitutio S.M. Alex. VII. *de non alienandis in forenses bonis stabilibus in Statu Ecclesiastico existentibus, siuè iurisditionalia sint, siuè iurisdictione careant. Narratur Vita, & referuntur Gesta eiusdem Alex.* VII.

Regij

Regyrdinis decus Christina Suecorum Regina laudatur. Flauius itidem, & Sigismundus S. R. E. Cardinales Chisij, & Chisia Familia laudatur.

IN COMMENTARIO.

Ad cap. Quidam cedendi de Renunc. Notatur tempus Concilij Lateranensis sub Innoc. III. ex quo verba dicti Capituli desumpta fuerunt.

Eminentissimus D. Cæsar S.R.E. Cardinalis Rasponus Auctor eruditissimi Tractatus de Basilica, & Patriarchio Lateranensi laudatur. Reycitur inepta illorum assertio, qui introductionem examinis Episcoporum commendatione dignam non esse affirmant.

Vtilissima, & inconcussa, de Episcopatibus, præuio Scrutinio conferendis, licet diuersa pro temporum varietate, Apostolica Sedis obseruantia exponitur.

Hodierna Romana Ecclesiæ in Episcopatibus conferendis, & rigoroso promouendorum examine praxis traditur.

Eminentissimus, & Reuerendissimus D. Franciscus S. R. E. Card. Nerlius ad Archiepiscopatum Florentinum sine examine ante purpuram promotus laudatur.

Eminentissimus, & Reuerendissimus D. Vincentius Tit. S. Sixti Cardinalis Vrsinus reluctans ad Purpuram tractus laudatur.

Referuntur nomina Cardinalium aliorumque doctissimorum virorum, Congregationem Examinis Episcoporum constituentium. Eminentissimus, & Reuerendissimus D. Ioannes Nicolaus S. R. E. Cardinalis de Comitibus laudatur.

Harum autem Adnotationum loca copiosus Index facile indicabit.

Cathalagus tandem omnium Sac. Rotæ Romanæ decisionum expressam materiam percutientium hoc Opere clauditur, in quo hunc ordinem seruare placuit, Decisionum scilicet impressarum, firmatas conclusiones duntaxat refero locis ipsarum decisionum indicatis. Non impressas; verò decisionum materias ad literam pono, quarum aliquæ Tractatum restitutionis in integrum respiciunt, aliæ verò percutiunt Constitutionem Vrbanam in terminis sublati Beneplaciti Apostolici præsumpti.

Vnicus Index omnes Materias, & Conclusiones complectitur quæ vel in Tractatu, vel in Commentarijs, aut in Decisionibus habentur. pro clariori autem intellientia ita digestum propono Verbum Tract. indicat conclusionem haberi in Tractatu cap. num. & pag. ibi signatis. Verbum *Com.* indicat conclusionem haberi in Commentarijs cap. num. & pag. ibidem signatis. Verba *Cath. Dec.* aut simpliciter verbum *Dec.* indicat conclusionem haberi inter Decisiones Sac. Romanæ Rotæ num. itidem pag. ibidem expressis.

Errata sic corrige in Tract.

pag.	num.	errori	correctioni
8.	33.	Instæ	Iustæ
11.	87.	curtit	currit
12.	114.	remediorū	remedium
13.	79.	minori	minore
30.	67.	Dominium	domanium
33.	105.	circumuctio	circumuentio
40.	178.	patte	parte
44.	210.	coucurrat	concurrat
46.	231.	diffifultate	difficultate
102.	60.	similes	similia
102.	66.	&	à
157.	429.	Cousistorij	Consistorij

In Com.

pag.	num.	errori	correctioni
80.	19.	Realatis	Relatis
96.	27.	carretonum	carretorum
96.	30.	viuente	viuenti
67.	37.	accedunt	accendunt
137.	in fin.	registratas	registratæ
157.	in princ.	aliquos	aliquas
97.	38.	mano	manu
387.	22.	Ricenum	Picenum

CLE-

CLEMENS PAPA X.

AD futuram rei memoriam: Cum ſicut dilectus filius Dominicus Galeſius I. V. Doctor Finarienſis Nobis nuper exponi fecit ipſe librum cui eſt Titulus Dominici Galeſij V. I. Doctoris Finarienſis Sacræ Congregationis Indicis Conſultoris, & in Romana Vniuerſitate Profeſſoris Tractatus de Reſtitutionibus in Integrum ex edicto Minorum ex edicto Maiorum & ex clauſula generali Edicti Prætorij cum Commentarijs ad Titulos de Reſtitutionibus in Integrum in Decretalibus Sexto & Clementinis regiſtratos nec non ad Conſtitutionem S. M. Vrbani VIII. de præiudicialibus Eccleſiæ &c. compoſuerit & typis in Alma Vrbe noſtra ſui expenſis imprimi fecerit vereatur autem ne alij qui ex alieno labore lucrum quærunt in ipſius Dominici præiudicium eumdem librum imprimi curent. Nos eius indemnitati ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur prouidere volentes illumque ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes & à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris & pænis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequens harum ſerie abſoluentes & abſolutum fore cenſentes ſuppoſitionibus ipſius Dominici nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati eidem Dominico vt decennio proximo durante dummodo tamen liber præfatus à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici approbatus ſit, nemo tam in Vrbe quam in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè vel immediatè Nobis ſubiecto librum præfatum ſine ſpeciali dicti Dominici aut ab eo cauſam habentium licentia imprimere aut ab alio vel alijs impreſſum vendere aut venalem habere vel proponere poſſit Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus & indulgemus. Inhibentes propterea vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus præſertim librorum Impreſſoribus & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera & amiſſionis librorum & typorum omnium pro vna Camera noſtra Apoſtolica & pro alia eidem Dominico ac pro reliqua tertijs partibus Accuſatori & Iudici exequenti irremiſſibiliter applican & eo ipſo abſque vlla declaratione incurren pænis ne dicto decennio durante librum præfatum aut aliquam eius partem, tam in Vrbe, quam in reliquo Statu noſtro, ſine huiuſmodi licentia imprimere aut ab alijs impreſſum vendere ſeù venalem habere vel proponere quoquomodo audeant ſeù præſumant mandantes propterea dilectis filijs noſtris & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis ſeù eorum Vice Legatis aut Præſidentibus Gubernatoribus Prætoribus & alijs Iuſtitiæ miniſtris Prouinciarum Ciuitatum Terrarum & locorum Status Noſtri Eccleſiaſtici præfati quatenus eidem Dominico ſeù ab eo cauſam habentibus præfatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocunque ab eodem Dominico requiſiti fuerint pænas præfatas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis ac quibuſuis ſtatutis & conſuetudinibus & etiam iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis priuilegijs quoque Indultis & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis & innouatis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem vt præſentium literarum tranſumptis etiam in ipſo libro impreſſis manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur quæ adhiberetur ipſis præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 4. Martij M.DC.LXV. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Ego

Ego Nicolaus Compagnus in Romana Curia Aduocatus, & Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Card. Aquauiuæ de Aragonia Auditor iuſſu Reuerendiſſimi Patris Raymundi Capizucchi Sac. Palatij Apoſtolici Magiſtri Perlegi Tractatum, & Commentaria Inſcripta Dominicus Galeſius de Reſtitutionibus in integrum nihilque in eo reperi, quod vel fidei, vel bonis moribus repugnet, ſed ſanam, & vtilem eruditiſſimi Auctoris doctrinam, reſtitutionis in integrum quotidianam materiam, nouo ordine, & perſpicua methodo, Eccleſiaſticis rebus, à profanis mirabiii ingenio diſtinctis ænodatam proponentem admiratus, dignum quin imò per vtilimum fore exiſtimo, quod Typis mandetur, datum Romæ die 15. Nouembris 1673.

Ego Nicolaus Compagnus Aduocatus.

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. de Angelis Archiepiſc. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capiſucchius Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Mag.



DOMINICVS GALESIVS
SACRAE CONGREGATIONIS INDICIS CONSVLTOR, ET IN ROMANA VNIVERSITATE SACRORVM OLIM CANONVM, NVNC PANDECTARVM INTERPRES, AETATIS SVAE ANNO XXXV.

Benedic Farjat Sculp

DOMINICI GALESII
TRACTATVS
DE
RESTITVTIONIBVS
IN INTEGRVM
PRAXI TRIBVNALIVM accommodatus.

ARGVMENTVM.

De Restitutionibus in Integrum in genere sumptis vbi exponunturEuidentialia ad hanc materiam Curiæ Praxi accommodata.

SVMMARIVM.

1 *Indicantur iuris loci de restitutione in integrum loquentes.*
2 *Pontificij & Cæsarij iuris finis est lapsis, vel iusto errore deceptis per restitutionem subuenire.*
3 *Restitutio in integrum est repositio in pristinum ius.*
4 *Restitutio simpliciter sumpta est vox late patens, & differt à restitutione, quæ in integrum dicitur.*
5 *Restitutio in integrum reponit, quod læsio abstulit.*
6 *Restitutio in integrum est prioris status seù iuris reintegratio, qua læsis intra legitimum tempus subuenitur.*
7 *Restitutio in integrum, quoad effectum sapit naturam appellationis.*
8 *Petitio restitutionis in integrum suspēdit exequutionem sententiæ.*
9 *Petitio restitutionis in integrum non impedit executionem factam vel captam.*
10 *Limita vbi res adhuc esset controuersa.*
11 *De stylo Rotæ Romanæ petitio, seu commissio restitutionis in integrum, non impedit exequutionem præuentiuè petitam.*
12 *De stylo Rotæ per relaxationem mandati dicitur capta executio.*
13 *Idem per decretas, & relaxatas executoriales.*
14 *Signatura stilum Rotæ obseruat, in sententijs Rotalibus.*
15 *Stylus Rotæ procedit, si relaxatum sit mandatum, aut decreta executoriales extra, & post sententiam.*
16 *Rotæ executoriales, non requirunt exe-*

cutionem facti, vt mandata aliorum Tribunalium.

17 In Tribunalibus extra Rotã ex sola petitione executionis, aut mandati relaxatione, & expeditione, in executione prauentum non dicitur.

18 Quod signatura obseruat in tribunalibus extra Rotam.

19 Prauentum dicitur in executione reali captis pignoribus.

20 In curia Capitolina ex dispos. stat. Vrb. vbi in integrum restitutio principaliter petitur, & executio non est irretractabilis, sine praiuditio trium conformium, & rei iudicata conceditur inhibitio, siuè executio fuerit capta siue tantum petita.

21 In alijs Tribunalibus, si ad impediendam executionem captam extorta sit commissio restitutionis cum inhibitione ad vlteriora procedi non potest, sed adeunda est signatura pro reformatione commissionis.

Quomodo signatura soleat in casu rescribere ibidem num. 21.

22 Executio in vim obligationis Cameralis non retardatur per restitutionem in integrum.

23 Idem de executione decreti facti in iudicio executiuo.

24 Limita in quolibet iudicio vbi exceptio restitutionis in integrum esset clara & probata.

25 Pendente iudicio restitutionis in integrum, antiquiori possessori datur manutentio, etiam aduersus rem iudicatam.

26 Signatura iustitia in causis prophanis restitutionis in integrum causam committit cum clausula prout de Iure.

27 Signatura Iustitia in causis beneficialibus in integrum restituit cum clausula Parito Iudicato.

28 Remedium restitutionis in Integrum est extraordinarium.

29 Prator exprimit causas restitutionis in integrum.

30 Restitutio in integrum conceditur, aut extraordinaria cognitione, vel data actione.

31 Restitutio in integrum vbi ex metu, vel dolo damnum processit iure actionis peti potest.

32 Restitutio in integrum propriè, Iudicis officio nobili conceditur.

33 Restitutio sine iusta causa non datur.

34 Minor atas, & aquipollentia sunt iusta causa restitutionis in integ.

35 Item Paupertas.

36 Item Absentia, & Ignorantia.

37 Item bonum ius in negotio principali.

38 Item iniustitia sententia, quamuis non sit notoria.

39 Item nullitas sententia.

40 Item lasio enormis.

41 Vbi de lasione non constat, neque priuilegiatis restitutio datur.

42 Limita si restitutio sententiam respiciat, secus si, qua sententiam pracedere solent.

43 In exceptionibus peremptorijs ex solo temporis lapsu, & negligentia absque probatione lasionis restitutio datur.

44 Lasio enormissima est iusta causa restitutionis in integrum contra Transactionem.

45 Ecclesia restituitur aduersus damnum Pralati negligentia, vel malitia passum.

46 Minor, & ecclesia quoad restitutionem aquiparantur.

47 In hoc cap. agitur de restitutione in integrum, qua Iudicis officio nobili expeditur.

48 Restitutio in integrum petitur principaliter, & incidenter.

49 Restitutio in integrum principaliter petita requirit solemnitates Iudicij ordinarij.

50 Restitutione in integrum incidenter petita sũmaria in hoc iudicio proceditur.

51 Restitutio in integrum principaliter peti debet coram Iudice ordinario, vel Delegato à principe.

52 Incidenter peti potest coram quocumque Iudice.

53 Per restitutionem in integrum prior status totaliter innouatur.

54 Tempus legitimum ad petendam restitutionem in integrum est quadriennium.

55 Annus constatur diebus 365. & 6. horis.

56 Annus vtilis differt à continuo.

In Anno vtili non computantur dies feriati, nec currit absentia tempore vel non habita copia iudicis. ibid. nu. 56.

57 Intra quadriennium continuum restitutio in integrum peti debet.

58 Tempus à Pratore prafixum in dubio prasumitur vtile.

59 Infra quadriennium causa restitutionis terminari debet.

60 Con-

60 *Constantinus Imperator annū vtilem ad petenda in integrum restitutionem concessum pro locorum varietate mutauit.*

61 *Iustinianus Imperator pro petēda restitutione in integrum vbique quadriennium continuum constituit.*

62 *Quadriennium currit tam diebus feriatis, quam non feriatis, siue habeatur copia Iudicis, siue non, siue Reus impeditus existat, siue non.*

63 *Quadriennio elapso nec ipsa Ecclesia in integrum restituitur.*

64 *Clem. vnica de restitutione in integrū emanauit ad declarationem c. 1. de resti. in integ.*

65 *Elapso quadriennio regulariter nulli restitutio datur.*

66 *Quadriennium à die læsionis currere incipit.*

67 *Quadriennium à Die sententia currere incipit, si restitutio petatur aduersus sententiam.*

68 *Vbi plures sunt sententiæ, currere incipit à die vltima.*

69 *Quadriennium à lapsu decem dierum currit, si restitutio petita sit ad appellandum, & non sit appellatum.*

70 *Appellatione interposita currit à lapsu decem dierum post datos reuerentiales in forma, quando causa non fuit commissa & remansit deserta.*

71 *Si dati non fuerunt reuerentiales currere incipit à lapsu Anni, vel bienny dati ad prosequendam appellationem.*

72 *Minori à die, qua factus est maior quadriennium currere incipit.*

73 *In restitutione Ecclesiæ attendenda est Bulla Vrb. VIII*

74 *Ecclesia, & Ecclesiastici aduersus præiudicia in constitutione Vrb. VIII. recensita restituuntur. non obstante quacumque temporis præscriptione excepta centenaria.*

75 *Quadrienny lapsus non attenditur in Curia.*

76 *De stylo Curia Romana consitito de bono iure, non obstante lapsu quadrienny datur restitutio in integrum.*

77 *Lapsus, quadrienny in multis casibus non attenditur.*

78 *Iustū impedimentū vel altera causa rationabilis excusat à lapsu quadriēny*

79 *Item sententia ex ysdem actis notoriè iniusta.*

80 *Item læsio enormissima.*

81 *An læsio sit enormissima, dignoscitur ad totum patrimonium habita ratione.*

82 *Limita vbi agitur de recuperando ablato.*

83 *Vbi agitur de acquirendo quod per rem indicatam denegatum fuit docto de læsione enormissima respectu rerum, quæ per rem indicatam denegatæ fuerunt datur restitutio etiam quadriennio elapso.*

84 *Non attenditur quadriennium vbi constat de bono iure, & restitutio in integrum impetrata est à Principe.*

85 *Princeps certioratus de lapsu quadrienny dicendo simpliciter. Fiat iustitia, tollit exceptionem quadrienny*

86 *Quadriennium non obstat in restitutione in integrum data ex generali clausula.*

87 *Ignoranti quadriennium non currit, sed computatur à die scientiæ tam maioribus, quam minoribus.*

88 *Si à die scientiæ non sint lapsi quatuor Anni, quadraginta Annorum lapsus, non praiudicat.*

89 *Temporales actiones per litis contestationem perpetuantur excepto quadriennio.*

90 *Lapsus quadrienny non nocet si intra quadriennium defectu Iudicis, vel partis causa non terminetur.*

91 *Princeps, Delegatus Principis, & quilibet Index Oediuarius in integrum restituere potest.*

92 *Item y, quibus à Magistratu mandata est iurisditio possunt restituere.*

93 *Magistratus siue ordinary, siue delegati, etiam habentes solam iurisdictionem sine administratione in integrum restituere possunt.*

94 *Iudices ordinary competentes, in integrum restitutionem concedunt.*

95 *Etiam contra propriam sententiam.*

96 *Aduersus Principis sententiam competit in integrum restitutio.*

97 *Iudex minor contra sententiam maioris restituere non potest.*

98 *Aduersus Principis sententiam, solus Princept restituit.*

99 *Solus Princeps restitutionem concedit aduersus sententiam Iudicis, ab ipso dati.*

100 *Solus Princept restituit aduersus lapsum temporis ad appellandum.*

101 In Gallia solus Rex in integrum restitutionem concedit.

102 In petenda restitutione in integrum actor sequitur forum rei.

103 Clericus in rebus proprijs aduersus laicum restitutionem petens, sequitur forum laici.

104 Regula quod actor sequitur forum rei locum habet in foro ecclesiastico.

105 Ecclesia habet priuilegium recedendi à regula quod actor sequitur forum rei

107 Exprimuntur ij, quibus Prætor restitutionem in integrum concedit.

108 Differt restitutio, quæ datur minori, Ecclesiæ, & æquiparatis, à restitutione, quæ datur ex iusta causa, & ex clausula generali.

109 Maior non restituitur nisi vltra læsionem, iustum quoque impedimentum probet.

110 Restitutio in integrum etiam petitur per Procuratorem.

111 Ius petendi restitutionem transmittitur ad successores.

112 Hæredes fideicomissarij, & hæredes hæredū restitutionem petere possunt.

110 Procedit tam in hæredibus minorum, quam maiorum.

114 Pro rebus friuolis non competit restitutio.

115 Restitutio in integrum est remedium rescissorium contra ius Ciuile.

116 Læsio est causa restitutionis.

117 Differt simplex introductio causæ restitutionis in integrum, à concessione eiusdem.

118 Ad introducendam causam restitutionis, simplex læsionis fumus sufficit, & semiplena probatio.

119 De stylo curiæ pro obtinenda restitutione sufficit absque altera probatione commissionem offerre.

120 Restitutio non conceditur nisi de læsione concludenter constet.

121 Per postulationem restitutionis in integrum omnia in suo statu manent.

122 Petitio restitutionis in integrum sententiæ executionem suspendit.

123 Præstita cautione de restituendo in euentum, quod restitutio obtineatur procedi potest ad executionem sententiæ.

124 Obtenta restitutione in integrum, omnia in statū pristinū reuocari debent.

125 Qui restituitur morari non debet in lucro.

126 Iuris ordo tam in petenda, quam in concedēda restitutione seruari debet.

127 Iteratum restitutionis auxilium in eadem causa, solum ex noua causa postulare est permissum.

128 Restitutione in integrum semel denegata, non conceditur nisi noua causa superueniat.

129 Restitutio non habet locum in actu ipso iure nullo.

130 Aduersus nullitatem sententiæ restitutio in integrum datur.

121 Restitutio in integrum alia Iustitiæ, alia gratiæ.

132 Restitutio iustitiæ iuridicam causam expostulat.

133 Restitutio Gratiæ estinnixa Principis clementiæ.

134 Appellatio non datur à concessione in integrum restitutionis gratiosa.

135 Aduersus restitutionem in integrum iustitiæ datur appellatio.

136 Refertur stylus Rotæ, & Tribunalis A.C. ad euitandos circuitus in materia appellationis, à concessione restitutionis in integrum.

137 Restitutio in integrum ad appellandū apertis verbis à Iudice concedi debet

138 Restitutio in integrum iustitiæ distinguitur in Prætoriam, & ciuilem & vtriusque essentia explicatur.

139 Restitutio in integrum Prætoria, quæ expeditur iudicis officio nobili proprie loquendo est restitutio.

140 Quæ expeditur iure actionis, improprie restitutio dicitur.

141 Ciuilis in integrum restitutio, est quæ descendit ex constitutionibus Principum, & subdiuiditur in propriam & impropriam.

142 Propria ciuilis in integrum restitutio est, quæ in constitutionibus ciuilibus clauditur.

143 Impropria verò, quæ venit nomine veniæ.

144 Speciem cum genere confundunt, qui supplicationem, & indulgentiam dicunt esse species restitutionis in integrum.

145 Supplicatio in genere sumpta siue sit gratiæ siuè iustitiæ, dici potest restitutio in integrum.

146 Supplicatio sumpta in specie differt à restitutione.

147 Quoad modum omnis restitutio est supplicatio.

148 Sup-

148 *Supplicotio & restituntio specie diffe-
runt.*
149 *Indulgentia quomodo à restitutione
differat explicatur.*
150 *Restitutio in integrum, restituit om-
nia per crimen ammissa.*
151 *In scholis deglutiuntur leges, in iudi-
ciis digeruntur.*
152 *Legum gustatur fructus cum praxim
redolens.*
153 *Vera iuris interpetratio à practica
sumitur.*

CAPVT I.

DE Restitutionibus in
integrum, radicali-
ter,& originaliter agi-
tur per Ius Ciuile in
*Tit. 1. lib. 4. ff. de re-
stitut. in integr. & in
in Tit. ff. quod metus
caus. gestum erit ff. de dolo malo. ff. de mi-*
1 *nor. vigintiquinque annor. ff. ex quib. caus.
maio. vigintiquin. Anno. in integr. rest.
& in Tit. C. de in integr. rest. C. de filio
famil. min. C. de fideiuss. min. C. si Tu-
tor, vel Curat. C. si in communi eadem-
que caus. in integ. rest. C. si aduers. rem
iudic. C. si aduers. vendit. C. si aduers.
vend. pign. C. si aduers. donat. C. si ad-
uers. libertat. C. si aduersus Transact.
vel diuisio. C. si aduers. solut. à Tut. vel
à se fact. C. si aduers. Dotem C. si aduers.
delict. C. si aduers. Vsucap. C. si aduers.
Fisc. C. si aduers. Credit. C. si minor ab
haredit. se abstin. C. si vt omissam hare-
dit. vel bon. poss. C. in quib. caus. in in-
teg. rest. necess. non est C. qui & aduers.
quos in integ. rest. non possunt C. si mi-
nor se maior dixer. C. si sapius in integ.
rest. post. C. de his qui ven. atat. impet.
C. si maior fact. ratum habuer. C. vbi,
& apud quem cognit. in integ. rest. agi-
tand. C. de reputationibus, qua fiunt in
iudicio in integ. rest. C. etiam per procu-
rat. caus. in integr. rest. agi posse, C. in
integ. rest. postul. ne quid noui fiat C. de
rest. militum, & eorum qui Reip. caus.
absunt C. de Vxor milit. C. de tempor. in
integr. rest. C. quib. ex caus. maio. in in-
tegr. rest.* Per ius verò Canonicum in
*Tit. 42. lib. 1. Decretal. de in integr. rest.
in Tit. 21. lib. 1. Decretal. in 6. sub ead.
rubr. & in Tit. 11. lib. 1. Clem. sub ead.
Rubr. necnon 35. q. 9. & 7. q. 1. & 2.
per tot.* faciunt etiam quæ habentur in-
ter Decretales in *Tit. de rest. spoliat.*
Vtriusque autem Iuris ea mens est
2 lapsis, vel circumscriptis per restitu-
tionem succurrere, siue metu, siue ca-
liditate, siue ætate, siue absentia, siue
alterius negligentia in captionem inci-
derint, siue per status mutationem,
vel iustum errorem præiudicium ali-
quod passi sint *l. 1. & 2. ff. hoc Tit.* cu-
ius *Rubr. de restitutione in integrum,*
ideò inscribitur ad demonstrandum
quod istæ voces, *in integrum restitutio,*
3 simul sumptæ, in pristinum statum,
seù in pristinam causam pristinumque
Ius repositionem, vel reductionem
important, vt euidenter colligitur ex
nigro sub hac Rubr. posito notat etiam
*Text. in l. quod si minor 24. §. 4. ff. de
minor & in l. restituere ff. de verb. si-
gnif.* Alias enim hæc vox restitutio ni-
4 mis latè patet *l. plus est 22. & l. resti-
tuere 35. ff. de Vsur. cap. cum in de
Vsur. cap. in literis de Rapt.* Quia ali-
quando simplicem redditionem signi-
ficat, aliquando prioris status renoua-
tionem, sed non in totum, aliquando
simplicem rei ablatæ satisfactionem;
cum è contra restitutio in integrum
propriè sumpta beneficium totalis re-
5 parationis inferat, quia eius naturæ est
id totum reponere, quod læsio abstulit
priorem statum totaliter innouando;
*dicta l. quod si minor ff. de min. l. 1. C.
de sent. pass. et rest.* Vndè communiter
deffinitur, prioris status, seù iuris
6 reintegratio per quam minoribus, &
maioribus læsis intra legitimum tem-
pus subuenitur Prætoris beneficio in-
troducta; iuxta illud *Gloss. res redit vt
pridem, cum status redditur idem,* quod
& satis indicant verba Text. *sub Tit.
de in Integrum restitutione* in corpore
vtriusque Iuris relata, & signanter pa-
tet ex deductis à *d. l. 1. C. de sent.
pass. et restit. cap. Auditis de in integrum
rest.* Ex Canonistis probant *Host. in
rubr. extr. eodem §. 1. Gloss. in dicto cap.
Auditis Dec. in cap. Denique de except.
Prapos. in cap. ex ratione n. 70. de Ap-
pell. Abb. in rubr. extr. eod. cum quo
transeunt Ioann. And. Innoc. Ioan. Mo-
nach. Prob. Butr. Anch. Archid.* & om-
nes passim. Ex Iuristis verò hoc idem
docent *Angel. in l. 1. §. restitutio ff. ne*

quid

*quid in loc. publ. Zaſ. in d. l. 1. Bart. in l.
quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor et
in l. ſi ab hoſtibus §. ſed quod ff. ex quibus
cauſ. maio. et in l. interdum ff. de
condict. indeb. Alber. in d. §. reſtitutio
et in l. qui res §. aream ff. de ſolut. et in
l. 1. ff. de cond. indeb. et in l. minori ff.
de fideiuſſ. & nom. Tuto. Fulg. in l. cum
quidam C. de fruct. et lit. expenſ. et in l.
Tutorio n. 1. ff. qua res pignori oblig. et
in l. metum §. ex hoc edicto ff. quod metus
cauſa Aretin. in §. rurſus Inſt. de
Act. Crot. in l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim.
Sapia in l. qui ſe patris C. vnde liberi
Mynſign. in §. 1. Inſt. quibus mod.
Ius patr. poteſt ſolui Rom. conſ. 247. n. 4.
conſ. 123. n. 9. Dec. conſ. 436. n. 3. Mant.
conſ. 88. n. 2. et conſ. 277. n. 1. Pedem.
Deciſ. 9. Gram. Deciſ. 92. n. 11. Marant.
de Ord. Iud. in 3. p. 6. par. princ. act. 2.
nu. 77. Cavaller. dec. 180. n. 3. Ridolf.
prax. part. 1. cap. 13. num. 413. diſerte
Marcheſ. de Commiſſ. reſt. in integr.*
7 *tom. 2. §. 1. n. 7. & 11.* vbi notat reſti-
tutionem in integrum ſpeciem appel-
lationis habere, quod eſt verum,
quoad effectum, quia vtraque ſenten-
tiam ſuſpendit *l. 1. C. reſt. in integr.
pendent.* non quoad modum, & in re-
liquis, nam ab appellatione reſtitutio
in integrum longè differt, vt probat
*Sforz. Odd. in ſuo tract. de reſt. in integr.
p. 1. q. 1. art. 6. per tot.* Dubitari ſiqui-
dem non poteſt, quod per petitionem
reſtitutionis in integrum omnia in ſuo
ſtatu manere debent, adeò vt executio
8 ſententiæ aduerſus quam petita eſt re-
ſtitutio, ſuſpenſa remaneat: certi ta-
men quoque iuris eſt, quod reſtitutio
in integrum etiam principaliter petita,
9 ne dum impedit executionem factam,
ſed neque ſimpliciter cœptam *Lancell.
de attent. part. 2. d. cap. 18. n. 117. Scacc.
de appell. q. 19. remed. 2. num. 110. &
ſeqq.* vbi quod ita praxis obſeruat. *Sa-
luſt. Tib. Prax. lib. 2. cap. 11. n. 3. Mar-
cheſ. de Commiſ. reſt. in integr. part. 2.
§. 2. n. 76. Rota in Cornetana Pecuniaria
4. Iunij 1601. coram Pamphilio impreſſ.
apud Saluſt. prax. Beltram. ad Greg.
deciſ. 258. nu. 10. Ferentill. ad Buratt.
deciſ. 268. n. 6. litt. C. Buratt. deciſ. 597.
n. 4.* vbi quod ita paſſim eſt in Rota
receptum *Cavall. deciſ. 153. n. 1. & ſeq.*
vbi hoc limitat in caſu, quo res adhuc
10 ſub controuerſia maneret, & ſenten-
tia lata eſſet cum tali præſuppoſito,
quod ex alijs probationibus in contra-
rium factis non ſubſiſteret.

Quin immò de ſtylo Rotæ ſufficit ſi præ-
11 uentum conſtet in petitione execu-
tionis, ad hoc vt non retardetur per
venientem commiſſionem ſeu petitio-
nem reſtitutionis in integrum *Put. de-
ciſ. 10. de reſt. in integ. & deciſ. 285. lib.
2. Rota in Ferrarien. Bonorum 26. Iunij
1613. coram Innoc. X. & in Barbaſtren.
Decimarum 10. Nouembris 1623. coram
Card. Vbald. qui de ſtylo* Rotæ teſtatur
*Ferentill. ad Buratt. deciſ. 268. litt. C. &
deciſ. 945. litt. A. Greg. deciſ. 120. n. 18.
Buratt. deciſ. 495. n. 5. Caual. deciſ. 281.
n. 2. & deciſ. 495. n. 5.* vbi quod hanc
opinionem ſemper ſequuta eſt Rota
*Durand. deciſ. 190. n. 2. Rot. in recent.
deciſ. 264. n. 4. part. 7.*

Per relaxationem quoque mandati ex
12 notorio & inueterato ſtylo Rotæ cœ-
pta exequutio dicitur *Rot. deciſ. 545.
n. 5. part. 1. recent. & in dicta Corneta-
na Pecuniaria.* Nec non per decretas
13 & relaxatas executoriales *Rot. deciſ.
138. n. 2. p. 2. & deciſ. 248. n. 4 p. 3. re-
cent. Buratt. deciſ. 597. n. 4. & deciſ. 868.
n. 3. Beltram. ad Greg. deciſ. 458. n. 10.
Ferentill. ad Buratt. deciſ. 268. litt. C.*
vbi quod hanc opinionem in ſententijs
14 Rotalibus etiam ſequitur Signatura.

Verumtamen hoc procedit in Rota quan-
do fuit relaxatum mandatum, aut de-
cretæ exequutoriales extra, & poſt
15 ſententiam, in quibus terminis lo-
quuntur Deciſiones, non autem quan-
do mandatum relaxatum tantum fuit
in ipſa ſententia, alias cum in ſenten-
tijs huiuſmodi mandata ſemper relaxa-
ri ſoleant, via petendæ & obtinendæ
reſtitutionis in integrum penitus de-
ſtrueretur *Rot. in Bonon. Cenſus 11. De-
cemb. 1602. coram Iuſto. Impreſſ. apud
Marcheſ. de Commiſ. ſuper Attent. part.
2. §. 2. fol. 60.* Exequutoriales enim
16 in Rota ſecum trahunt exequutionem
excommunicationis & non requirunt
exequutionem facti ſicut mandata
aliorum Tribunalium. *Beltram. ad
Greg. deciſ. 458. n. 10. Ferentill. ad Bu-
ratt. deciſ. 268. lit. C.*

Hęc autem procedunt in ſupremo tantum
Tribunali Rotæ; nam in cæteris tri-
17 bunalibus extra Rotam ex ſola peti-
tione executionis, vel relaxatione, aut
expe-

expeditione mandari in executione, præuentum non dicitur. *Tiber. Salust. Prax. lib. 2. cap. 11. n. 3.* vbi testatur de veteri obseruantia Signaturæ in causis
18 extra Rotæ Tribunali vertentibus. Tunc autem dicitur præuentum in exe-
19 cutione reali captis pignoribus *Rot. decis. 64. n. 1. part. 2. recent. Ferentill. ad Buratt. decis. 495. lit. A. Scacc. de Appell. q. 19. remed. 2. n. 110.*

Stante tamen dispositione *Statuti Vrbis*
20 *lib. 1. cap. 50.* in Curia Capitolina, si restitutio in integrum principaliter petita sit & executio non sit irretractabilis sine præiudicio trium conformium, & rei iudicatæ inhibitio conceditur; siue executio fuerit cæpta, siue tantum petita. *Ridolfin. prax. part. 1. cap. 13. n. 481.*

In alijs autem Tribunalibus si cæpta exe-
21 cutione reali pars aduersa Commissionem restitutionis extorsisset non facta mentione de executione iam cæpta, & illius vigore Inhibitio emanasset, ad vlteriora procedi non posset, sed necessum esset Signaturam adire, & dict. Commissionis reformationem obtinere, & rescriptum cum clausula, *Parito iudicato, vel non retardata vlteriori executione, vel sine præiudicio vlterioris executionis Lancell. de attent. part. 2. cap. 18. n. 119. Scacc. de appell. q. 19. remed. 2. n. 112.*

Cæterum vbi contractus esset obligatio-
22 ne camerali valatus sicut Cameralis obligatio appellationem suspensiuam non admittit, sic neque retardationem executionis per restitutionem in integr. *Zacch. ad Gallesi. de oblig. Cameral. q. 37. n. 57. & seq. Rot. post eumdem Zacch. decis. 32. n. 15. & decis. 134. n. 4. Gregor. decis. 120. n. 17. & decis. 406. num. 2. Buratt. decis. 945. n. 4.* quod eo magis procedit vbi præuentum fuisset in executione *Greg. dicta decis. 120. n. 18. Buratt. dicta decis. 945.*

Prout neque executio decreti in Iudicio
23 executiuo facti per in integrum restitutionem retardatur *Marchesi. de Commiss. rest. in integr. p. 2. §. 3. n. 147. Afflict. d. 356. n. 1. & seq. Ridolfin. alios cumulans in prax. p. 1. cap. 13. n. 484.*

Verum nota quod vbi exceptio restitutio-
24 nis in integrum esset clara & probata, admittitur ad impediendam executionem licet alias non esset admittenda, & hoc procedit in quolibet Iudicio ex latè congestis per *Ridolf. in prax part. 1. cap. 8. n. 225.* Vndè prædicta solum procedunt vbi exceptio esset Turbida & altiorem indaginem exposceret *Greg. d. 120. n. 17.*

Nec omittendum est quod in gradu re-
25 stitutionis in integrum de ea pendente Iudicio, datur manutentio antiquiori possessori aduersus rem iudicatam *Buratt. decis. 604. n. 14.* In qualibet instantia, *cap. cum teneamur de appell. Rot. d. 132. n. 11. p. 7. recent.* præsertim si res Iudicata turbida redditur *Buratt. d. 823. nu. 8. Rota d. 240. n. 11. p. 7. rec.* prout etiamsi notoriè iniusta detegatur, *Rot. d. 132. n. 11. p. 7. recent.*

Denique licet Signatura Iustitiæ in causis
26 prophanis restitutionis in integrum causam committat cum clausula *prout de Iure.* Non tamen idem obseruat in causis beneficialibus, sed gratiosè in
27 integrum restituit, cum clausula: *parito iudicato,* latè *Scacc. de Appell. q. 19. remed. 2. n. 118. & seq.* vbi rationem disparitatis assignat.

Hoc in integrum restitutionis beneficium
28 à Prætore introductum fuisse, vt remedio extraordinario lapsis, ætate, vel errore, aut altera iusta causa, vel dolo deceptis subueniretur perindè ac si lapsi non fuissent, nemo ex Iuristis dubitat, & omnes vtriusque Iuris DD. vno ore affirmant, principaliter aduertentes, quod quamuis beneficium hoc generale sit, non certæ causæ alligatum, sed toties concedendum, quoties id æquitas exposcit arg. *l. diuus 7. ff. hoc Tit.* Nihilominus tamen certæ quædam, & hæ frequentiores resti-
29 tutionum causæ edicto prætorio sunt expressæ, in quibus, & ex quibus in integrum restitutio singulariter conceditur *l. 1. & 2. ff. hoc Tit.* Quæ concessio non vno tamen sit vbique modo,
30 sed pro varietate subiectæ materiæ, extraordinaria nimirum cognitione vel data actione. Duplici siquidem iure in integrum restitutio peti potest,
31 iure scilicet actionis, vbi quis metu, vel dolo compulsus fuit ad aliquid faciendum. Et Iudicis officio nobili, quod pro restitutione in integrum im-
32 petranda implorari debet, quia ad ipsam petendam actio nulla introducta

repe-

reperitur. Et hoc Iudicis nobile offi-
cium, cuidam æquitati innititur, per
quam Prætor minoribus circumductis,
vel lapsis, maioribns verò tempore
absentiæ Reipublicæ causa, vel aliter
læsis, legum auxilio succurrendum
decreuit. Quare non sine iusta causa
33 conceditur restitutio vt patet ex ver-
bis ipsius edicti Prætorij in *l. 1. & 2. ff.*
hoc Tit. Instæ verò causæ restitutionis
in integrum sunt minor ætas, & eius
æquipollentiæ puta impedimenta men-
tis, corporis, priuilegium Ecclesiæ,
34 Fisci, Reipublicæ, quælibet etiam
iusta causa comprehensa sub generali
clausula Edicti prætorij. *Si qua mihi*
iusta causa esse videbitur l. 1. ff. ex quib.
caus. mai. Vndè Paupertas iustam resti-
35 tutionis causam præbet *Staphil. de lit.*
Grat. vers. sed si per contradictas fol. 16.
Cassad. decis. 6. n. 2. de appell. Put. decis.
446. lib. 2. Item absentia & ignorantia
36 *Rot. part. 2. recent. decis. 164. n. 4. &*
decis. 342. n. 1. part. 2. Caualler. decis.
94. n. 2. & decis. 141. n. 3. Item bonum
Ius in principali negotio vt patet ex
37 latè cumulatis per *Greg. dec. 459. n. 1.*
Duran. dec. 237. n. 2. de quo tamen bo-
no iure saltem summariè constare de-
bet vt in integrum restitutio obtineri
possit *Duran. dicta d. 137. n. 9. & Rot.*
d. 154. n. 9. p. 5. recent. Item Iniustitia
sententiæ quamuis non sit notoria *Se-*
38 *raph. d. 151. n. 2. Rot. d. 492. n. 1. part. 1.*
& d. 635. n. 4. part. 2. & d. 343. nu. 1.
part. 6. recensent Caual. d. 164. n. 1. Bel-
tram. ad Greg. d. 459. num. 11. Buratt.
d. 92. n. 5. decis. 399. n. 1. decis. 452. n. 6.
decis. 585. n. 11. decis. 681. n. 1. vbi quod
ita seruat Rota. Item nullitas senten-
39 tiæ, qua maior iniustitia dari non po-
test *Rot. decis. 333. n. 1. part. 4. recent. &*
decis. 40. n. 1. part. 6. recent. Vant. de
nullit. Tit. Quid sit nullitas n. 20.
Item læsio saltem enormis *cap. penult. de*
40 *reb. Eccles. non alien. Gabr. concl. 1. de*
rest. in integr. Caualer. decis. 149. n. 1.
& decis. 516. n. 1. Rot. decis. 21. num. 2.
part. 6. recent. Basis etenim restitutio-
nis est læsio *Duran. decis. 137. n. 1. &*
decis. 259. n. 1. Rot. decis. 154. n. 1. part.
5. recent. & vbi de læsione non constat
41 personis etiam priuilegiatis vtpotè
sunt Ecclesia, minor, Fiscus non da-
tur restitutio *cap. 1. de restit. in integr.*
Rot. decis. 199. n. 1. part. 4. recent. Du-
ran. decis. 310. n. 1. Caual. decis. 144.
n. 3. Quod intelligas si restitutio re-
42 spiciat sententiam, secus si ea, quæ
solent sententiam præcedere, puta si
minor aduersus omissas exceptiones
probationes, vel allegationes restitu-
tionem peteret tunc enim licet quoad
omissa in declinatorijs & dilatorijs non
restituatur, absque tamen alia læsio-
nis probatione in peremptorijs exce-
43 ptionibus ex solo temporis lapsu &
negligentia restituitur. *Vestr. in prax.*
lib. 8. c. 3. n. 7. Ridolfin. in prax. part. 1.
cap. 13. n. 455. Læsio itidem ænormis-
sima est iusta causa restitutionis in in-
44 tegrum contra transactionem *Put. de-*
cis. 11. de rest. in integr. Rot. d. 1354.
p. 3. lib. 3. diuers. Ridolfin. d. cap. 13.
n. 457. Quod etiam fauore Ecclesiæ,
45 si ex negligentia Prælati, vel eiusdem
malitia damnum aliquod passa sit san-
citum legitur *in cap. fin. de offic. Iud.*
plenè demonstrant verba *Text. in De-*
cretal. Sext. Clement. sub hac rubr. de in
integr. restit. registrata, & infra, in
Comment. explicata; minor enim, &
Ecclesia, quoad hoc pari passu ambu-
46 lant *Gloss. in cap. Ecclesia de in integr.*
rest. in 6. vbi etiam Anch. Arch. num. 1.
Dom. n. 8. & Communiter Cannonistæ.
De restitutione igitur in integrum quate-
47 nus Iudicis officio nobili expeditur,
in præsenti dumtaxat agendum est,
nam de dolo, & metu quatenus nem-
pè ex dolo, vel metu illato oritur fa-
mosa actio contra inferentem; de hoc
inquam subsidiario remedio, vtpotè
extra nostram materiam nullatenus
pertractabo nisi in quantum aduersarij
dolus vel metus incussus sunt iustæ
causæ restitutionis in integrum; vt
omnia ad rem nostram facientia sine
defectu absoluam.
Dupliciter autem in integrum restitutio
48 peti potest principaliter, & incidenter
Fenzon. ad Stat. Vrb lib. 1. cap. 5 c. n. 4.
Scacc. de appell. q. 19. remed. 2. n. 26.
Si principaliter petatur requiritur in hoc
49 Iudicio libellus, litis contestatio cum
alijs solemnitatibus Iudicij ordinarij
Vestr. praxi lib. 8. cap. 3. n. 19. Scacc. de
appell. d. remed. 2. n. 48.
Si verò petatur incidenter summariè sine
50 vlla solemnitate proceditur *Vestr. d.*
cap. 3. n. 19. Scacc. d. remed. 2. n. 48.
Hinc est quod principaliter peti debet
coram

coram Iudice Ordinario, vel Delegato
51 à Principe ad vniuersitatem causarum. Incidenter verò potest peti coram quocumque Iudice *vt pluribus relat.*
52 *notat. Rudolf. prax. p. 1. cap. 13. n. 421. & latè patet ex infra deductis in cap. 9.*

Ex petitione verò Restitutionis in inte-
53 grum resultat beneficium iuris, quo prior status totaliter innouatur, & Iudicis officio nobili implorato intra legitimum tempus obtinetur. Hoc autem tempus legitimum erit quadrien-
54 nium. Quæstio est an intelligi debeat de tempore vtili, vel de continuo, quod currit tam diebus feriatis, quam non feriatis, tam in præsentia, quam in absentia, siue adsit copia Iudicis,
55 siue non *l. fin. C. de Temp. in integr. Rest. Clem. 1. de rest. in integr. verb. Continuum*. Hinc est quod quamuis annus generaliter conficetur diebus 365. & 6. horis *l. ità vulneratus 51. §. æstimatio ff. ad l. Aquiliam & l. 4. §. Stichus ff. de stat. liber.* differunt tamen
56 inter se Annus vtilis, à continuo, quia in Anno vtili non computantur dies feriati, nec tempore absentiæ currit, vel non habita copia Iudicis vt notat allegata *Gloss. in verb. Annum & in l. fin. C. de temp. in integrum rest. & in l. 1. ff. de diuers. & temp. præscript.* & de qua-
57 driennio continuo, tempus legitimum ad petendam in integrum restitutionem intelligendum assero non obstan-
58 te, quod tempus à Prætore præfixum, etiam in dubio de vtili intelligi debeat ex *not. in l. Papinianus 28. ff. de min.* Qua propter intra quadriennium peti,
59 & infra quadriennium causa restitutionis in integrum terminari debet, quod & notat *Gloss. in dicta l. fin. verb. finiendam litem Clem. 1. de rest. in integr. Vestr. prax. lib. 8. cap. 3. num. 14. Rot. decis. 13. n. 2. part. 2. & decis. 233.*
60 *n. 4. part. 7. recent.* Annus enim vtilis, quòd olim dabatur ad restitutionem in integrum petendam à *Constantino* Imp. mutatus pro locorum varietate, continuo tempore, diuerso, & vario assignato; hodiè iure Codicis innouatus
61 reperitur, nam cum *Iustiniano Imperatori* locorum differentia displiceret, vbique, ad restitutionem in integrum petendam, & impetrandam quadriennium continuum introduxit *l. fin. C. de Temp. in integr. restit. Mynſ. cent. 1.*
62 *obseru. 51. nu. 1.* Quod tempus quadriennij, tam maioribus, quam minoribus, ipsique Ecclesiæ semper currit, diebus nimirum feriatis, & non feriatis, siue habeatur copia Iudicis, siue non, siue actor, siue reus impeditus existat; hoc autem factum notat *Angel.* ad tollendas immortales lites circa lapsum dierum vtilium, quorum lubrica, atq; difficilis erat computatio.
63 Qua propter quadriennio elapso, nec ipsa Ecclesia instare potest pro in integrum restitutione habenda etiam per viam exceptionis, vel replicationis iuxta *Text. in l. nam postea §. si minor ff. de Iur. Iur. l. nec non 28. §. exemplo ff. ex quibus causis maior Clem. vnic. de restit. in integr.* Quem *Text. Clem.* præ-
64 fertim emanasse cum *Speculatore* communiter scribentes aduertunt ad quorumdam antiquorum opinionem improbandam, qui verborum cortici inhærentes nullum Ecclesiæ ad restitutionem præfinitum tempus existimabant quasi semper sit pupilla per *Text. in cap. 1. de rest. in integr. ibi*: Debeat semper illæsa seruari. Regula igitur
65 sit, quod infra quadriennium restitutio peti debet eoque elapso amplius non datur *cap. 1. de restitut. in integr. Vestr. lib. 8. cap. 3. n. 14. n. 23. Rot. decis. 176. n. 3. part. 3. lib. 3. diuers. Burat. decis. 77. n. 8. & decis. 404. n. 4. Rot. decis. 592. n. 5. p. 2. recent.* Quadriennium
66 verò à die læsionis currere incipit *Clement. 1. de rest. in integr.* quod si petatur aduersus sententiam incipit curre-
67 re à die sententiæ *Io: And. cap. 1. n. 4. de rest. in integr. in 6. de Graff. decis. 3. n. 5. de rest. in integr.* Et vbi sunt plu-
68 res sententiæ incipit currere à die vltimæ *Vestr. prax. lib. 8. cap. 3. num. 14. Rot. decis. 2. de in integrum in nouis*. Si verò petatur ad appellandum, si non
69 fuit appellatum currit à lapsu decem dierum *Io. And. d. cap. 1. in 6. Graff. d. decis. 3. n. 4.* Interposita autem appellatione, currit à lapsu decem die-
70 rum post datos reuerentiales in forma &c. quando causa non fuit commissa & remansit deserta *Gaffad. decis. 4. n. 1. de appell. Caputaq. decis. 31. & 32. part. 1.* vel si dati non fuerunt re-
71 uerentiales, à lapsu anni, vel biennij dati ad prosequendam appellationem. *Rot. decis. 233. n. 1. part. 7. recent. Clem. 1.*

de rest. in integr. Minori vero non incipit currere nisi à die qua factus est
72 maior vt infra *de rest. min. Rot. decis.* 132. *n.*7. *part.* 2. *& decis.* 11. *n.*7. *part.* 5. *recent. Buratt. decis.*75. *n.*22.

Verum nota quod vbi agitur de Ecclesia
73 in integrum restituenda, hodie non *Decretalium* Iura sunt simpliciter spectanda, sed attendi etiam debet *Constitutio* Sanctæ Mem. Vrban. VIII. *quæ incipit Romanus Pontifex* data die 5. *Iunij* 1641. per extensum relata in fin. & notis exornata, in qua aduersus ibidem recensita præiudicia facta Ecclesiæ, aut personis Ecclesiasticis, contra quamcumque legitimi temporis præ-
74 scriptionem, centenaria, aut immemorabili excepta; Ecclesia, in integrum restituitur; & consequenter aduerte, quod, quoad præiudicia in dicta Constitutione expressa non est seruandum quadriennium.

Quod vt verum fatear rationem hucus-
75 que adinuenire non potui, quare seruari, & attendi non debeat in Curia, in qua non attendi testatur *Barbos. in Collect. ad cap. Ecclesia de rest. in integr. in* 6. *n.* 17. cuius dicta confutanda agrederer, stylum quoque Curiæ vti abusiuum, & perpetuarum litium fomentum reprobando, nisi *Barbos.* expositam doctrinam varijs *Sac. Rot.* Decisionibus confoueret, quibus acquiescere cogit tanti Tribunalis auctoritas, signanter *in Bergomen legati* 15. *Nouembris* 1610. *coram Attrebaten.* in *Adrien. Iurisdictionis* 27. *Iunij* 1622. *coram Pirouano in Romana restitutionis in integrum* 20. *Maij* 1624. *&* 18. *Aprilis* 1625. *coram Manzanedo, & apud Buratt. decis.* 452. *n.* 7. *& decis.* 604. *n.* 13. *Rot. in recent. decis.* 284. *n.* 5. *p.* 6. *recent. vbi aliæ decisiones cumulantur, quibus vt notat Ridolf. prax. p.*1. *cap.*13. *num.*472. non simpliciter decernitur,
76 quod de stylo Curiæ quadriennij lapsus non attenditur, sed quod constito de bono iure, non obstante lapsu quadriennij datur restitutio. *Rot. in Bergomen. legati* 15. *Ianuarij* 1610. *coram Ottemborg. Ferentill. ad Buratt. decis.* 404. *n.* 11. *cum alijs relat. per Ridolf. d. n.*472. Quin imò & aduertendum, quod conclusio supra expressa, quod
77 in integrum restitutio non detur post quadriennium ne dum cessat de stylo Curiæ constito de bono iure, sed & vniuersaliter loquendo, in pluribus casibus locum non habet.

Quorum primus est, si adsit iustum ali-
78 quod impedimentum, vel altera rationabilis causa, post quadriennium restitutio datur *cap.*1. *de rest. in integr. in* 6. *l. fin. C. de temp. in integr. rest. Vestr. prax. lib.*8. *cap.*3. *n.*14.

Secundus vbi sententia ex eisdem actis
79 est notorie iniusta *Cass. de Graff. decis.* 15. *n.*8. *in fin. de Prebend. Ferentill. ad Burat. decis.*404. *n.*9.

Tertius vbi de ænormissima læsione con-
80 stat *d. cap.* 1. *de restitut. in integr. in* 6. *Achill. decis.* 6. *de in integr. rest. latè Ferentill. ad Buratt. decis.*404. *num.* 10. *Rot. decis.* 28. *num.* 50. *p.* 6. *recent.* Et quamuis regulariter in inspectione. Vtrum læsio sit ænormissima, non sim-
81 pliciter ad rem, de qua agitur, sed ad totam patrimonij substantiam ratio haberi debeat *Soc. cons.* 266. *n.*24. *lib.* 2. cum alijs cumulatis per *Rot. d. decis.* 284. *n.*50. *p.*6. *recent.* tamen aduerte, quod hoc locum habet vbi agitur de
82 recuperando ablato per rem iudicatam; nam si de recuperando ablato non agitur, sed de acquirendo, quod per rem iudicatam denegatum fuit,
83 hoc casu docto de læsione ænormissima, etiam quadriennio elapso restitutio datur, nec commensuranda est læsio respectu patrimonij permanentis, quod læsum non fuit, sed respectu rerum, quæ per rem iudicatam denegatæ fuerunt *Rot. d. decis.* 284. *n.* 51. *& seqq. p.*6. *recent.*

Quartus si constet de bono iure, & in in-
84 tegrum restitutio impetretur à Principe, Princeps enim quoties ei de bono iure constat etiam quadriennio elapso in integrum restitutionem concedere potest, & hoc locum etiam sibi vendicat etiamsi Princeps dicat fiat iustitia, dummodo lapsum quadriennij non
85 ignorauerit *Rot. decis.* 276. *num.*7. *p.*3. *lib.* 3. *diuers. Mantic. decis.* 315. *n.*2. *& seq. Ridolf. prax. part.*1. *cap.*13. *n.*470.

Quintus quando in integrum restitutio
86 datur ex generali clausula, de qua infra *cap.*8. quia cum tunc quadriennium ab initio non currat, si aliter diceretur esset dare restitutionem ad restitutionem obtinendam contra *Text. in l. interdum ff. de minor & l.*1. *C. si sep. in integr.*

tegr. rest. postul. Rot. decis. 360. nu. 13. p. 6. recent.
Sextus denique cum quis se læsum igno-
87 rat, nam & vbi quadriennij lapsus ri-
gorosè attenditur, ignorantibus non
currit quia eum ab initio sit vtile *l. fin. C. de temp. in integr. rest.* in casu igno-
rantiæ locum non habet *Villal. com. opin. verbo restitutio Capyc. decis. 4. n. 25. Thesaur. decis. 134. n. 4.* Qua propter
currere solum incipit, & computari
debet à die scientiæ tam minoribus,
quam maioribus *Vuesemb. in prat. C. de temp. in integr. rest. Castren. in l. si sic.*
88 *ff. quid seruit. amitt.* Vnde tradunt
non pauci D.D. quod quamuis laban-
tur 40. Anni. Si tamen à die scientiæ
quatuor lapsi non fuerint, in integrum
restitutionem adhuc peti posse ita *Menoch. lib. 2. præsumpt. 71. n. 2. Sarmient. select. interpetr. lib. 2. cap. 10. n. 1.* quod
& ad 100. annos extendunt *Thes. decis. 133. n. 4. Boer. q. 39. num. 5. Zypeus Consult. canon. lib. 3. de reb. Eccl. non alien. Consult. 1. fol. 153. §. ad eundem.*
Et nota, quod quamuis cæteræ tempora-
89 les actiones per litis contestationem
perpetuentur *l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. Ann.* non tamen quadriennij
tempus continuatur *Mynsing. cent. 1. obseru. 51. n. 4. & 5.* Sin verò per Iu-
dicem, vel per partem aduersam ste-
91 terit, quo minus intra quadriennium
causa restitutionis terminetur hoc non
nocet *Mynsf. d. obseru. 51. n. 6. & seq.*
Verum enim verò apud quem in inte-
grum restitutio peti debeat, idest qui
ipsam concedere possit contendunt
DD. quorum opiniones referunt *Couar. var. resol. tom. 2. lib. 1. cap. 4. per tot Sfort. Odd. q. 32. per tot & dicam infra cap. 9.*
Quidquid tamen olim sancitum reperia-
91 tur. Hodiè Princeps, & Delegatus
Principis, nec non quilibet Iudex Or-
dinarius ex Cōstitutione *Iustiniani Imp.*
in integrum restituere potest *l. vlt. C. vbi & apud quem.* Quinimò non so-
lum Magistratus Ordinarius, sed & ij
92 quibus à Magistratu mandata est Iu-
risdictio in integrum restituere notat
Bachou. Vuesemb. num. 1. & 2. Omnes
siquidem Magistratus tam Delegati,
quam Ordinarij siue habeant Iurisdi-
93 ctionē cum administratione rerum pu-
blicarum, siue solam iurisdictionē in in-
tegrum restituere possunt *l. vlt. C. vbi & apud quem cog. rest. Oldend. Class. 6. act. 8. q. 1. §. omnes.* Quare regulari-
94 ter loquendo, quarumcumque cau-
sarum Iudices Ordinarij competentes
restitutionem in integrum possunt cō-
cedere *l. in Causa 16. ff. de min.* vbi
dicitur, quod tam Præfectus Vrbis,
quam alij Magistratus pro iurisdictio-
ne sua possunt in integrum restituere
tam in alijs causis, quam contra pro-
priam sententiam & clarius patet ex
95 deductis infra *in cap. 9.* Interim nota,
quod, si quis Magistratus contra mi-
norem sententiam tulit, is contra
suam sententiam in integrum restitue-
re potest, ex notatis *in d. l. in causa*
vbi allegatur exemplum in Præfecto
Vrbi, alijsque Magistratibus. *In l. Præfecti 17. ff. de minor.* vbi exemplum
in Præfecto Prætorio *l. Præses 42. ff. eodem*, vbi exemplum in Præside. Nam
quamuis Iudex prolata sententia fun-
ctus sit officio suo, illumque non am-
plius corrigere valeat *l. Iudex 55. ff. de re Iud.* adeò vt nec Iudex appella-
tionis, ad eum appellationis causam
amplius remittere possit *l. 6. in princ. C. de appellat.* per viam tamen restitu-
tionis in integrum ab illomet Iudice,
quo lata fuit sententia retractari po-
test.
Quin imò vbi etiam ab alicuius supremi
96 Magistratus, vel Principis sententia
appellari non potest in integrum resti-
tutio locum habet *d. l. Præfecti* ratio
est quia, qui appellat Iudicem ac-
cusat, eiusque sententiam vti iniquam
querelat, qui verò in integrum resti-
tutionem petit seque, & sui inconsul-
tam facilitatem, atque errorem accu-
sat, vel aduersarij circumuentionem
allegat *Gothof. ibidem.*
Verum tamen est quod minor contra
97 maioris sententiam restituere non po-
test *l. minor 18. ff. de minor.* Quare si
Princeps sententiam dixerit ipse solus
98 restituit *l. 3. C. si aduersus rem Iudicat.*
Quod itidem procedit respectu sen-
tentiæ illius qui vice Principis iudicat
d. l. 3. Nec non respectu sententiæ
Iudicis ab Imperatore, vel alio supre-
99 mo Principe dati, nam restitutio in
casu non fit nisi à Principe, qui Iu-
dicem destinauit. Alterum quoque
singularem casum, quo restitutio à

100 solo Principe, obtineri potest refert
Marant. in spec. part.6.act.3. de execut.
n.6. Si nimirum quis passus esset elabi
tempus ad appellandum. In Gallia
101 autem solus Rex in integrum resti-
tuit ideo minor sine literis Regijs non
auditur *Gothofr. ad l. si minorem C. de*
in integr. rest. min.

In petenda verò restitutione in integrum
102 locum habet vulgata regula, quod
actor sequitur forum rei *l. 2. & vlt*
C. vbi & apud quem, vbi *Vuesemb.* Ea-
dem enim est natura distractus, qualis
est natura contractus; quare sicut in
contractibus actor sequitur forum rei,
nimirum debitoris, sic in distractu re-
stitutionis in integrum loci Iudex adi-
ri debet vbi ille contra, quem resti-
tutio petitur domicilium habet *d. l. 2.*
in fin. Hinc est, quod si, qui restitu-
tionem petit sit alterius iurisdictionis,
ab eo, contra quem petitur, postulari
debet à Iudice competenti illius con-
tra quem, quis restitutionem suppli-
103 cat *d. l. 2.* & hoc procedit etiam si
clericus contra laicum circa res pro-
prias in integrum restitutionem petat;
quia regula prædicta, quod actor se-
quitur forum rei locum habet etiam
104 in foro ecclesiastico *Ant. Perez. C.*
vbi & apud quem n. 4. Et sola Ecclesia
priuilegium habet à præfata regula
105 recedendi, quia potest Iudicem
Ecclesiasticum adire *Vid. Marant. de*
Ord. Iudic. part. 6. n. 101. In actione
106 quoque reali recedere licet à regula
quod actor forum rei sequitur *l. vltim.*
C. vbi in rem act.

Constat ex dictis vbi & apud quem in in-
tegrum restitutio peti possit, dicen-
dum sequitur, qui possint in integrum
restitutionem petere, quod satis ex-
pressè indicant verba Prætorij edicti
in l. 1. ff. de in integr. rest. ibi: Prætor
hominibus, vel lapsis, vel circumscriptis
subuenit: siue metu, siue calliditate,
siue ætate, siue absentia in captionem in-
107 *ciderint.* Omnes ergo, qui vel me-
tu compulsi, vel dolo inducti, aut æta-
tis lapsu circumscripti, vel absentia,
aut status mutatione, vel iusto aliquo
errore, aut altera de causa, quæ ex-
cusationem mereatur in captionem se
incidisse asserunt in integrum restitut.
petere possunt *d. l. 1. & l. 2. ff. eo-*
dem.

Notanda tamen singularis differentia
108 inter restitutionem in integrum,
quæ datur minori, Ecclesiæ, & æquipa-
ratis ex edicto minorum, & restitutio-
nem, quæ datur maiori ex iusta causa
& ex clausula generali. Minori etenim,
& æquiparatis probata minori ætate,
& læsione restitutio denegari non po-
test. Maioribus verò non datur, nisi
109 vltra læsionem iustum quoque im-
pedimentum, vel alteram iustam ex-
cusationis causam probent. *Vestr.*
prax. lib. 8. cap. 3. n. 6. Ridolf. prax.
p.1. cap.13. n.456.

Per procuratorem quoque restitutio peti
110 potest *l. vnica C. etiam per Procura-*
torem. Hoc etiam Ius petendi in inte-
grum restitutionem ad successores
111 transmittitur *l. non modo 6. C. de in*
integr. rest. min. Quinimò ipsi hære-
des fideicommissarij in integrum re-
112 stitutionem petere possunt *d. l. non*
modo. Et datur etiam hæredi hæredis *l.*
non solum ff. de rest. in integ. ibi: Item om-
nium qui ipsi potuerunt restitui, & ita
sæpissimè est constitutum. Siue igitur
hæres sit: siue is cui hæreditas restituta
est: siue filij familias, militis successor
in integrum restitui poterit: Crauet.
cons. 17. n. 2. Gozad. cons. 768. num. 12.
Cald. de rest. in integr. n. 43. vbi hoc
probat tam in hæredibus minorum
113 quam maiorum *Franc. decis. 229.*
n. 7. Et latè dicam infra *cap. 9.* nam
beneficium hoc non est à Iure ex-
pressum per modum priuilegij, quod
cum ipsa persona extinguitur, sed vti
quodammodo remedium ordinarium
vt eruditè obseruat *Bachou. ad Vue-*
semb. loc. cit.

Obseruandum tamen, quod non ob res
114 friuolas, seu in qualibet tenui læsio-
ne remedium restitutionis in integrum
intentari potest *l. 9. 10. & 11. ff. de do-*
lo l. scio 4. ff. de in integrum rest. l. res
bona fide 54. ff. de contrah. empt. Nam
cum sit remedium rescissorium, vti
115 datum contra Ius Ciuile non teme-
rè, vel ob quamlibet rem leuem dari
debet vnde vulgo dici solet de mini-
mis non curat Prætor *Vid. Gail. obseru.*
102. n.4.

Quoniam verò vt beneficium restitutio-
116 nis in integrum locum habeat, læsio
ab ipso Prætore supponitur, causa
enim restitutionis in integrum est læ-
sio

sio cap. 1. vbi Abb. n. 2. de rest. in integ.
l. nam & postea §. si minor ff. de Iur. Iu-
ran. Bald. in l. æmilius in 3. lect. n. 2. ff.
de minori Franc. decis. 229. n. 7. Erra-
runt multi asserentes Iudicium resti-
117 tutionis in integrum non posse in-
tentari nisi vbi de manifesta læsione
apparet, quorum error facile digno-
scitur considerata differentia, quæ est
inter simplicé audientiam, seu introdu-
ctionem causæ restitutionis in inte-
grum, & concessionem restitutionis,
seu restitutionem ipsam contractum
rescindentem, aut sententiam irritan-
tem. Nam si de simplici audientia, seu
causæ introductione sermo sit simpli-
118 cis læsionis fumus sufficit. *Rot. in*
Romana Spoly 11. *Maij* 1618. *coram*
Buratto Greg. decis. 459. *nu.* 11. Et se-
miplena tantum probatio *Buratt. d.*
323. *num.* 4. *Ridolf. Prax. p. 1. cap.* 13.
n. 450. Quin imò addit *Marchesan. de*
119 *commiss. rest. in integr. §. 1. num.* 14.
quod in Romana Curia huiusmodi
probatio locum non habet, nam abs-
que eo, quod aliquid probetur, com-
missionem restitutionis in integrum
offerre sufficit. Si verò loquamur de
ipsa concessione restitutionis in inte-
120 grum, plena atque concludens in
casu læsionis probatio est necessaria
l. 8. ff de in integr. rest. Greg. d. de-
cis. 459.

In integrum autem restitutione postulata
121 donec lis finiatur omnia in suo statu
manere debent *l. vnic. C. de in integr.*
rest. postul. ne quid nou. fiat. Quare
per simplicem in integrum restitutio-
nis petitionem sententiæ executio im-
122 pedita remanet *l. si causa cognita C.*
de Transact. Marant. p. 6. act. 3. de exe-
cut. n. 58. vbi hoc limitat in aliquibus
casibus & patet ex latè deductis in *cap.*
vlt. de effect. restit.

Verum verò est, quod si malitiosè, &
123 remouendæ dumtaxat executionis
causa peteretur restitutio in integrum,
nihilominus exequi posset sententia,
dummodo pro quo lata est, cautio-
nem præstet, se rem restituturum si
alter in restitutionis iudicio, restitu-
tionem obtineat *cap. Suscitata 6. de in*
integr. rest. Perez. n. 2. C. vbi & apud
quem. Restitutione siquidem in inte-
124 grum obtenta omnia in pristinum
reuocari debent, quia tantum restitu-
tio tribuit, quantum læsio abstulit *l. 1.*
& fin. C. de sent. pass. & rest. & hoc
procedit quoad omnia, & ex vtraque
125 parte, nam sicut qui restituitur in
damno morari non debet, neque in
lucro *l. vnic. C. de reputat. l. videmus*
generatim ff. de vsuris.

Vt tamen hoc beneficium restitutionis in
126 integrum suum sortiatur effectum,
tam in petenda: quam in concedenda
restitutione iuris ordo seruari debet
Gayl. 1. obseru. 43. *Mynſ. cent. 1. obseru.*
49. *& cent. 2. obseru.* 26. *nu.* 4. *Manz.*
Tit. 1. à n. 47. *vsque ad* 50. Nec in vna
& eadem causa iteratum in integrum
127 restitutionis auxilium, postulate est
permissum, nisi nouę superueniant de-
fensiones *l. 3. C. si sæpius in integr. rest.*
postul. & quidem si sæpius decerneretur,
res in infinitum abiret, nullusque
daretur litium finis. Vnde & optima
ratione statutum est, quod semel de-
128 negata restitutio, iterum non con-
cedatur, nisi ex noua causa postuletur
Mynsing. cent. 1. obseru. 52. Nec bene-
ficium hoc restitutionis in integrum
locum habet in actu ipso iure nullo,
129 vt patet *Tot. tit. C. in quib. caus. rest.*
in integr. non est necess. Nam quod
nullum est frustra rescindi petitur *arg.*
l. 5. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. Te-
stam. Aduersus tamen sententiæ nul-
130 litatem restitutio datur. *Rot. decis.*
333. *n. 1. p. 4. recent. & decis.* 40. *nu. 1.*
part. 6. recent.

Colligitur ex dictis quid sit in integrum
restitutio, quæ requirantur ad ipsam
impetrandam, quibus concedi de-
beat, & à quibus beneficium hoc im-
plorandum veniat. Videndum sequi-
tur quotuplex sit, & non sine graui
difficultate hæc procedit quæstio;
Vtque ingenuè loquar nullibi à DD.
resolutam inueni. Ex his tamen, quæ
ex dictis *Bald. in l. 1. §. cum qui ff. de*
postulat. Alber. in l. cum quis §. si quis
pro eo ff. de fid. Bart. in l. 1. ff. de const.
Princ. Boss. in Tit. de remed. cont. Bann.
n. 3. *Cagnol. in l. cum quid nu.* 60. *ff. si*
certum pet. Crot. in l. Gallus §. & quid
si tantum ff. de liber. & posth. colligere
131 permissum fuit, ipsam distinguo in
integrum restitutionem, quæ dicitur
Iustitiæ, & in restitutionem in inte-
grum, quæ dicitur gratiæ.

In integrum restitutio Iustitiæ, est illa ad
quam

132 quam obtinendam iuridica cauſa
adducitur, & in vim eiuſdem conce-
ditur. Gratiæ vero illa dicirur cuius
133 petitio ſoli Principis Clementiæ in-
nititur. *Marcheſ. de commiſſ. reſt. in
integr. part.2. §.1. num.47. Scacc.de ap-
pell.quæſt.19. remed.2. num.26.* A con-
ceſſione reſtitutionis in integrum gra-
134 tioſa appellare non licet, quia à
Principis ſententia non datur appella-
tio *l. 1. ff. à quibus appell. non lic. Mar-
cheſ. de commiſ. reſt. in integr. part. 2.
§. 1. num. 97. Scacc. de appell. quæſt.16.
lim.1. nu.1.*

A conceſſione vero reſtitutionis in
135 integrum Iuſtitiæ bene datur appel-
latio *Marcheſan. dicta part.2.§.1. num.
97. Scacc. de appell. quæſt.17. limit.47.
membr.1.num.169. & quæſt.19. remed.
2.num.132.Saluſt.Tib.prax.lib.2. cap.9.
Papaz. ad Rot. deciſ.7. nu.5. de reſt. in
integr. in nou.*

Hac de cauſa inueterata Romanæ Curiæ
136 praxis, tã in ſupremo Sac. Rot. Tri-
bunali, quam coram A. C. ad euitan-
dos circuitus, & materiam appellatio-
nis, ac per tres conformes ſuper reſti-
tutione in integrum procedendi, am-
putandum induxit, ne ſuper reſtitu-
tione in integrum pronuncietur, ſed
quod, ſi reſtitutio eſt de iure conce-
denda, per proceſſum ad vlteriora ta-
citè conceſſa intelligatur, ſi Iudex po-
ſtea in meritis cauſæ ad fauorem illius,
qui reſtitutionem petiit pronunciet
*Veſtr. Prax. lib.8.cap.3.num.17.Saluſt.
Tib.prax.lib.2. cap.9.Odd.de reſt.part.1.
quæſt.33.art.4.num.35. Scacc.de Appell.
quæſt. 19. remed. 2. num. 132. de Graſ.
deciſ.3. num.13. de reſt.in integr. Man-
tic. deciſ. 315. num.5. Rot.dec.13. nu.1.
part.2. recent.* Si verò Iudex petitam
reſtitutionem non competere videt,
tacitè ad vlteriora procedit, & vel in-
hibitionem moderatur, ſi emanauit,
vel procedit ad executionem rei iudi-
catæ, quo caſu abſque altera declara-
tione dicitur reſtiturio denegata. *Mar-
cheſ. de Commiſs. reſt. in integ. part. 2.
§.1. num. 98. Veſtr. prax. lib. 8. cap.3.
num.17.de Graſſ.dec.3. num.13.de reſt.
in integr. Mantic. deciſ. 315. numer.5.
Rot. dec.13.num.1.part.2.recent.* Verum
137 cum hæc, reſtitutioni in integrum ad
appellandum haud facile accommo-
dari poſſint, tunc Iudex priuſquam in
negotio principali procedat reſtitu-
tionem in integrum ad appellandum
apertis verbis concedere debet, & po-
ſtea infra decem dies à die conceſſæ
reſtitutionis appellatio interponi de-
bet *Veſtr. prax. lib. 8. cap. 3. num. 18.
Scacc. de Appell. quæſt. 19. remed.2. nu.
80. & num. 134. Ridolfin. prax. part. 1.
cap.13. num.419.*

138 Sub diſtinguitur etiam reſtitutio
Iuſtitiæ, de qua in præſenti loquor in
Prætoriam, & Ciuilem. Prætoria di-
citur quæ iure Prætorio introducta
ſpecialiter reperitur, vtpotè eſt reſtitu-
tio ex Edicto minorum, & maiorum,
quæ itidem duplex eſt, Alia, quæ expe-
139 ditur Iudicis officio nobili, & pro-
priè eſt Reſtitutio; Altera, quæ actio-
nis iure conſequitur, cui nimirum fa-
mulatur Iudicis officium mercenariũ,
140 & impropriè in integrum reſtitutio
vocatur vtpotè eſt, quæ datur ex cau-
ſa doli, vel metus. Ciuilis verò eſt,
quæ ex Principum Conſtitutionibus
deſcendit; Cum enim Prætor caſus
141 omnes in integrum reſtitutione di-
gnos, præuidere non potuiſſet, Ius
Ciuile in quibuſdam cauſis, & caſibus
à Prætore non expreſſis ipſam intro-
duxit *l. Diuus ff. de re Iud.l. admonendi
ff. de Iur. Iuran. l. qui agnatis ff. de ex-
cept. l. 2. ff. ex quib. cau. mai.* de qua
Ciuili in integrum reſtitutione loqui-
tur *Specul. in tit. de reſt. in integr. num.
34.* Subdiuiditur autem inpropriam,
& impropriam. Propria eſt, quæ in
142 allegatis legibus clauditur, impro-
pria, quæ venit nomine veniæ, de qua
loquitur *Text. in l. fin. ff. de ſucce.
edict.*

Non deſunt etiam, qui ſupplica-
143 tionem, & indulgentiam ſpecies in
integrum reſtitutionis conſtituunt; ſed
144 re benè attenta cum genere ſpeciem
confundunt. Vnde aduertendum
quod ſupplicatio ſumi poteſt in gene-
re, & in ſpecie. Si ſumatur in genere,
145 nimirum pro omni præcum oblatio-
ne, quibus aliquid, vel à Principe,
vel à Iudice ex eius officio petitur,
lato modo ſupplicatio, ſiue ſit gratiæ,
ſiuè Iuſtitiæ dici poteſt reſtitutio in in-
tegrum, quia omnis reſtitutio per
viam ſupplicationis petitur, quare
omnis reſtitutio in hoc ſenſu erit ſup-
plicatio.

Si

Si verò sumatur in specie, pro ea
146 nimirum præcum oblatione, quæ
Principi porrigitur, non ex iusta causa,
sed ad eius pietatem, & misericordiam
implorandam; puta pro minoranda
pœna, exilio remittendo, causa com-
mittenda non omnis supplicatio est
restitutio.

Dico igitur quod respectu modi,
quo in integrum restitutio petitur om-
147 nis restitutio, est supplicatio, idest
omnis restitutio per supplicationem
imploratur. Respectu verò eius, quod
in supplicatione petitur, non omne id,
quod petitur est restitutio in integrum,
& consequenter sppplicatio, & resti-
148 tutio specie differunt sicut Bos, &
Equus, licet vterque in suo genere
conueniat, & iuxta hunc sensum sine
contradictione procedunt tradita per
*DD. in cap. Ex litteris extr. de rest. in in-
tegr.* vbi *Gloss. Bero. Bald. in auth. quæ
supplicatio num. 3. C. de prec. Imp. offer.
Marc. decis. 53. num. 12. cum alijs, quos
refert Sfort dicta part. 1. quæstion. 1,
art. 7.*

Quæ dicta sunt de supplicationes,
militant respectu indulgentiæ. Indul-
146 gentia enim est nomen generis, sub
se duas species complectens, quarum
altera sui generis nomen retinet, &
indulgentia dicitur; altera in suum
speciale nomen transit, & vocatur in
integrum restitutio, vt notabiliter do-
cet *Salicet. in l. cum Indulgentia C. de
sent. pass.* Et propriè loquendo longè
inter se differunt, quia simplex crimi-
nis Indulgentia non restituit famam
l. fin. C. de general. abol. Sed in inte-
150 grum restitutio omnia per crimen
amissa redintegrat *l. 1. in fin C. de
sent. pass.*

Cæterum non me latet quandoque
placuisse Legislatoribus hoc nomen
Indulgentiæ in genere vsurpare, quod
factum constat in pluribus legibus *C.
Tit. de sent. pass.* specialiter verò *in l.
si pater, & in l. fin.* vbi *Gloss.* exponit
Indulgentia. idest in integrum restitutio
Vid. notata per *Sfort. dicta qu. 1. art. 8.
num. 74.*

Ex his, quæ sunt sedes materiæ re-
stitutionis in integrum, & in quibus
coeunt tam Pontificij, quam Cæsarij
Iuris constitutiones *sub Tit. de in inte-
grum restitutione* relatæ, Difficultates,
tam numero plures, quam difficultate
arduas, quodque vtilissimum est in fo-
ro quotidiè agitatas Doctores excitãt,
quas iuxta ordinem causarum, ex qui-
bus in integrum restitutionem peten-
dam & concedendam Prętor esse di-
xit, enucleatas, per distincta capita ex-
ponam; clarè atque methodicè loquar,
& in hac materia vtilissima, atque in
Iudicijs frequentissima, quotidianis
disputationibus concussa, iuxtà pra-
xim Tribunalium stylum dirigam, non
ignorans, quod in Scholis degl utiun-
151 tur leges, at vt tradit *Bald. in l. Aemi-
lius ff. de minor.* in Iudicijs digeruntur.
Quodque legum tunc solum gustatur
152 fructus cum praxim redolẽt, vt scri-
psit *Felyn. cap. ex Tenore de Test.* Et
153 quod vera iuris interpetratio, non
nisi à pratica sumitur.

ARGVMENTVM.

Dè Minoribus in Integrum Restituendis, & de participãtibus beneficio Restitutionis, ex Edicto Minorum.

SVMMARIVM.

1 *Ex primitur præcipua causa Edicti Prętorij de restitutione minorum.*
2 *Minor læsus etiam sine culpa, vel dolo Aduersarij restituitur.*
3 *Prætor naturalem æquitatem secutus minorum tutelam suscepit.*
4 *Menores dicuntur ij, secundum leges, qui non compleuerunt annum vigesimum quintum.*
5 *Constituti infra annum 25. non habent rerum suarum administrationem, & Curatorum auxilio reguntur.*
6 *Explicatur quid sit ætas hominis, secundum Albertum Magnum.*
7 *Hominum vita in sex ætates distinguitur.*
8 *Infantia incipit à primo momento vitæ & durat vsque ad septimum annum completum.*
9 *Pueritia à septimo anno exorditur, & decimo quarto clauditur in masculis, in feminis vero duodecimo:*

10 *Ado-*

10 *Adolescentia ab anno decimo quarto, vsque ad vigesimum quintum completum extenditur.*

11 *Virilitas suum habet terminum ab anno 25. vsque ad quinquagesimum.*

12 *Senectus exorditur ab Anno 50. vsque ad septnagesimum.*

13 *Decrepitas à septnagesimo exordium habet, & vsque ad vitæ finem durat.*

14 *Inter varias ætatis hominum diuisiones.* I. C. *sequuntur sententiam* Hippocratis.

15 *Aetas annorum 25. est ætas perfecta.*

16 *Numerus quinarius est hominum nuptijs, & procreationi dicatus.*

17 *Numerus quinarius, est numerus fortitudinis.*

18 *Ante annum 25. vxorem ducere lege Poppeia vetitum erat.*

19 *Sancti Anni Iubileum quolibet 25. anno celebratur.*

20 *Anima pueri, quòad essentiam non differt ab anima sapientis senis.*

21 *Post 25. annum homines dicuntur maiores, & apti ad gerenda propria negatia.*

22 *Femina solum completo 25. anno, dicuntur maiores, licet quòad pubertatem pari passu non ambulent cum masculis.*

23 *Odiosum esset feminis, si beneficio restitutionis priuarentur priusquã masculi.*

24 *Fauorabile esset mulieribus, liberam rerum suarum administrationem ipsis nunquam permittere.*

25 *In Regno fœminæ etia 25. Annis maiores restituuntur.*

26 *Virilis vigor solum post 25. Annum completus dicitur.*

27 *Quòad virilitatis complementum, viri, cum feminis pari passu ambulant.*

28 *Aetas annorum 25. est ætas defectiua.*

29 *Aetas perfecta quòad subiectam materiam diuersimodè consideratur.*

30 *Minor ætas cõsistit inter decimum quartum, & annum vigesimum quintum.*

31 *Leges loquentes de minoribus, pupillos in fauorabilibus comprehendunt.*

32 *Virilitatis perfectio à naturali incremento proficiscitur.*

33 *Statuto, & consuetudine minor ætas abbreuiari, & extendi potest.*

34 *Pro Climatum* Temperie, *homines citius prudentiores euadunt.*

35 *Maiores 21. ann. apud Briuricenses habentur vti verè maiores.*

36 *Maiores 20. Annis, Florentiæ habentur vti maiores 25.*

37 *Minor ætas in Regno expirat per complementum Ann. 18.*

38 *Qui in Vtero est in fauorabilibus pro nato habetur.*

39 *In Odiosis tunc quis dicitur natus, cum verè est natus.*

40 *Damnosum esset minori, quoad restitutionem ab hora conceptionis eius ætatem exordiri.*

41 *Minor ætas ab hora natiuitatis currere incipit.*

42 *Vsucapio datur contra eum, qui in vtero est.*

43 *Declaratur* text. in l. etiam ff. de præscript.

44 *Vltimus minoris ætatis annus debet esse completus, vt quis dicatur maior.*

45 *Odiosum esset minori si beneficium restitutionis ante complementum 25. anni, ei cessaret.*

46 *In casu cessat regula, quod annus captus habeatur pro completo.*

47 *Nec sufficis vltimi anni diem, vel horam attigisse.*

48 *Minoris ætatis computatio fit ab hora natiuitatis de momento in momentum.*

49 *Est fauorabile minori, quod expectetur complementum annorum 25. vsque ad horam vltimam.*

50 *Vbi non constat de hora natiuitatis est attendẽdus exitus totius diei naturalis.*

51 *Vbi non constat de die, sed solum de mense attendendus est exitus totius mensis.*

52 *Vbi solum constat de Anno, est expectandus exitus totius anni.*

53 *Dies bissextilis vnitur cum die antecedenti, & cum ipso pro sola die computatur.*

54 *Hora est 24. pars vnius diei, & Punctus quarta pars horæ.*

55 *In fauorabilibus Annus captus, regulariter habetur pro completo.*

56 *Minor læsus ex quocumque gesto, restituitur.*

57 *Minor restituitur aduersus læsionem prouenientem ex contractu, quasi contractu, distractu, vltima voluntate, nec non in iudicialibus.*

58 *Minor aduersus emptionem, & venditionem, restitutionem habet.*

59 Mi-

59 *Minori competit restitutio etiam aduersus emptionem, & venditionem neglectam.*

60 *Minor non potest contractum rescindere, volente emptore iustum pretium supplere.*

61 *Ecclesia reintegratur aduersus alienationem rei Ecclesiasticæ factam sine vtilitate & necessitate, nec locus est suppletioni eius, quod deest ad læsionis exclusionem.*

62 *Reijcitur* Gratian. sententia in tract. de expens. cap. 18.

63 *In contractibus laicorum est arbitrarium emptori, vel rem reddere, vel iustum pretium supplere.*

64 *Vbi læsio contractum ipsum, non pretium respicit, in integrum restitutio aduersus contractum rescindendum competit.*

65 *Minor non restituitur aduersus censum emptum super fundum alterius.*

66 *Minor non restituitur aduersus contractum iuratum, nisi concurrentibus dolo, metu, & læsione enormi.*

Iuramentum sanat defectum contractus facti contra formam legis, vel statuti ibid. num. 66.

67 *Minor restituitur aduersus lapsum temporis ad petendum domanium, & retractum.*

68 *Hoc idem procedit fauore Ecclesiæ, & Vniuersitatis.*

69 *Ius retractus competit minoribus.*

70 *Minor aduersus retractum, probata læsione, restitui debet.*

71 *Minor, Ecclesia, & Vniuersitas in retractu actoris vices sustinentes, vt temporis restitutionem obtineant, læsionem probare debent.*

72 *Secus si quilibet eorum sit reus.*

73 *Vniuersitas prouocans ad domanium, & retractum elapso tempore statuto, solum probata læsione restituitur.*

74 *Qui ad libertatem proclamat, actoris vices sustinet.*

75 *Minor restitutionem petens aduersus retractum iure dominij, non cogitur læsionem probare.*

76 *Minor iure sanguinis ad retractum veniens vices actoris sustinet, & nisi læsionem probet, à restitutione aduersus temporis lapsum reijcitur.*

77 *Minor non restituitur aduersus executionem pacti.*

78 *In executione pacti Ecclesia, & Ecclesiastici nullum priuilegium habent.*

79 *Pactum executiuum exerceri potest contra pupillum, minorem, & eorum Tutorem.*

80 *Ius pacti executiui competit creditori, eius hæredibus, & cessionarijs, nec non competit Ecclesiæ contra Ecclesiam, & Laico contra Ecclesiam, & Ecclesiasticos.*

81 *Pactum executiuum suspenditur per oppositionem nullitatis contractus, ante illius executionem.*

82 *Pactum executiuum appositum fauore absentis, pro ipso Notario stipulante, si ratum habitum ab ipso non sit, nullum ei ius præbet.*

Ecclesiæ, minori, & pupillo competit restitutio aduersus pactum executiuum fauore absentis appositum, qui ipsum ratum non habuit ibid. nu. 82.

83 *Pacta iniectionis manus solum prosunt contrahentibus, & ea expressè acceptantibus.*

84 *Pactum executiuum resoluitur, vbi ille, cuius commodo appositum fuit ante ratificationem fato cessit, nec ab eius hæredibus, ad quos transit commoditas contractus exerceri potest.*

85 *Pactum de retrouendendo, legis commissoriæ addictionis in diem, & pactum dominij resolutiuum, in contractibus minorum potest in continenti apponi.*

86 *Minor habita notitia pacti de retrouendendo intra certum tempus, aduersus pactum effluxo tempore non restituitur.*

87 *Pactum de retrouendendo nocet minori in hæreditate maioris succedenti, quamuis ipsum ignoret.*

88 *Præscriptio conuentionalis, à maioribus continuatur in minores, sine spe restitutionis.*

89 *Aduersus præscriptionem conuentionalem, neque ipsi infantibus patri succedentibus ex capite probabilis ignorantiæ restitutio competit.*

90 *Vbi præscriptio, quæ viuente patre currere cæpit in filij infantia terminaret, ex capite ignorantiæ restitutio locum haberet.*

91 *Limita in minore, qui Tutoris scientia excluditur & contra ipsum suas actiones dirigere potest.*

92 *Ecclesia agit contra hæredes Prælati, Vniuersitas, contra hæredes Administrato-*

stratoris, qui præscriptionis tempora aduersus ipsam labi passi fuerunt.

93 Minor non restituitur aduersus lapsum temporis ad redimendum; adeò vt nec iuuari possit restitutione ex generali clausula.

94 Minor probans probabilem ignorantiam aduersus tempus conditionale, ex generali clausula in integrum restituitur.

95 Minor aduersus tempus conditionale restitutionem consequi potest ad finem tuendi, non ad finem agendi.

96 Minor sine Tutoris auctoritate Societatem inire potest.

97 Minor læsus, aduersus societatem etiam iuratam restituitur.

98 Minor non restituitur aduersus societatem, sed aduersus pacta societatis, ex quibus læsionem sentit.

99 Societas de sui natura tantum durat, quantum socijs placet.

100 Minor, qui super proprio officio pecuniam acceptam dissipauit & læsus est, in integrum restitui debet.

101. Minori ex pecunia ad societatem officij accepta læso, in integrum restitutio competit, tam aduersus maiorem, qui eius contemplatione societatem inijt, & officium suum commodauit quam contra socium fructus, vel sortem petentem.

102 Non restituitur hæres minoris aduersus societatem officij ab ipso minore factam, qui læsus fuit ob disdictam, seu renunciationem societatis non factam quindecim diebus ante mortem naturalem.

103 Minor restituitur aduersus locationem factam in potentiorem.

Minor maior factus, locationem tempore minoritatis à Curatore factam non potest infringere ibidem numer. 103,

104 Minor aduersus mutuum restituitur.

105 In mutuo minori facto, quòusque mutuans in eius vtilitatem pecuniam mutuatam versam doceat, circumuentio non excluditur.

106 Minor, qui minori pecuniam mutuauit, in rem eius versam fuisse probare debet.

107 Mutuans minori pecuniam, quamuis in rem eius versam probet, si mutuata pecunia non extet, petendi iure priuatur.

108 Minor, qui mutuum receptum perdidisse, & se læsum dicit, vt restituatur, regulariter, se læsum probare debet.

109 Minore petente restitutionem aduersus mutuum, releuatur creditor ab onere probandi pecuniam in rem versã.

110 Absolutio iuramenti denegatur minoribus ad allegandam rescissionem cõtractus.

111 Satis probatur pecunia in rem versa, si industrioso viro, etiam minori mutuata sit.

112 Minor qui tamquam mercator contraxit, in integrum aduersus contractum non restituitur.

113 Minori aduersus depositum ab ipso factum, competit actio ordinaria depositi.

114 Minor in deposito ab ipso facto, si aliqua præiudiciali obligatione ligatus est, in integrum restituitur.

115 Minor pro deposito apud ipsum facto, siuè ex hoc oriatur læsio, siuè futura timeatur in integrum debet restitui.

116 Minori aduersus commodatum restitutio competit.

117 Minor restituitur aduersus dotem immodicè datam.

118 Minor restituitur aduersus pactum dotale præiudiciale.

119 Mulier ætate minor potest constituere dotem, & ad hunc effectum se obligare tam pro se, quam pro alijs.

120 Mulieri minori in constitutione dotis excessiua in integrum restitutio conceditur.

121 Obligatio mulieris minoris in dotanda extranea non subsistit.

122 Mulier minor si dotando coniunctam, indotata remanet, obligatio euanescit.

123. Non auditur mulier, qui omnia bona sua viro in dotem dedit, aduersus dotationem immodicam.

124 Declaratur text. in l. vnica C. si ad vers. dot.

125 Mulier vt restitutionem obtineat aduersus totum suum patrimonium in dotem datum; viri dolo in pactis dotalibus, se circumuentam probare debet,

126 Vbi statuto, vel consuetudine certa dos taxata reperitur audiri debet mulier dotis sibi constituta reformationem petens.

127 Expo-

ri restitutio datur.

163 Non eadem facilitate aduersus venditionem pignoris pratorij, & pignoris conuentionalis, minor restituitur.

164 Aduersus venditionem pignoris palam factã non admittitur minor, nisi deceptus intra dimidium iusti pratij.

165 Venditio pignoris Pratorij rescinditur ob minorem læsionem, quam vltra dimidiam.

166 Romæ ne dum in Iudicio subhastationis, sed in quocumque contractu læsio vltra tertiam partem pratij admittitur.

167 Minoribus in pratio læsis competit remedium Ordinarium. l. 2. C. de rescind. vend. & extraordinarium restitutionis.

168 Minori pinguius fauetur per extraordinarium remedium restitutionis.

169 Ordinario remedio per minorem intentato, extraordinarium cessat, nisi adsit dolus, fraus, falsa causa, vel læsio enormissima.

170 Minor successor extranei non restituitur aduersus venditionem pignoris à creditore iure distracti.
Minori successori extranei pro venditione pignoris mala fide facta, vel vndè læsus est, aduersus creditorem pignoratitia actio competit. ibidem num. 170.

171 Item aduersus Tutorem, vel Curatorem agere potest vtili actione negotiorum gestorum.

172 Aduersus damnum enorme regulariter minor restituitur.

173 Aduersus emptorem restitutio locum non habet, si ipse non sit in dolo.

174 Aduersus pignoris distractionem tunc solum minor restituitur si cumulatiuè concurrant, graue damnum, & consilium fraudis ex parte emptoris, & venditoris.

175 Minor vt audiatur aduersus subhastationem bonorum, vel pignoris, debet constare de læsione enormi, vel enormissima.

176 Læsio infra dimidiam, subhastationi obest vt retractetur venditio.

177 Eadem læsio concurrere debet in remedia extraordinario, ac in Ordinario.

178 Vt minor aduersus subhastationem audiatur, sufficit læsio in sexta parte communis, & veri pratij.

179 Læsio in sexta parte pretij, est graue damnum.

180 Læsio intra sextam partem iusti pratij, quid modicum censetur.

181 Minor restituitur aduersus distractus, & indebitè solutum.

182 Minori aduersus inconsultò in solutum data, restitutio competit.

183 Minor restituitur aduersus solutionē factam de re pratiosiori, ex duobus promissis, vel debitis.

184 Minor restituitur aduersus donationem.

185 Minor restituitur aduersus debitorem ob pacuniam Curatori solutam, quæ ei salua non est.

186 Minor restituitur aduersus pœnam ob moram in soluendo, vel ex qua res inempta facta est.
Minor non restituitur aduersus pœnam à Testatore impositam. ibidem num. 186.

187 Ecclesia non restituitur aduersus contrauentionem factam praceptis Testatoris.

188 In facto prohibitiuo negatiuo interpellatio non requiritur.

189 Minor non restituitur aduersus pœnam duplicati releuij ob non petitam inuestitura nouationem, & non factam denunciationem obitus pradecessoris in tempore.

190 Statutum loquens in rem, comprehendit minorem rem possidentem, ac proinde non restituitur aduersus pœnam rei impositam.
Minor in integrum restituitur aduersus temporis lapsum pro registratione assensus nouę inuestiturę. ibidem num. 190.
Quòad restitutionē minoribus concedendam, vel denegandam ob non petitam inuestituram in tempore præfixo, diuersa est obseruantia, prouti diuersa sunt, Regnorum consuetudines, Pragmatica, seu statuta. ibidem num. 190.

191 Minor non restituitur aduersus venditionem rei emphiteuticę directo eius dominio subditę. Si requisitus intra statutum legalem terminum ipsam emere neglexit.
Idem dicendum respectu termini pacto vel conuentione inducti. ibidem num. 191.

192 Mi-

192 *Minor non restituitur aduersus commissum, in quod incidit ob non solutum Canonem cum Patre conuentum.*
193 *Deiectio ob non solutum canonem non est pœna, sed prouenit ex natura contractus, ad cuius obseruantiam minor tenetur.*
194 *Minor in criminalibus restituitur aduersus pœnam saltem pro mitiori executione, præsertim si ipsam contraxit omittendo.*
195 *Minor in integrum restituitur aduersus pecuniam sibi solutam, & male consumptam, vel deperditam.*
196 *Minor, & Ecclesia de pecunia ipsis soluta, & male deperdita aliquid reddere non tenentur.*
197 *Minori aduersus transactionem restitutio datur.*
198 *Ob instrumenta nouiter reperta. An minor transactionem impugnare possit & quid de Fisco. remissiuè ad Calà de rest. in integr. min. deneg. quæst.18.*
199 *Aduersus nouationem, qua minor causam suam deteriorem facit, ei restitutio competit.*
200 *Aduersus acceptilationem minor restituitur.*
201 *Item aduersus omnes quasi contractus.*
202 *Aduersus omnes tacitas renunciationes, suorum iurium omissiones, & præscriptiones minori per restitutionem succurritur.*
203 *Minor aduersus lapsum temporis restituitur, si inde læditur, & tempus sit legale.*
204 *Aduersus tempus, quod cum defuncto auctore minoris currere cæpit, restitutio locum non habet.*
205 *Non auditur minor alteri succedens in lite iam contestata elapso termino statuto ad non posita ponendum, ad non probata probandum.*
Secus dicendum in gradu appellationis ibidem n.205.
206 *Minor si sit reus restituitur aduersus lapsum temporis conuentionalis. secus si actor.*
207 *Aduersus temporis lapsum siue sit legale, siue conuentionale, siue agant, siue conueniantur à beneficio restitutionis minores omninò excluduntur.*
208 *Iusta sufficit causa ad obtinendam restitutionem aduersus tempus legale, secus aduersus conuentionale.*
209 *Solus temporis lapsus non sufficit vt minor in integrum restituatur.*
210 *Redimendi facultas in contractu reseruata rerum valorem, & æstimationem minuit in tertia parte.*
211 *Absque probatione læsionis minor restituitur aduersus lapsum temporis ad redimendum.*
212 *Præscriptio, quòad noua Iustiniani iura minoribus nocet.*
213 *Tempus, quod viuente Testatore currere cæpit in successorem minorem continuatur.*
Etiam Posthumo nocet præscriptio cæpta viuo patre. ibidem n.213.
214 *Minor vti repræsentans personam defuncti non restituitur aduersus temporis lapsum cæptum cum maiore eius auctore.*
215 *Minor regulariter restituitur aduersus omnes contractus re, verbis, literis, siue consensu celebratos.*
216 *In contractu minoris Patris accedente consensu captionis præsumptio exclusa remanet.*
Minor contrahens cum consilio maioris non præsumitur læsus. ibidem num.216.
217 *Vniuersitates cum consilio Aduocati contrahentes non restituuntur.*
218 *Dicta in contractibus locum habent in districtibus.*
219 *Aduersus aditionem damnosæ hæreditatis minor restituitur.*
220 *Minori aduersus lucrosam hæreditatem, vel omissam, vel non aditam, vel repudiatam restitutio competit.*
221 *Aduersus gesta per Curatorem non restituitur minor hæres maioris.*
222 *Idem dicendum, quòad gesta per Curatorem datum hæreditati iacenti, quæ repræsentat maiorem defunctum.*
223 *Fictio legis non præiudicat iuri quæsito tertij.*
224 *Ætas non transit in hæredem.*
225 *Minor defunctus, quousque eius hæreditas iacet, ab ipsa viuus repræsentatur.*
Hæres minoris non tenetur pro gestis cum hæreditate iacente, vel eius Curatore. ibidem n.225.
226 *Hæreditas Clerici, quousque iacet non tenetur ad gabellas, & cætera laicalia, quamuis laicus hæres sit institutus.*

227 Mi-

227 *Minor restituitur aduersus omissam bonorum possessionem.*

228 *Minor restituitur aduersus repudiationem, vel optionem legati.*

229 *Minor restituitur aduersus consensum patri paciscenti datum ne peteretur legatum, vel fideicommissum ei post mortem patris relictum.*

230 *Mulier minor restituitur aduersus renunciationem opulentę hęreditatis ob dotem modicam.*

231 *Ecclesia, Hospitale, & omnes piæ causę, eorumque cessionarij, ob non confectum inuentarium non tenentur vltra vires hęreditarias.*

232 *Fiscus, & omnes iure Fisci vtentes non tenentur vltra vires hęreditarias ob inuentarium non confectum.*

233 *Refertur dimicatio D.D. quòad restitutionem minoris aduersus inuentarium non confectum.*

234 *Minori aduersus non confectum inuentarium cessante dolo in integrum restitutio competit.*

235 *Item ad inuentarium non ritè factum supplendum.*

236 *Restitutio in integrum aduersus inuentarium non confectum datur minoribus lęsis, & maioribus ex clausula generali.*

237 *Beneficium restitutionis est transmissibile ad hæredes, tam maioris, quam minoris.*

238 *Vbi minor à Tutore indemnis seruari potest aduersus temporis lapsum, in conficiendo inuentario, non datur restitutio.*

239 R. P. D. Ioannes Dominicus Thomatus, & *Marcus Antonius eius Patruus laudantur.*

240 *In Viro requiritur mandatum ad obtinendam restitutionem nomine vxoris.*

241 *Probata minoritate, & læsione, restitutio negari non potest.*

242 *Ad hæreditatem adeundam mandatum speciale requiritur.*

243 *Mandatum generalissimum ad lites, ad adeundam hæreditatem extendi non potest.*

244 *Vir habet mandatum præsumptum à lege pro petenda restitutione nomine vxoris, quòad bona dotalia, quorum est administrator.*

245 *Minor restituitur aduersus minorem agentem de lucro captando.*

246 *Constante matrimonio, per statutum Auenionen. mulier semper habetur pro minore.*

247 *Aduersus aditionem hæreditatis dolo, & metu extortam, restitutio quandocumque peti potest.*

248 *In Curia Romana etiam post quadriennium restitutio conceditur.*

249 *Petitio prorogationis termini statutarij non importat restitutionem aduersus hæreditatem inconsultò aditam.*

250 *In integrum restitutio ex rescripto solius Principis concedi debet.*

251 *Vbi de læsione constat restitutio negari non potest.*

252 *In muliere minore & bonæ indolis non præsumitur dolus; & malitia, sed ignorantia.*

253 *Habens iuris præsumptionem pro se, transfert onus probandi in aduersarium.*

254 *Sententia lata in iudicio criminali, de sui natura parit exceptionem rei iudicatæ in iudicio ciuili.*

255 *Clausula in inuentario apposita, quod si quid omissum sit addere intendit, saluat ab omni dolo, & vitio.*

256 *Bina descriptio facta per testatorem, & à peritis excludit quamcumque mercium omissionem.*

257 *Minori siue actori, siue Reo in iudicijs læso, restitutio competit.*

258 *Minor restituitur aduersus omissionem exceptionis, vel allegationis.*

259 *Minor, & priuilegati restituuntur aduersus læsionem ob non deductas probationes in termino.*

260 *Restitutio non datur minori, vti minori, sed vti læso.*

261 *Minor reus nulla indiget probatione læsionis, & si ab alio minore conueniatur.*

262 *Minor, qui procuratorem cum iuramento in causa constituit, non restituitur aduersus probationes à procuratore omissas.*

273 *De stylo Regni Neap. minori per procuratorem litiganti aduersus omissas probationes restitutio datur.*

264 *Non est bona consequentia dicere minor non probauit, ergo vti læsus probare debet.*

265 *Minor petens restitutionem ad probandum tenetur docere se tales probationes habere propter quas vicisset, si probasset.*

266 Le-

266 *Lesione probata etiam post testium publicationem minor restituitur aduersus omissas probationes.*

267 *Contraria sententia est verior.*

268 *Minor producens pauciores testes numero à statuto praescriptos, aduersus omissas probationes hoc casu restituitur.*

269 *Praxis Regn. Neap. est beneficium restitutionis pro nouo testium examine concedere priuilegiatis, post quindecim dies à publicatione.*

270 *Terminus dierum quindecim praefixus pro restitutione aduersus omissas probationes, à die notificationis publicationis testiū, aut à die traditionis processus factae parti currere incipit, non à die publicationis.*

271 *Restitutio in integrum aduersus omissas probationes concessa minori in causis indiuiduis prodest maiori.*

272 *Minor vti author laudatus, maiori litiganti in iudicio assistere coactus, restituitur aduersus defensiones non factas à suo principali in termino ordinario.*

273 *Qui veniam aetatis impetrarunt, non competit restitutio ex edicto minorum aduersus probationes omissas.*

274 *Minor Accusator in Criminali Iudicio, non restituitur aduersus nouas probationes elapso termino.*

275 *Minor Reus in Criminalibus, restituitur ad faciendas nouas probationes etiam post conclusionem & publicationem tam in iudicio Ordinario, quam in Inquisitorio processu.*

276 *Aduersus confessionem, quam facere non debebat minor restituitur.*

277 *Minor quaestioni subijci non debet ex indicijs, que aliunde haberi non poterant, quam à sua confessione.*

278 *Minor in criminalibus restituitur aduersus propriam imprudentiam, & confessionem erroneam.*

279 *Minor non restituitur aduersus pœnā, qua confitentibus à lege, vel statuto reperitur imposita.*

280 *Minor non restituitur aduersus confessionem geminatam, & qua in publicam famam transijt.*

281 *Minor non restituitur aduersus confessionem depositi.*
Pacta confessione depositi exceptio non numeratae pecuniae minori non prodest. ibid. nu. 281.

282 *Minor non restituitur aduersus confessionem per procuratorem factam in iudicio.*

283 *Non auditur minor aduersus confessionem sui procuratoris, quamuis eius gesta rata non habuerit.*

284 *Aduocatus & Procurator cum libera, non potest irritare confessionem factam indicialiter in causa minoris.*

285 *Confessio improbari potest vsque ad sententiam.*

286 *Confessio concomitata scripturis, aut in facto notorio irritari non potest.*

287 *Triduum beneficiale ad reuocandam confessionem non currit Aduocatis, vel Procuratori minoris, cum generali potestate constituto, aut cum libera.*

288 *Non restituitur Ecclesia ad infirmandam confessionem Praelati, vniuersitas Syndici, minor Tutoris.*

289 *Idem dicendum etiam allegato errore in fori declinatoria.*

290 *Minoris confessio tam in ponendo, quam in respondendo positionibus non facile per restitutionem reuocatur.*

291 *Minor vt aduersus confessionem tam in ponendo, quam in respondendo positionibus restituatur, docere debet se, vel aduersarij dolo circumuentum, vel responsione, seu positione laesum.*

292 *Minor non restituitur aduersus fictam confessionem, quae oritur ex contumacia.*

293 *Minoribus contumacibus in consulto Principe restitutio dari non debet.*

294 *Minor restituitur aduersus temporis lapsum ad prosequendam suspicionem pro recusatione Iudicis.*

295 *Minor vti reus excipiendo si laesus sit restituitur per prorogationem temporis ad suspicionem proponendam.*

296 *Minor in terminis Pragmat. Regn. Neap. non restituitur aduersus temporis lapsum ad suspicionem Iudicis proponendam.*

297 *Statutum etiam post terminum minoribus prohibens suspicionis allegationem, non excludit minores ex capite restitutionis in integrum.*

298 *Secus, si caueatur per statutum neque ex capite restitutionis in integrum minores esse admittendos.*

299 Di-

299 Distinctio Bartoli an minor restitutionem petens ad proponendam recusationem sit Actor, vel reus est vbique recepta.

300 Minor etiam reus non restituitur ad proponendam recusationem Iudicis si stet in Iudicio contra mulierem, Ecclesiam, Vniuersitatem & similes.

301 Restituitur minor, qui in Iudicem compromissum fecit.

302 Minor restituitur aduersus compromissum, & transactionem iuratam.

303 Contrarium est verius.

304 Minor non læditur per simplex compromissum.

305 Minor non restituitur aduersus compromissum iure iurando firmatum.

306 Minor sine Curatore compromittens, ad compromissi obseruantiam obligatur.

307 Minori aduersus laudum restitutio competit.

308 Ab arbitri sententia datur appellatio.

309 Minor restitui non debet aduersus statutum, quo sancitur coniunctorum controuersias esse compromittendas.

310 Ius municipale generaliter loquens de coniunctis ligat etiam minores.

311 Idem dicendum de compromisso Testatoris dispositione iniuncto.

312 Minores, pupilli, & omnes priuilegiati ligantur statuto, vel dispositione Testatoris, qua præcipitur controuersias inter coniunctos esse compromittendas.

313 Statutum generaliter loquens de coniunctis minorem non excludit.

314 Vbi statutum minores comprehendit non requiruntur in contractibus solemnitates iuris.

315 Statutum legitimat personam pupilli ad compromittendum.

316 Statutum compromissum iubens, non tollit remedium restitutionis aduersus laudum.

317 Per quascumque generales clausulas, quibus compromissum fiat, beneficio restitutionis nunquam renunciatum censetur.

318 Minori prouocanti aduersus laudum, competit restitutio aduersus pœnam in compromisso appositam.

319 Minor non restituitur aduersus laudum Arbitri habentis facultatem à statuto procedẽdi de iure, & de facto.

320 Minor potest elidere effectum laudi ab Arbitratore prolati per exceptionem doli.

321 Minor restituitur aduersus litis desertionem.

322 Minor restituitur aduersus litis renunciationem.

323 Minori aduersus rem iudicatam restitutio competit.

324 Minor restituitur aduersus appellationem intra tempus legitimum non interpositam.

325 Minor ex solo lapsu fatalium non restituitur, sed tunc solum si probet habere probationes, ex quibus causam vicisset.

326 Minor appellationis tempora labi permittens, probata læsione restituitur.

327 Stylus senat. Cathaloniæ reprobatur, quo minores absque probatione læsionis restituuntur aduersus temporis lapsum ad appellandum.

328 Minor quasi contumax condemnatus restituitur.

329 Minor restituitur aduersus primum decretum, & contumaciam contractam.

330 Minor indefensus restituitur ad recuperationem fundi ex primo decreto ei ablati absque refectione expensarum.

331 Sententia lata in minorem indefensum est nulla.

Limita in causis beneficialibus, & spiritualibus ibidem n. 331.

332 Minor qui Curatores habet, si sint soluendo, non auditur ad recuperationem fundi nisi refectis expensis.

333 Secus si non sint soluendo.

334 Minor restituitur aduersus sententiam, siue interlocutoriam, siue definitiuam.

335 Minor restituitur aduersus sententiam Papæ, & Imperatoris.

336 Minori aduersus sententiam non datur restitutio, nisi læsione probata.

337 Minor restituitur aduersus sententiam latam fauore minoris.

338 In iudicijs vbi agitur de damno vitando succurritur priuilegiato contra priuilegiatum.

339 Regula quod priuilegium aduersus æque priuilegiatum locum non habeat cessat vbi læsio est enormis, & agitur de damno vitando.

340 Reprobatur Bald. opinio quod restitutio

tio non competat Vniuersitatibus non habentibus iura Fiscalia.

341 *Communitates, Vniuersitates, & Villa unum tantum habentes feculare, & si administratores non habeant, restitutionis beneficio gaudent.*

342 *Ecclesia agens de damno vitando, restituitur aduersus Ecclesiam.*

343 *Filius minor non restituitur aduersus sententiam Patris fauore latam.*

344 *Ecclesiæ, Fisco, minori, vel Pupillo non datur restitutio aduersus sententiam latam contra defunctum eorum auctorem, etiam ex Scripturis noniter repertis.*

345 *Succedens licet priuilegiatus, ex læsione, quæ defuncto contigit, læsus non dicitur.*

346 *Non restituitur minor successor defuncti, eo quod ipse citatus non fuerit, sed solus procurator à defuncto constitutus.*

347 *Minor non auditur aduersus instantiam perpetuam, sed habet regressum contra Tutorem, qui Iudicium prosequi omisit.*

348 *Idem dicendum si minor ad litigandum, procuratorem cum iuramento constituat.*

349 *Minor habens probationes in facto, & in iure, quibus vicisset, si ad appellandum admissus fuisset, etiam si Tutor, vel Procurator sint soluendo restituitur.*

350 *Petitio restitutionis non retardat executionem mandati expediti & partibus intimati.*

351 *Ecclesia, minor, & Pupillus, aliíque priuilegiati non restituuntur aduersus sententiam latam in summariíssimo possessorio.*

352 *Minor restituitur aduersus arrogationem.*

353 *Minor aduersus vsucapionem restituitur.*

354 *Minor restituitur aduersus excusationem Tutoris, sine iusta causa petitam.*

355 *Matri minori restitutio competit ob non petitum filijs Tutorem.*

356 *Minor qui citra dolum in vectigalis commissum incidit, restituitur.*

357 *Minor dolo gabellam fraudans punitur pœna ordinaria statuti, vel Pragmatica, nec restitutionis auxilio fulciri potest.*

358 *Minor non ligatur pœna statuti, si negligendo, vel omittendo delinquat secus si dolose committendo.*

359 *Sufficit dolus præsumptus, ne minor aduersus pœnam statuti restituatur.*

360 *Minor extrahens frumentum contra formam banni, non restituitur aduersus pœnam expressam in banno.*

361 *Minor non restituitur aduersus pœnam impositam cedentibus in potentiorem per Const. Claud. Imp.*

362 *Idem dicendum de Ecclesia, & Vniuersitate.*

363 *Minor quomodò restituatur aduersus delictum, remissiuè ad Odd. part. 2. de rest. q. 80. 81. 82. & 83. & ad Calà de rest. in integr. min. deneg. quæst. 37.*

364 *Minori in integrum restitutio competit si parentis mortem vultus non sit.*

CAPVT II.

PRæcipuas inter causas, ex quibus Prætor in integrum restitutionem concedendam esse dixit suumque de Minoribus in integrum restituendis. Edictum proposuit; ætatis illorum fragilitas connumeratur, qui infra vi-
1 gesimum quintum Annum constituti, fragile, atque infirmum habent consilium, multorum captionibus, atque insidijs expositum. Cuius quidem ætatis limina cùm primum in lucem prodit, quisque hominum pertranseat: eiusque lapsus, delicta, furores, & calores sentiat; ab auxilio, quo minoribus 25. Annis lapsis, vel circumscriptis plurifariam Prętor suo Edicto opitulationem pollicetur; propositæ materiæ tractatum exordior.

Certi iuris est, quod vbi damnum in læ-
2 so ab imprudentia propria processisse constat defectu nimirum minoris ætatis; quamuis dolus, vel alia aduersarij culpa, non interuenerit, quidquid olim nonnulli aliter, arbitrati sint, quorum opiniones refert. *Odd. in suo tract. de Restr. in integr. q. 4. art. 2.* restitui debet ex not. in *l. minoribus 5. C. de rest. in integr.* ibi: *minoribus in integrum restitutio, in quibus se captos probare possunt, & si dolus aduersarij non probetur competit.* Et in *l. 1. ff. de minoribus* ibi: *Prætor edicit Quod cum minore, quàm 25. annis natu gestum esse dicetur vti-*

quaque res erit, animaduertam. Ex qui-
3 bus verbis euidenter patet, quod Prætor naturalem æquitatem secutus, non in alio quam in fauore minoris ætatis hane primam sui Edicti regulam fundauit, minorum tutelam suscipiens.
4 Minores verò illos dici, qui infra 25. annum constituti iudicij imbecillitate laborant; Vnde & hodiè in hanc vsque ętatem adolescentes Curatorum
5 auxilio reguntur nec ante rei suę administratio illis committitur *dicta l. 1. §. 3.* Aetas enim hominis, quæ vt testatur *Albert. Magn.* est spatium tem-
6 poris in hac vita concessum in quo virtus vitæ secundum omnem suæ operationis modum perficitur, ex sententia *Hippocratis à I. C.* vna voce approbata, sex habet terminos, quos Iuristæ in sex ætates distingunt *l. Septimio*
7 *ff. de stat. hom.* Prima ætas septem annorum circulo clauditur, & dicitur Infantia *l. si infanti C. de Iur. deliber.*
8 Secunda ætas à septimo anno exorditur, & decimo quarto terminatur in masculis, in fæminis verò duodecimo: & Pueritia vocatur. *§. 1. Inst. de nupt.*
9 *& §. 1. Inst. quibus mod. Tut. finiatur. cap. pueri 22. q. 5.* Tertia ætas à decimo quarto vsque ad 25. protrahitur, in quo termino propriè minor ætas
10 consistit, quæ communiter Adolescentia dicitur *l. 3. ff. de minor.* Quarta ab anno 25. vsque ad annos 50. extenditur, & dicitur Virilitas ex not.
11 per *Gloss. magnam in Proemio VI.° verb. Perfectus.* Quinta exorditur ab
12 anno 50. vsque ad 70. & senectutis nomen habet. Sexta exinde vsque ad vitæ finem durat, & Decrepitatis
13 status est ex not. per *Gloss. allegatam* & disertè per *Menoch. in tract. de Arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 1. cas. 57. à n. 1.* vbi multiplicem ætatis hominis diuisionem refert *Mantic. Tit. de reb. corporal. & incorporal. n. 29. & 30.* *Varra* quinque hominũ ætates ponit *Galenus* verò quatuor, sed I. C. receperunt
14 sententiam *Hippocratis d. l. septimio ff. de stat. hom.* per rationes quas notat *Odd. de rest. in integr. part. q. 2. art. 2 n. 22. & seqq.*

Quæ quidem ætas 25. Annorum, vti per-
15 fecta atque matura consideratur à I. C. *in l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* vbi communiter *DD. Bart. Cyn. Pet. Ang.* & alij passim & *in l. cum filio vbi Bart. ff. de legat. 3.* Idem *Angel. in l. quod seruius ff. de condit. caus. dat. & in l. si quis nu. 1. C. de his qui ven. ætà.* est etiam Text. expressus in *l. Sextum decimum ff. de vac. & exec. mun. vbi Alber. nu. 1.* docet *Coras. in l. precibus n. 20. C. de impuber. Cagnol. in l. 2. nu. 158. C. de pact. inter empt. & vendit.* & *in l. 2. num. 46. ff. de Orig. Iur.* Post hoc etiam tempus virilem compleri vigorem constat *ex d. l. 1. ff. de min. Auth. in rubr. extr. de delict. puer.* Quinimò secundum Pythagoricos quina-
16 rius numerus, quo 25. annorum ætas componitur est maximæ perfectionis, nuptijs hominumque procreationi dicatus; à Platone numerus fortitudinis dictus, vndè I. C. hancmet ætatem robustam appellat in *l. si maritus 2. §. lex Iulia ff. de adult.* Quapropter cum ex sententia Platonis, & Ficini in Timæo iste numerus animam hominis compleat; homo, quòad corpus, &
17 animam non prius perfectus erit, quam ad hanc ætatem perueniat. Quòad corpus attinet, res est clara, quia constat homines vsque ad 25. annum crescere, & non vltra, notat *Text. in l. cum pater §. Curatoris ff. de legat. 2.* Propter quod lege Poppeia vetitum credo ne iuuenes ante hanc
18 ætatem vxorem ducere possent, quasi ipsius mariti corpus perfectum adhuc non esset. Quare & factum puto, quod Anni Sancti solemnia, seu ma-
19 gnum Iubileum, quolibet vigesimo quinto Anno hodiè celebretur, quia omnes huius ætatis homines ad Principum Apostolorum Limina visitanda commodè accurrere posse Ecclesia iudicat. Quòad verò ad animam pertinet, re ipsa comprobatur; nam licet in se, & quòad sui essentiam conside-
20 rata, non differat anima pueri vnius Anni ab anima senioris, & prudentioris Romanæ Curiæ quòad tamen animæ operationes, longè inter se differunt, operante anima iuxta dispositionem Organi corporei vt vna voce docent *Philosoph.* vnde sequitur quod illemet homo, qui nondum completo 25. Anno iudicabatur Immaturi, & præcipitis consilij, suppositus alienis fallacijs *l. 1. ff. de minor.* hac ætate perfecta, quia in hoc ipso 25. anno-

rum

rum termino, perfectionem humani
corporis, & virilem prudentiam lex
21 considerat: huius ætatis homines
maiores, & ad propria gerenda nego-
tia aptos declarat.
Quod de hominibus dico, procedit etiã
22 in fœminis quamuis, quòad puberta-
tem, & ætatis veniam impetrandam
pari passu cum masculis non currant.
Ratio diuersitatis est, quia pubertatis
abbreuiatio, & anticipata veniæ im-
petrandæ facultas est mulieribus fa-
uorabilis. Odiosum vero illis esset si
23 prius quam in masculo beneficium
restitutionis in integrum fœminis ces-
saret, vt bene notat *Ias. in §. masculi
Inst. de Curat.* quidquid dicat *Aldobr.
ibi num.* 2. non enim odiosum fœminæ
considerari potest, si ante 25. annum
liberam rerum suarum administratio-
nem non habeat, sed forte fauorabi-
24 lius esset, cum semper & quòusque
viuunt sint fragilis consilij vt inquit
Soc. Iun. cons. 50. *n.* 4. *lib.* 3. & eruditè
docet ipse *Aldobr. Inst. de satisd. Tut.*
§. 1. *num.* 36. liberam rerum suarum
administrationem eis nunquam per-
mittere. Propterea quod in Regno
25 Neapolitano fœminas etiam 25. an-
nis maiores in integrum restitui post
Afflict. docet *Marant. in tract. de Ord.
iud.* 2. *p.* 6. *partis in actu* 2. *n.* 84. Dici
præterea etiam posset, quod cum ij
dicantur minores qui virilem vigorem
non compleuerunt *d. l.* 1. *ff. de min.*
Virilis autem vigor non nisi post 25.
26 annum dicatur completus *Anch. extr.
in rubr. de delict. puer.* quòad comple-
mentum virilitatis viros & fœminas
parificari, atque ideo inæqualitatem
ætatis circa pubertatem, & ætatis ve-
27 niam impetrandam non esse in casu
attendendam, quia vbi par non est
ratio dispar ibi competit legis dispo-
sitio.
Non desunt, qui ætatem 25. ann. adhuc
28 defectiuam vocant, nec hominem
perfectæ ætatis dici posse asserunt, nisi
completo 30. quam ætatem ann. 30.
perfectam dumtaxat & non prius con-
siderat *Agathense Concil. in cap. Episco-
pus dist.* 77. Vndè & cecinit Poeta
Ferrarien. in 1. *Satyr.*

*E vorrei che lo sposo hauesse, i suoi
Trent'anni, quel'età che'l furor cessa
Presta al voler, presta al pentirsi poi:*

Sed hæc ipsius legis auctoritati repu-
gnant, quæ 25. ann. ætatem vti perfe-
ctam constituit, quare placet Doctrina
Dec. in cap. cum in cunctis n. 4. *de elect.*
quod ætas perfecta, seu natura diuer-
simodè considerari potest, nimirum se-
cundum subiectam materiam, quod &
29 expressè indicant verba dicti *cap. Epi-
scopus* vbi ætas perfecta in trigesimo
anno constituitur, & non prius, quia
ibi agitur de electione hominis apti
non solum ad propria, sed & aliena
gerenda negotia, quòdque maximum
est, ad animas gubernandas; ad quod
præcipuè Episcopi deliguntur, & vel
ijs, qui hoc negligunt. Quam ratio-
nem differentiæ etiam tetigit *Gloss. ad
dictum cap. Episcopus verb. antequam.*
Adsunt etiam, qui minorem ætatem
considerant à 14. vsque ad ann. 25. eo
quòd infra ætatem 14. ann. constituti,
impuberes, seu pupilli dicuntur, sed
difficultas cessat, quia minoritas con-
30 siderata in genere, vtramque ætatem
nimirum pupillarem, & minorem
comprehendit, quamuis in specie
perpensa, solum prædicetur de maiori
ann. 14. minori verò 25. & quidem
rationi maximè consentaneum est,
quod tam pueritia, quam adolescen-
tia veniant appellatione minoris æta-
tis, nam si minor dicitur, qui licet
maior 14. ann. 25. nondum attingit,
eò magis minor dici debet, qui ad 14.
adhuc non peruenit *arg. l. diem* §. *si
plures ff. de arbitr. l.* 1. §. *si stipulanti ff.
de verb. oblig. Io. de Amic. cons.* 40. *n.* 5.
Est etiam Text. express. *in cap. in Præ-
sentia extr. de Probat. verb. Præterea &
in* §. *nunc admonendi Inst. de his quibus
alien. lic. vel non.* Vnde sequitur,
quod leges minoribus aliquid facere
prohibentes, vel in fauorem minoris
31 ætatis aliquod beneficium promul-
gantes, minores illos comprehendant,
qui in sua specie considerati pupilli
vocantur. Et vt iuxta subiectam ma-
teriam loquar fragilioris, & debilio-
ris consilij hominumque fallacijs ma-
gis suppositi, quam ij, qui propriè in
sua specie vocantur minores. Qua-
propter illis Tutor datur, istis Cura-
tor; vt diffusè notant *Institutista ad
Tit. de Tut. & Cur.* Nec sine sua diffi-
cultate transit quæstio an. 25. Anno-
32 rum ætas, vti minoritatis terminus à

lege præfixa, statuto, vel consuetudine
abbreuiari, aut prolongari posse. Et
quidem quamuis perfectio per com-
plementum 25. anni in homine à lege
considerata, à naturali incremenro
proficiscatur *l. fin. C. de his qui ven.
eta.* Consequenter nullo iure positiuo
immutari vel alterari posse videatur
§. fin. Inst. de Iur. nat. Nihil hominus
communi DD. sententiæ adhæreo,
vnde cum *Bald. in l. 1. ff. de min. Paul.
de Castr. in l. 2. C. de his qui ven. eta.
Bald. de Bartolin. in l. 1. n. 38. ff. solut.
matr. Grammat. super const. Regni Tit.
de restit. min. n. 16. Marant. in 3. p. 9.
part. in 2. actu n. 79.* Dico ætatem an-
norum 25. statuto, vel consuetudine
33 abbreuiari, aut prolongari posse,
adeò vt quis etiam ante 25. annum
iudicetur maior; nam licet vnà cum
anno 25. naturalem vigorem vt pluri-
mum compleri humana ratio suadeat;
non tamen impossibile sequitur, quod
diuersa Cæli, & Climatum temperies,
hoc ipsum incrementum, & naturalis
vigoris perfectionem variet, Iuuenum
34 intellectus, vel citius, aut serius ac-
cuendo, prout subtiliores, vel crassio-
res sunt locorum vapores, aer, & ip-
sorum adolescentulorum tempera-
mentum, ex quo vigilantiores na-
scuntur spiritus, vt *Naturales* docent.
Quapropter locorum situs, hominum-
que mores, atque ingenia, *Legisla-
tores* considerantes, perpendentes
etiam, quod in adolescentibus astutia,
seu malitia, ætatem superet, vel ab
ætate præueniatur; minorem ætatem;
& priuilegia, breuiora, aut longiora
iure quidem optimo constituerunt;
cum & leges ipsę iuxta subditorum
mores variari soleant.
Quod varijs comprobari posset exem-
plis, sed vt ad rem nostram longam
35 verborum seriem, quæ integrum tra-
ctatum exigeret, perstringam. Apud
Bituricenses adesse consuetudinem
quod maiores 21. ann. in omnibus &
per omnia habeantur pro maioribus
25. testatur *Boer. d. 350.* Florentiæ
36 quoque adesse statutum, quod maio-
res 20. Annis tractentur vt maiores
25. refert idem *Boer. d. decis. 350.* In
Regno vero Neapolitano minorem
ætatem finiri anno 18. nec vltra ex-
tendi expressum habemus *in cap. Ob-*
37 *scuritatem de restit. mul. tradit Io. de
Amic. cons. 33. n. 33. Afflict. super Con-
stit. Regn. lib. 2. Rubr. 38. nu. 14. docet
etiam Marant. loc. cit. nu. 79.* vbi dicit
in hoc Ius commune corrigi.
Sic igitur eum triti iuris sit, nisi aliter sta-
tutum disponat, vel consuetudine in-
troductum sit, minores dici secundum
leges, qui 25. ann. nondum comple-
uerunt, iam quęrendum occurrit; an
à die natiuitatis vel conceptionis ista
38 ætas compurari debeat. Ad quod
breuiter, dico quod sicut, qui in vte-
ro est vbi de eius fauore agitur pro
iam nato haberi debet *l. qui in vtero
ff. de stat. hom.* Ita vbi agitur de eius
39 odio non prius fingitur natus, quam
verè natus sit. Vnde cum satis eui-
denter pateat odiosum atque damno-
sum minori à die conceptionis eius
40 ætatem exordiri saltem circa abbre-
uiationem temporis ad petendam re-
stitutionem in integrum. Hinc sequi-
tur, quod non à die conceptionis, sed
natiuitatis, hæc ætas numerari debeat,
in quibus terminis loquitur *I.C. in l. 1.*
41 *ff. de minor.* ibi natu & in *l. 3. §. mino-
rem ff. eodem* ibi *natiuitatis & in l. cum
qui natu maior ff. de bon. liber. docet Al-
ber. in d. l. 1. §. 1. quem communiter se-
quuntur DD.*
Non obstat id quod dicitur *in l. etiam*;
42 ex qua patet contra eum qui in vtero
est vsucapionem dari, cui postea nato
in integrum restitutio conceditur; nam
dico quod dispositio *l. etiam*, tunc so-
lum procedit, vbi præscriptio incipit
à patre, quo casu currit contra quo-
43 scumque propter personam sui autho-
ris, à quo, & contra quem incepit, ab
hæredibus, siue natis, siue in vtero
existentibus indistinctè representatis,
quia in hoc hæres personam defuncti
repræsentat. Quapropter non ideo
vsucapitur contra eum, qui in vtero
est, quod lex ipsum ab illo tempore
in consideratione habeat, sed respe-
ctu sui authoris, & in hoc sensu loqui-
tur *d. l. etiam* iuxta communem DD.
Intellectum.
Nec sufficit vltimum minoris ætatis An-
44 num attigisse sed pernecessum est il-
lum compleuisse, vt firmat *Bartol. in
l. qui hoc anno ff. de verbor. oblig. Cyn.
& Bald. in l. si cui la 3. ff. de legat. 1.
facit Text. in cap. Episcopus 77. dist. in*
cap.

cap. 2. dist. 78. & in cap. cum in cunctis
extr. de elect. ad hoc faciunt notata
per Bellam. decis. 726. & ab eo allegatę
leges *in d. l. si cui & in l. 3. ff. de minor.*
Ratio est euidens, quia odiosum atque
damnosum esset minori, quod benefi-
cium restitutionis in integrum cessaret,
45 antequam annus esset completus.
Vnde in casu nostro cessat regula,
quod annus cæptus habeatur pro com-
pleto, nam illum complere necessum
est, vt clarè loquitur *Text. in l. 3. §. mi-*
46 *norem ff. de minor.* & communiter do-
cent DD. præter allatam rationem
etiam considerantes, quod nisi anno
25. completo, naturalis vigor com-
pletur. Quapropter nec sufficit vlti-
mum Anni diem, vel horam attigisse,
47 sed compleuisse debet, vt verè dica-
tur maior *l. in omnibus ff. de act. &*
obl. ab hora enim natiuitatis de mo-
48 mento in momentum computatio fie-
ri debet; vt est expressum *in d. l. 3. §.*
minorem natu ff. de minor. & ibi *DD.*
Gloss. Bart. & alij Azòr. in rubr. C. de
rest. in integr. nu. 2. & 3. Gloss. in cap.
Subdiaconus dist. 77. Dico igitur expe-
ctandum complementum cursus anno-
49 rum 25. vsque ad horam vltimam,
quia hoc est minori fauorabile. Qui-
nimò si non constaret de hora præcisa
natiuitatis exitus totius diei natiuita-
tis in dubio attendendus esset. Item
50 si non constaret de die, sed tantum
de mense expectandus esset exitus to-
tius mensis; si verò neque constaret
51 de mense, sed solum de Anno expe-
ctari deberet exitus totius anni ex
52 not. *in d. §. minorem*, & aduertendum,
quod dies bissextilis non habetur in
53 consideratione, sed enm die præce-
denti ita vnitur, vt computetur pro
vnica solum die, quod & expressum
habetur *in dicto §. minorem natu, tradit*
Azor. d. n. 2. C. eodem.

Quoniam verò dictum est computatio-
nem minoris ætatis faciendam esse ab
hora natiuitatis de momento in mo-
mentum, de puncto in punctum, ad-
uertendum, quod hora est 24. pars
54 vnius diei; Punctus est quarta pars
horæ, momentum verò est quadragesi-
ma pars horæ quod & *not. Afflict. sup.*
Const. Regn. lib. 2. rubr. 14. n. 7.

Ad cognitionem denique quando annus
mensis vel dies inceptus habeantur,
vel non habeantur pro completis ge-
neralem regulam pone, quam tene-
55 menti, quia non nisi ex speciali ali-
qua ratione fallere potest. Vel ipsis,
de quorum ætate agitur est fauorabile,
nec est contra vtilitatem publicam, &
in casu annus cæptus habetur pro
completo *l. ad rempublicam ff. de mune.*
& hono. aut non agitur simul de fauore
publico, quinimò de damno, & in-
commodo, & secus dicendum *d. cap.*
Episcopus dist. 77. cap. 2. dist. 78. cap.
cum in cunctis de elect.

Quoties ergò cum minore 25. ann. ali-
56 quid gestum est, ex quo læsus sit in
integrum restitui potest; Edictum enim
prætorium vt hic notat *Cuiac.* in hac
parte est generale, qualitercumque
gestum comprehendens, vnde dam-
num minor patitur *l. 1. §. 1. de minori-*
bus ibi *gestum & in l. ait prætor 7. ff. eo-*
dem ibi: Gestum sic accipimus qualiter,
qualiter, siue contractus sit, siue quid
aliud contigit. Vbi Vuesemb. nu. 5. Pa-
cius n. 4.

Dico igitur, quod siue in contractu, siue
57 in distractu, siue in quasi contractu,
siue in materia vltimarum volunta-
tum, siue in iudicialibus minor le-
datur, in integrum restitutionis be-
neficio indemnis atque illæsus ser-
uatur.

In contractibus nimirum veluti si aliquid
58 emit, vendidit, Societatem inijt,
pecuniam mutuam accepit & læsus sit
d. l. ait Prætor ff. de minor. ibi. Proinde
si emit aliquid, si vendidit, si societatem
coijt, si mutuam pecuniam accepit, &
captus est ei succurretur l. in integrum 2.
C. si aduers. vendit. l. patri 27. §. si pecu-
niam l. si res pupillaris 49. ff. de minor.

Quinimò non solum aduersus emptio-
nem, & venditionem factam, sed
etiam aduersus neglectam, & aduer-
sus licitationem minor restituitur, ve-
luti si ab altero in licitatione supere-
59 tur, eius tamen intersit rem ab eo
emptam fuisse iuxta notata in *l. si in*
emptionem 35. ff. eodem Calà de rest. in
integr. min. deneg. q. 20. n. 76. vbi di-
sputat, an in venditione rerum mino-
ris, & Ecclesiæ facienda subhasta, so-
lemnitatibus omissis; detur restitutio
in integrum, & quid in Fisco.

Non vulgaris tamen est quæstio. An sci-
licet cum minor, & Ecclesia in con-
tra-

tractibus se læsos dicunt liceat eis ad-
uersus contractum ire, & eius rescisio-
nem petere, vel pretij supplementum
potius recipere, & dissidentes DD.
Sententias concilians *Fontanell. tom. 1.*
de pact. nupt. clausf. 4. Gloss. 18. p. 1. à
nu. 4. verissimam pronunciat Senten-
tiam, minorem contractum rescindere
60 non posse, vbi emptor iusti prætij
supplementum soluere non recusat;
quam tu limita vbi interesset minori
rem non vendidisse, vt infrà.

Quia tamen discrimen est inter contra-
ctus Ecclesiæ, & contractus minorum.
61 Vbi in alienatione rei Ecclesiasticæ
nulla causa, siue necessitas vrget, sed
vtilitas tantum impellit, etiam si læsio
in modica pensione consistat, ad ipsius
rei venditæ, vel in Ephiteusim conces-
sæ recuperationem Ecclesia reintegra-
tur. Nec locus est suppletioni eius,
quod deficit ad excludendam læsio-
nem *Franch. decis. 248. per totum Text.*
est in cap. 1. de rest. in integr. in cap. Ad
nostram de reb. Eccles. non alien. & in
extrauag. ambitios. nec non in Clem. 1. de
reb. Eccles. non alien. Abb. cons. 41. n. 1.
& in d. cap. 1. de restitut. in integr. vbi
Gloss. in verbo redire Redoan. de reb.
Eccles. non alien. q. 20. num. 155. &
q. 22. n. 54. Caualcan. decis. 29. nu. 58.
& 59. Vnde communiter reprehenditur
62 *Gratian. tract. de expens. cap. 18. n. 20.*
& in Tract. de nobilit. glos. 6. §. 1. n. 56.
vbi Ecclesiam à contractu recedere
non posse tuetur; sed ad instar minoris
id tantum petere, quod ad iustum
prætium, vel iustam pensionem deest.
Agnoscere enim debebat in contra-
ctibus præcipuè Emphiteuticis diffe-
rentiam inter minorem & Ecclesiam,
nam pro Ecclesia aperta sunt iura an-
nullantia contractus, in quibus Eccle-
siæ euidens vtilitas, vel necessitas non
interuenit, vt eruditè docet *Calà de*
restit. in integr. min. deneg. q. 13. à n. 1.
vsque ad 20.

In contractibus verò laicorum, siue sint
63 minores, siue maiores, qui ob læsio-
nem in prętio in integrum restitutio-
nis remedium intentant vtroque casu
est in arbitrium emptoris, vel rem red-
dere, vel iustum prętium; aut pensio-
nem supplere *Simoncell. de Decret. lib.*
3. inspect. 1. tit. 7. num. 13. Vasq. quaest.
vsufreq. cap. 65. per Tot. Fach. contr.
lib. 2. cap. 89. Fontanell. tom. 1. de pact.
nupt. clausf. 4. gloss. 18. p. 1. n. 96. Quod
si læsio non prętium sed contractum
64 ipsum respiceret, quia scilicet minor
in vendendo deceptus fuisset, in in-
tegrum restitutio aduersus venditio-
nem, vel concessionem omnino re-
scindendam competit, adeò vt prop-
ter circumuentionem, dolum, vel
fraudem supplendi iusti prętij electio
emptori non detur, vt pluribus pro-
bat *Calà d. q. 13. à n. 20. vsque ad fin.*
post Concer. part. 2. var. cap. 1. à n. 254.
Fontanell. vbi supr. num. 100. Garzia
de expens. & meliorat. cap. 18. n. 23.

Et quamuis regulare sit, quod minores
aduersus emptionem, & venditionem
restitui debeant, vt patet *ex d. l. Præ-*
tor ait: ibi. *Proinde si emis aliquid si*
65 *vendidis* nō tamen minor, qui propria
pecunia super fundū alterius censum
emit, aduersus huiusmodi contractū
restitutionem petere potest. *Renatus*
Koppinius de moribus Parisiorum lib. 3.
Tit. 2. num. 10. Molin. de Comercijs &
Vsuris q. 14. num. 169. Calà de rest.
in integr. min. deneg. q. 4. n. 21.

Prout neque restitutio danda est mino-
66 ribus aduersus contractum iuratum,
licet contra formam legis, vel statuti
celebratum, nisi concurrat fraus, do-
lus ex proposito, metus, & læsio enor-
mis vt *ex Bart. Abb. & Rom. pluribus*
docet Calà de rest. in integr. min. deneg.
q. 17. n. 46. in qua per totum disertè
disputat. An minor contraueniens iu-
ramento incurrat periurium.

Restituendus quoque in integrum esset
67 minor aduersus temporis lapsum,
iure, vel consuetudine præfixum ad
petendum dominium, & retractum;
quod de minoribus dico procedit re-
spectu Ecclesiæ, & Vniuersitatis, at-
68 tenta Canonistarum opinione, reie-
cta & confutata opinione Iuristarum,
& Canonistarum Sententiam vti ve-
riorem tenuisse Cons. Neap. testatur
Afflict. decis. 175. Et quidem ius
retractus minori competere cautum
69 est ex *cap. constitutus de in integrum*
restit. & aduersus petitionem omissam
minorem admitti, læsione tamen pro-
bata, & non aliter, satis apertè dedu-
citur ex littera eiusdem cap. ibi: *Et*
eos læsos esse constiterit, vbi: *Gloss.*
sic loquitur: *probabunt ergo isti, se*
esse

esse minores, & læsos alias non audientur. Vndè asserunt multi, quod vt
70 minor restituatur ad retractum, infra
legitima tempora non petitum, non
sufficere minoritatem sed læsionem
requiri, puta si ei vtile, vel expediens
esset rem venditam retrahere
de Marin. lib.2. quotid. cap.116. n.25. Fab. lib. 2. C. si aduers. vendit. tit. 19. defin.4. & lib. 2. n.18. C. de in integr. rest. minor. definit. 10. Hoc tamen
cum distinctione communiter receptum video, quod nempe vbi minor,
71 Ecclesia, Vniuersitas in retractu vices
actoris substinent, teneantur probare
læsionem vt restitutionem temporis
obtineant. Si verò eorum quilibet
72 reus sit, læsionis probatione non indigeat. Et hac communi distinctione
retenta dicendum puto quod si Vniuersitas ad domanium, & retractum
prouocet, tempore statuto elapso,
73 admitti non debet absque læsionis
probatione, nam ad libertatem proclamans actoris vices substinet. Si
74 verò minor restitui petat aduersus
retractum iure dominij sibi competens læsionis probatio non requiritur,
quia satis de ea constat, & agens iure
75 dominij est reus non actor. Si minor
denique ad retractum veniat iure sanguinis hoc casu vices actoris substi-
76 net, & læsionem probare tenetur
alias à restitutione aduersus temporis
lapsum reijcitur vt pluribus comprobat *Calà de rest. in integr. min. deneg. q.7. per tot.* & signanter *à n. 38. vsque ad fin.*

Firmiter verò tenendum aduersus pacti executionem ex capite restitutionis in integrum minorem ad-
77 mitti non posse; vbi enim apprehensio bonorum, & eorum possessionis reuocatio creditori reseruatur ex pacto, quia minor in hoc nullum priuilegium habet vt se spoliatum dicat à creditore reuocante possessionem ex clausula constituti, vel illam reintegrante per pactum de capiendo, aduersus pacti executionem minores audiri nequeunt, vt colligitur ex *Menoch. de adipisc. remed. 5. nu. 89. Mantic. de tacit. lib. 11. Tit. 5. num. 6. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 4. q. 115. n.5.* Et ita iudicatum auctoritate Cartarij & aliorum refert *de Marinis lib. 1. quotid. cap. 302.* qui DD.
omnes vna voce fatentur, idem exer-
78 ceri posse per laicum contra laicum,
quemadmodum per laicum aduersus Ecclesiam, & Ecclesiasticam personam, cum nullum priuilegium habeant dum pactum initum exequitur.
Quinimò, & quod exercere licitè
79 possit etiam contra pupillum, minorem, & eorum Tutores docent *Negusan. de pignor. part.4. memb.4. n.18. Menoch. d. remed. 5. num. 31. Merlin. d. q.115. n.6.* tam per ipsum credito-
80 rem, & eius hæredes & cessionarium,
quam per Ecclesiam contra Ecclesiam, siue per laicum in Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, qui si renitentes fuerint, expelli, & cogi possunt ad possessionem destituendam.
Quia in casu creditor potius impeditus videtur suam deffendere, quam alterius possessionem inuadere, vt explicant *Negusant. vbi sup. num. 14. Mantic. dict. tit. 1. nu.6. ad 8. Menoch. de acquirend. remed. 3. n.8. Surd. cons. 221. n. 37. Costa de retrotract. cap. 8. casu 9. nu. 6. Farinac. de furtis quæst. 175. n.234.*

Hæc tamen limita in contractu nullo, &
81 vbi nullitas ante executionem opposita fuit. Nam hoc casu creditor præuentus antequam Iudicium nullitatis discutiatur pactum exercere non potest, ne possessorium cum petitorio confundatur, & prius per posterius intentatum relinquatur vt *per Rot. decisum testatur Merlin. de pignor. lib. 4. Tit.4. q.120. n.39.*

Limita etiam in pacto apposito fauore
82 absentis, qui ipsum ratum non habuit; quia non acceptatum, nullum creditori ius præbet, quamuis pro illo Notarius stipulatus fuerit; hoc enim casu Ecclesia, pupillus, vel minor pacti executioni se possent opponere, & aduersus eius effectum in integrum restitui, cum pacta manus iniectionis alijs, quam ipsismet contrahentibus, & ea expresse acceptan-
83 tibus prodesse nequeant *l. stipulatio ista §. alteri l. inter stipulantem ff. de verb. oblig. Argellus de requirend. poss. q. 13. n. 44. Velasq. consult. 59. mart. de Clausul. claus. 20. n. 8. Gratian. discept.450. n.26. & 27.*

Limita denique si ille cuius commodo

pactum

84 pactum executiuum appositum esset ante ratificationem fato cessisset. Nam licet commoditas contractus regulariter ad hæredes transeat, hoc tamen pactum resoluitur adeòut ab ipsis exerceri nequeat *Rot. part. 5. recent. decis. 35. n. 27. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 120. n. 38.*

Et obiter nota, quod pactum de retro-
85 uendendo, legis commissoriæ additionis in diem, & aliud dominij resolutiuum valet in contractibus minorum incontinenti appositum, quod ad intellectum *l. 1. §. fin. de rebus eorum* explicat *Calà de restitut. in integr. minor. deneg. q. 5. per tot.* Et quod mi-
86 nor non restituitur aduersus pactum de retrouendendo intra certum tempus, si tempus effluxerit & ipse de pacto notitiam habuit *Text. est in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Roland. cons. 10. nu. 12. vol. 2. Surd. cons. 52. n. 23. natt. cons. 492. n. 1. Tiraquel. de retroconuent. §. 1. glos. 2. n. 44. cum alijs*, quos latè cumulat *Calà vbi sup. q. 6 à n. 40.* Quinimò & pactum de retrouendendo appositum per maio-
87 rem nocere minori, etiam tale pactum ignoranti, in eius hæreditate succedenti, adeòut non restituatur docet *Natta. cons. 492. n. 2.*

Et proinde aduerte, quod præscriptio
88 conuentionalis, quæ oritur ab actu maiorum aduersus minores, continuatur sine spe restitutionis in integrum *Cyn. in Auth. quas actiones q. 5. C. de Sacros. Eccles. Butrigar. in l. 2. C. si aduers. vendit. pignor.* Et quamuis non desint, qui dixerint cum *Bart. in l. Aemilius ff. de minor.* ex capite probabilis ignorantiæ, restituendos esse minores, præsertim quando viuo iam patre præscriptio currere cœpit iuxta Sententiam Pauli I. C. *in d. l. Aemilius ff. de minor.* cui respondit *Thesaur. decis. 103. in princ. Curtius tamen Senior cons. 59. ex eodem Text.* subtiliter colligit, ne dum minoribus, sed neque infantibus patri succeden-
89 tibus ex capite probabilis ignorantię restitutionem competere ità etiam *Socin. Iun. cons. 45. & 46. lib. 4. Bero. cons. 121. & 122. lib. 3. Roland. cons. 10. lib. 2. n. 20. Natta cons. 492.* Quæ quidem Sententia incontrouertibiliter procedit vbi emptio viuo patre perfecta fuit; præscriptio verò conuentionalis post egressum minoris ætatis filij terminatur *l. 1. si quis ignorauerit rem minor. esse Ludouis. decis. Lucens. 48.* nam si præscriptio, quæ viuente patre currere cœpit in infan-
90 tili filij ætate terminaret, procul dubio restitutio in integrum locum haberet ex capite ignorantiæ, prout consuluit idemmet *Curtius* & notat *Thesaur. d. decis. nu. 6.* distinguentes pro veriori Sententia, quod dicta de infante non militant in minore, qui ex Scientia Tutoris excluditur, præ-
91 cipuè si Tutor sit soluendo, nam contra ipsum minor suas actiones dirigat *l. properandum §. sin verò C. de Iudicijs*, quæ licet loquatur de præscriptione legali, multo magis locum sibi vindicat in Conuentionali *Tiraquell. de retract. conuent. glos. 2. §. 1. num. 55. Bart. in l. si infanti C. de Iur. delib. Caualcan. de Tut. & Curat. n. 101. Ruin. cons. 119. num. 21. Pancirol. cons. 165. n. 17. Roland. cons. 10. n. 20. lib. 2. Abb. in cap. auditum de præscript.* vbi à simili infert Ecclesiam agere debere
92 contra hæredes Prælati, qui præscriptionis tempora aduersus ipsam labi passus fuit, quemadmodum Vniuersitates, & omnia loca, quæ per alios reguntur, contra Administratores pro sui indemnitate regressum habere docet *Angel. in l. metu §. animaduertendum ff. ad municipalem Bald. in Tit. de pace Constant. §. libellaria verbo. Ab. Vniuersitate.* Concludas igitur cum *Bald. in l. 2. q. 8. C. de rescind. vendit. Angel. cons. 198. Natta, & Thesaur. loc. cit.* aduersus temporis lapsum
93 appositum ad redimendum, minoribus restitutionis beneficium non esse impartiendum, cum aduersus Tutores regressum habeant; & ità in facti contingentia iudicandum communiter testantur, adeòut nec restitutio cōpetat ex generali Clausula; sed indefinita ista Conclusio non placet. Dic igitur cum *Bart.* quod licet ex dictis supra, minori restitutio non competat aduersus tempus conditionale, ex generali tamen clausula, de qua infra
94 quoties probabilis causæ ignorantiam probent, hoc remedium minoribus omnimodò esse concedendum. Hanc sententiam docent multi singula.

gulariter *Io: de Imola in d. l. Aemilius, vbi docet aureis literis esse scribendum Ruin. cons. 54. n. 9. vol. 1.* Et hæc sanè doctrina est fine dubio seruanda vbi minor conuentus exciperet, non verò
95 si actoris vices in Iudicio sustineret, quare aduerte, & memoriæ retineas quod beneficium restitutionis ad finem tuendi consequi potest, non ad finem agendi, vt de more satis diligenter expendit *Anchar. q. 59. per tot. Roland. cons. 10. vol. 4. n. 7.*

Quòad Societatem à minore contra-
96 ctam, quamuis minor sine Tutoris, vel Curatoris auctoritate Societatem & communionem inire possit, ex quo de natura ipsius Societatis soli fructus in communicatione veniunt, & quòad hoc minor habeatur pro maiore, *vt post Alex. cons. 49. lib. 1. n. 4. notat Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 18. n. 3.* nihilominus si læsus sit aduersus ipsam restituitur vt patet ex litera *Text. in d. l. Prætor ait ibi: & Societatem inijt.* Nec refert quamuis Societas esset iuramento firmata, si læsio enormis in-
97 teruenịat vt consuluit *Bald. cons. 213. lib. 1. & plenè Odd. in tract. iurament.* Hæc tamen intellige non procedere,
98 quòad ipsam Societatem rescindendam, quæ de sui natura tantum durat quantum Socijs placet, & non vltra *§. manet autem Inst. de Socie.* sed quòad pacta Societatis, perperam à minore inita, quorum vigore, vel in lucris diuidendis, vel in damnis reparandis ipse læsionem sentiat, aduersus quæ
99 verè ei restitutio datur, vt ad æquitatem rationabilem singula redigantur iuxta not. per *Odd. de rest. p. 2. q. 56. art. 4. n. 29.*

Quæstio est an minori restitutio detur aduersus contractum vulgo dictum *Compagnia d'officio*; ad quam distinguendo. Respondeo, vel loquimur de minori, qui pro se super proprio
100 officio pecuniam accepit, sed quia illam dissipauit læsus est, & restitui debet. Eò magis si non pro se, sed vt est in vsu, pro altero siue maiore, siue minore pecuniam accepit, qui fructus non soluit, vel dissoluta Societate sortem non restituit vt ex *l. patri §. si pecuniam ff. de minor. aduertit Odd. vbi sup. q. 56. art. 6. n. 50.*

Vel loquimur de maiore, qui super pro-
101 prio officio pro minore pecuniam accepit, vt patet in casu, quo contemplatione minoris à maiori Societas contrahitur; si ex hac Societate minor læsus sit, puta quia acceptam pecuniam dissipauit, tam aduersus eum, qui pro ipso Societatem contraxit, quam contra Socium, restitui debet, vt ad solutionem fructuum, vel sortis principalis adstringi non possit, prout in casu mutui expressum habemus *in d. l. patri §. si pecuniam ff. de minor. docet Odd. loc. cit. n. 51.*

Vel sermo est de minore, qui maiori pe-
102 cuniam, contrahendo officij Societatem dedit, & læsus est, quia non facta renunciatione Societatis, quæ disdicta vocatur, quindecim diebus ante mortem naturalem Societatem perdidit, & hoc casu minori ex persona eius hæredis in integrum restitutio non competit vt pluribus probat *Odd. loc. cit. n. 52.* Cæterum si circa contractum pecuniarum læsio versatur, sine dubio vt in reliquis minor restitui debet.

Aduersus Locationem minor etiam re-
103 stituitur, si domum potentiori locasset, adeòut difficilis esset vel pensionum solutio, vel ipsius domus restitutio *Cranett. cons. 192. n. 4. Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 5. n. 42.* & patet ex infra dicendis. Sin vero minor maior factus, & sui iuris effectus locationem tempore suæ minoris ætatis à Tutore, vel Curatore factam infringere velit & conductorem expellere non est audiendus, & conductor in rei conductæ possessione manuteneri debet, vsque ad tempus completum. *Alex. in l. si filio §. si vir ff. solut. matrim. Socin. cons. 125. lib. 1. n. 6. Couar. var. resol. cap. 5. n. 5. & 6. Guttier. Canon. qq. lib. 2. cap. 8. n. 24. & l. si tutela ff. de administ. Tut.*

Quòad mutuum minori in integrum restitutionem quoque competere satis euidenter etiam patet ex verbis *d. l. Ait Prætor.* ibi: *Si mutuam pecuniam accepit.* Nam quamuis minori pecu-
104 niam mutuo accipienti commodum quæratur Doctorum tamen placitis quòusque mutans pecuniam in minoris recipientis vtilitatem versam do-
105 ceat, circumuentio non excluditur *ex l. 1. & 2. C. si aduers. Credit.* Arias

E Pi-

Pinell. de rescind. ven. p.3. cap.2. & 2. Pilens q. 63. Quinimò minor ipse si minori mutuo pecuniam dederit, in rem eius versam fuisse probandi liga-
106 mine non dissoluitur *l. verum §. item, & ibi Gloss. in verb. perdidit ff. de minor. Aret. cons. 81. per tot. Imol. in l. si quis nu. 3. ff. pro emptore, & in cap. Clerici il secondo de Vita & honest. Cleric. Caccialup. in tract. de Ludo nu. 23. Costa eod. Tit. de Ludo art. 6. n.1t. Farinac. de diuers. Crimin. q. 109. nu. 217.* ex quibus DD. colligitur quod si minor ab altero ætate minori in ludo sedens pecuniam mutuatus fuisset, quamuis in pecunia exigenda iustam causam habeat, & iuris prohibentis ignorantiam; agatque potius de damno vitando, quam de lucro captando, non tamen in probatione restituitur; suum enim est prius docere in alterius minoris commodum pecuniam versam esse, vt Admonet *Angel. de maleficijs verbo metidor. nu. 14. Amadeus de Syndicatu nu. 49. Paris de Puteo de Ludo. Farinac. vbi sup. n.218.* quin & aduerte, quod non modo
107 probandi onere grauatur, verum licet pecuniam in minoris commodum versam fuisse docuerit, petendi iure priuatur, quando mutuata pecunia non extaret; & ita minorum iurgia sedantur vt patet ex *l. verum §. item queritur ff. de minor.*

Cæterum regulare est, quod minor, qui
108 mutuum receptum perdidisse, & se læsum dicit, se læsum probet vt restitutione iuuetur, nam quilibet reus propositam exceptionem probare debet *l. nam & postea §. si minor. ff. de Iur. Iuran. l. minoribus C. de in integr. rest. min. l. verum §. sciendum ff. de minoribus.* Quinimò petita restitutione nullatenus creditor obligatur
109 ad probandum pecuniam in rem versam, nam cum contractus perfectus præsumatur, vt rescindi valeat probationis onus minoribus incumbit iuxtà *Bald. Theoricam in l. prædiorum C. de prædijs minorum*, quem sequitur *Mascard. de probat. vol.3. concl. 1273.* quibus etiam, vt contractus rescissionē allegēt enormissimā læsionem proban-
110 tibus, iuramenti absolutio denegari debet *Gabriel. com. concl. tom.3. Tit. de minor. concl.4. n. 4. & Tit. de Iure dotium concl.1. Gomez 2. var. cap. 14. n. 21. Soccin. Iun. cons.140. n. 34. p. 1. Bursat. cons.75. n.1. Dec. cons.8. nu. 6. cons.31. n.2. & cons.45.* Quoties verò Creditoris esset probare pecuniam mutuatam in rem versam, satisexisti-
111 mo, si industrioso viro etiam minori dedisse demonstret *Bart. in l.1. n.2. C. si aduers. Credit. Gloss. in l. fin. C. de pignor. Mathesil. not. 58. n.4.* quod & tenendum putat, si minor se læsum probauerit *ex l.1.C. qui & aduers. quos l. professio C. de muner. patrimonial. lib.11. Roman. cons. 318. num. 2.* nunquam enim minor beneficio restitu-
112 tionis iuuari potest si tanquam mercator, vel industriosus contraxit *Alex. cons. 122. vol. 6. Tiraquel. leg. connub. glos. 8. nu. 142. Menoch. cons. 714. num. 7. Carpan. ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 416. Cost. de remed. Subsidiar. remed.85. num. 11. plenè Calà de rest. in integr. minor. deneg. q. 1. per Totam.*

Respectu depositi, vel commodati an minori in integrum restitutio competat res nullam difficultatem patitur, nam
113 si sermo sit de deposito à minore facto. Non est disputandum an ope restitutionis hoc repetere possit, nam cum ei detur actio ordinaria depositi; quælibet restitutio superflua redditur, nisi forsam aliqua se obligatione ligasset, ex qua depositum repetere non posset; hoc etenim casu, quia
114 actioni ordinariæ depositi obstaret exceptio, vti necessaria restitutio competeret vt affirmat *Odd. p. 2. de rest. in integr. art.1. n.2.*

Si vero sermo sit de deposito facto apud
115 minorem, hoc casu siue læsio iude minori facta sit, vel de futuro immineat danda est ei in integrum restitutio, puta si minor, ad sui libitum depositum restituere non possit, & veretur ne depositum male se habeat; vel si pecuniam, aut rem in depositum datam malè perdidit ipsamque restituere non possit, vt in terminis asserit *Rodoan. de reb. Eccles. non alien. q.4. an & quomodo ex mutuo obligatur Ecclesia*; qui hoc exemplificat in Ecclesia, & extendit etiam in casu quod Ecclesia rem depositam lata culpa perdiderit. Sed tu limita vbi dolo vero perdiderit, vel si locupletior

facta

facta fuerit *arg. cap. 1. de rest. in integ.* quod & rationi consonum esse negari non potest.

Quòad commodatum quamuis hoc à
116 DD. tactum non reperiam, ex his tamen quæ tradit *Rodoan. d. p.4. §. & deinde n.12. vers. in contractu.* Idem iuris est dicendum, ac in deposito. Dic igitur vel minor rem sibi commodatam male perdidit, aut deteriorem fecit, & in casu si absit dolus, & locupletatio, in integrum ei restitutio datur ne reddere, vel deteriorationem reficere teneatur. Aut rem suam minor ad certum vsum alteri commodauit, ipsamque ad libitum repetere nequit,& in casu si minoris intersit apud se rem commodatam habere, ad illam repetendam restituitur.

Aduersus dotem immodicè datam mi-
117 nori restitutionem quoque competere patet ex text. in *l. si ex causa 9. §. in dotis ff. de min. l. vnic. C. si aduers. dot. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. Glos.8. p. 8. nu. 22. Franch. decis. 104. Peregrin. decis. 93.* prout etiam si pactum dotale, sibi damnosum fecerit *l.*
118 *minor. 48. §. mulier ff. de minor. ibi: Mulier minor 25. annis, si pactione dotis deterior conditio eius fiat, & tale pactum inierit, quod nunquam maioris ætatis constituta paciscerentur, atque ideo reuocare velit audienda est. Franch. decis. 104. nu. 4. Calà de rest. in integr. minor. deneg. q. 11. per Tot.*

Nota igitur communiter receptum esse,
119 quod mulier ætate minor dotem constituere, & pro ipsa se obligare potest *Bald. cons. 307. vol. 3. Menoch. cons.242. Surd. decis.278. per tot. Gratian. discep. cap. 28. n. 16. & cap. 233. num.4. & 367. per tot. Mynard. decis. Tolosan.42.* non solum si se ipsam dotet, sed si & alias coniunctas mulieres, quas esset grauata dotare, aut vti hæres Testamentaria, aut ab intestato, & tantum in casu, quo dos excessiua esset, & vltra vires sui patrimonij, vnde efficeretur deterioris conditionis, vel in paupertatem incideret,
120 obligatio fauore dotis facta inefficax redditur, & dotanti per in integrum restitutionem succuritur *l. vnic. C. si aduers. dotem l. si ex causa §. in dotis ff. de minor. Maynard. lib. 3. decis. 42. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 8. num. 12.*

Perpendendũ tamen est vtrum mulier se ipsam dotauerit, vel alteram coniunctam personam puta sororem, vel
121 neptem, quia si extraneam vtique obligatio non subsisteret secundum *Fabr. in C. ad S. C. Vell. definit. 14.* prout etiam obligatio, & dotis constitutio euanesceret, si propter dota-
122 tionem coniunctæ mulieris ipsa indotata maneret, vt aduertit *Marescot. lib.2. var. cap. 5. n.20.* nam mulier se ipsam dotans licet viro omnia bona sua in dotem dederit, si ex immodica
123 dotatione se læsam dicere velit, non auditur, ne bonis indignum dicat, quem sua persona dignissimum censuit. Et quamuis *Text. in l. vnic. C. si aduers. dot.* loquatur de beneficio restitutionis aduersus virum, hæredibus etiam mulieris concedendo, non per hoc dici potest idem mulieri licitum esse vt eruditè contrarijs respondendo declarat *Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 8 num. 15.* nec dicta *l. vnica C. si aduers. dot.* alterum intellectum recipere potest, vt
124 pluribus probat *Calà de rest. in integr. min. deneg. quæst. 11. à n.6. vsque ad 10.*

Et communiter tenendum non ex hoc, quod mulier totum patrimonium in dotem dederit eam læsam dici, adeòut
125 per restitutionem, dotis reformationem obtinere possit, sed oportet quod vltra dotationem immodicam viri dolo in pactis dotalibus, se circumuentam probet, vt plurimum contingere solet *l. si ex causa §. in dotis ff. de minor.* ibi: *Vel totum patrimonium circumscripta in dotem dederit & d. l. vnic. C. si aduers. dot.* ibi: *Quoniam circumuentam dicis sororem tuam omnia bona in dotem dedisse.* Et generaliter vbi in aliqua Ciuitate vel loco
126 approbata consuetudine, statuto, aut lege certa dotis quantitas nubentibus præfixa reperiretur; si mulier maioris dotis, sibi constitutæ reformationem peteret audiri deberet, & reduci ad quantitatem constitui solitam, ipsique mulieri aduersus virum per in integrum restitutionem subuenitur *Paul. de Castr. in d. l. vnic. nu. 1. Bald. cons. 108. num. 1. vol. 1. Roman. cons. 314. num. 4. Barbos. in l. æstimatis*

num. 23. *ff. solut. matrim. Fontanell.*
loc. cit. n. 6. Casus verò practicabilis
d. l. vnic. est quando mulier in capi-
127 tulis matrimonialibus pacta ad fa-
uorem viri apposuit, vt dotem, vel
partem post eius obitum lucraretur.
Huius enim pacti reformationem qua.
tenus læsionem contineret, intra tem-
pus postulandæ restitutionis, mortua
muliere eius hæredes petere possent,
tam nomine proprio propter in-
teresse successionis, quam nomi-
ne ipsius mulieris, cuius personam
repręsentant in ipsa dote constituta
ità *Roman. cons.* 314. *n.* 4. *& explicant*
Surd. decis. 278. *n.* 2. *Gomez. var. cap.*
14. *Tit. de rest. min. n.* 2. *Gratian. di-*
scept. cap. 367. *num.* 2. & quia vir, &
vxor ad imparia iudicari non debent,
128 impartitum mulieri restitutionis be-
neficium aduersus virum, commune
est viro, qui in minori ætate consti-
tuto modica dote coutentus fuit, &
mulier non fuit competenter dotata
Odd. de rest. part. 2. *q.* 59. *art.* 2. *per*
Tot. Et quamuis regula generalis sit,
quod ne dum mulier in pactis dotali-
bus, à viro circumuenta, sed & in
contractibus læsa in vim saltem gene-
ralis clausulæ ædicti Prętorij in inte-
grum restitui debeat, vt clarius pate-
bit ex infra dicendis de hac generali
clausula. Attamen nota, quod mu-
lier non iuuaretur exceptione *S. C.*
129 *Velleian.* aduersus dotis constitutio.
nem factam personæ coniunctæ nisi in
casu quòd ipsa indotata remaneret *l.*
fin. C. ad Velleian. Bald. nouell. tract. de
dot. special. 12.

Prout neque mulier Baronissa, vel Feu-
130 dataria contrahens sine Mundualdo
decepta, restituitur vt *ex Petro de*
Monte forte notat *Calà de rest. in integ.*
minor. deneg. q. 23. *n.* 7. licet cæteræ
mulieres vulgares etiam Mundualdo
131 interuenieute contrahentes deceptę
restituantur, in subsidium tamen, vbi
scilicet Mundualdus soluendo non
esset, quod latè probat adducta nobi.
litate sanguinis, quam dicit supplere
ætati *Idem Calà n.* 7. *& seq.*

Nota etiam Viduam minorem restitu-
tionem petere non posse aduersus re-
132 nunciationem quartæ ei debitæ in
bonis præ mortui viri ex *Auth. prate-*
rea C. vnde vir & vxor. Nam cum
mulieri licitum sit in matrimonij con.
tractu renunciare omnibus lucris,
133 quæ ex eo proueniunt, in casu re-
nunciationis læsa dici non potest vt
latè disputat. *Fontanell. tract. de pact.*
nupt. clau∫. 4. *glos.* 3. *p.* 10. *n.* 50. *vbi af-*
fert decis. Surd. Tract. de aliment. tit.
1. *q.* 44. *Gratian. discept.* 120. *num.* 8.
Cancer. lib. 3. *var. cap.* 15. *n.* 331. *Franc.*
Molina de ritu nupt. lib. 3. *q.* 62. *per Tot.*
vbi conquæritur nullum ex *Pragma-*
ticis, qui prædictam *Auth.* interpe-
trantur, casum, de quo agitur pertra-
ctasse, colligitur etiam ex *Anneo Ro-*
berto lib. 4. *rerum iudicatarum cap.* 1.
vbi mulieri contentæ, quarta parte
bonorum viri, cum ex lege munici-
pali ei bonorum mediatas compete-
ret, prohibitum fuit reuerti ad me-
dietatem ex pacto renunciatam, te-
statur *Fabr. in Cod. lib.* 5. *Tit.* 9. *de*
pact. conuent. defin. 7. *Franch. de-*
cis. 205.

Cum distinctione tamen in hac parte
procedendum puto adeòut generali-
tatem non approbem. Dico igitur
vel mulier renunciat in capitulis ma-
trimonialibus, & ante matrimonium
134 contractum, vt passim practicatur,
& in casu bene dicta procedunt, nam
mulier nec re, nec spe ius aliquod ha-
bet in quarta; vnde mulier aduersus
renunciationem conquęrens, audiri
non debet, vt factam de re ad illam
nullo modo, & iure spectante ità con-
cludit *Gabriel. conclus.* 6. *num.* 3. *lib.* 2.
Gratian. discept. cap. 132. *nu.* 23. *Ripa*
Singul. obseru. 8. *n.* 6. *Decian. respons.*
78. *num.* 26. *vol.* 3. & ita decisum fuit
Fontanell. vbi sup. n. 59. & in terminis
Gallerat. de renunciat. cent 1. *cap.* 17.
n. 8. quia læsio non cadit in iure non-
dum quæsito vt præter citatos DD.
docent *Thesaur. quæst. forens.* 34. *nu.*
37. *lib.* 1. *Pacific. decis.* 174. *n.* 42. *post*
tract. de Saluian. interdict. Et in re-
135 nunciatione Iuris non quæsiti, ne-
que in minore læsionem considerari
tradunt *Castren. cons.* 174. *lib.* 1. *Soc-*
cin. cons. 263. *lib.* 2. *Paris. cons.* 82. *nu.*
85. *Alex. cons.* 29. *n.* 16. *lib.* 1. Et in-
certitudinis ratione læsionem excludi
136 adeòut considerari nequeat eruditè
demonstrant *Molin. de ritu nupt. lib.* 2.
cap. 3. *n.* 28. *Capyc. decis.* 159. *num.* 15.
& 16. *Gratian. discept. cap.* 148. *num.* 8.
Cancer.

Cancer. lib. 3. var. cap. 15. n. 65. Caput. in consuetud. si moriatur p. 3. §. 10. nu. 7. & 8. Vnde minor, qui iuri quærendo renunciauit, si restitutionem in
137 integrum petat, vti minimè læsus non est audiendus, in terminis *Grauet. cons. 114. n. 15. Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 12. à num. 53. vsque ad fin.*

Vel mulier quartæ renunciat constante matrimonio, & hoc casu, quamuis de eius læsione hæsitari non posse videa-
138 tur, quia renunciat quartæ, quæ, si vir præ moriatur, ei de iure competit. Attamen neque restitutioni locum esse patet ex dictis, quia quarta est ius quærendum, non delatum, sed pendens ex causa de futuro, quæ tanquam incerta potest esse & abesse, nam mulier viro præ mori potest & consequenter in renunciatione mulieris læsio aliqua considerari nequit, vt patet ex *l. 1. C. de pact. l. si ex lege C. de vsur. l. de fideicommisso C. de transaction.*

Singulariter quoque in præsenti materia notandum, quod minor, qui aduersus immodicam dotem sorori constitutam restitutionem in integrum petit solum soluto matrimonio per
139 viam restitutionis excessum quantitatis dotis sorori constitutæ ab ipsa condicere potest; nam diuerso iure censetur repetitio dotis constante, ac soluto matrimonio *Barb. in rubr. ff. solut. matr. n. 25. & in l. æstimatis n. 23. ff. eodem.* Nam aduersus virum non datur restitutio, vt agere possit, prout neque aduersus sororem constante
140 matrimonio; posset tamen excipere ne id, quod vltra debitum promissum est cogatur soluere *Merlin. de legitim. lib. 2. Tit. 1. q. 20. num. 2. Panut. de lucr. dot. glos. 10. n. 21. & 22. pluribus relat. Baron. de effectu min. atat. effect. 8. num. 77. explicat Fontanell. vbi sup. n. 24.* & pluribus docet *Calà de rest. in integr. minor. deneg. q. 11. à num. 22. vsque ad vltim.*

Notandum etiam quod si frater minor
141 insolidum cum maiore excessiuam dotem constituisset, conuento maiore, potest minor comparere, & aduersus dotis excessum excipere per restitutionem in integrum, pro indemnitate fratris maioris. *Honded. cons. 42. n. 34. Menoch. cons. 613. n. 7. Gratian. discept. cap. 367. nu. 1. Baron. de effect. min. atat. d. n. 77. Calà vbi sup. n. 29.*

Cæterum de restitutione in integrum aduersus dotem, donationem propter nuptias, sponsalitias largitates & cætera huius generis, plena manu, & erudito atque mirabili ingenio pertractat *Odd. de rest. p. 2. q. 59.* ad quem confugias, tam in iudicando, quam in consulendo.

Prout an minor restituatur aduersus ma-
142 trimonium carnale, vel aduersus spirituale, hoc est religionis ingressum, & aduersus cætera spiritualia, ipsum consule *d. p. 2. q. 60.* vbi materiam septem articulis distinctam non vulgaribus auctoritatibus confouet, & rationibus ingeniosè declarat. Regulam verò ponas quod minor non auditur si restitui vellet aduersus tempus à Sac. Trident. Concil. definitum, vt admittatur ad professionem ante decimum sextum annum *Narbona de ætate ad omnem humanum actum requisita Ann. 16. q. vn. n. 6. & 8. Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 26. nu. 23. per Tot.* in qua diserte loquitur. An mi-
143 nor annis altero & vigesimo Ecclesiastico pænitentiali, & votiuo ieiunio ligetur. Item an voto solemni tam reali, quam personali.

Restitutio quoque minori datur si quid
144 cauit, vel promisit vnde læsus sit *l. in causa 16. §. Pomponius ff. de minor.* Quomodo verò restituatur aduersus quamcumque stipulationem & literarum obligationem vide quæ docet *Odd. d. p. 2. q. 54. art. 11. & 12.* vbi plura aduertit ad præsentis materiæ cognitionem necessaria.

Nec non si pro alio fideiussor intereesse-
145 rit, minor aduersus fideiussionem ipsam restituitur *l. At Prætor 7. §. non solum ff. de min.* ibi: *non solum autem in his ei succurritur, sed etiam in interuentionibus: vt puta si fideiussorio nomine se vel rem suam obligauit.* Nam minor eo ipso quo fideiubet læsus dicitur *Crau. cons. 613. n. 2. Gomez. 2. var. cap. 13. nu. 19. Gamma decis. 162. nu. 5. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. n. 28. p. 3.* Et quidem ex fideiussione damnum potius, quam commodum sperari potest. *Ias. in l.*

contra

contra iuris §. *qui pecuniam nu.* 1. *ff. de*
pact. simplicem tamen fideiussionem,
absque læsionis probatione sufficere
146 ad obtinendam restitutionem non
esse communiter receptum aduertit
Calà de rest. in integr. min. deneg. q.
8. *n.* 3.

Non igitur communiter receptum nota,
quod minor ex fideiussione præstita ita
læsus dicatur, vt ad obtinendam re-
stitutionem, altera læsionis probatio-
ne non indigeat, quod explicat *Ludo-*
uic. Morot. respons. 87. *Cranett. conf.*
613. *Fontanell. de pact. nuptial. clauf.*
4. *glos.* 18. *part.* 3. *n.* 30. *Mantic. de Ta-*
cit. lib. 16. *tit.* 4. vno ore, & absque
hæsitatione vlla fatentes, eo ipso, quo
147 minor fideiubet læsum dici non pos-
se, sed nec etiam ex aliqua causa su-
perueniente puta, defectu bonorum
principalis debitoris; vel paupertatis
ipsius minoris incurrendæ, si soluere
coactus fuerit; ac propterea mino-
rem, qui fideiussit, nullo læsionis ge-
nere immaginabili restitui, sed tunc
solum fideiussionis obligationem re-
scindere posse, quando dolo ad fi-
148 deiubendum inductus esset *Cancer.*
var. resol. lib. 3. *cap.* 7. *de pact. n.* 159.

Vbi autem fideiussio esset iurata prædi-
149 cta à fortiori procedunt nam Iura-
mentum minorem ætatem excludit, &
minorem maiorem repræsentat, adeòut
minor aduersus contractum à se Iura-
150 tum venire non possit, restitutio-
nem in integrum intentando ex ædi-
cto minorum *Seraph. de priuileg. iu-*
ram. priuil. 96. *Tepat. in Compend. var.*
iur. Sentent. lib. 1. *Tit.* 1. *de minor.*
Thes. in terminis fideiussionis decis. 66.
n. 4. *Gaill. obseru. lib.* 2. *obseru.* 41. *&*
65. *& ità iudicatum testatur Afflict. de-*
cis. 323.

Quod autem dico, non posse minorem
151 venire aduersus contractum, vel fi-
deiussionem iuratam, non ità est intel-
ligendum vt si ex tali contractu, vel
fideiussione læsionem probet, audiri
non debeat. Iuramentum enim ope-
ratur vt minor tamquam maior ha-
beatur, non verò vt læsio exclusa re-
maneat *Franc. marc. q.* 21. *n.* 2. *par.* 1.
Gaill. lib. 2. *obseru.* 41. *n.* 4. *Thes. de-*
cis. 69. *Gram. decis.* 101. *n.* 7. vbi atten-
tè considerat quod habens duo iura,
si vni renunciet, alteri renunciasse
152 non videtur, & ideò non per hoc,
quod minor per Iuramentum se maio-
rem præbeat, dici posse, quòd bene-
ficio restitutionis in integrum sibi
propter læsionem competenti renun-
153 ciare voluerit, vt expresse docet
Anton. Faber. in suo C. lib. 2. *tit.* 9. *de*
in integrum rest. min. defin. 1. ibi: *Ne-*
que enim iusiurandum supplere potest de-
fectum ætatis in minore, vt consilij im-
becillitatem, quæ in minore maior est,
corrigat, faciat vt ob id solum quòd iu-
rauit, prudentior, & consultior effectus
videatur, sola autem facilitas minoris
& lubricum ætatis inducit restitutionem.
Idemque probat *definit.* 8. *&* 10. *lib.* 2.
tit. 15. *si aduersus venditione definit.* 2.
vbi addit, quod minor eadem facili-
tate iurat, qua contrahit, & decipi-
154 tur, nam non ex eo, quòd Iura-
menti virtute minor, maior efficitur,
eiusdem efficacia sagacior, & pruden-
155 tior redditur, cuius opinioni præiuit
Cranett. conf. 192. *Peregr. conf.* 77. *nu.*
17. *Guttier. Auth. Sacramenta Puberum*
nu. 92. *C. si aduers. vendit. Cagnol. in*
l. 2. *n.* 102. *C. de rescind. vend. confert*
Cassad. decis. vnic. Tit. de empt. &
vend. Pedroc. conf. 26. *à num.* 1. *vsque*
ad 7. & ita iudicandum, & seruari
Cathaloniæ testatur *Peguer. decis.* 155.
cum quo iuxta veriorem, & æquio-
rem sententiam conclude minorem
156 aduersus fideiussionem iuratam ex
capite læsionis indistinctè esse admit-
tendum. Probare autem deberet cau-
sam vnde læsio proueniat, si nimirum
à principali indemnis seruari nequeat,
vel si id quod soluere debet totum
157 eius patrimonium ab sorbeat. *Af-*
flict. decis. 322. *Thes. decis.* 213. *Fonta-*
nell. clauf. 14. *glos.* 18. *p.* 3. *n.* 54.

Quinimò neque in dubium reuocari de-
bet, quòd licet minor à debitore in-
demnis seruari posset, ei etiam ante-
158 quam soluat restitutionis beneficiũ
non esse denegandum; si eius prin-
cipalis debitor esset persona poten-
tior, vir rixosus, vel litigiosus, vel
eius patrimonium creditoribus esset
obnoxium, & in Iudicium deductum.
Hoc etenim casu sustineri potest *Gloss.*
opinio ab omnibus execrata, vt mi-
nor eo ipso quòd fideiubet læsus di-
catur, vt pluribus cumulatis post
Fontanell. de pact. nupt. d. clauf. 14.
glos. 8.

gloss. 18. *p.* 3. *nu.* 56. aduertit *Calà de rest. min. deneg. q.* 8. *n.* 21. cæterum. De restitutione minoris aduersus fideiussionem à se pro alijs factam, in casu, quo pro patre fideiussit, vel ipsi principali successit aut fideiussionem iuramento firmauit *Odd. de rest. q.* 54. *ab art.* 2. *vsque ad* 8. vbi materiam hanc eruditè declarat.

Prout si ipsi minori parum idoneè eau-
159 tum sit, ei per restitutionem succurritur vt patet in muliere pro altero fideiubente *l. si apud* 12. *ff. de min.* ibi: *Si apud minorem mulier pro alio intercesserit, non est ei actio in mulierem danda, sed perinde atque cæteri, per exceptionem summoneri debet: scilicet quia communi iure in priorem debitorem ei actio restituitur, hac si soluendo sit prior debitor alioquin mulier non vtetur Senat. Consult. auxilio.* Hanc quæstionem de restitutione minoris aduersus fideiussionem sibi datam, si sit minus idonea examinat *Odd. d. q.* 54. *art.* 1. vbi per totum expositam Conclusionem varijs auctoritatibus confirmat.

Si alter pro minore intercessit, aduersus
160 hunc quoque in integrum restitutionem minor implorare potest, ne mandati iudicio teneatur *l. in causa* 13. *ff. de min. l.* 1. *C. de fideiuss. minor.* Vbi vero minor pro maiore ageret, aduersus ea, quæ per eius procurato-
161 rem minorem gesta sunt, etiam si circumscriptum fuisse constet, restitutio maiori non datur, sibi enim imputet, quod minori sua gerenda negotia dedit *l. cum mandato ff. de minor. Sarmient. lib.* 1. *select. cap.* 15. *n.* 9. *Arias. Pinell. in l.* 2. *p.* 2. *n.* 15. *de rescind. vend.* restitueretur verò minor, si maior, pro quo gessit soluendo non esset vt eruditè aduertit *Calà de restitut. in integr. min. deneg. q.* 18. *num.* 21.

Si res etiam minoris pignori obligata à
162 creditore vendita sit aduersus pignoris venditionem restitutio locum habet *l. si ex causa* 9. *ff. de minor. l. si minor. C. si aduersus venditionem.* ibi: *si minor annis vigintiquinque emptori prædij cauisti nullam de cætero te esse controuersiam facturum, idque etiam iure iurando corporaliter præstito seruare confirmasti: neque perfidia, neque periurij me auctorem tibi futurum sperare debuisti.* Verum tamen est, quod non eadem facilitate in venditione
163 pignoris prætorij minor restituitur, qua in pignore conuentionali restitui potest *l. si ex causa vbi Gloss. in verbo grande & l. si res pupillaris ff. de minor. Calà de rest. in integr. min. deneg. q.* 20. *n.* 28. & vbi venditio palam, & bona fide facta esset, aduersus venditionem pignoris minor vtique admittendus non esset, nisi deceptus reperiatur
164 intra dimidiam iusti prætij, quo casu distractio retractatur, & minor admittitur *Tepat. var. sent. tit.* 417. *cap.* 19. & 416. *cap.* 5. *Papon. arrest. lib.* 18. *Tit.* 16. *arrest.* 2. *Postius de subhast. inspect.* 57. *n.* 36. Speciale enim est in pignore prætorio, vt eius venditio rescindatur ob minorem læsionem,
165 quam vltra dimidiam non obstantibus solemnitatibus in actu venditionis adhibitis vt concludit *Pinell. de rescind. vendit. part* 2. *cap.* 2. *num.* 27. *Maurit. de rest. in integr. cap.* 375. & nota quod Romæ vltra tertiam par-
166 tem prætij læsio admittitur in quocumque contractu, ac etiam in subhastationis Iudicio vt decisum refert *Buratt. decis.* 675. *n.* 5. & *seqq.*

Et quoniam regulare est quod minoribus in prætio læsis duo remedia competant, Ordinarium nimirum ex *l.* 2.
167 *C. de rescind. vendit.* & extraordinarium ex beneficio restitutionis vt patet ex *Tit. ff.* & *C. de in integrum rest. min.* per extraordinarium remedium pinguius minori fauetur, quia vltra dimidiam iusti prætij læsionem
168 probare non tenetur, sed sufficit si læsionem grauem, vel enormem demonstret. Ordinario autem remedio implorato, extraordinarium amplius intentari non posse nisi propter do-
169 lum, fraudem, falsam causam & læsionem enormissimam, sentire videtur *gloss. in l.* 2. *C. si aduers. vendit. pign.* & docent *Papon. lib.* 18. *Tit.* 6. *arrest.* 30. *Post de subhast. inspect.* 57. *n.* 20. sed hoc vt monet eruditè *Calà de rest. in integr. min. deneg. quæst.* 20. *n.* 26. non ità indistinctè accipiendum est, sed inspiciendum vtrum vendita sint bona, prædecessoris pacto obligata, hac facta conuentione, quòd creditori licitum esset ipsa distrahere, vbi

vbi pecunia, statuta die ei soluta non sit: nam hoc casu, si creditor iure distraxit, minor etiam successor ex-
170 tranei aduersus venditionem pignoris non restituetur: sed solum aduersus creditorem pignoratitiam actionem intentare potest, si in vendendo pignore in mala fide fuerit, vnde læsus esset in prætio.

Aut contra Tutorem, vel Curatorem
171 vtili actione negotiorum gestorum agere, vt colligitur ex *Gloss. in d. l. 2.* & docet ipse Text. ad literam ibi: *Nam si Creditor bona fide versatus est, ipsum magis, vel Tutores siue Curatores vestros, qui hanc venundari passi sunt conuenite*. Vbi autem damnum enorme passus esset restitutionis bene-
172 ficiũ consequi deberet *l. 1. C. si aduer. vend. pign.* Pròut si sub doloso consilio bona distracta reperiantur *l. 1. C. de præd. min.*

Aduerte tamen quòd ista fraus contingere nequit, nisi emptor eius quoque particeps, & venditor habito cum emptore fraudis consilio malè versatus fuisset. Nam si fraus ex parte solum venditoris considerari posset, qui colludit cum Iudice, aut Tutore
173 vendentibus, restitutionis beneficium locum non haberet, sed minor contra venditorem agere deberet; vt colligitur ex *d. l. 2. C. de præd. min.* ibi: *Si fraudulenta venditione participante consilio emptoris damnum tibi inflictũ esse doceatur &c.* & declarat *Gloss. in d. l. 2. C. si aduers. vend. pign. verb. versatus*.

Ex his collige, quòd sola fraus non suf-
174 ficit ad hoc vt minor aduersus distractionem pignoris possit restitui, sed vtrumque cumulatiuè requiritur, graue scilicet damnum, & fraudis consilium ex parte emptoris, & venditoris, quorum altero deficiente restitutio locum non habet *Gloss. in d. l. 2. verb. versatus l. Aemilius ff. de min. l. apud Iulianum ff. ex quibus caus. in possess. eat.*

Dicas etiam, quòd ex subhastatione bo-
175 norum, vel pignoris graue damnum minori illatum esse debet, quod communiter læsio enormis, & enormissima dicitur, vt aduersus ipsam audiatur; non t men est opus vltra dimidiam de læsione docere, sed sat est, quod verificetur damnum esse enorme, vt infra dicam *in cap. qualis & quanta læsio esse debeat*. Vnde est, quòd quam plurimis placuit læsionem infra
176 dimidiam subhastationi obesse, vt retractetur venditio *Tepat. var. sentent. Tit. 417. cap. 16. Papon. arrest. lib. 18. tit. 16. arrest. 2. Franc. marc. q. 133. Post. de subhast. insp. 57. n. 36.* quamuis nõ desint, qui dixerint eamdem læsionem concurrere debere in
177 remedio extraordinario restitutionis in integrum, quæ in ordinario *l. 2. C. de resc. vend. vt ex Cognol. in d. l. 1. n. 157. Soccin. cons. 57. n. 47. vol. 4. Gazaad. cons. 44. Guid. Pap. decis. 536.* cum alijs quos refert *Vrsil. ad Afflict. decis. 340.*

Communiter verò, & indistinctè DD.
178 omnes in praxi Bartol. doctrinam sequuntur in *l. si duo Societatem §. arbitroque ff. pro Socio*, vbi docet læsionẽ in sexta parte communis, & veri prętij sufficere, vt minor aduersus subhastationem audiatur, & priori venditione rescissa res venundata iterum subhastetur, & ita pluries iudicatum refert *Vrsill. ad Afflict. d. decis. 340. n. 8. Add. ad Franc. decis. 120. num. 5. Post. d. inspect. 57. n. 35. Mangil. q. 28. n. 20. Marsill. decis. 80. num. 6.* Læsio in sexta parte prætij consideratur tam
179 quam graue damnum pro rescindenda subhastatione, imò vt notat *Mangil. de subhast. q. 36. num. 19.* vti magnus excessus, quodque sextam partem prætij non excedit tamquam quid modicum consideratur, quod decisum testatur *Griuell. decis. 44. Do-*
180 *lana n. 9.* & pluribus probat *Calà d. q. 20. per tot.* vbi ingeniosè examinat an omissa subhastationis solemnitate in venditione rerum minoris & Ecclesiæ detur in integrum restitutio, & quid in Fisco.

In terminis etiam pignoris, per distinctos articulos præsentem materiam examinat *Odd. de rest. in integr. part. 2. q. 4.* vbi loquitur de restitutione minoris aduersus constitutionem & distractionem pignoris distinguendo inter pignus conuentionale, Prætorium, iudiciale, & legale, necnon inter pignus ab ipso minore contractum, & contractum ab eius prædecessore.

In

In distractibus pariter in integrum resti-
181 tutio minori competit si nimirum indebitum soluat, etiam ex causa, qua iure ciuili nō datur repetitio; aduersus enim solutionem restituitur *l. illud* 25. *ff. de min.* ibi : *Illud nullam habet dubitationem quin minor si non debitum soluerit, ex ea causa, ex qua Iure Ciuili repetitio non est danda, sit ei vtilis actio ad repetendum.*

Hanc materiam restitutionis in integrum aduersus indebitum à minore solutum latè exornat *Odd. de rest. part.* 2. *q.* 52. vbi & examinat casus restitutionis aduersus solutionem ipsi minori, vel eius Tutori, aut Curatori etiam iussu Iudicis factam.

Si quid etiam minor inconsultò in solu-
182 tum dedit restitutionis remedium locum habet *l. minor.* §. *pradia ff. de minor.* ibi : *Pradia patris sui minor annis* 25. *ob debita rationis Tutela aliorum quam Pater administrauerat, in solutum inconsultè dedit, ad suā aquitatem per in integrum restitutionem reuocanda res est &c.* Varias quæstiones examinat *Odd. d. part.* 2. *q.* 52. *art.* 4. cum seqq. quibus docet, quando minori aduersus solutionem indebite factam restitutionis in integrum auxilio subueniatur.

Si cum altera ex duobus rebus debitis,
183 vel promissis minor prætiosiorem soluit restitutione quoque fulcitur *d. l. Ait Prator* 7. §. *Et si sine ff. de minor.* ibi : *Et si sine dolo, cuiusquam legatum repudiauerit, vel in optionis legato captus sit, dum elegit deteriorem : vel si duas res promiserit, illam aut illam, & pratiosiorem dederit, debere subueniri, & subueniendum est.*

Nec non si aliquid donauit, donatio
184 enim ipso iure non tenet si à minore facta sit *l. si quidem C. de pred. min. l.* 2. *C. si aduer. donat.* ibi : *In alijs verò rebus, qua etiam sine Decreti recitatione alienari possunt, postea alij donanti eamdem patri voluntatem in minori atate commodauit, nec prestituta tempora restitutionis excessit hoc auxilium implorare potest*, latè hanc materiam restitutionis aduersus donationem pertractat *Odd. de rest. part.* 2. *q.* 58. *per* 8. *art.* distinguendo inter donationem factam à minore simpliciter, & factam cum Iudicis auctoritate in præsentia Curatoris, nec non inter donationem factam de rebus, quæ seruando seruari possunt, à rebus, quæ seruando seruari non possunt. Quid dicendum, iudicandum & Consulendum docet vbi donatio esset iuramento firmata, vel facta piæ causæ, aut remuneratoria, aut propter nuptias aut causa mortis, vide *Calà de restitut. min. denegat. quast.* 18. vbi disputat. An minor ex Instrumento nouiter reperto possit donationem impugnare.

Si pecunia à debitoribus Curatori mi-
185 noris soluta, ipsi minori salua non sit aduersus debitorem per restitutionem minori succurritur *l. Exemplo* 1. *C. si aduersus solut.* ibi : *Exemplo caterorum debitorum tutores etiam, qua ex administratione tutela debent, curatoribus soluentes liberantur : sed ante tempus in integrum restitutionis prastitutum adicto perpetuo permissum beneficium implorari &c.* pluribus congestis hanc Conclusionem exornat & in tribus casibus ingeniose limitat *Odd. de restitut. part.* 2. *quast.* 52. *art.* 4. *per Tot.*

Si ex mora in soluendo facta minor in
186 pænam incidit, vel res inempta facta est per restitutionem in integrum ei succurritur *l. Aemilius* 38. *ff. de minor.* ibi : *Quia tamen lex commissoria displicebat ei, pronuntiauit in integrum restituendum.* Non tamen excusaretur minor, qui rem sibi à Testatore alienari prohibitam distraheret, neque aduersus pænam à testatore impositam beneficio restitutionis in integrum iuuari posset *l. si ex causa* §. *nunc videndum &* §. *si in commissum ff. de min. l.* 1. *C. si aduers. delict. Bart. in l.* 1. §. *nunciatio ff. de noui oper nunc Bald. in l. pupillorum C. de repud. hared. nouissimè Calà de rest. in integr. min. deneg. q.* 44. *n.* 3. *per tot. vbi n.* 6. *ex Crauett. cons.* 193. & alijs; dicit neque Ecclesiæ restitutionem dari
187 etiam in omittendo propter dolum commissum in contraueniendo Testatorum præceptis, docens in facto pro-
188 hibitiuo negatiuo requiri interpellationem, quia mora non consideratur.

Minor etiam qui ex Const. Regn. Neapol.
189 elapso Anno, & die propter non peti-

petitam inuestituræ nouationem, & factam denunciationem obitus prædecessoris, affectus remanet pro duplicato releuio, aduersus hanc pænam non restituitur. Testatur post *Capan. de Iure releuij part.* 5. *q.* 20. *num.* 15. *&* 16. *Ganauerro decis.* 31. *n.* 16. *Rouit. & alios Calà de rest. in integr. min. deneg. q.* 6. *n.* 2. *&* 3. vbi ponderat quod statutum loquens in rem, non in personam, minorem etiam rem ipsam pos-
190 sidentem comprehendit, adeòut aduersus pænam rei impositam non audiatur; quemadmodum ad temporis lapsum pro registratione assensus in integrum restitueretur, quia pæna est imposita negligentibus registrationē in tempore *Marin. ad Reuert. decis.* 269. Alibi tamen aliter obseruatur, quòad restitutionem in integrum, minori concedendam, vel denegandam ad petendam inuestituram infra præfixum tempus non petitam vt *not. Cas. san. Consuet. Burgund. rubr.* 13. §. 2. *n.* 7. *&* 17. *Curtius de Feud. part.* 4. *n.* 46. *Soccin. Sen. cons.* 1. *n.* 6. *Brun. cons.* 100. *Clarus in* §. *feud. nu.* 5. *Ciarlin. tom.* 2. *controuers. cap.* 58. *Dec. cons.* 556. *num.* 8.

Minor itidem, qui requisitus intra ter-
191 minum dierum sexaginta Pontificijs, & Imperialibus Constitutionibus præfixum *in cap. potuit de Locato. & in l. fin. C. de Iur. emphit.* rem emphiteuticam directo eius dominio subditam emere, vel noluit, vel neglexit effluxo termino, ratione minoris ætatis amplius non auditur, quod & procedit in termino, pacto, vel conuentione inducto *l. Aemilius ff. de minor. Bald. & Aret. in l. vnic. C. si aduers. vsuc. Bald. de præscript.* 1. *part.* 6. *part. n.* 30. *Curt. Sen. cons.* 68. *Tiraquell. de retract. conuent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 54. *Menchaca de success. creat.* §. 10. *numer.* 65. *& latè disputat Auctor damnata memoria Molineus Gloss.* 2. §. 13. *num.* 2.

Minor denique non soluens Canonem
162 cum patre conuentum iuxta *l.* 2. *C. de Iur. emphit.* incidit in commissum, quod ex capite restitutionis in integrum remitti non posset, quamuis tempus solutionis viuo patre currere non cœperit *Peregr. vbi sup. post Bald. de præscript. part. vlt. cap.* 23. *Paris. cons.* 48. *col. fin. lib.* 3. *Corne. cons.* 219. *lib.* 1. *Soccin.* 112. *tom.* 1. *Roland. à Valle cons.* 10. *n.* 11. *vol.* 2. vndè infert *Paris. de Puteo de reintegr. feud. fol.* 78. *n.* 6. deiectionem ob non solutum Canonem propriè non esse pænam, sed prouenire ex natura contractus, ad cuius obseruantiam minor tenetur & cogi-
193 tur. Quinimò quando commissum propter solutionis deficientiam esset loco pænę, ab hac nec minor eximeretur cum delinquens in omittendo aduersus pænam, omissionis causa contractam restitui non possit, vt egregiè consuluit *Menoch. cons.* 100. *n.* 282. & quamuis contrarium probare nitatur *Caball. resolut. crimin. cap.* 48. *n.* 20. eorum tamen altercationes distinguendo componit *Farinac. in tract. de pæn. temp. quæst.* 92. *num.* 177. minorem scilicet esse omninò restituendum ad pęnam saltem pro mitiori executione, quam omittendo con-
194 traxit, si agatur criminaliter, secus si ciuiliter ad pænam pæcuniariam, vel ad damnum, & interesse reficiendum, quod eruditè declarat *Calà vbi supra q.* 27. *à n.* 50.

De restitutione minoris aduersus non implementum ex parte sua, & commissam præterea stipulationem pænamque incursam, plenè loquitur *Odd. d. p.* 2. *q.* 84. vbi materiam hanc ingeniosè, & eruditè declarat.

Vbi etiam minor solutam sibi pecuniam
195 perdidit, vel malè consumpsit, in integrum restitutione iuuatur *l. ait Prætor* §. *sed & si ff. de minor.* ibi: *Sed & si ei à debitore paterno vel proprio pecunia soluta sit, & hanc perdidit dicendum est ei subueniri quasi gestum sit cum eo.* Hanc conclusionem latè exornat *Odd. de rest. part.* 2. *q.* 52. *art.* 1. *vbi n.* 3. ipsam extendit, ad Ecclesiam, adeòut minor, vel Ecclesia non te-
196 neantur aliquid reddere, de ea pecunia ipsis soluta, & malè perdita *Rebuf. de rest. in integr. glos.* 3. *nu.* 30. *Aretin. cons.* 81. *Alex. in l. si quis cum dotem* §. 1. *ff. solut. matrim. & l.* 1. *C. de repud.*

Aduersus quoque transactionem minor
197 restituitur *l. cum in integrum* 1. *C. si aduersus trasact.* ibi: *Cum in integrum pupilla restituta, rescindi transactionem, vel diuisionem placuit &c.* Quod confirmant

firmant verba *Text. in l. si ex persona* 2.
C. eodem. An verò minori ætatis pri-
uilegio se defendere liceat aduersus
198 transactionem ob instrumenta noui-
ter reperta, & ipsam impugnare va-
leat, & quid dicendum de Fisco vide
Calà de rest. in integr. min. deneg. qu.
18 *per tot.* vbi in negatiuam partem
inclinat & conciliat *Text. in l. sub præ-
textu C. de transact.* cum Text. *in l. de
his ff. eod. Tit.*

Aduersus pariter nouationem minor
199 quoque restituitur si nimirum per
nouationem causam suam deteriorem
fecit, quia scilicet nouando ab idoneo
debitore in inopem obligationem
transtulit *l. patri. 27. §. ex hoc ff. de min.*
ibi: *Ex hoc intelligimus, si damnosam
sibi nouationem fecerit, forte si ab idoneo
debitore ad inopem nouandi causa tran-
stulerit obligationem oportere eum in
priorem debitorem restitui: Ant. Fab.
Tit. C. de rescind. vend. def.* 8. *&* 10.
Calà de rest. in integr. min. deneg. qu. 8.
num. 17.

Hanc materiam restitutionis aduersus
nouationem, declarat & ingeniosè
ampliat, & limitat, atque exornat.
Odd. de rest. part. 2. *quæst.* 54. *artic.* 9.
per tot.

Prout aduersus acceptilationem minori
200 restitutio competit *d. l. patri* 27. *§. si
minor. ff. de minor.* ibi: *Si minor. annis*
25. *sine causa debitori acceptum tulerit:
non solum in ipsum, sed & in fideiusso-
res, & pignora actio restitui debet, & si
ex duobus reis alteri acceptum tulerit in
vtrumque restituenda est actio.* De ac-
ceptilatione seu liberatione à Minore
facta loquitur *Odd. d. quæst.* 54. *art.* 9.
vbi docet quomodo amplietur, & li-
mitetur nostra Conclusio.

Aduersus etiam omnes, quasi contra-
201 ctus minori læso restitutio compe-
tit, vt disertè docet. *Odd. de rest.
part.* 2. *quæst.* 51. *per totam* vbi loqui-
tur quomodo minor restituatur ad-
uersus consensum aliorum contracti-
bus præstitum, negocia pro alijs ge-
sta, tutelas susceptas; Fideicommissa,
legata, aliaque onerosa acceptata,
quę sub quasi contractus nomine ve-
niunt. In materia ergo restitutionis
minorum aduersus quasi contractus,
ipsum consulas rem clare, & diluci-
dè pertractantem, pugnantes opinio-
nes eruditissimis ampliationibus, &
limitationibus cōciliantem, quę om-
nia in progressu huius operis explica-
ta expono.

Minori denique aduersus quascumque
202 renunciationes tacitas consistentes
in omissione suorum iurium; nec non
aduersus præscriptiones per restitutio-
nem succurritur, vt patet ex *Text. in l.
ait prætor ff. de minor.*

Aduersus etiam præscriptionem, seu tē-
203 poris lapsum, ex quo minor læsus
sit restitutione in integrum iuuatur; ve-
rum quia Tempus quod minorem læ-
dere potest: potest esse legale, vel
conuentionale. Si de tempore legali
sermo sit minoribus aduersus lapsum
illius restitutio competit, vt in termi-
nis loquitur *text. in l. Aemilius ff. de mi-
nor.*, quod notanter aduertit *Caldas
de emphit. extinct. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 24.
& 30. *Balb. de præscript. p.* 1. 6. *part. nu.*
32. Si tamen præscriptio cum ipso mi-
nore inchoata sit; Nam si cum defun-
204 cto currere cępit, in minoris præ-
iudicium desinit, restitutionis spe om-
ninò deposita *Text. est singul. in l.* 1. *C.
si aduers. vsucap. Roland. cons.* 59. *num.*
17. *lib.* 4. *Bellacolumba lib.* 2. *com. opin.
tom.* 1. *diuersor. Tit.* 16. *num.* 10. Vnde
minor succedens ei, cum quo lis con-
testata erat, non auditur elapso ter-
mino statutò ad non posita ponen-
dum; ad non probata probandum.
205 *Afflict. decis.* 112. Si autem à sen-
tentia appellare contingat, & in gra-
du appellationis iterum detur termi-
nus restitutione priuari non debet,
tamquam in Iudicio nouiter introdu-
cto, licet post rem iudicatam cum
Defuncto *Franc. decis.* 647.

Si verò de lapsu temporis conuentiona-
206 lis loquamur obseruandum erit an
minor sit Actor, vel reus, nam
si sit reus fulcitur restitutionis benef-
ficio aduersus lapsum temporis *dicta
l. Aemilius*. Si verò sit actor in inte-
grum restitutio locum non habet.
207 Hanc distinctionem tamen totis vi-
ribus impugnat. *Curt. sen. cons.* 59. *&
Viuius opinio* 1013. vbi probare co-
nātur à beneficio restitutionis aduer-
sus temporis lapsum, siue sit legale,
siue conuentionale omnimodò mino-
res, siue agant, siue conueniantur, esse
excludendos, quorum opinionem se-
F 2 quitur.

quitur. Surd. conf. 226. vol. 2. vbi do-
208 cet, quod licet in tempore legali
ad obtinendam in integrum restitu-
tionem iusta causa sufficiat; tamen
non sufficit in conuentionali & alle-
gat gloss. in l. militaribus verbo distra-
xerunt C. de militari Test. quàm ad
propositum mirabilem dicunt Bart.
Bald. Paul. de Castr. ibidem & Curt.
cons. 59. Sic igitur solus temporis la-
psus non sufficit, vt minor in integrum
209 restitutionem obtineat, sed aliud
debet concurrere, vt notat Bart. in l.
nam & postea §. si minor. ff. de iur. iu-
rand Surd. dicto cons. 226. num. 6. vol. 2.
post. Natt. cons. 343. Quapropter in-
terueniente pecuniario interesse, quod
regulariter patitur in contractu reser-
210 uata facultate redimendi, quæ mi-
nuit rerum valorem, & æstimationem
in tertia parte, vt pluribus relatis no-
tat Hodiern. ad Surd. decis. 34. num. 3.
cum læsio coucurrat, quamuis per
tempus appositum ad redimendum
eiusque lapsum redimendi facultas
211 ablata remaneat, quia dies redem-
ptionis præfixus, est exactus; absque
altera læsionis probatione, eo quod
sit euidens, & probata, ex eodem
contractu, restitutio minori concedi
debet Surd. cons. 26. num. 20. & 21. post
Paul. de Castr. in l. fin. C. in quibus caus.
in integr. rest. Mynsing. obseru. cent. 4.
obseru. 16., sed & generalis ista Con-
clusio varias concussiones patitur, vt
patet ex iudiciario certamine DD.
quos supra allegaui, nisi attendatur
distinctio, an minor sciuerit, vel
ignorauerit pactum, reluendi, vendi-
tioni appositum fuisse, vt dixi su-
pra loquendo de pacto de retrouen-
dendo.

Et nota, quòd regula, quòd præscriptio
212 non nocet minori suam declaratio-
nem recipit, quòad tēporales præscri-
ptiones per antiqua Iura inductas, nō
verò per Iustiniani Constitutiones,
quæ & minores ætate comprehende-
re videntur l. fin. C. in quibus Caus. in
integr. rest. prout egregiè disputat
Cald. de Emphit. extinct. lib. 4. cap. 14.
num. 20. & fatentur Bald. & Paul. in d.
l. fin. Balb. de præscript. part. 1. 6. part.
num. 24. Boer. quæst. 40. n. 2. Guid. Pap.
quæst. 31. Tiraquell. de retract. lignagier.
§. 35. gloss. 2. & exemplis confirmat Ca-
ld. de rest. in integr. min. deneg. quæst.
6. n. 8. 9. & seqq.

Nota etiam, quod Tempus, quod viuo
213 Testatore currere cæpit absque du-
bio in successorem minorem conti-
nuatur Gloss. in l. unic. C. si aduers. vsu-
cap. Bart. & Paul. in l. si intra C. de non
num. pecun. Bald. de præscript. loc. cit. nu.
34. l. etiam 46. ff. de min. per quem
text. etiam posthumo nocere præscri-
ptionem, viuo patre cæptam, ibi no-
tat Gloss. Bald. in cap. 1. not. 2. de præs-
cript. Balb. vbi supra num. 44. cum alijs
quos refert Cald. de emph. extinct. n. 4.
Thesaur. decis. 103. n. 1. Bero cons. 121.
num. 8. Quare cum minor eius perso-
nam representet, cuius successor est,
aduersus huiusmodi temporis lapsum.
214 in integrum restitutione iuuari non
potest, vulgata l. Aemilius ff. de min. l.
2. C. si aduers. vend. pign. l. pen. C. de
rest. milit. Grauett. cons. 100. num. 11.
Curt. sen. cons. 58. n. 4. Peregr. cons. 74.
n. 6. lib. 3. Berlich. pract. Concl. part. 2.
concl. 38. n. 11.

De hac materia restitutionis in inte-
grum aduersus præscriptiones, tam
ex edicto minorū, quam ex edict. Ma-
iorum vide Odd. de rest. dicta part. 2.
quæst. 86. in qua loquitur de restitu-
tione aduersus præscriptiones mixtas
inter legales, & conuentionales, &
aduersus non completam prescriptio-
nem contra alium quæst. 88. vbi agit
de restitutione aduersus præscriptio-
nes temporales in genere quæst. 89.
vbi loquitur de restitutione aduersus
præscriptiones temporales in Iudicio.
quæst. 90. in qua disertè pertractat de
restitutione aduersus præscriptiones
longi, seu longissimi Temporis quas
DD. perpetuas dicunt, & de quibus
in progressu operis loquar.

Cæterum regulam generalē constitue,
215 quòd minori in integrum restitutio
competit aduersus omnes contractus
siue, re, siue verbis, siue literis, siue
consensu celebratos. Nota tamen,
quod vbi prudens Patris consensus in
actu per minorem gesto accessisset
216 tunc captionis præsumptio exclusa
remanet ita Bart. Bald. Paul. & Alber.
in l. denique §. sed vtrum Castill. tom. 1.
controuers. cap. 4. num. 31. Rom. Sing.
639. & hoc ampliatur contra mino-
rem ipsum maioris consilio contra-

hentem

hentem nam qui maiorum consilium sequitur, & voluntatem, læsus præsumi non debet ad *Text. in l. non videtur C. de in integr. rest. Anguisola cons. 103. nu. 10. & cons. 264. n. 9. Monter. decis. 1. Arag. num. 69.* Itidem, &
217 Vniuersitatibus hoc priuilegiũ esse denegandum, quoties cum Aduocati consilio actum gesserint, quia taliter contrahendo errasse non videntur post *Capyc. Latr. decis. 195. num. 42. tom. 2. affirmat Calà de rest. in integrum minoribus deneganda quæst. 1. num. 36.* & in secunda parte sui Tractatus de restitutione in integrum pleno, & facundo calamo aduertit *Odd.* generalem hanc regulam varijs ampliationibus, & limitationibus exornans nec non distinctis conclusionibus huius materiæ difficultates facilimas reddens vberi doctrina plenas nihil insicerum, vel erudum relinquens: ipsum ergo consule, & hoc modo bene iudicabis, nec non recti, & oculati Aduocati partes geres.

Quod dico de contractibus locum habet
218 in distractibus vt in specie tradit idemmet *Odd. d. part. 2. quæst. 84. & quæst. 85.* vbi singulariter loquitur de restitutione minoris aduersus renunciationes iuris proprij.

In materia quoque vltimarum volunta-
219 tum per beneficium restitutionis in integrum minori succurritur, & primo si damnosam hæreditatem adijt, siue vti hæres extraneus, siue vti hæres necessarius, siue vti suus & necessarius; vnde & post aditionem abstinere, vel repudiare iterum potest *l. ait prætor 7. §. sed & si ff. de minor.* ibi: *Sed & si hæreditatem minor adijt minus lucrosam: succurritur ei, vt se possit abstinere: nam & hic acceptus est. Idem, & in bonorum possessione, vel alia successione. Non solum autem filius, qui se miscuit paternæ hæreditati, sed & si aliquis sit ex necessarijs, minor annis, simili modo restitutionem impetrabit, veluti si seruus sit cum libertate, institutus: dicendum enim erit, si se miscuit posse ei subueniri ætatis beneficio, vt habeat bonorum suorum separationem.* De restitutione in integrum aduersus aditam hæreditatem vide notata *per Odd. de rest. part. 2. quæst. 62. vbi per 14. art.* hanc materiam plenè pertractat.

Pro vt si minor lucrosam hæreditatem,
220 vel omisit, vel non adijt, vel repudiauit, ita restituitur, vt denuò possit addire *l. eo tempore C. de in integrum restit. min. viginti quinque ann. l. Minores 1. C. si vt omiss. hæred. vel bonorum possess. vel quid aliud acquirat.* ibi: *Minores vigintiquinque, non tantum, in his, quæ ex bonis proprijs omiserunt. Verum etiam si hæreditatem sibi delatam, non adierint, posse in integrum restitutionis auxilium postulari tam dudum placuit l. quod si minor. 24.* ibi *Scæuola noster aiebat, si quis iuuenili lenitate ductus omiserit, vel repudiauerit hæreditatem vel bonorum possessionem: siquidem omnia in integro sint, omnimodò audiendus est &c.*

An minor ad hæreditatem recuperandam admissus aduersus gesta per Curatorem datum iacenti hæreditati, ex quibus se læsũ sentiat, in integrum restitui debeat: Ad huius quæstionis veritatem eruendam cum distinctione
221 procedendũ puto. Aut de maioris hæreditate agitur, & à Curatore gesta per minorem hæredem absq; restitutionis auxilio rata haberi debēt per *Text. expressum in l. in integrum 23. ff. de Min. Bart. in l. si quis instituatur §. & ideò nu. 1. ff. de hæred. instit. Carleual. de Iudic. tom. 1. tit. 1. disp. quæst. 5. num. 326. Gratian. discept. tom. 1. cap. 182. nu. 32. Salgad. Laber. Cred. p. 1. cap. 32. nu. 42. & ita in Neap. Concil.* decisum post *Afflict. decis. 211. & 212. & de Franch. decis. 647.* testatur *Calà de rest. in integr. min. deneg. quæst. 44. num. 49.* Idemque iuris erit, quòad gesta per Curatorem datum hæreditati maioris iacenti
222 per minorem nondum aditæ; quia cum pupillo, vel minore non contrahitur. Sed cum maiore defuncto per fictionem Iuris ab ipsa hæreditate iacente representato *l. nam & seruus §. qui negotia ff. de negot. gest.* Nec obstat, quod minor hæreditate adita à tempore mortis defuncti hæres retrofingatur; nam in tertij præiudicium, cui ante fictionem legis ius quæsitum erat, hæc retrotractio non considera-
223 tur, vt docent *Bart. cũ Paul. de Castr. Dec. & alij*, quos pleno calamo refert *Salgad. dicto n. 42.*

Vel de hæreditate minoris defuncti lo-
224 quimur, & in casu quamuis ætas sit perso-

personalissima, & in hæredē non tran-
seat *l. ea quæ* §. *si quando ff. de temp. in*
in integr. rest. nihilominus; quia dum
hæreditas iacet minor viuere censetur
per hæreditatem iacentem repræsen-
225 tatus, hæres minoris non tenetur
pro gestis cum iacente hæreditate, vel
eius Curatore, vt pluribus allegatis
concludit, *Salgad.* vbi supra *à nu. 30.*
vsque 34. vbi notabile refet exemplū
226 hæreditatis Clerici iacentis, quam
antequam sit adita non teneri probat,
ad gabellas, cæteraque onera per lai-
cos solui solita etiam si laicus hæres
institutus fuisset, quia dum hæreditas
iacet, per iuris fictionem Clericus re-
præsentatiuè viuere dicitur, & conse-
quenter donec sit per laicū heredem
institutum adita, immunis remanet, vt
testatur *Calà vbi supra n. 53.*

De restitutione in integrum adersus re-
pudiatam, vel omissam hæreditatem
plenè loquitur *Odd. dicta part. 2. quæst.*
63. exactè distinguens, in quibus, mi-
noribus restitutio competit; nec non
assignans casus, in quibus maiores
aduersus non aditam hæreditatem,
vel non agnitam bonorum possessio-
nem, in tempore debent restitui, vt
videre *est art. 5. & 6. dicta q. 63.*

Si minor bonorum possessionem omisit
227 restituitur *l. Ad bonorum 2. C. si vt*
omissam hæreditatem ibi: *Ad bonorum*
possessionem in paternis rebus omissā mi-
nores in integrum restitutionis admitti
beneficio iam pridem placuit &c.

De in integrū restitutione minori conce-
denda aduersus omissam bonorum
possessionem vide *Odd. dicta quæst. 63.*
vbi distinguit materiam omissæ hære-
ditatis, & bonorum possessionis in de-
cem articulos.

Nec non si legatum minor repudiauit,
228 vel in legato optionis rem deterio-
rem selegit per in integrum restitu-
tionem ei succurritur *l. ait prætor 7. §.*
Pomponius ff. de min. ibi: *Pomponius*
quoque lib. 28. scribit, & si sine dolo cu-
iusquam legatum repudiauerit, vel in
optionis legato captus sit, dum elegit de-
teriorem &c. debere subueniri, & sub-
ueniendum est & l. 8. §. fin verò pater C.
de bon. quæ lib.

Vnde & minori per restitutionem suc-
229 curritur, si ei post mortem patris le-
gatum, vel fideicommissum relictum
sit, circa quod, patri paciscenti ne pe-
teretur legatum consensit *l. denique 3.*
§. si quid 6. ff. de minor. ibi: *si quid mi-*
nori fuerit filio familias legatum post
mortem patris, vel fideicommissum reli-
ctum: & captus est fortè dum consentit
patri paciscenti, ne legatum peteretur
potest dici in integrum restituendū &c.

Quòd itidem dicendum quoties minori
aliquid legatum reperitur, quod eius
personæ cohæret ex *not. in dicto §. si*
quid in fin. & in §. seq. vbi Vlpianus duos
speciales casus refert.

Si denique filia minor ob dotem modi-
230 dicam opulente hæreditati paternæ
renunciauit; per in integrum restitu-
tionem ei succurritur. Vt pluribus
allegatis contrarijs satisfaciens docet
Odd. part. 2. de rest. quæst. 59. art. 4. per
totum, & dictum est supra plenè docet
Calà de rest. in integr. min. den. 3g. q. 11.
per tot.

Celebris est quæstio an minor, Ecclesia,
& Fiscus absque Inuentarij confectio-
ne hæreditatem adeuntes teneantur
vltra vires hæreditarias, & restitutio-
nis beneficio gaudeant. Quoniam
231 verò Ecclesia, Hospitale, & omnes
piæ Causæ ad inuentarium conficien-
dum non tenentur, adeòut eorum
quoque cessionarij ab hoc onere sint
immunes, quòad hanc partem quæ-
stio sine difficultate pertransit; quòd
nimirum exempti remaneant à soluen-
do vltra vires hæreditarias ob non
confectum inuentarium *de Franc. dec.*
2. 82. Capyc. Latr. decis. Velasc. de pri-
uileg. pauperum part. 2. quæst. 18. nu. 18.
Cancer. part. 1. var. var. cap. 3. num. 7.
Olea de cess. iur. Tit. 6. quæst. 3. num. 10.
Faunc. de inuent. quæst. 239. num. 36.
Golin. de procur. part. 2. cap. 5. num. 224.
& consequenter in hac parte benefi-
cium restitutionis in integrum locum
232 non habet. Quòd & in terminis
Fisci, & omnium, qui iure Fisci vtun-
tur docent. *Bart. in l. 1. §. an bona ff.*
de Iur. Fisc. Bald. in l. vltim. C. de Iur.
deliberand. Trentacinq. lib. 1. var. Tit.
de Iur. Fisci resolut. 2. num. 2. Ripoll.
var. cap. 10. nu. 474. Farinac. in Fragm.
verbo Fiscus num. 11. & 219. Velasc.
vbi sup. part. 2. quæst. 58. num. 16. Mer-
lin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæst. 128. Fac-
chin. lib. 6. controuers. cap. 11. Tota quæ-
stionis difficultas restringitur ad mi-

norem,

norem, nec defuere, viri moderniores, æque præstantissimi, qui in hac materia restitutionis in integrum peculiares tractatus ediderunt, ex professo hanc quæstionem pertractantes, & inter se maiori pertinacia dissidentes, quam Martinus, & Bulgarus ex
233 antiquioribus olim dimicauerint, prout facit *Maurit. in tractat. de rest. in integrum cap. 44.* vbi totis viribus *Bulgari opinionem tuetur* & *Odd. qui part. 1. quæst. 20. art. 2. per tot. Martini* Sententiam defendit, sed cauillationibus prætermissis veritatis amicus ad veritatem ipsam in tanta opinionum varietate, quæ colligi potest *ex Couarr. in reg. possessor. part. 3. §. 3. num. 4. & Anton. Oliba in 1. relect. §. rursus nu. 72. Inst. de act. qui quæstionem hanc latissimè* disputantes DD. modò vnam modò aliam sententiam sectantes miro ordine recensent, recto tramite
234 descendo. Dico igitur, quod Ad Inuentarium omissum conficiendum, quando cessat dolus minori in integrum restitutio competit *Ozasc. decis. 87. nu. 6. & 7.* vbi alios cumulat, quæ etiam datur maioribus ex iusta Causa *§. extraneus Inst. de Hæred. qualit. & diff. Maurit. de rest. in integr. cap. 130. in fin. Add. ad Capel. Tolos. decis. 55. Odd. de rest. in integr. qu. 89. art. 7. nu. 52. Rebuff. de rest. Glos. 1. art. 1. nu. 33.* vbi dicit se vidisse de facto, cum alijs cumulatis per *Gratian. discept. 797. num. 19.* vbi de veriori opinione testatur, latè *Calà de rest. in integr. min. de neg. qu. 14. à num. 7. vsque ad 14.* &
235 multo magis ad inuentarium non ritè factum supplendum, quo casu lex non potest dici omnino contempta *Franch. dec. 229.* cum alijs adductis per eumdem *Gratian. dicta discept. 797. num. 16. & 23.* seù potius ad nouum inuentarium conficiendum pro vt cōcessum à Rota Florentina testatur. *Ridolf. in prax. part. 1. cap. 9. num. 187.* Dari enim hanc restitutionem minoribus læsis nemo reuocauit in dubium *Gratian. alios referens discept. 76.* &
236 eamdem competere maioribus ex clausula generali de qua infra, concedunt pariter communi calculo DD. vt latè probat *Gratian. discept. cap. 656 num. 7.* reprobatis *Guid. Pap. & Cald.* contrarium docentibus. Quod etiam
237 beneficium restitutionis est trāsmissibile, & datur hæredi hæredis, tā minoris, quam maioris *Franc. decis. 229. num. 7.* & alijs allegatis probat *Ridolf. in prax. part. 1. cap. 9. n. 188. Odd. de rest. q. 50. art. 1. n. 3.*
Et solum in casu, quo minor indemnis
238 seruari potest à Tutore, qui tempus conficiendi Inuentarium labi permisit in integrum restitutionem cessare puto per *Text. in §. illud quoque versic. pupillus autem & ibi glos. verb. per restitutionis Auth. de hæred. & Falcid.* ibi: *Est enim eis neladantur duplex subsidium, & per restitutiones, & per viam contra negligentes curatores.* vbi & glossa dicit: *in dicto verbo per restitutiones: Primò contra Tutorem, & Curatorem agit, postea restituitur in subsidium quia licet tempus deperierit, non est deperditum ius agendi, & defendendi* vt in *l. properandum in fin. C. de Iudic. l. etiam si patre ff. de minor. l. si minoris ff. de admin. Tutor.* quæ & clare deducuntur ex eruditissimo Voto, & Iustissima sententia quam *in vna Aueniònem restitutionis in integrum* protulit
239 R. P. D. Io: Dominicus Thomatus Pedemontanus. Vtriusque Signaturæ Sanctissimi Referendarius, & maioris, Præsidentię Abbreuiator, Virtute, Scientia, & Integritate inter Romanæ Aulæ Præsules, & Iudices, nemini secundus: Vir Iustitiæ Zelantissimus, Vitæ innocentia, morum suauitate, & benignitate laudatissimus, Patrui olim sui dignissimæ memoriæ Marci Antonij Thomati Episcopi Bitecti. propriorum laborum testimonio probatissimi, aureis suis decisionibus, Roræ Maceratensis non solum intra Italiæ Terminos, sed maximè vltra montes præclarissimi, hæres, & doctrina, & vtriusque Iuris peritia adeò Insignis, vt condignum tantis virtutibus præconium feliciori calamo debeatur. Quod quidem votum ad Causidicorum instructionem, Iudicum normam de verbo ad verbum refero.

Votum

Votum Decisiuum R.P.D. Thomati vtriusque Signaturæ S. D. N. Papæ Referend. & maioris Præsid. Abbreuiatoris.

In causa Auenionen. restitutionis in integrum Die Merc. 14. *Decembris* 1672.

Auenionen. restitutionis in integrum.

IOannes Paulus in suo vltimo testamento hæredem scripsit D. Catherinam eius filiam, & titulo legati reliquit dominæ Isabellæ pariter filiæ scuta mille Auenionen. ex eius bonis soluenda, defunctoque testatore D. Eymenier ass. procurator Auen. ipsamet die obitus dicti Paulus nomine dictę Catherinæ minoris viginti quinque annis absque eiusdem speciali mandato adiuit hæreditatem, & inuentarium bonorum eiusdem testatoris incepit.

Orta postmodum lite inter d. Isabellam legatariam, & Catherinam Sororem super consecutione supradicti legati opponente dicta Catherina in hęreditate non adesse bona sufficientia pro solutione legati attenta satisfactione aliorum creditorum anteriorum & potiorum, & replicante legataria inuentarium esse dolosum ex defectu non descriptionis multarum partitarum, librorum, & mobilium tam domus, quam apothecæ Aromatariæ, & propterea ipsam teneri, & obligatam esse ad solutionem dicti legati loco legitimæ relicti, plures hinc inde emanarunt sententiæ super validitate, & inualiditate dicti inuentarij.

Tandem habito recursu per supradictam Catherinam ad Sanctissimum ipsa, citata parte, obtinuit commissionem manu Sanctissimi signatam, & mihi directam de & super restitutione in integrum aduersus inconsultò aditam hæreditatem, dictumq; inuentarium confectum per d. Eymenier absque speciali mandato procuræ eum Clausula prout de iure vnde articulo coram me disputato, & partibus sæpius auditis tam in voce, quam in scriptis existimaui locum esse petitæ in integrum restitutioni.

Constat enim tam de veritate narratorum in commissione mihi directa de
240 qua *Bartol. in l. fin. n. 4. versic. Si verò petitur C. vbi, & apud quęquam de sufficienti*, mandato viri ad obtinendam restitutionem de quo *text. in l. illud* §. *fin. de minor.* nec non de minoritate & læsione, quibus concurrentibus restitutio minori solet concedi, non solum aduersus inconsultò aditam hæredita-
241 tem *l. 1. & Authen. si omnes, C. si minor ab hæredit. abstineat.* §. *pupillus, Authent. de hæred. & Falcid. Surd. cons. 95. num. 1. & seq. Odd. de restit. in integr. p. 2. quæst. 89. art. 7. num. 51. & seq. & qu. 62. nu. 15. vers. Sed contra Gratian. disc. 656. nu. 3. Rota decis. 125. in princ. & decis. 132. num. 1. part. 2. & dec. 92. num. 1. part. 4. tom. 1. rec. & in sancti Seuerini inuentarij 23. Ianuar. 1662. in princ. coram bo. me. Emerix*, sed etiam aduersus omissiones & solemnitates inuentarij non seruatas, vt per *Bald. cons. 71. num. 2. lib. 4. Roland. de inuent. qu. 5. num. 2. Phanuc. eod. tract. p. 2. nu. 24. in fin. Paris. cons. 12. num. 119. lib. 2. Guidop. decis. 571. num. 2:* Capyc. *latr. cons. 57. num. 13. & 30. lib. 1.* Caren. *resol. 168. num. 1. Rota apud Dunozet iun. decis. 645. numer. 18. & in dicta sancti Seuerini inuent. in fine coram Emerix.*

Commissionis iustificatio patet, quia
242 constat dictũ Eymenier nomine dictæ Catherinæ adiuisse dictam hæreditatem absque mandato speciali ad id omninò necessario. *Brtol. in l. filius num. 9. versic. fallit. in aditione, ff. de donat. Buratt. dec. 135. num. 1. vers. quod autem Rot. decis. 153. num. 28. par. 8. recent & in Romana Lucri dotalis 31. Ianuar. 1661.* §. *tum etiam quia coram R. P. D. Taya*, & licet D. Eymenier fuerit postea à dicta Catherina procurator constitutus illiusque mandatum
243 ad lites habeat clausulas amplissimas, hæ tamen restringuntur ad lites, nec possunt extendi ad aditionem hæreditatis de qua nulla in eo fuit facta mentio, vt respondet *Rot. apud Peni. decis. 294. & 308. Vtrobique num. 2. & seqq. in recent decis. 7. num. 6. part. 8. & in Rom. pecuniar. 16. Iannar. 1663.* §. *neque pro sufficienti coram R. P. D. Beuilaqua.*

Mandatum vero procuræ in porrigente

com-

commissionem pro obtinenda restitutione, satis visum est concurrere, quia cum fuerit porrecta commissio à D. Bottino viro & administratore bono-
244 rum dotalium dictæ Catherinæ in dicta hæreditate consistentium is habet mandatum præsumptum à lege, quod ad hunc effectum *per l. maritus C. de procur.* sufficere tradit, *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. num. 430. Rot. apud Peni. decis. 18. num. 7. vers. Vnde cum emptor, & in rec. decis. 529. num. 13. part. 5.* præcipuè vt infra dicetur vtilissima est restitutio dictæ Catherinæ, & ab ea facilè ratificanda, vt post *Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. à nullit. diffendi possit num. 100. firmauit Rot. decis. 291. num. 4. part. 9. recent.*

Minoritas etiam Catherinæ de tempore aditionis & confecti inuentarij inter partes non controuertitur, imò ea vti hactenus nupta etiamnum hodiè declaratur minor in statuto *Auen. lib. 1. rubr. 67. artic. 1.* ibi: *ad obuiandum fraudibus, quæ in contractibus & distractibus minorum 25. annorum, & mulierum nuptarum cuiuscumque ætatis, &c.*

Et licet agatur contra Isabellam pariter
245 minorem, tamen quia Isabella, liquidata iam sua legitima in scutis 212 *Summario Catherinæ num. 3.* petit residuum sui legati paterni vltra legitimam, ipsa dicitur agere de lucro captando, vt per *Gratian. disc. 797. nu. 16. & 17. Pute. decis. 266. num. 8. lib. 3. Gregor. decis. 164. num. 6. & ibi add. nu. 12. & decis. 181. num. 10. & 13.* Catharina vero de damno vitando, & de non incurrenda confusione omnium suorum bonorum. *Lamberteng. de Contract. in fin. quæst. 36. num. 125. & seqq. Gregor. dicta decis. 164. num. 6. & 13. Rot. decis. 218. num. 6. part. 2. recent. & in Anconitana nullitatis concordiæ 16. Aprilis 1646. §. agidiana & §. Vltra quod coram bon. mem. Arguelles*, ac propterea ne hæreditas in damnum illius cedat, Catherina minor debet etiam contra aliam minorem legatariam seu creditricem in integrum restitui, vt per *Roman. cons. 166. num. 14. Cephal. cons. 7. num. 12. Marescot. Var. lib. 2. cap. 98. num. 15. Cyriac. contr. 303, num. 94. Spad. cons. 297. num. 9. lib. 1. Lamberteng. de contract. in fin. n. 122. et 124. Baron. de effect. minor. ætat. circa contractum effect. 1. num. 277. Rot. apud Gregor. decis. 164. nu. 6. vbi add. num. 12. decis. 181. nu. 10. vbi add. nu. 12. et decis. 489. nu. 14. et in rec. decis. 125. nu. 4. par. 2.*

Cui non obstat quòd Catherina post ex-
246 pletum 25. annum restitutionem intra quadriennium non petierit, quia cum adhuc sit nupta habetur semper pro minore donec solutum fuerit illius matrimonium ex claris verbis prædicti statuti contractus mulierum nuptarum cuiuscumque ætatis annullantis, vt in terminis similis statuti tradit *Valdesius ad Suares delas deudas §. sed pone quod num. 33. et seq. Gratian. disc. 750. n. 11. et seq.* idque optima ratione, quia mulier quousque est nupta non valet agere, nec ideò amittit in integrum restitutionem, vt per *Phanuc. de inuent. q. 238. num. 19. et 20. Rot. coram Duran. decis. 241. num. 2.*

Vltra quod præsumptio inducta à dicto Statuto quod aditio dolo & metu fuerit extorta, operatur quod quandocumque restitutio peti possit, vt post multos tradit *Barbos. in l. si quando vlt. nu. 17. C. si maior factus alien. Roland.*
247 *cons. 60. nu. 4. lib. 4. Gabriel. de minor. concl. 4, n. 9. Magon. decis. 13. nu. 30. Gratian. disc. 513. n. 13. Rot. dec. 54. n. 3. par. 1. rec. et apud Buratt. dec. 410. n. 10. et seq. vbi ad litt. B.* præcipuè hic in Curia, vbi viget inconcussa obseruantia lapso etiam qua-
248 driennio restitutionem concedendi, de qua testatur *Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 13. n. 472. Rot. apud Buratt. decis. 452. n. 7. et 8. decis. 604. n. 17. et apud Coccin. decis. 2083. nu. 4.*

Minusque obstat contrarium obiectum, quod restitutio Auenione fuerit petita, & semel concessa à Prolegato Auenion. quia petitio prorogationis ter-
249 mini statutarij ad inuentarium perficiendum in partibus facta, videtur quidem sonare in prorogationem dicti termini, sed non importat restitutionem aduersus aditionem inconsultò factam, quæ confectum inuentarium reddit inutile, nec ideo à diuersis potest fieri illatio, vel in terminis. *Speculator de rest. in integr. §. quis autem*

 tem

tem num. 5. *Mandos. de commiss. cap.* 1. *lib.* 2. *n.* 123. *Put. dec.* 279. *lib.* 3. prout *summ. Catharinæ num.* 1.

Articuli verò dati in partibus coram Iudice delegato, quibus deductum fuit in subsidium restitutionem in integrum compeтere Catherinæ, non continent principaliter petitionem restiturionis in integrum, quæ ex re-
250 scripto solius Principis concedi debet. *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 423. *Catan. decis.* 10. *nu.* 1. *Scacc. de appellat. q.* 19. *remed.* 2. *n.* 44. *vers. infero* 1. *lib.* 3. sed solum notum faciunt ius petendæ à Principe huiusmodi restituitionis aduersus defectus inuentarij.

Læsio denique constat euidenter, ex quo debita passiua valorem hæreditatis longè excedunt ex pluries firmato in partibus & hic in Vrbe statu hæreditario, nec ideò potest denegari resti-
251 tutio, ex tradit. *per Gratian. disc.* 656. *n.* 7. *& seq. Odd. de restit. part.* 2. *q.* 83. *art.* 7. *n.* 31. *& art.* 11. *n.* 53. *Surd. decis.* 30. *n.* 35. *& decis.* 216. *nu.* 19. 24. *&* 30. *Rot. dec.* 82. *n.* 8. *part.* 9. *recent.* alijsque superius allegatis vers. minoritas, licet ad hunc effectum sufficeret, quod mediante restiturione Catherina vel liberetur à lite super inualiditate inuentarij iam à multis annis introducta, vt est text. *in l. minor. ff. de minorib. Rot. apud Gregor. decis.* 181. *nu.* 1. 2. *& ibi add. n.* 12. *& in recent. dec.* 125. *n.* 1. *& decis.* 132. *pariter n.* 1. *par.* 2. vel euitet bonorum suorum confusionem quòd sufficere tradunt *Lamberteng. de contract. in fine q.* 36. *n.* 125. *& seq. Pic. ad statut. Gloss.* 7. *n.* 83. *Rot. apud Pute. dec.* 266. *nu.* 8. *lib.* 3. *Gregor. dec.* 164. *n.* 6. *& ibi add. nu.* 12. *vers. hoc non procedit, & decis.* 181. *n.* 13. *in recent. decis.* 218. *num.* 6. *part.* 2. *& in dicta Anconitana nullit. Concordiæ* 16. *Aprilis* 1646. §. *ægidiana, &* §. *vltra quod coram Arguelles.*

Nec obstat dolus ab Isabella allegatus,
252 quia potius præsumitur ignorantia, quam malitia *Rot. dec.* 118. *n.* 1. *par.* 2. *recent. & apud Peni. decis.* 144. *n.* 11. *in fin. & n.* 14. *praecipuè in muliere minore, imperita & bonæ indolis. Rot. apud Peni. dicta dec.* 1447. *n.* 15. *in Romana seu Nepesina restit. in integr.* 18. *Martij* 1652. §. *dolus coram Eminentissimo Cerro & in dicta Sancti Seuerini Inuentarij* 23. *Ianuar.* 1662. §. *fin. vers. & quatenus coram Bo. me. Emerix.*

Et tantum abest quod dolus ab Isabella probetur, vt necesse esset ad elidendam dictam iuris præsumptionem. *Odd. de restitut. part.* 2. *q.* 83. *art.* 3. *n.* 23. *vers. & ego puto, Surd. dec.* 222. *n.* 11. *& seq. Rot. dec.* 181. *n.* 1. *part.* 6. *recent.* vt imo dolus excludatur, tum quia Catherina non confecit inuentarium per se sed per procurarorem sine mandato, ipsaque tunc erat minor & bonæ famæ vt ponderauit *Rot. in d. decis. Penia* 1447. *n.* 12. *in dicta Sancti Seuereniri Inuentarij in fin. & in Romana Inuentarij* 8. *Iunij* 1665. §. *dolus autem coram Illustrissimo Præside Vallisoletano.*

Tum etiam quia dicta Catherina obti-
253 nuit in partibus Sententiam pro validitate inuentarij excludentem dolum & omissionem *Summ. Catharinæ num.* 11. quæ cum habear iuris præsumptionem pro se transferet onus probandi dolum & omissiones in aduersariam *Gloss. in l. cum do ingenuis ff. de probat. Natt. cons.* 238. *n.* 8. *Seraph. dec.* 504. *n.* 6. *Rot. decis.* 310. *n.* 3. *par.* 5. *recent.* præcipuè quia sententia lata fuit in iudicio criminali, quæ non solum ex sua natura parit exceptionem
254 rei iudicatæ in causa ciuili, sed etiã ex euentu, ob lapsa fatalia & non prosecutam appellationem in iudicatum transiuit ex adductis per *Rot. in Burgen. Abbatiæ* 10. *Decembris* 1671. *in fin. coram R.P.D. Vicecomite.*

Tum denique quia reuera cessant omnes omissiones ab Isabella deductæ nam dicebatur pro illius parte in dicto inuentario omissam fuisse descriptionem capsæ aliquorum librorum in fine eiusdem inuentarij describere reseruatam, quæ Capsa cum dictis libris descripta apparuit vt *Summ. Catharinæ num.* 7. Ita vt non sit præsumenda pluralitas *Bald. cons.* 69. *num.* 2. *lib.* 4. *Alex. cons.* 53. *n.* 2. *in fin. versic. nec ad hoc obstat lib.* 1. dum Catherina mobilia & fructus in inuentario exactè descripsit, & omnes libros rationum, nec non librum perpetuorum contra-
255 ctuũ ram in specie, quam in fasciculo quemadmodum in executione Claudij Martel creditoris hæreditarij

descri-

descripti fuerunt, ita vt huiusmodi descriptio suffragetur etiam dictæ Catherinæ, quæ in inuentario protestata est se velle addere si quid omissum fuisset *Bald. cons. 147. n. 3. vol. 4. Cancer. var. cap. 2. de inuent. n. 110. par. 2. Rot. decis. 151. n. 8. coram Coccin.* nec non pro illius parte quatuor libri rationum dicti Palus in quibus credita Aromatariæ continebantur fuere producti coram Rota Auen. & in actis remissi vt ibi videri possent ad omnes dictorum creditorum, & Isabellæ voluntates, & dum medicamenta & merces apothecæ aromatariæ bis fuerunt æstimata & inuentariata tam ab ipso testatore ineunte societatem cum Iacobo Audoly paulo antè quam moreretur, quam post eius mortem in actu dissolutionis dictæ Societatis *Summ. Catharina nu. 9. & 10.* huius-
256 modi enim bina descriptio à testatore & à peritis post illius mortem à Iudice deputatis facta excludit quamcumque vel minimam mercium omissionem vt sæpius firmauit *Rot. apud Penia. dicta dec. 1447. n. 2. & nu. 10. cum seq. Coccin. dec. 151. n. 9. in fin. in Senogallien. fideicommissi 7. Iunij 1652. §. non obstat coram Bicchio, in bononien. fideicommissi Ioannis Mariæ de Bologninis 4. Febr. 1654. §. quia, & in Terracinen. fideicommissi 28. Ianuarij 1656. coram Eminentissimo Cerro.*

Et ita &c. Saluo &c.

Christi nomine inuocato pro tribunali sedentes & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam quam de iuris peritorum consilio in his ferimus scriptis, in causa & causis quæ coram nobis in prima vel alia veriori vertuntur instantia inter dominam Catherinam Palus ex vna & dd. Isabellam Palus ac Ioannem Andream Rondache coniuges partibus ex altera, de & super restitutione in integrum aduersus inconsultò aditam hæreditatem quondam Ioannis Palus eiusdem Catherinæ nomine factam, ac etiam aduersus confectionem inuentarij bonorum hæreditariorum eiusdem, rebusque alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latiùs deductis dicimus, sententiamus, pronuntiamus, declaramus, & decernimus per dictam Dominam Catherinam Palus rite, rectè, & sufficienter fuisse redditam rationem bonorum hæreditariorum dicti quòndam Ioannis Palus eius patris, & propterea ipsam fore & esse in integrum restituendam aduersus inconsultò aditam eius nomine hæreditatem dicti quondam Palus, ac omissas inuentarij Solemnitates, prout restituimus & pro restituta haberi volumus, præcipimus & mandamus, & perpetuum silentium super præmissis imponimus, victosque victori vel victrici in expensis condennamus quarum omnium taxationem nobis, vel cui de iure reseruamus, & ita dicimus, pronunciamus, & diffinitiuè sententiamus non solum præmisso, sed & omni alio meliori modo &c. Ita pronunciaui ego Io. Dominicus Thomatus Iudex Commissarius.

In Iudicijs itidem subueniendum constat
257 minori, siue actori, siue reo, quoties in captionem incidit *l. au Prætor 7. §. sed & 4 ff. de minor.* ibi: *Sed & in Iudicijs, subuenitur: siuè dum agit, siue dum conuenitur captus sit.* Puta si minor non intra legitimum tempus egit, vel excepit, argum. *l. sancimus C. in quibus caus. in integrum rest. non est necess.*

Si etiam excipiendo, vel allegando ali-
258 quid omisit, minor debet restitui *l. minor 36. ff. de min.* ibi: *Minor viginti quinque annis ommissam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest*; prout si minor & qui iure æquali cum eo censetur probationes quas habet in termino non
259 deduxit restitui debet, quia his non deductis læsus remanet vt notat *Bart. in l. nam et postea §. si minor ff. de iur. iurand.* Vnde dicas, quod, qui non habet, quid probet ad probandum non debet restitui *Surd. cons. 79. Ceuallos. commun. contr. com. q. 836. n. 11. lib. 3. Osasc. decis. 158. nu. 8. Farinac. de Testium citat. q. 75. n. 454.* Benefi-ciuni siquidem restitutionis non com-
260 petit minori, vti minori, sed vti læso, quam sanè læsionem allegare non sufficit, sed probare debet *l. verum §. sciendum ff. de minor.* distinguunt aliqui inter minorem Acto-
261 rem, & reum; asserentes quod si reus sit, nulla probatione læsionis in-

digeat aduersus alium etiam minorem, qui actoris vices in Iudicio sustinet; quam opinionem communem & æquam vocat *Greg. Lopez in l. 1. glos. 3. Tit. 25. part. 3. Garzia de nobilitate glos. 6. §. in 52. Giurb. decis. 18. n. 13. post Gabriel. tit. de minor. concl. 2. n. 2.* Differentiam verò alij constituunt inter minorem Curatoris authoritate stantem in Iudicio, à minore per procuratorem litigante, quia vbi minor certioratus de restitutionis beneficio sibi competenti, cum iuramento procuratorem sibi In causa constituit, aduersus probationes à procuratore omissas audiri non debet,
262 vt decidit *Bart. in l. minor. ff. de minor.* vbi Aduocatos monet ne suos Clientes minores per procuratorem Iudicium prosequi permittant *Iason. in Auth. Sacramenta puberum vers. nota perpetuo C. si aduers. vendit. Cyn. Salicet. post Dyn. in l. 2. de rescind. vend. Aufrer. in Capella Tolosan. decis. 49. Guid. Pap. decis. 35. Marc. decis. 21. n. 2. post Alciat præsumpt. 42. regul. 1. Marant. de Ord. Iud. part. 6. act. 2. principali num. 92.* quorum opinionem sequutus fuit in iudicando Senat. Pedemont vt refert *Ozasc. decis.* 158. quam tamen non recepisse *Neapol.*
263 *Consilium*, vbi minoribus etiam litigantibus per procuratorem cum iuramento constitutum primum & secundum beneficium aduersus omissas probationes indistinctè concedirur testatur *Franch. decis.* 448. dicens doctrinam *Bart.* non attendi, cum verè ab ipsa non sit discedendum. Et quidem *Angel. in l. nam & postea ff. de iure iurand.* corrigendo quæ dixerat *in l. fin. col. fin. vers. ex prædictis do tibi practicam*, tradit non esse bonam consequentiam minor non probauit,
264 ergo tanquam læsus probare debet sed probare tenetur se habuisse probationes quas in termino deducere omisit, quod & docet idem *Bart. in d. l. nam & postea §. si minor. n. 6.* vbi aduertit minorem petentem, se restitui ad probandum teneri ad docen-
265 dum, se aliquid habere propter quod vicisset, si probasset. Et hanc opinionem vti communem tenuit *Bald. in l. fin. C. in quibus caus. rest. in integr. non est necess.* & ibidem *Paul. de Castr.* vbi ita in Romana Curia seruari testatur. *Abb. cons. 77. lib. 2. Guid. Pap. Barz. decis. 79. n. 6. Capyc. decis. 96. Ozasc. decis. 158. Ceuall. in com. cont. com. q. 836. n. 11. lib. 3. Castil. decis. 30. n. 19. tom. 1. & decis. 197. nu. 1. tom. 2. Fontanell. decis. 701. n. 15.* quorum sententia in supremis Curijs est vbique recepta, & in praxi seruatur.

Sic etiam, licet sint, qui adstruant mino-
266 ri in integrum restitutionem aduersus omissas probationes post publicationem testium impertiendam; adeòut læsione probata, nimirum, quod testes habet, quibus melius intentionem suam probare potest, possit super iisdem articulis testes producere. *Garzia de nobil. gloss. 6. §. 1. num. 53. Maurit. de restitut. cap. 166. Guttierez pract. qq. lib. 3. q. 33. n. 2.* Contraria tamen sententia est verior *Fontanell.*
267 *decis. 103. n. 5.* & indubitati iuris est non audiendum esse minorem, qui sufficientem testium numerum produxit in termino; plus enim quilibet diligens pater familias facere non poterat argum. *l. non videtur & l. fin. C. de in integr. rest. min.*

Nota tamen quòd vbi partibus certus testium numerus producendus præscribitur, si hoc numero pauciores minor produxerit, & supplere inten-
268 dat; aduersus omissas probationes hoc casu restitui posset, cum in hoc verè dicatur læsus, eo quòd non fecerit, quod iure ordinario suo tempore facere potuit *Franch. decis. 647. nu. 2. Giurb. decis. 19. n. 17. & 18. decis. 36. n. 12. Intrigliol. decis. 25. n. 6. & 7. Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 33. à num. 19.* vbi refert practicam Regni Neap. & considerat casum vbi testes iurassent, in termino, probationes verò in termino fuissent omissæ; monet etiam *n. 37.* in Regno Neap. receptum esse, quod beneficium restitutionis in integrum pro nouorum testium examine personis de iure restituendis, indistinctè post quindecim
269 dies à publicatione conceditur; vt earum quælibet probationes, & testes, quos in termino Ordinario non produxerant supplere valeat. Ità etiam *Afflict. decis. 390. num. 5. Capyc. decis. 109. n. 7.* quod in omnibus, quoque Curijs hodiè practicari testatur

Aze-

Azeuedus in lib. 4. recopilationum l. 3. tit. 8. n. 5. & ita de ftylo, ac obferuantia Regnorum Hifpaniæ docet *Guttier. d. q. 33.* & Regni Galliæ *Rebuff. in Conftit. Gallia tom. 2. glof. 3. art. 1. n. 18.* Hic autem terminus dierum quindecim, intra quem reftitutio in integrum aduerfus probationes omif-
270 fas peti debet, non à die publicationis teftium, fed à die notificationis publicationis, vel à tempore quo poft publicationem parti proceffus traditus fuit currere incipit. *Azeued. d. tit. 8. n. 40. Guttier. d. q. 33. n. 12.*

Nota etiam, quòd reftitutio aduerfus
271 probationes omiffas conceffa minori in connexis, & indiuiduis caufæ prodeft maiori. *Afflict. decif. 213. poft Text. in l. 1. C. fi vnus ex pluribus & l. 1. C. de diuerf. refcript. Guttier. lib. 1. pract. q. 67.*

Quinimò vbi minor, maiori litiganti in
272 Iudicio affiftere compellitur tanquam Author laudatus, non obftante conclufione, reftituendus effet ad faciendas defenfiones, quas principalis actor in termino ordinario non fecerat, quia propter illius fuccumbentiam in fuis iuribus minor alias læderetur, & proinde ex communi praxi Confil. Neap. infpiciuntur articuli minoris laudati, fi defenfionem concernant; & fi legitima ex his defenfio refultare poffe videtur ad faciendum nouas probationes reftituitur *Afflict. decif. 115. n. 4.* & hanc praxim approbat *Couar. pract. qq. cap. 14. n. 3. Guttier. pract. lib. 1. q. 66.*

Prædicta tamen locum fibi non vindicant, in his, qui ætatis veniam impe-
273 trarunt tam fi læfio ex defectu probantis contingat ante, quam fi poft exhibitas in Iudicio literas veniæ ætatis, prout ad partes difputat & concludit *Fontanell. tom. 1. de pact. clauf. 2. glof. 3. n. 60. per Text. & glof. in l. 1. C. de ijs, qui ven. etat. impetr. Gomez. tom. 2. Var. cap. de minor. n. 12. Fontanell. vbi fupra n. 65.*

Quòad verò Criminale Iudicium fi mi-
274 nor fit accufator, elapfo termino nouos teftes nouafque probationes producere, non eft ei permittendum, per conceffionem reftitutionis in integrum *Carpzou. prax. part. 3. q. 106. n. 89. Gayll. lib. 1. de pace publica cap. 5. n. 10.* Si minor fit reus, & agat defendendo etiam poft publicationem, & conclufionem in caufa, tam in ordinario, quam in Inquifitorio proceffu, qui communiter in formatiuus appellatur, conceditur vt noui teftes examinari, & non deductæ probationes deduci poffint *Bart. in l. ex lege §. fi publica num. 15. ff. ad legem Iuliam de adult. Clar. lib. 5. Sent. §. vlt. q. 33. n. 3. q. 49. n. 12. Gayll. obferu. 105. lib. 1. n. 10. & lib. 1. de pace publica cap. 13.* cum alijs quos pleno calamo refert *Carpz. d. q. 106. n. 92.* & opportunè diftinguendo aduertit *Calà d. q. 33. à n. 49. vfque ad fin.*

Si quoque aliquid confeffus fit, quòd
276 confitendum non erat, vel quia non verum, vel quia aduerfarius illius notitiam aliunde habere non poterat reftitutio minori competit *l. certum 6. §. 5. ff. de confeffis* ibi: *In pupillo Tutoris auctoritatem exigimus minorem à confeffione fua reftituemus Cyn. in l. Clarum C. de auth. præft. Odd. de reftit. part. 2. q. 65. art. 9. vbi ampliat.*

Non effe minorem quæftioni fubijcien-
277 dum ex confeffione delicti, de quo alias aduerfus eum conftare non poterat, cum ex ea non inducatur indicium ad Torturam contra *Gomef.* doctrinam qui aliter feruandum dicit *in praxi lib. 3. Var. cap. 1. num. 66. & in tract. de delict. cap. 1. n. 66.* nam vt bene aduertit *Calà de reft. min. deneg. q. 2. n. 26.* in fine malefaceret Iudex, qui minorem ex hoc folo Indicio torquere vellet abfque altera clariori probatione. Vndè errorem, propriam, que imprudentiam fi minor alleget petatque reftitui, & præter eius confeffionem, non adfit alterum legiti-
280 mum indicium ad Torturam, abfque altera erroris, vel læfionis probatione Iudex ipfum reftituere debet, non verò illum condemnare, vel torquere, ità *Calà loc. cit. n. 28. poft Mafcard. de probat. lib. 1. concl. 371. de Marinis Obferu. ad reuerter. decif. 523. nu. 4. Afflict. decif. 208. Reuit. pragm. 1. n. 5. de minor.*

Aduerte tamen quòd licet minor ad re-
279 uocandam propriam confeffionem, vt erroneam, probato errore, & læfione regulariter reftitui debeat hoc tamen non procedit vbi minor refti-

tutio-

tutionem peteret aduersus propriam confessionem, ad euitandam pęnam à quæ confitentibus per legem siue stàtutum est imposita, iuxta *Text. in l. quoniam ff. de his, qui not. in fam. Tiraquell. in l. si vnquam C. de reuoc. donat. n. 441. post Bald. in l. error C. de Iur. & fact. ignorant.* Vel vbi confessio fuisset geminata adeòut in publi-
280 cam famam transijsset secundum *Bartol.* & alios apud *Castren. cons. 115.* Aut vbi minor se alterius pæcuniam
281 nomine depositi retinere confessus fuisset, adeòut nec exceptio non numeratæ pecuniæ ei prosit *Blad. cons. 38. lib. 4. Mascard. de probat. concl. 509. num. 1. Carroc. de deposit. part. 1. rubr. de depositi probatione n. 3. Valenz. cons. 67. n. 43.*
Vel vbi ageretur de confessione procu-
282 ratoris in Iudicio facta, quæ regulariter adeò principali nocet, vt illam impugnare non possit; nec procurator aduersus propriam confessionem audiri *l. certum §. sed ante ipsos ff. de confessis cap. Cum olim de cauf. possess. & propriet.* vbi *Gloss.* in verbo *Procuratoris*, & verbo *quod factum cap. Suborta de re Iudicata & ibi Gloss. cap. 1. de postulat. prælat. l. proinde §. si Procurator ff. ad l. Aquil. speculat. in lib. 2. de confessis §. nunc videndum n. 4. & §. postremo n. 2.* Quinimò nec
283 esset audiendus minor, qui sui Procuratoris confessionem impugnare intenderet; sub prætextu quod rata non habuerat eius gesta, quæ in mandato rata habitura promisserat; nam satis ratum habere videtur, qui ratum habere promissit, quòd est adeò verum, vt etiam procedat vbi alias ex capite restitutionis in integrum reuocatio actus per procuratorem gesti admitteretur, *Text. est in l. si procuratorem habens ff. de Procurat. & in l. si sine §. procurator ff. rem ratam haberi Guttier. de Gabell. q. 47. n. 16. Olea de cess. iur. tit. 1. q. 6. n. 29.* Et nota, quod Aduocatus, vel Procurator,
284 cum libera, aut generali potestate, aut ad lites, in forensi minoris causa, aliquid iudicialiter confitens, confessionem factam regulariter irritare nequit, & quamuis contrarium videatur obseruari, quia error admittitur, & confessio vsque ad Sententiam improbari potest *l. non fatetur ff. de con-*
285 *fessis*, nihilominus hoc non habet locum, vbi confessio est concomitata
286 scripturis, aut notorium factum confirmat; adeòut neque triduum be-
287 neficiale illis currat ad confessionem reuocandam.

Quod de Prælato pro Ecclesia, Sindico
288 pro Vniuersitate, Tutore pro minore intelligendum est; Ecclesiæ etenim, Vniuersitati, atque minori nocet, nec aduersus illam pro infirmatione datur restitutio, etiam errore
289 allegato in fori declinatoria, vt bene aduertit & docet *Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 3. per Tot.*

Notandum etiam, quòd confessio Pu-
290 beris, qui Curatore caret, tam in ponendo, quam in respondendo positionibus non facile ex capite minoris ætatis per restitutionem in integrum reuocatur, sed docere debet se
291 aduersarij dolo circumuentum, suasionibus inductum & responsione, seù positione læsum *Alex. cons. 172. n. 24. lib. 6. Odd. de rest. in integr. q. 65. art. 3. n. 5. et art. 8. nu. 30. Michalorus de position. cap. 70. n. 10.*

Pròut vbi ex dispositione statuti minor
292 contumax habetur pro confesso, aduersus fictam confessionem, quæ ex contumacia oritur restitutionem petere nequit, quamuis iure communi admittatur, ad suas probationes faciendas in terminis *Boer. decis. 63. n. 13. Baiard. ad Clar. q. 44. num. 50. Carthar. de execut. sent. capto Bannito cap. fin. n. 227. Menoch. cons. 100. num. 280. Caphal. cons. 304. n. 37. Decian. cons. 18. n. 240. Farinac. prax. de Inquis. quæst. 11. nu. 32.* vbi addit nec etiam iure communi attento inconsulto Principe in integrum restitutio-
293 nem minoribus contumacibus esse concedendam. Cæterum an minor contumax fieri & consequenter fori iudicari possit oportunè, & eruditè perpensis Pragm. Regni docet *Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 38. per Tot.*

In integrum quoque restitutio danda est
294 minori aduersus temporis lapsum ad prosequendam suspicionem pro recusatione Iudicis, nam si læsus sit per statutum tempus ad suspicionem proponendam, restituitur, petens illius pro-

prorogationem, si vti reus in Iudicio
295 excipiat Tapia lib. 3. Iuris Regni Tit. de Suspicion. Official. Prag. 5. fol. 187. Mastrill. decis. 151. à n. 29. ad 34. qui tamen n. 89. existimat valdè durum posse hoc obtineri in terminis Prag-
296 mat. Regn. quod est verum quia expresè Pragmat. 15. §. 22. de Suspic. Official. habentur hæc verba ibi: *E detto termine corra precisamente di modo che non si possa prolongare, per qualsivoglia causa, etiam per viam restitutionis in integrum.* Et in his terminis bene distinguit Cancer. 2. var. cap. 21. n. 41. vel statutum prohibet suspicionis allegationem post terminum excludendo etiam minores, & personas
297 priuilegiatas, & non censentur minores exclusi ex capite restitutionis in integrum. Aut statuto cauetur nec etiam admitti ex capite restitutionis in integrum, & omnino excludentur.
298 Ità etiam Couar. pract. quæst. cap. 26. n. 4. Distinctio verò vtrum minor restitutionem petens aduersus terminum elapsum, ad proponendam recusationem, sit actor, vel reus, est Bartoli in l. fin. C. in quibus caus. in integr.
299 restitut. non est necess. in supremis Tribunalibus vbique recepta vt testantur Ludouis. decis. Perusin. 36. Thesaur. decis. 10. Vrsill. ad Afflict. decis. 175. n. 3. Giurba decis. 18. n. 13. dummodò tamen tanquam reus non sit in
300 Iudicio contra mulierem, Ecclesiam, Vniuersitatem, & similes, quia tunc, & si reus esset restitutionis beneficio admitti equum non esset, vt abundè docet Menoch. cons. 1048. & cons. 1074. n. 28. & de recenti eruditè tradit Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 29. per Tot.

Si in Iudicem minor compromissum fe-
301 cit in integrum restitutione etiam fulcitur l. si minor 34. §. si minores ff. de minor. ibi: *Minores si in Iudicem compromiserunt & Tutore auctore stipulati sunt, integri restitutionem aduersus talem obligationem iure desiderant.*

Quod litera huius Textus determinat
302 compromisso facto in Iudicem; generaliter à nonnullis extenditur, ad quodcumque compromissum, adeòut minores admitti debere asserant aduersus compromissum, & transactionem iuratam, ex capite læsionis, & non incidere in pœnam l. si quis maior C. de transact. hanc tamen opinionem vtpotè odiosam, & in fraudem con-
303 trahentium in praxi nec seruari neque seruandam esse notat Felician. de Societat. cap. 29. n. 93. Rimin. iun. cons. 244. n. 20. lib. 3. Menoch. cons. 84. in fin. lib. 1. Corn. cons. 246. nu. 3. lib. 3. Roland. cons. 57. nu. 46. lib. 1. Valeron. de Transact. tit. 4. q. 1. n. 65. non enim per simplex compromissum minor læ-
304 ditur, cum aduersus laudum per implorationem restitutionis in integrum, se tueri possit l. 2. & tot. tit. C. si aduers. rem Iud. l. minoribus l. si ex causa in fin. ff. de min. Dicas igitur aduersus compromissum factum iure
305 iurando firmatum minorem non esse restituendum ità Alex. cons. 59. vol. 1. n. 5. Ruin. cons. 11. lib. 4. Nam ad eius obseruantiam tenetur, & absque Curatore etiam obligatur l. labeo vbi glos.
306 2. ff. de arbitr. restitui tamen aduersus effectum, laudum scilicet sequutum ex compromisso, prout etiam in
307 terminis statuti declarat Bald in l. 1. C. si aduers. dotem in princ. & in l. si mater C. ne de statu defunct. in l. omnes populi ff. de Iust. & Iur. Bart. in l. 2. C. de fund. patrim. lib. 10. Alex. cons. 254. n. 9. vol. 6. Ab arbitrorum enim Sententia, vbi compromissum est neces-
308 sarium iure appellari posse satis euidenter colligitur ex l. fin. vbi Bart. & Bald. C. de interdict. Idem Bart. in l. 1. ff. à quibus appellare non licet Gloss. in cap. ab arbitris de Offic. Deleg. Angel. in l. apertissimi C. de Iudicijs Paul. de Castr. in l. à Diuo Pio in princ. ff. de re Iud. à qua Sententia vti communi recedendum non esse dicit Alex. d. cons. 119. & 254. lib. 6.

Dicas etiam Iure municipali, quo sanci-
309 tur coniunctorum controuersias esse omninò compromittendas, minores ligari adeòut teneantur compromittere sine solemnitatibus, nec audiri debeant si restitutionem petant ne compromittere cogantur Paul. Angel. & alij in l. si plures ff. de pactis Iason. in l. suum §. hodie ff. eodem & in l. fin. C. de in integr. rest. min. Planc. de Compromis. q. 3. n. 39. Benintend. decis. 20. n. 11. Viuius opin. 503. post Bald. cons. Alex. cons. 258. vel 6. Ius enim municipale

cipale

cipale arctans generaliter coniunctos, minores etiam ligat, cum eo commu-
310 ni iure vti debeant, quo alij coniuncti eiusdem Ciuitatis, vel loci vtuntur *l. fin. C. de in integr. rest. min. l. fine harede §. Lucius ff. de administr. tut.*

Idem dicendum in compromisso neces-
311 sario ex dispositione testatoris; nam cum compromissum in se sit Ius æquũ inter actorem, & reum consequenter minores, pupilli,& quilibet quantumuis priuilegiati comprehenduntur, &
312 ligantur dispositione statuti, vel Testatoris controuersias inter coniunctos compromittendas esse determinantis *Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 4. n. 101. Trentacinq. var. resol. 6. n. 2. Hodier. lib. 1. contron. cap. 42. n. 8.* Statutum enim generaliter loquens mi-
313 norem includit nisi ipsum specialiter eximat *Vasq. quæst. Illustr. cap. 103. n. 5. Gaspar. Kloch. de contributionibus cap. 19. n. 384. per Text. in l. in fraudem ff. de reg. Iur. plenè Surd. decis. 149. n. 20. & Sperell. decis. for. Eccles. decis. 33. n. 34.* Neque necessum est quod minor solemnitates in contractibus voluntarijs à iure requisitas
314 adhibeat *Valeron. tit. 4. q. 1. nu. 61. & 62. Borrell. de compromiss. §. 1. glos. 1. n. 18. & 28. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 115. num. 3. part. 1. Ciarlin. lib. 1. Contron. cap. 102. num. 2. & 3. Cyriac. contron. 380. n. 27.*

Hæc enim est virtus Statuti compromis-
315 sum mandantis, vt ad compromittendum pupilli personam legitimet, & compromissum, quod alias iure communi nullum & inualidum esset, approbet *l. 3. l. si pupillus ff. de arbitris.*

Non autem restitutionis remedium
316 tollit aduersus laudum inde sequutum *Bald. in l. vnica C. si de momentanea possessione in Auct. si captiui C. de Episc. & Cler. & in l. cum lege ff. de arbitris in l. Ait prætor ff. de minor. iuncta glos. in cap. ex parte de restit. spoliat.* & melius *in l. exigendi vers. tertio quæritur C. de Procurat. l. fin. vers. quarto quæro C. qui legitimam personam* diffusè *Calà de rest. in integ. min. deneg. quæst. 34. à num. 1. vsque ad 18.*

Quod & dicendum etiam si per quas-
317 cumque generales clausulas legum auxilio, & ita prægnanter renunciatum sit, videlicet, & promissit non appellare, supplicare recurrere, vel alio modo contrauenire de Iure vel de facto &c. hac enim, vel consimili renunciatione restitutionis in integrum beneficio renunciatum nunquam intelligitur *Bald. cons. 225. n. 1. lib. 2. Ful. cons. 235. per Tot. Socin. Iun. cons. 48. n. 55. lib. 1.* vbi de communi *Chirco. in suis com. opin. cent. 4. n. 16. Odd. de rest. part. 1. q. 15. art. 6. num. 48.*

Vndè & dicendum minoribus contra
318 compromissi effectum prouocantibus aduersus solutionem pœnę in compromisso appositæ in integrum restitutionem competere vt pluribus probat *Anchar. in cap. mandato num. 5. de Procur.*

Vbi autem Arbiter in vim facultatis ei à
319 Statuto concessæ haberet potestatem procedendi de iure, & de facto, quia tunc vti arbitrator vni iura auferre, & alteri dare posset, minori aduersus laudum ab eo prolatum restitutio non competeret *l. si de meis §. recepisse ff. de arbitris & l. sed si in seruum eodem*, posset tamen contra agentem ex laudo prædicto opponere
320 exceptionem doli, & ita laudi effectum elidere, vt pluribus probat *Calà d. q. 34. n. 17.*

Si litem quoque deseruisse constiterit
321 minori restitutionis beneficio succurritur *l. Ait prætor §. Item si ff. de minor.* ibi: *Item si non prouocauit intra diem, subuenitur vt prouocet.*

Prout etiam, si liti renunciauerit *l. illud*
322 *inspiciendum C. de in integr. restitut. min.* ibi: *Illud inspiciendum est, nam inofficiosi querela vel palam, vel tacita dissimulatione renunciatum.*

Si aduersus minorem iudicatum sit,
323 adeòque non solum aduersus rem ipsam primò, sed & iterum iudicatam minori per in integrum restitutionem subuenitur *l. minus 1. et l. cum pater 2. et tot. tit. C. si aduers. rem iudicat. restit. postuletur.* Illud enim beneficium quod per appellationem legitimè interpositam præstatur maioribus, ætatis beneficio consequuntur minores *l. Præses 42. ff. de min.* ibi: *Præses prouinciæ minorem in integrum restituere potest, etiam contra suam,*

vel decessoris sui sententiam, quod enim appellatio interposita maioribus prastat, hoc beneficio atatis consequuntur minores.

Et quidem si minor intra legitimum tem-
324 pus non appellauerit restitutionis in integrum beneficio fulcitur. Ve-
325 rum tamen quòd solus temporis lapsus non sufficit nisi probetur quòd factæ fuissent probationes ex quibus causam vicisset si fatalia non essent exacta *Afflict. decis.* 175. *Osasc. dec.* 158. vbi hanc magis communem, & receptam opinionem dicit, & vbique practiari docet, sequitur *Gratian. discept. cap.* 439. *num.* 45. *& decis. March.* 196. *num.* 15. *Fontanell. decis.* 101. *num.* 6. *& in Sabaudia Pratorio receptum testatur Faber. Cod. lib.* 2. *tit.* 22. *definit.* 3. quòd minor, qui tempora ad appellandum, & ad appellationem prosequen-
326 dam labi patitur, priusquam iustam causam appellandi tamquam læsus docuerit non restituatur. Non me latet, quòd in quibusdam supremis Curijs, quoquo modo de læsionis probatione constare sufficit absque eo quod illam plenè, vel semiplenè probare necessum sit vt præsertim de sty-
327 lo Senatus Cathaloniæ testatur *Fonnell. dicta decis.* 101. *num.* 22. sed hoc parum tutè practicari visum fuit *Gratian. decis. March.* 196. *num.* 16. *& de Amat. decis.* 77. *num.* 5. *nec non eidem Fontanell. dicta decis.* 101. *numer.* 22. *&* 25.

Nec refert, quòd minor quasi contumax
328 condemnatus sit, nam adhuc auxilium restitutionis in integrum implorare potest *l. minor.* 8. *ff. de minor.* ibi: *minor etiam si quasi contumax condemnatus sit in integrum restitutionis auxilium implorabit*. Qua propter aduersus primum decretum, & contuma-
329 ciam contractam restitutionis beneficium minor imploraret *l. minor. ff. de minor. concludit Bart. in l. si finita §. si forte num.* 5. *ff. de damn. infect.* Quæstio est an audiatur pro recuperatione fundi, quem ex primo decreto passus fuit absque expensarum refectione, & diuersæ in hoc sunt grauium ex vtraque parte DD. opiniones, quas ita conciliari posse puto. Vel minor
330 citatus non habuit defensorem, & magis communis opinio est, quòd per beneficium restitutionis in integrum aduersus primum decretum fundum sine expensarum solutione recuperet *l. cum & minores & l. fin. C. si aduers. rem. iud. l. acta §. fin. & l. contra pupillum ff. de re iud. l. in causa la* 2. *ff. de minor. Bald. in l. in minorum num.* 8. *C. in quibus caus. in integ. rest. nō est necess.*
331 nam sententia in minorem indefensum lata, est nulla, præterquam in causis beneficialibus, & spiritualibus *Butr. in cap. dudum num.* 19. *de elect. Baron. de effect. min. atat. circa spiritualia effect.* 2. *à num.* 115. *ad* 120. Vel minor
332 Tutores, & Curatores habuit defensores, & hoc casu si sint soluendo non auditur minor agens ad fundi recuperationem nisi solutis expensis aduersario, quas tamen è conuerso Tutores, & Curatores minori reficere tenentur *ad Text. in l. non est ignotum C. d. administr. tut. & l. qui solidum §. etiam ff. de legat.* 2. si verò non sint sol-
333 uendo absque vlla expensarum refectione minor debet restitui per *Text in l. cum mandato ff. de min. l. summa §. si dolo ff. de peculio l. fin. ff. de admin. Tut. l.* 1. *§. ho: adicto ff. ne vis fiat ei*.

Restitui etiam minor debet aduersus
334 sententiam, siue interlocutoriam, siue definitiuam *l. cum & minores* 4. *l. in rem pupilli* 5. *C. si aduers. rem Iud.* ibi: *In rem pupilli, vel adulti contra Tutores seù curatores à praside lata sententia restitutionis auxilium, non minus quam si quid aduersus eos fuisset statutum implorare minores posse constat. Siue à Praside, siue à Perfecto pratorij, siue ab ipso Imperatore sententia prolata sit l. in causa* 16. *l. Prafecti* 17. *ff. de minor.* Quod dico de sententia Imperatoris procedit in sententia Romani
335 Pontificis *cap. suscitata* 6. *ext. de in integr. restit.* Aduerte tamen aduersus Sententiam minores ex hoc solum
336 quod succubuerint in causa in integrum restituendos non esse, sed ob sententiam perperam latam læsio probari debet. *Franc. decis.* 433. *num.* 4. *Giurb. decis.* 18. *num* 7. *&* 8. *Add. ad Ludouis. decis.* 459. *num.* 11.

Et non modò minori contra maiorem
337 aduersus sententiam restitutio competit, sed & aduersus sententiam pro minore solemniter prolatam hoc bene-

H nefi-

neficium pluties impartitum testatur
Mastrill. decis.44. Fontanell. decis.10.
num.12. vol.1. In Iudicijs enim maxi-
338 mè si agatur de damno vitando, pri-
uilegiato contra æque priuilegiatum
succurritur; Nam regula, quòd re-
stitutio aduersus pariter priuilegia-
tum locum non habeat, cessat vbi læ-
sio est enormis, & agitur de damno
vitando quarè restitutio negari non
339 debet Vniuersitati aduersus aliam
Communitatem, & Fiscum eodem
pollentem priuilegio. *Parlador. lib.1.*
quotidianorum cap.17.num.28.Vesemb.
cons.215. num.47. & cons.103. nu.25.
& 26. aduersus relata *à Bimio cons.239*
num.61.vol.3. Et nota reprobari com-
mnniter *Bald.* opinionem quod Vni-
uersitates iura fiscalia non retinentes
340 restitutionem in integrum non ha-
beant vt contra eundem *Bald.* probat
Marsil.sing.699.num.2.&3. vbi docet
etiam paruas Villas vbi vnum tantum
foculare residet, & non habentes ad-
341 ministratores beneficio restitutionis
gaudere *Marin.in Obseru.ad Reuerter.*
decis.Verdepantonomon. n.639.

Hinc & Ecclesia agens de damno vitan-
342 do restitui potest aduersus alteram
Ecclesiam. *Gloss. in auth. item si quis*
C. de Sacros. Eccles. Roman. cons. 166.
num. 14.

Limita tamen dispositionem regulę prę-
343 dictæ in filio minore, qui aduersus
sententiam in fauorem patris prola-
tam restitui petit iuxta celebre consi-
lium *Menoch.321.num.51. Text.est in*
l.si cum pater C.si aduers.rem Iudic.vbi
gloss in verb.exibebit.

Non tamen Ecclesiæ, Minori, Pupillo,
344 vel Fisco restitutio competeret ad-
uersus sententiam latam contra de-
functum, cui succedunt etiam ex scri-
pturis nouiter repertis, quas defun-
ctus nesciebat, quia succedens licet
345 priuilegiatus non dicitur læsus,
quamuis defunctum læsum fuisse con-
stet, ita *Bart.in l. cum filius §. in hac ff.*
de verb. oblig. & hæc opinio est com-
muniter recepta vt testatur *Afflict.de-*
cis.212.Franc.decis.647.

Quemadmodum nec restitutio minori
346 hæredi defuncti competit, eò quòd
vti eius in lite successor citatus non
sit, sed solum Procurator à defunctó
constitutus; sufficit enim Procurato-
rem vti litis dominum citare nec
opus est in lite successorem audire.
l. nulla dubitatio C.de procur. Boer. de-
cis.285.nu.7.Ozasc.decis.249.n.1.3.&
9.post Bart.Alex.& alios.

Pròut neque aduersus instantiam perpe-
347 tuam minor auditur, sed solum ad-
uersus Tutorem qui Iudicium prose-
qui omissit regressus ei conceditur.
Vrsill. ad Afflict. decis. 175. numer. 2.
Franch.decis.473.& ibi add. Monachus
decis.Lucens.43.ad Text.in l. properan-
dum §. fin. C. de Iudicijs.

Quod & dicendum si à minore cum iu-
348 ramento Procurator ad eius nomi-
ne litigandum constitutus sit, ex tra-
ditis per *Ozasc.decis.158.num.14.Ma-*
rin.quotid. cap.246 num.6. Marcell. de
Mauro alleg.100. num.6. Dic tamen
quod si nòn calumniosè restitutio in
integrum petatur, quia scilicet minor
probationes habet in iure, & in facto,
349 quibus vicisset, si ad appellandum
fuisset admissus, dummodò in senten-
tia se læsum doceat, vel de eius In-
iustitia pateat, hoc casu etiam si Tu-
tor, vel Procurator sit soluendo in
integrũ debet restitui, vt post *Franch.*
dec.473.aduertit.Calà de rest.in integr.
min.deneg.q.40.num.23.

Et aduertas quòd si mandatum de pa-
350 rendo latæ sententiæ expeditum
fuisset, & partibus intimatum, eius
executio per petitionem restitutionis
non retardatur *Mastrill.decis.30.Rot.*
Bonon. decis.85. Franc.decis.86. Rouit.
in pragm.1.nu.28. de minor. de Marin.
cap. 200. num.5. Vincent. de Anna. in
rubr.de Vassallo decrepita atat.nu.239.
vbi testatur de stylo Cons. Neapol.
Vid. notata supra *in cap. 1.* vbi refero
Stylum *Rom.Rot.Trib.A.C.* & aliorum
Tribun.

Neque etiam Ecclesiæ, Pupillis, Mi-
351 noribus, alijsque priuilegiatis per-
sonis aduersus sententiam latam in
Summarissimo possessorio restitutio-
nem in integrum impetrare licet, vt
pluribus docet *Calà de rest. in integr.*
min. deneg. q.41. num. 26. & per *Tot.*
in qua eruditè disputat: An in iudicio
Summarissimi possessorij, à manuten-
tionis decreto detur minori restitutio
etiam læsione probata.

De restitutione in integrum, quæ mino-
ri aduersus Iudicialia potest compe-

tere

tere, tam propter omissa ante litis contestationem, quam propter gesta in litis contestatione vsque ad conclusionem in causa, & post conclusionem in causa ante sententiam, & post sententiam, nec non aduersus desertionem litis, sententias Interlocutorias, definitiuas, rem iudicatam, non prosecutam appellationem lapsum primi & secundi fatalis. Tam ex capite minori ætatis, quam ex clausula generali propter instrumenta nouiter reperta, & de rescissione sententiæ eò quod lata sit ex falsis probationibus & ex falsa causa, pleno calamo loquitur *Odd. dicta part. 2.* vbi hanc materiam diligenter examinat per quindecim quæstiones sana doctrina plenas.

In alijs itidem casibus, alijsque de cau-
352 sis minor restitutionem in integrum petere potest; puta: si se arrogandum dedit *l. denique 3. §. si quis 6. ff. de minor.* ibi: *Si quis minor. 25. annis ad arrogandum se dedit, & in ipsa adrogatione se circumuentum dicit, debere eum audiri in integrum se restituentem.*

Si res minoris vsucapta sit aduersus vsu-
353 capionem minor debet restitui. *l. etiam ei 45. ff. de minor.* ibi: *Etiam ei qui priusquam nasceretur vsucaptum amisit restituendam actionem Labeo scribit. & l. contra C. si aduersus Vsucap.* ibi: *Contra eos, qui res minorum tenent, si vsucapione dominium acquisierint, restitutionis auxilium eis decerni debet.* Vide quæ dixi supra de præscript. Legali & conuentionali.

Si tutor minoris, perperam, & ob mi-
354 nus iustam causam excusationem petijt aduersus ipsum ei restitutio cõpetit *l. verum 11. § ex facto 2. ff. de minor.* ibi: *reducere hunc ad administrationem, qui perperam esset à pratore excusatus.*

Matri quoque per restitutionem succur-
355 ritur, quæ ætate minor, filijs Tutorem non petijt *l. licet. 2. C. si aduers. Delict.* ibi: *Licet in delictis, ætate neminem excusari constet: matri tamen, quæ filijs Tutorem ætatis lubrico lapsa, non petijt, eorum minimè denegari successionem conuenit: cum hoc in maioribus matribus tantum obtineat.*

Minori etiam restitutio competit, qui
356 citra dolum in vectigalis commissum incidit *l. si ex causa 6. §. si commissum ff. de min.* ibi: *Si in commissum inciditse vectigalis dicatur, erit in integrum restitutio, quod sic erit accipiendum, si non dolus ipsorum interueniat caterũ cessabit restitutio. Est etiam Text. in l. Imperatores §. fin. ff. de public. Menoch. conf. 106. num. 13. Boer. decis. 63. n. 2.* secus si dolo minor gabellã solue tẽ omisisset, hoc enim casu pœna Or-
357 dinaria Statuti Bannorum, & Pragmaticarum aduersus fraudantes puniretur nec in integrum esset restituendus *Bald. in l. fin. C. de repud. hered. Afflict. Const. regn. In aliquibus nu. 3. Surd. decis. 216. num. 7. Alex. cons. 103. col. 5. vol. 1. Roland. à Vall. cons. 78. nu. 5. Galà de rest. in integr. min. deneg. quæst. 34. num. 29. & seqq.* Vulgatum enim axioma, ætate minorem non ligari pœna statuti, intelligi debet secundum communem DD. vbi minor
358 negligendo, vel omittendo delinqueret, nam in his, quæ dolosè agendo committeret Statuti pœna puniri debet vt singulariter distingunt *Angel. in l. Impuberem ff. de furtis Anan. in cap. 1. de delictis puer. Dyn. in l. 1. §. Impubes ff. ad Syllan. Alex. conf. 106. num. 8. vol. 7. Marsil. sing. 628.* Quin & dolus præsumptus sufficeret, vt ad-
359 uersus statuti pœnam restitui non posset. *Surd. decis. 216. num. 12. Farinac. de pen. temperand. quæst. 62. numer. 158. Abb. in cap. Auditis not. 8. de rest. in integr Menoch. lib. 5. presumpt. 3. nu. 11.*

360 Et proinde minor contra formam banni frumentum extrahens non restituitur aduersus pœnam in statuto per bannum expressam. *Bald. in l. si ex causa §. fin. ff. de min. Cremens. sing. 30. Rom. singul. 816. Natta consil. 542. num. 14. & 19. quod pluribus* declarat *Mexia in Pragm. taxa panis num. 18. ad 20.*

Prout neque aduersus pœnam impositam
361 cedentibus in potentiorẽ per *Const. Claud. Imp. in l. 1. C. ne liceat potentior. & Pret. edict.* vt patet *tot. Tit. ff. de alien. iud. mut. caus. fact.* minori restitutionem in integrum concedendam esse, & consequenter neque Ecclesiæ
362 vel Vniuersitati concludit. *Farinac. in fragmentis verbo litigiosa num. 308. & 311. Cochier. de Iurisd. in exemptos part. 1. quæst. 49. num. 6. Velasc. in locis communibus lit. A. Axiomat. 5. 10. Olea*

de cession. Iur. quæst.4.num.48. qui licet contrarium affirmauerit aduersus sententiam *Speculat. numer.* 29. postquam tamen vidit Encyclop. *Vlrici Hunnij* & resolutiones *Gregorij Frantzkij* ab ea consultò recessit, accedendo opinioni *Velaschi Narbon. Cochier. & Iacob de Arena.*

Cæterum quomodò minori in integrum
363 restitutio competat aduersus delictum, siue consistat in committendo, siue in omittendo plenè examinat. *Odd.par.2.de rest. qu.*80.81.82. *&* 83. vbi ponit distinctionem inter delicta leuia grauia, & grauissima, & quid dicendum sit tam in iudicando, quam in consulendo docet; nec ab eius doctrina discedendum puto. Vide quæ de rcenti ingeniosè tradit *Calà de rest. in integr. min. deneg quæst.* 37. in qua docet An minor admittatur ad purgandam cõtumaciam non refectis expensis. Item an in atrocissimis pœna plecti queat, *quæst.* 39. in qua docet An minor comprehendatur sub dispositione *Pragmat.* 11. *reg. sub tit. de exulibus.*

Si parentis mortem minor vltus non sit
364 per restitutionem ei etiam succurritur *l. minoribus C. in quibus caus. in integr. restit. necess. non est* ibi; *minoribus viginti quinque Annis, præsertim qui per Tutores, & Curatores non defenduntur non obesse si mortem defuncti parentis non vlciscantur, innumeris diuorum parentum meorum, ac meis rescriptis continetur.* Vide quæ tradit *Odd. dicta quæst.* 82. *art.*5. vbi in specie loquitur de pæna *S.C.Syllaniani*

ARGVMENTVM

Quæ, qualis, & quanta læsio esse debeat vt minori in integrum restitutio competat.

SVMMARIVM.

1 *Necessaria est læsio, vt minor in integrum restituatur.*

2 *Odiosum esset, minori ad libitum restitutionem concedere.*

3 *Minor non restituitur aduersus pactum, quod ipsi non nocet, & aduersario prodest.*

4 *Minor restituitur siue sui negligentia, siue dolo Aduersarij læsus existat.*

5 *Restitutionis beneficiũ fuit concessum in auxilium minoris ætatis.*

6 *Minor restituitur si dolo aduersarij læsus sit.*

7 *Minor læsus facto, vel dolo tertij non restituitur.*

8 *Contra tertium dolo, vel facto lædentem minorem, ei competit actio in factum siuè ad interesse.*

9 *Minori læso ex casu fortuito non datur in integrum restitutio.*

10 *Vbi damnum fuisset magis verisimile quam lucrum minor ex casu etiam fortuito deberet in integrum restitui.*

11 *Vbi damnum præuideri poterat si adhibita fuisset diligentia minor etiam ex casu fortuito debet restitui.*

12 *Si damnum ex post facto superueniat minor debet restitui.*

13 *Etiam aduersus casum fortuitum dari potest restitutio, quæ dicitur venia ætatis.*

14 *Læsio ex casu fortuito illa dicitur, quæ nec tempore contractus aderat, nec verisimiliter imminebat.*

15 *Non est restituendus minor aduersus contractum vbi ita possibile erat, quod damnum contingeret, sicut quod non contingeret, quod intellige iuxta seq. distinct.*

16 *Minor læsus non restituitur aduersus conuentionem in qua se lucro, & damno exposuit, & vtrumque erat verisimile.*

17 *Minor restituitur aduersus conuentionem, in qua se tantum periculo exposuit, licet periculum esset incertum.*

18 *Minor aduersus lucrum contrahendo perperam amissum in integrum restituitur.*

19 *Minor æqualiter restituitur ob lucrum omissum ac propter damnum passum.*

20 *Procedit conclusio in lucro cessante.*

21 *Procedit in lucro verisimili.*

22 *Explicatur quomodò restituatur minor aduersus læsionem moditam.*

23 *Ecclesia restituitur aduersus lucrum omissum.*

24 *Mi-*

24 *Minor aduersus lucrum pœnale, & odiosum non restituitur.*
25 *Minor restituitur aduersus lucrum cũ damno alterius, eius tamen fauore constitutum.*
26 *Minor non restituitur aduersus lucrum constitutum mero odio aduersarij.*
27 *Fiscus in pœnalibus non restituitur.*
28 *Minor non restituitur aduersus ea quæ non respiciunt eius commodum, sed solum iniuriam aduersarij.*
29 *Minor restituitur in his quæ eius commodum respiciunt, etiam cum aduersarij iniuria.*
30 *Re non integra non datur minori restitutio.*
31 *Non restituitur minor contra minorem agentem de damno vitando.*
32 *Fauorabilius restituitur minor vbi agit de damno vitando, quam si agat de lucro.*
33 *Ecclesia restituitur aduersus lucrum omissum.*
34 *Aduersus lucrum vtilitatis omissum minori regulariter restitutio competit.*
35 *Minor restituitur aduersus lucrum omissum affectionis.*
36 *Restituitur minor ad interesse affectionis, si res erat maiorum suorum.*
37 *Restituitur minor qui emendo permutando, &c. in malum vicinum incidit.*
38 *Restituitur minor aduersus rẽ in mala loci intemperie emptam.*
39 *Restituitur minor aduersus venditionem, vel neglectam emptionem rei, vbi adest sepulcrum maiorum, vel eorum imagines.*
40 *Minori etiam aduersus damnum de futuro competit restitutio.*
41 *Minor non restituitur aduersus damnum futurum, quod prouenit absque eius culpa.*
42 *Minor qui ex præsenti contractu futurum damnum expectat dicitur læsus & debet restitui.*
43 *Minor restituitur aduersus obligationem factam sub conditione, quæ non est purificata.*
44 *Minor restituitur aduersus locationem factam potentiori.*
45 *Mior restituitur aduersus emptionem domi, vel molendini ruinam minantis.*
46 *Vbi ius specialiter exprimit quanta debet esse læsio, minori non competit restitutio, nisi de illa constet.*
47 *Vbi ius de modica læsione est contentus vt restitutio locum habeat grande dãnum non requiritur.*
48 *Minor restituitur aduersus læsionem magnam, & maximam.*
49 *Læsio enormis, & enormissima non conualidatur iuramento.*
50 *Aduersus læsionem mediam seu modicam non datur restitutio.*
51 *Vbi dubitatur an læsio sit magna, vel parua Iudicis intrat arbitrium.*
52 *Ecclesia modicè læsa iure minorum non restituitur.*
53 *In læsione nõ proueniente ex facto proprio etiam si sit modica minori restitutio datur.*
54 *Pupillus restituitur aduersus læsionem modicam quamuis à se ipso lædatur.*
55 *Conciliantur opiniones quarum vna aduersus modicam læsionem minorem restituendum asserit, Altera secus.*
56 *Vbi minor facto proprio læditur, modica læsio ad restitutionem non sufficit.*
57 *Iudicis arbitrium locum habet in materia restitutionis minoris ex læsione modica.*
58 *Reijcitur opinio quæ aduersus læsionem minimam restitutionem admittit.*
59 *Restitutio in integrum aduersus læsionem minimam regulariter locum non habet.*
60 *De minimis non curat Prætor.*
91 *DD. confundunt has voces læsio maxima, idest enormissima; maior, idest enormior, magna, idest enormis.*
62 *Minor læsio dicitur, quæ duos aureos non excedit.*
63 *Læsio in duobus aureis attenta paupertate læsi potest esse maxima.*
64 *Iudicis arbitrio definitur, quæ sit læsio enormis, & enormissima, quæ modica, & quæ minima, attenta qualitate res & personæ in arbitrando.*
65 *Vbi læsio respicit actum in se, quia minori v. g. non interest fecisse contractum, semper læsio est enormis, & digna restitutione.*
66 *Vbi læsio consistit in pretio arbitrabitur Iudex vtrum sit grauis nec ne attenta qualitate contractus.*
67 *In conuentionibus in quibus læsionis quantitas non potest considerari respectu*

spectu rei ad rem, considerare debet Iudex qualitatem læsionis rei respectu personæ.

68 *Aduersus rem donatam minor non restituitur, si modicum ei damnum afferat.*

69 *Aduersus vsucapionem minori in integrum restitutio datur.*

CAPVT III.

QVoniam ad petendam in integrum restitutionem non sufficit minor ætas, sed simul etiam læsio concurre-
1 debet, postquam de ipsa minorum ætate dictum est, de læsione dicendum sequitur, quam ad hoc vt minor restituatur necessariam dico, *per Text. in l. nam & postea* §. *minor ff. de iure iuran. & in l. non omnia, & l. quod si minor.* §. 1. *ff. de minor.* ibi: *Itaque nisi, aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea causa versati sunt: Prætor interponere, se non debet*, & ad literam *in l. minoribus* C. *de rest. in integr.* ibi: *Minoribus in integrum restitutio, in quibus se captos probare possunt, & si dolus aduersarij non probetur, competit.* Nam si ad minorum libitum etiam vbi nullū eis damnum illatum probatur restitutio concedi
2 deberet, nemo cum ipsis contraheret, & consequenter id, quod ad minorum indemnitatem, & vtilitatem introductum fuit, in illorum damnum verteretur ex not. *in dicta l. quod si minor.* §. 1. ibi: *Non semper autem ea, quæ cum minoribus geruntur rescindenda sunt: ne magno incommodo huius ætatis homines afficiantur, nemine cum his contrahente: & quodammodò commercio eis interdicente*, quare vbi initi pacti obseruantia minori non nocet, aduer-
3 sario verò prodest minor rescissionem petens audiri non debet *l.* 2. §. *idem aiunt ff. de aqua plu. arcend.*

Vndè fit regula, quòd minor tunc restituitur cum verè læsus est, siue simplici sua negligentia, siue aduersarij dolo
4 id contigerit *l.* 1. *ff. de min.* ibi: *Fragile huiusmodi ætatis consilium &c.* quæ verba satis apertè demonstrant propter ætatis fragilitatem beneficium
5 hoc fuisse concessum, quòd & in specie docent *Io: Andr. in cap. Auditis verbo minoribus extr. de rest. in integr. Alber. in l. si minor. n.* 1. *C. de transact. Maur. tract. de in integr. rest. cap.* 174. *Menoch. tract. de recup. possess. remed.* 15. *n.* 136. & habemus *Text. expressum in l. minoribus* C. *de rest. in integr.* ibi: *Etiam sine dolo aduersarij.*

Siue ex simplici dolo aduersarij, siue
6 propria negligentia *l. quod si minor* §. 1. *ff. de min.* ibi: *Aut manifesta circumscriptio, aut manifesta negligentia interuenerit. & l. non omnia ff. de minor.* ibi: *Vel ab alio circumuentus, vel sua facilitate deceptus.* Nam si minori in integrum restitutio competit vbi sui negligentia, vel imprudentia decipitur; eò magis danda videtur si alterius dolo circumducitur, vt *argum. notab. Gloss. in* §. *pretium verbo definierit in fin. Inst. de empt. & vend. Bart. in l. si Societatem* §. *arbitrorum num.* 25. *ff. pro Soc.*

Quæstio est an minor restituatur si facto, vel dolo tertij, non fragilitate propria, vel dolo aduersarij læsus sit, vel si læsio proueniat ex casu fortuito.

Quòad primum breuiter dico, quod si
7 minor facto, vel dolo tertij læsus sit non restituitur *l. arbitrio* §. *si cuius ff. de dolo vbi Gloss. l.* 2. §. *fin. & l. sequ. ff. si quis caut.* Sed contra lædentem competit actio in factum, siue ad in-
8 teresse; *ex not. in l.* 3. *cum sua gloss.* ibi: *Verbo actionem ff. de eo per quem fact. erit.* quòd scitu vtile tradit *Oddus in suo tract. de rest. in integr. part.* 1. *q.* 4. *art.* 4. vbi rem plenè examinat & ad contraria respondet.

Quòad secundum breuiter etiam dico
9 quòd minori casu fortuito læso in integrum restitutio non datur; quia quilibet etiam maior quantumuis prudentissimus, fortuitis casibus lædi solet, & potest; nec conuenit quòd ex causa fragilitatis ætatis detur restitutio, vbi fragilitas ipsa non est causa læsionis; & hæc est communis DD. Sententia, de qua testatur *Bart. l. verum* §. *sciendum n.* 1. *vbi, & Bald. n.* 2. *ff. de min.* Idem *in l. ait prætor* §. *hodiè ff. de min. Soc. sen. in l.* 1. *nu.* 26. *ff. de vulg. & pup. et in l. qui duos num.* 15. *ff. de reb. dub. Alex. in l. de fideicommiss. n.* 2. *vbi & Iaf. nu.* 7. *C. de Transact. Angel. in l. certi num.* 3. *C. Locat. Zaccar. in repet. l.* 1. *nu.* 57. *C. de pact. Andr. de Besset. in rep. l.* 1. *nu.* 136. *C. de*

de Sacros. Eccles. Afflict. sup. Const. Regn. lib. 2. rubr. 38. num. 18. Arch. in cap. Episcopus 12. q. 2. DD. communiter in l. fin. C. de rest. in integr. & est Text. expressus in l. verum 11. §. sciendum ibi: *Si capti esse proponantur, & in* §. *item seq.* ibi: *Item non restituetur, qui sobriè rem suam administrans, occasione damni non inconsultè accidentis, sed facto velit restitui; nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas. Et ita Pomponius lib. 28. scripsit. Vnde Marcellus apud Iulianum notat: Si minor sibi seruum necessarium comparauerit, mox decesserit, non debere eum restitui, neque enim captus est emendo rem sibi per necessariam, licet mortalem ff. de minor.* Ex consulentibus quoque hanc opinionem communem dicunt *Alci. cons. 110. n. 4. Cephal. cons. 3. n. 135. lib. 1. Natta cons. 548. nu. 15. 16. lib. 3. Pedem. decis. 157. n. 4. Rebuff. tract. de rest. in integr. art. 1. glos. 2. n. 7.*

Hæc tamen generalis regula, quod mi-
10 nor casu fortuito læsus ex minorum Edicto non restituatur plures limitationes recipit, & primò vbi damnum esset magis verisimile, quam lucrum, nam hoc casu danda ei esset restitutio, quia vna cum casu ipsius quoque minoris imprudentia accessit *Dec. l. de fideicommisso C. de Transact.* vbi aureum exemplum refert quòd nimirum si minor transigeret de fideicommisso reciproco, cum eo qui grauis, seù decrepitæ ætatis esset imprudentia propria diceretur lædi, propter verisimilem spem successionis tradit *Mauric. tract. de rest. in integr. cap. 297. Natta d. cons. 548. n. 37.*

Limitatur secundò vbi damnum alias
11 inopinatum præuideri potuisset, si minor eam diligentiam adhibuisset, quam maiores adhibere solent, hoc etenim casu minor restitui debet quasi culpa casum ipsum præcesserit *Bald. in l. verum §. si locupleti ff. de minor. Natta d. cons. 548. nu. 41. Mauric. loc. cit. cap. 178. in fin. eruditè Calà de rest. in integr. minor. denegan. q. 44. nu. 37.* Exemplum verò frequentissimum assignatur in emptione molendinorum, item in non venditione rerum mortalium, & quæ seruando vt plurimum pereunt, vt eruditè exemplificat *Fulgos. in l. si ex causa §. sciendum ff. de minor.*

Limitatur tertiò vbi læsio, vel damnum
12 non procederet ab ipsomet actu per minorem facto, sed ex post facto superuenit; vt patet in minore compromittente, & docet *Aymon. cons. 192. nu. 4.* vbi hoc etiam exemplificat in minore, qui domum potentiori locauit, quòd est notandum.

Limitatur denique quartò in restitutio-
13 ne Iustitiæ ex causa minoris ætatis, non autem in illa restitutione, quæ venia dicitur, de qua loquitur *Text. in l. quæ neptis ff. de acq. hæred.* Nam etiam in casu, aduersus casum fortuitum restitutio dari potest *§. sciendum Inst. de ex hæred. liber.* latè *Angel. de Perigl. in repet. l. in suis num. 85. ff. de liber. & posth.*

Cæterum læsio ex casu fortuito, quoàd
14 subiectam materiam procedere dicitur, vbi damnum contractus tempore neque aderat, neque verisimiliter imminebat. *Alber. in l. si fine §. quæsitum ff. de min. Io: de Deo lib. cauill. 5. cap. 3. num. 4. Affl. decis. 340. Paul. de Castr. cons. 101. lib. 2.* & plenissimè tradit *Aymon. Craue. cons. 12. num. 17. lib. 1. & cons. 151. num. 7. & cons. 188. num. 4.* docet etiam disertè. *Monoch. tract. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 149. n. 19.*

Adhuc verò in quæstione remanet, quid
15 dicendum sit, vbi æqualiter possibile erat, quod damnum minori contingeret, & non contingeret. Ad quod breuiter respondeo, quòd licet communis DD. sententia doceat restituendum non esse minorem, cui ita possibile erat, quòd damnum contingeret, sicut quòd non contingeret, vt in specie docent *Alex. in dicta l. de fideicommisso num. 2. C. de transa. Sapia in repet. l. hæreditatem num. 17. C. de Impub. Rebuff. de rest. in integr. art. 1. glos. 2. num. 8.* hoc exemplificans in locatione per minorem facta casu fortuito fructibus excrescentibus. Quod & consulendo tradunt. *Ias. cons. 63. vers. quarto facie Bertrand. cons. 191. num. 6. & cons. 238. num. 3. lib. 4. Natta cons. 181. num. 9. lib. 1.* vbi & aliud exemplum notat *& cons. 548. num. 16. eod. lib.*

Cum distinctione tamen procedendum
16 puto; Aut versamur in conuentione mino-

minoris, in qua se lucro, & damno exposuit, & ita erat verisimile vnum sicut alterum, & in casu si damnum accidat, minorem non esse restituendum dico, quia & lucrum contigere poterat, & quilibet maior ita etiam contraxisset, & decipi potuisset, quare in casu sine controuersia procedunt dicta *l. de fideicommiss. C. de transact. l. si ea lege C. de Vsur.* & ibi not. per *Gloss. & DD.* nec non quæ habentur in *l. si pater puellæ C. de inoff. Testam.* cum cæteris doctrinis supra relat.

Aut versamur, in minore, qui se peri-
17 culo tantum exposuit, quod tamen periculum euenite, & non euenire poterat, veluti quia minor potentiori se, domum locauit, vel quia cum prædium aut molendinum æqualis prætij & fructus emere posset, molendinum emit cuius ruina contingere, & non contingere poterat. Et in casu minorem restituendum dico, eo quia sine spe aliqua lucri, se damni periculo exposuit. Nec releuat dicere quòd periculum erat incertum, quia licet non euenisset, quoniam lucrum nullum, ex tali conuentione sperari poterat, minorem rem suam male egisse non nisi dici potest, quod diligens pater familias minime fecisset; & iuxta hunc sensum procedit singularis decis. *Abb. in cap. peruenit. extr. de arbitr.* & dictum à *Roch. Curte in cap. fin. de consuetud.* quem sequitur etiam *Crauet. consf.* 192. *num.* 4

Ex hac enim distinctione inter se discordantia iura, & DD. opiniones mirabiliter conciliantur, & materia ipsa læsionis accidentalis, seu fortuitæ vtiliter declaratur.

Dictum fuit minorem in integrum restituendum esse, vbi de eius læsione constat; quia verò læsio non solum consistit vbi contractus, vel sui negligentia, vel dolo Aduersarij in damnum minoris expresè resultat, sed & vbi non est lucrum, quia perperam, & inconsultè fuit omissum. Videndum sequitur: An & ex hoc capite minori in integrum restitutio com-
18 petat. Ad quod breuiter dico, quòd si minor perperam, & inconsultè contrahendo lucrum amittat in integrum restitutionem ei dandam esse, vt expresse docent verba. *Text. in l. ait prætor §. fin ff. de min.* & per *tot. Tit. C. vt omiss. hered. & per l. nō omnia ff. eod.* vbi sancitur quòd vbicumque minor damnum patitur restitui debet; sed lucrum omittendo damnum pati dicitur. *§. illud Inst. ad leg. Aqui. dicta l. ait prætor, & l. seqq. ff. de Min.* ergo aduersus lucrum omissum debet restitui; vt vno ore per iura allegata concludunt vbique *DD.* & ex Iuristis in specie *Bart. Bald. in d. l. ait Prætor §. fin Soc. iun. consf.* 46. *num.* 8. *lib.* 4. *Riminal. consf.* 261. *num.* 15. *lib.* 2. *& consf.* 315. *eod. Natta consf.* 631. *num.* 16. *&* 28. *Fulgos. in l.* 1. *numer.* 2. *C. si vt omiss. hæred.* Ex Canonistis *Innoc. in cap. constitutus extr. de rest. in integr. vbi Abb. num.* 5. *Card. num.* 3. *Bell. in fin. Decis. in cap. Maioribus num.* 3. *de prabend. Couar. var. resol. cap.* 5. *num.* 2. *Bellam. decis.* 182. *Gloss. in cap. auditis verbo restituimus extr. de rest. in integr.*

Concludo igitur quòd minor, æqualiter
19 restituitur ob lucrum omissum, ac propter damnum passum. Quæ qui-
20 dem conclusio ampliatur primò, etiā in lucro cessante. Ita *Gomes. var. resol. tom.* 2. *cap* 13. *n.* 1.

Ampliatur secundò quòad lucrum ve-
21 risimile *Angel. Imol. Paul. de Castr. in l. cum quidam ff. de acquir. hered.* vbi & *Ias. num.* 1. *Alex. num.* 4. *Iacob. de S. Greg. in l.* 1. *num.* 6. *C. de rest. in integr. & in l.* 1. *C. si vt omiss. hared. Mant. sing.* 628. *Tiraq. de vtr. retract. part.* 1. *§.* 35 *Gloss.* 2. *num.* 9.

Ampliatur tertiò secundum aliquos in
22 lucro modico ex not. per *Dec. in cap. maioribus n.* 4. *de prabend. & in cap. de appellat. num.* 30. *de appell. Goras. in l. qui liberos num.* 61. *ff. de ritu nupt. Natta consf.* 481. *num.* 12. Sed hanc ampliationem eatenus veram existimo, quatenus vera est illa sententia quòd minor ob damnum modicum restituatur, quæ tamen cum magis communiter à *DD.* reprobetur vt dicam infra, non est amplectenda simpliciter, sed solum in illis casibus, in quibus ob læsionem modicā minor etiam restituitur.

Ampliatur quartò fauore Ecclesiæ, quæ
23 restituitur aduersus lucrū omissum.

Abb.

Abb. in cap. auditis num. 15. extr. de rest. in integr. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. quaest. de rest. in integr. n. 14.

Præfatas autem ampliationes limita in
24 lucris odiosis, & pęnalibus; Minori
enim ad lucrum odiosum, siue cum
damno alterius exigendum restitutionem in integrum non competere
vno ore affirmant *DD.* per Text. *in l. sciendum ff. ex quibus caus. maior*, vbi *Bart. & in l. eum §. si pupilli num. 1. ff. de Vsur. & in l. 1. num. 2. C. de ann. except. Bald. dicta l. 1. num. 6. & l. pupillorum C. de repet. hared. Alber. d. l. Prætor ait num. 2. ff. de minor. Paul. de Castr. in l. 3. §. Labeo ff. de acquir. possess.* & ibi *Alex. num. 7. Iacob. de S. Georgio in l. 1. num. 6. C. de rest. in integr. Tiraq. dict. tract. de vtroque retract. part. 1. §. 35. gloss. 2. num. 10. & 11. Afflict. super Const. Regn. lib. 2. rubr. 40. num. 8. Mantua sing. 628. Alexand. cons. 119. num. 13. lib. 9. Curt. iun. cons. 110. num. 14. Capic. decis. 62. num. 4. Afflict. decis. 390. per tot. Ludouic. Perusin. decis. 64. num. 9. lib. 2.*

Hæc tamen Conclusio itâ simpliciter à DD. firmata non arridet, sed cum sequenti distinctione transeundum puto. Vel minor vult restitui ad lucrum odiosum eius tantum fauore constitutum. Vel mero odio Aduersarij duntaxat introductum. Vel tam fauore proprio, quam aduersarij odio.

Primo casu minori restitutionem conce-
25 dendam esse non dubito, nam quoties minor restituitur ad lucrum omissum necessum est, quòd cum damno alterius restitutio contingat vt disertè docet *Sfort. de in integr. rest. Part. 1. quaest. 4. art. 9. n. 97.*

Secundo procedit simpliciter expressa
26 conclusio, quod non restituatur ex *not. in l. auxilium ff. de minor.* ex qua lege non permittitur restitutio minori aduersus omissam actionem iniuriarum. Patet etiam ex his, quæ habentur *in l. cum quidam §. si pupillo ff. de Vsur.* vbi ad literam dicitur aduersus non petitas vsuras minorem non posse restitui, de quo *I. C. in fin.* rationem reddit dicens. *Vsuræ enim non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur*, vt *gloss. exponit*, & sic de similibus,
27 & in specie de ipso Fisco, qui in
pænalibus neque restituitur.

Tertius casus noua distinctione indiget,
28 nam vel quod principaliter intenditur est pæna, & iniuria aduersarij, quæ in minoris commodum non redundat; & regulariter ei non competit restitutio, vt patet in petita restitutione ad opponenda crimina contra testes ex not. *per Card. in clem. 1. num. 22. de rest. in integr. Bellam. in cap. Auditis num. 6. extr. eodem Capic. decis. 62. num. 4. Couar. pract. quaest. cap. 26. nu. 4.* & communiter affirmant. *DD.* Vel id
29 ad quod principaliter agitur respicit commodum minoris, quamuis Aduersarij iniuria in consequentiam veniat, & in casu minor restituitur ex not. in *l. 1. C. de rest. in integr. & allegat. per Dyn. Bart. & alios in l. qui fundum §. quæ bona ff. pro empto.* & per eumdem *Bart. in l. Labeo in fin. & ibi per Roman. Alex.* Iason. *Alexand. in l. eum quidam numer. 4. ff. de acquir. hared.*

Limita etiam. Vbi res non esset inte-
30 gra ex not. per Text. *in l. quod si minor §. Sceuola ff. de minor.* docent *Eman. Costa in repet. §. & quid si tantum l. Gallus ff. de lib. & posth. in 2. part. n. 57. Couar. resol. cap. 5. n. 2.*

Limita quoque. Vbi minor contra mi-
31 norem agentem de damno vitando restitutionem peteret *l. si filio fam. 35. ff. de minor. Curt. Iun. cons. 100. num. 13. & 14. Ceph. cons. 7. num. 16. & 17. lib. 1.*

Et regulam generalem semper præocu-
32 lis habeas, quòd non itâ fauorabiliter minori concedenda est restitutio si agat de lucro, sicut vbi ageret de damno *Tiraquell. de vtroque retract. §. 35. gloss. 2. num. 7. Eman. Costa dicto §. & quid si tantum in 2. part. num. 58. & seq.*

Quin, & nota quòd, quæ supra dixi de
33 minore respectu lucri omissi, procedunt etiam in Ecclesia *gloss. in Clem. 1. verb. grauiora de Procurat. Imol. in dicta Clem. 1. Tiraq. d. §. 35. glos. 2. num. 10. Rayn. l. 1. §. nunciatio n. 219. & 236. ff. de nou. oper. nunc. pulchrè Rim. cons. 400. per Tot lib. 2.*

Quoniam verò duplex est interesse seu
34 lucrum, vnum nempe veritatis, alterum affectionis: Quòad lucrum veritatis omissum minorem esse resti-

tuendum Conclusio sine difficultate procedit per *Text. in l. minoribus in fin. ff. de minor.* vbi passim DD. *Bald. & Alber.* notat etiam *Dec. in cap. vt debitus num. 7. de appellat. Curt. cons. 181. num. 17.*

Quòad autem lucrum affectionis, licet
35 dubitabilior videatur articulus ex deductis per *Odd. dicta part. 1. quæst. 4. art. 10. num. 82. & seqq.* attamen concludendum, quod minor propter solum interesse affectionis restituitur. per text. *in l. si in emptionem ff. de minor.* ibi: *si in emptionem penes se collocatam minor adiectione ab alio superetur: implorans in integrum restitutionem audietur, si eius interesse, emptam ab eo rem fuisse, ad probetur: veluti quod maiorum eius fuisset: ita tamen, vt id, quod licitatione accessit ipse offerat venditori.*

Quod & cõmuniter post gloss. hic affirmant. *DD. Bald. & Alb. in dicta l. si in emptionem Ioan. Igne. in repet. l. dudum. num. 38. C. de contrah. empt. de Benedict. in cap. Raynutius part. 1. num. 34. de testam. Tiraq. tract. de vtroque retract. in præfat. num. 34. Sapia ad l. vnic. num. 35 C. de sent. quæ pro eo, quod int. Rebuff. de rest. in integr. art. 1. gloss. 3. num. 11. Alex. cons 67. num. 3. lib. 5. Gozadin. cons. 44. num. 7. Dec. cons. 403. n. 22. Rol. à Vall. cons. 1. n. 10. lib. 1.*

Non desunt qui prædicta restringunt ad
36 interesse affectionis in casu, quo res erat maiorum suorum, in quibus terminis loqui videtur allegata *l. si in emptionem.* Sed aliud habemus exemplum vbi minor propter emptionem,
37 permutationem, vel licitationem, aut optionem rei à se factam in malum vicinum incidisset. est *gloss. notab. in l. nam quod. §. 1. verbo pupillum ff. ad Trebell.* docet *Mant. singul. 7. num. 3.* est etiam text. *in l. quod sæpe in fin. ff. de contrahend. empt. Vid. quæ tradit Columel. de incommodit. vicini mali in 3. lib. de re rustic. cap. 3.* Vulgare est etiã prouerbium. *Aliquid mali propter vicinum malum.* Alterum quoque
38 allegare exemplum possumus in casu, quo minor incidisset in malam loci, & aeris temperiem per text. *in l. libertus qui soluendo ff. de bon. liber.* docent *Bart. Veron. tract. de seruit. rustic. prædior. rubr. de aere num. 4. Rip. tract. pest. Tit. de remed. præseru. contra pestem num. 3.* Quin & in dicta *l. libertus.* alterum exemplum exprimitur, si
39 minor vendidisset, vel emere omisisset locum, in quo erant sepulchra maiorum suorum, vel imagines depictæ, &c. quæ multum notabilia sunt, vt hic notat *Odd. dicto art. 10.* vbi respondet contrarijs, & reijcit limitationem expositæ conclusionis ad casum specialem *d. l. si in emptionem.* idest cum minor superatur in pacto additionis in diem, & non alias.

Ceterum quia læsio seu damnum, potest esse causatum, vel euenire de futuro. Ex dictis verò satis superque constat quomodò respectu læsionis prouenientis ex damno causato minori restitutio competat. Videndum remanet: An minor restituendus sit propter damnum, seu læsionem de futuro, idest non propter damnum quod patitur, sed quod quandoque passurus
40 est. Et restitutionem competere deducitur ex not. *in l. non omnia ff. de minor.* ibi: *aut se oneri, quod non suscipere licuit obligauerunt:* Hoc quoque affirmant *Bal. in l. minoribus ff. de minor. Alex. in l. fideicommisso. num. 2. C. de Transact. Curt. Iun. cons. 118. Natta consil. 548. num. 16. & indiuidualiter firmat Ruin. in l. 1. §. nunciatio num. 233. ff. de oper. non. nunc.* Cum hac tamen generalitate transeundum non puto, sed considerandum An damnum de futuro imminens causetur ab eo, quod minor fecit, adeò vt non immineret, si minor ei causam non dedisset, vel non causetur culpa minoris, sed aliunde procedat. Nam
41 si non proueniat ab aliqua causa eius, quod minor gessit, puta quia minor indigens pecunia rem iusto prætio vendit, quam secundum commune iudicium intra aliquot menses multò plus valituram apparet; restitutionem in integrum ei non competere arbitror, quia quod fecit prudenter fecit, nec eius factum est causæ incrementi. Si verò causetur ab eo, quod minor fecit, hoc casu procedit conclusio, quod minori restitutio
42 competat aduersus damnum futurum; nam adhoc vt minor dicatur læsus, sufficit, quod damnum futurum expectet. Hinc est, quod minores

43 nores restituuntur aduersus obliga-
tionem factam sub conditione, quæ
adhuc non euenit. vt notat *Fulgos. in
l. nam & postea §. si minor. ff. de* Iur. iur.
num. 4. restituuntur etiam aduersus
44 locationem potentiori factam, pro-
pter futurum periculum ne pensiones
soluat. vt tradit *Crauet. cons. 192. nu. 4.*
Nec non restitui deberent aduersus
emptionem domus, vel molendini,
45 quod ruinam minaretur. *Fulgos. in l.
si ex causa §. sciendum ff. de minor.* &
cum hanc distinctione respondetur
contrarijs, quibus distincte satisfacit
Odd dicta q. 4. art. 11. per tot.

At quoniam non aduersus quamlibet
læsionem in integrum restitutio con-
ceditur iam dicendum occurrit qua-
lis, & quanta læsio esse debeat vt mi-
nor possit restitui. Circa quod no-
46 tandum quòd si sit in iure specialiter
expressum, quanta requiratur læsio,
non restituitur minor, nisi illa inter-
ueniat. Nec modica sufficit, si de
magna ius loquatur, vt habetur *in l.
1. C. si adu. vend. pign.* Nec grande dã-
47 num requiritur vbi ius de modica
contentum est. ex not. *in l. 3. §. si quid
minori. & in l. minoribus ff. de minor.*
ponderari enim potest in vtroque iu-
ris loco dictio *aliquid*, quæ etiam ve-
rificatur in minimo, vt aduertit *Odd.
dicta quæst. 4. part. 1. artic.* 12. *nu-
mer. 98.*

Si verò nihil expressum sit, & versemur
extra speciales casus iuris, distingue-
re oportet inter læsionem, maximam
magnam, modicam, & minimam: si
de maxima, & magna læsione sermo
sit, indubitabile est restitutionem
48 competere. *l. 1. C. si aduers. vend. pign.
& l. penult ff. de minor.* etiamsi contra-
ctui iuramentum interuenisset, quia
in læsione enormissima & enormi iu-
49 ramentum non obstat *l. superstiti. C.
de dolo*, & hæc est communis *DD.*
opinio, de qua testantur. *Socin. iun.
cons. 144. n. 15. Natta cons. 166. & cons.
167. per totum.*

Si verò de læsione media, seu modica
50 loquamur, quamuis ex hac læsione
minorem esse omninò restituendum
doceant quamplures Doctores relati.
per Odd. dicta quæst. 4. art. 12. nu. 105.
In contrariam tamen sententiam in-
clino, quam re vera DD. calculo ma-
gis communem esse constat. pro hac
enim ex Iuristis stat *gloss. in l. scio. ff. de
rest. in integr. verbo maxime & in l. pen.
ff. de Mino. Azo. in rubr. C. de rest. in
integr. num. 2. Bart. in dicta l. scio, &
in l. si proprietarius num. 3. vbi etiam
Dyn. ff. de damn. in fect. Bal. in l. & in
maioribus. C. de appellat. & in l. si in
emptionem in fin. ff. de min. Deci. in l.
quoniam num. 3. C. de testam. in l. cum
quid num. 1. ff. si certum petatur & in
l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris Tiraquell.
in l. si vnquam n. 15. C de reuoc. Donat.
Aldobr. in add. ad Decium in cap. de ap-
pellationibus num. 30. de appellat. Alex.
in l. 1. §. nunciatio num. 33. ff. de oper.
non. nunc.* Ex Canonistis *gloss. Host. Pet.
de Anch. Anton. de Butr. Abb.* & cæteri
passim *in cap. 1. extra de rest. in in-
tegr. Butr. in cap. constitutus num. 12. eo-
dem tit. Io: Andr. Host. Card. & Abb. in
cap. cum ex literis eodem Bald. in cap.
cum adeò num. 6. de rescript. Abb. in
cap quintaualllis num. 33. de iur. iuran.
& in dicto cap. de appellationibus nu. 3.
gloss. in cap. 2. verbo læsa de rest. in in-
tegr. in 6. Bero. in cap. 1. num.* 8. & ibi
*Anch. num. 2 eodem. Tit. Imol. in clem. 1.
eodem tit.* ex consulentibus *Suarez al-
leg. 21. num. 3. Alex. cons. 27. num. 2. lib.
1. cons. 222. num. 10. & 11. lib. 2. Grat.
cons. 427. num. 81. lib. 1. Rimin. cons.
400. num. 37. & seq. lib. 2.* plenè *Iason.
cons. 63. num. 2. lib. 3. Beltrand. cons.
109. lib. 3. Ruin. cons. 119. num. 14. lib. 5.
Bero. cons. 31. num. 10. & cons. 84. num.
20. lib. 1. Mandell. cons 11. num. 21. Bur-
sat. cons. 17.* Hanc eamdem opinio-
nem vti magis communem sequun-
tur & docent. *Iac. à Can. tract. repræ-
sal. in rubr. num. 36. Cæpol. tract. de adi-
lit. edict. l. 1. §. sed sciendum num. 91.
sed sciendum num. 91. Corsett. tract. de
minimis. part. 2. num. 21. Afflict. super
const. regn. lib. 1. rubr. 70. nu. 7. Rodoan.
tract. de reb. Eccles. non alien. quæst. de
rest. in integr. num. 11. Mauric. in tract.
de rest. in integr. cap. 328. Gabr. lib. 2.
concl. tit. de rest. in integr. concl. 1. Capic.
decis. 109. num. 6. Odd. de rest. in integr.
part. 1. quæst. 4. art. 12. sub num.* 105.
licet *concludat. num.* 106. hoc remit-
tendum Iudicis arbitrio hac ratione
motus, quod sicut est receptissima
51 DD. sententia, quod vbi dubitatur
an læsio sit magna, vel parua, hoc iu-

dicis remittitur arbitrio, vt ipsemet
plene probat *d. q.4. art. 13.* ità & iu-
dicis arbitrio committendum sit an
propter modicam læsionem minor de-
beat restitui. Quod & originaliter
sentit *Io. de Deo in suis canil. lib. 5.
cap. 3. n. 9. Crot. cons. 198. n. 15. lib. 2.
Vrsillus Inst. de act. §. si quis agens nu.
14. Borgn. tract. de tut. & cur. n. 140.*
qui testatur de communi DD. *Conar.
var. resol. lib. 1. cap. 5. num. 11.* cuius
auctoritatem tanti facio, vt ab hac
sententia neque in consulendo, ne-
que in iudicando recedendum pu-
rem.

Est ergo Conclusio, quòd modica læsio
52 non sufficit ad hoc vt detur in inte-
grum restitutio, quare & dico Eccle-
siam iure minoris in integrum non re-
stitui, si modicè tantum læsa sit. *Soc-
cin. Iun. cons. 84. n. 42. lib. 2. Gabr. tit.
de rest. in integr. concl. 1. nu. 2. Bursat.
cons. 27. n. 17.*

Nota tamen quòd si minor non læditur
53 ex facto proprio, sed à suis Tutori-
bus, & Curatoribus, vel alijs admi-
nistratoribus, quælibet etiam modica
læsio sufficit, quòd notabiliter docet
*Iacob. de S. Georgio in l. 2. C. si aduers.
vendit.* per theoricam *Bart.* commu-
niter receptam *in l. si Societatem §. ar-
bitrorum in 6. quæst. ff. pro Socio. Ful-
gos. in l. illud quæritur §. si impuberis ff.
de euict. post Rayn. & Dyn. allegat text.
in l. & si sine §. quæsitum, & l. tutor,
& l. penult. ff. de min.*

Nota denique quòd si pupillus læsus sit
54 ob modicam læsionem restituitur
quamuis à se ipso lædatur *Bald. in l.
cum ipse C. de contrahend. empt. nu. 10.
Affl. de cons. recti feudi. cap. Sacramen-
tum n. 16.*

Ex his duobus notabilibus patet conci-
55 liatio ad discordantes grauium, &
multorum hinc inde DD. opiniones,
quarum vna docet ob læsionem mo-
dicam minorem esse restituendum.
Altera verò restituendum non esse as-
serit. Nam quæ restituendum dicit,
intelligi debet vbi minor facto alte-
rius læditur, vel si agatur de pupillo
56 læso. Quæ verò non restituendum
affirmat, procedit vbi minor ex facto
proprio, contractu scilicet, vel distra-
ctu, seu additione, vel repudiatione
hæreditatis &c. modicam læsionem

sentit. In prædictis tamen Iudicis ar-
bitrium necessum puto, non, vt &
57 aduertit eruditè *Odd. d. art. 12. num.
106.* defectu iuris, sed defectu pro-
bationis huius iuris, quia hoc ius
practicari non potest nisi medio Iuris-
dictionis arbitrio.

Si denique de minima sit sermo, licet
58 non desint, qui docent etiam pro mi-
nima læsione restitutionem dandam
esse vt plenè deducit *Gomes. in §. pe-
nales Inst. de act. n. 4.* cum alijs relat.
per *Odd. d. art. 12. n. 101. cum seq.*

Dico quòd vbi re vera de minima læsio-
ne agitur, summa tamen ipsius nego-
tij attenta, in integrum restitutionem
59 omninò denegandam esse. Quod &
apertè demonstrant verba text. in *l.
quod si minor. §. 1. ff. de minor.* ibi;
*Non semper autem ea, quæ cum minori-
bus geruntur, rescindenda sunt, sed ad
bonum, & æquum redigenda, ne magno
incommodo huius ætatis homines adfi-
ciantur, nemine cum his contrahente: &
quodammodò commercio eis interdice-
tur. Itaque nisi aut manifesta circum-
scriptio sit, aut tam negligenter in ea
causa versati sunt. Prætor interponere
se non debet.* Iniquissimum siquidem
esset, si propter quid minimum re-
scindenda essent pacta, & conuentio-
nes bona fide initæ. Et minores ipsi
graui afficerentur incommodo, quia
non inuenirent cum quibus contra-
herent, vndè ab hominum commer-
cio segregati quodammodò viuerent.
His accedit vulgatum dictum, quòd
de minimis non curat Prætor, qui be-
60 neficium hoc restitutionis in integrũ
introduxit. Præter allegatos DD.
asserentes ex modica læsione restitu-
tionem non competere, qui in fortio-
ribus terminis hanc sententiam do-
cent; in indiuiduo etiam tenent *glos.
in l. interdum ff. de minor. Bald. in l. 1.
C. si aduers. vend. pign. Aret. in l. 1. in
fin. C. si aduers. solut. Curt. iun. in l.
nam & postea §. si minor. n. 2. ff. de
iur. Rom. cons. 90. n. 4. Alex. cons. 67.
n. 4. Goza. cons. 44. num. 8. Natta cons.
631. n. 22. & cons. 481. n. 13.*

Difficultas in hoc consistit, quæ nam di-
catur læsio maxima, idest enormissima,
maior, idest enormior, magna idest
61 enormis, quibus vocibus frequen-
tissimè vtuntur DD. & præsertim No-
tarij,

tarij, vt aduertit *Fulgos. l. 1. C. si ad-*
uers. vend. pign. & ibi Aret. n. 2. facit
l. superstiti C. *de dolo, nec non l. si mer-*
ces vbi DD. *ff. loc.* In re tamen con-
trouersa, quam plenè examinat *Odd.*
d. q. 4. art. 13. per totum, clarè &
breuiter practicabilem æquioremque
opinionem referam.

Dico igitur quòd quamuis DD, nullam
differentiam inter modicam, & mini-
mam læsionem constituant, quia ex
neutra restitutionem competere ma-
gis communiter existimant. Attenta
tamen opinione illorum, qui in modi-
62 ca restitutionem admittunt, in mini-
ma verò negant, dici potest, quòd
differant, sed in quo differentia con-
sistat, nemo declarat. Et licet mini-
ma læsio illa videatur, quæ duos au-
reos non excedit ex not. *in l. si oleum*
cum l. seq. ff. de dolo; non tamen regu-
la hinc deduci potest, quia aliquan-
do attenta paupertate læsi, læsio in
63 duobus aureis etiam maxima dici
posset *l. illicitas* §. *ne potentiores ff. de*
off. Præsid. l. scio ff. de restit. in inte-
grum. Quare Iudicis arbitrio re-
64 mittendum puto, quænam dicen-
da sit læsio modica, & quæ minima,
nec non quæ dicatur læsio enormis,
enormior, & enormissima, qui arbi-
trando attendere debet qualitatem
rei, & personæ, & secundum illam
judicare. Nec discedendum ab ele-
gantissima doctrina *Didac. Couar. lib.*
1. var. resol. cap. 3. num. 11. & ab his
quæ tradunt Azo. in Rubr. C. de rest. in
integr. Bald. in l. adem. nu. 14. C. loc.
Alb. in l. 2. n. 1. C. si adu. vend. pign.
Saly. Cyn. Iacob. de Aren. & Petr. in l.
fin. C. de contrah. empt. Rip. in repet.
l. si vnquam n. 90. Cyn. in l. qui rem C.
de Sacros. Eccles. Ias. in addit. ad Port.
Inst. de hæred. quæ ab intest. def. Felyn.
in cap. cum illorum de sent. excom. Abb.
in cap. quintauallis num. 33. de iuresur.
Bero. in cap. in præsentia n. 179. de pro-
bat. & cap. cum dilecti nu. 55. de empt.
& vendit. & in cap. 3. num. 82. de rest.
in integr. Rodoan. tract. de reb. Eccles.
non alien. quæst. de rest. in integr. §. 3.
n. 10. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1.
cas. 75. Alex. cons. 67. nu. 2. lib. 5. Dec.
cons. 39. n. 7. Soc. iun. cons. 144. nu. 14.
lib. 1. & cons. 84. nu. 43. lib. 2. & cons.
48. n. 22. lib. 1. Paris cons. 89. num. 53.
lib. 1. Chircou. comm. opin. cent. 3. con-
cl. 7. qui nec in consulendo, nec in
iudicando ab hac Sententia receden-
dum affirmat per text. *in l. 1. ff. de iur.*
delib. Quorum quidem doctrinæ pro
regulando Iudicis arbitrio sunt sa-
tis notabiles, cum verò possint cla-
riores reddi nonnullis additis, ideò
iuxtà sequentes distinctiones iudican-
dum puto.

Vel minor læditur in contractu, pacto, aut
65 conuentione reciproca, seù corre-
spectiua, vtpotè sunt contractus om-
nes innominati, & transactiones, nec
non contractus nominati vtpotè em-
ptio, venditio, locatio, conductio,
permutatio, & Societas. Et hoc ca-
su vel læsio in hoc consistit, quia eius
vendere, emere, permutare, aut tran-
sigere non interfuit, & consequenter
respicit ipsum actum in se, non verò
rei præcium, seu valorem, & semper
erit grauis, enormis, & restitutione
digna, quia hoc interesse est inæsti-
mabile. Vndè eo ipso quòd Iudex
arbitratur non interfuisse minoris ta-
lem contractum facere, non obstan-
te, quòd iusto prætio contraxerit,
quia ipse contractus est ei damnosus,
qualiscumque sit læsio, minori in in-
tegrum restitutio competit. Suum
autem arbitrium Iudex dirigere de-
bet ponderando qualitatem minoris,
& quantitatem rei venditæ; vt alle-
gato exemplo, alios quoque referens
docet *Odd. d. art. 13. n. 223.*

Vel minor læditur in prætio, quia nem-
66 pè minus rem vendidit, vel magis
emit, quam diligens Pater familias
emisset, & hoc casu non est disce-
dendum ab allegata praxi *Couar. re-*
sol. lib. 1. cap. 3. n. 11. vbi tradit ad-
uertendum esse à Iudice, quòd licet
aliquando læsionis quantitas grauis
in se dici possit, respectu tamen to-
rius summæ; cui præiudicaretur, si
conuentio rescinderetur talis læsio
diceretur modica, & consequenter
non attendenda, vt patet, si minor
diceret se læsum in conuentione facta
de mille aureis; in aureis 50. nam li-
cet 50. aurei in se non sint quantitas
modica, respectu tamen 1000. au-
reorum læsio erit modica. Hanc etiam
sequitur praxim *Menoch. de arb. iud.*
lib. 2. cent. 1. cas. 75. Crot. cons. 198.
num.

num. 15. *lib.* 2. *Bero. in cap. cum dilecti num.* 55. *de empt. & vend. & in cap.* 1. *n.*82. *de rest. in integr.* in his quoque terminis explicant dispositionem *l. scio ff. de rest. in integr.*

Vel minor læditur in conuentionibus, &
67 pactis non correspectiuis, sed simplicibus, & in quibus nihil recipit, sed de suo erogat, videlicet donat, renunciat, remittit, vel aliquid gratis cedit. Et in casu quia non potest considerari aliqua quantitas læsionis respectu rei ad rem, eò quòd nihil recipitur vndè computatio fieri possit; consideranda est qualitas læsionis rei respectu personæ, idest an quod minor de suo patrimonio minuit, attenta qualitate ipsius minoris, & quantitate eius patrimonij dici possit quid minimum, magnum, vel mediocre; nam licet minor semper in totum dicatur læsus, cum aliquid de suo patrimonio erogat, nihil è contra recipiens, & hoc ipso respectu considerari semper possit enormissimè læsus; quia qui in totum læditur proculdubio ænormissimè læditur *Curt. in l. admonendi n.*379. *de iur. iuran. Menoch. de arbitr. q* 70. *n.*17. Quoad qualitatem tamen sui patrimonij, adeò mo-
68 dicum errogatum esse potest, quòd læsio dicatur minima. Quapropter si minor contra rem à se donatam in integrum restitutionem petat. Iudex considerare debet, qualitatem personæ donantis, & donatarij, quantitatem patrimonij ipsius minoris, & donationis. Si verò rem donatam talis, quantitatis inueniat, vt attenta nobilitate, & facultatibus minoris, modicum damni ei attulerit; non restituat; eò quòd minor fecit, quòd vir quilibet nobilis fecisset, actum liberalitatis cum modico sui damno exercendo, & consequenter se virtuosè gerendo. Quòd si minor rem
69 suã vsucapi permisisset, quia in casu se prudenter gessisse dici non potest, nec actum virtutis, sed negligentiæ exercuit, hoc casu absque altera inspectione qualitatis, vel quantitatis, restituendum puto, nam semper enormissimè læsus dicetur. Et ita distinguendo pertranseundum adiudico in confuso hoc pelago præmissarum quæstionum, quas disertè examinat *Odd. d. quæst.* 4. *art.* 13.

ARGVMENTVM

De impedimentis restitutionis in integrum, stantibus solemnitatibus adhibitis ab ipso minore, in actu contractus.

SVMMARIVM.

1 *Restituitur minor aduersus læsionem quam patitur etiamsi cum interuentu Tutoris, vel Curatoris contraxerit.*

2 *Minor læsus sine cum ipso, siue cum eius Tutore res gesta sit restituitur.*

3 *Minor restituitur aduersus distractionem bonorum factam à Tutore bona fide, & vrgentibus creditoribus.*

4 *Procedit etiam si Pater filij emancipati esset Tutor, vel Curator.*

5 *Restituitur minor etiam adhibito Curatore, vbi adest statutum quod sine alterius consensu contrahere possit.*

6 *Minor restituitur, non obstante quod contra Tutorem, vel Curatorem regressum habeat.*

7 *Restituitur Ecclesia læsa non obstante interuentu Prælati, vel Syndici in actu per ipsam celebrato.*
Idem si per gestum à suo Procuratore Ecclesia læsa sit.

8 *Consanguineorum præsentia adhibita in contractu minoris non impedit restitutionem.*

9 *Minor contrahens iussu Patris, si læsus sit restituitur.*

10 *Patris præsentia, & Iudicis decretum in contractu minoris non impedit restitutionem, si constet de læsione.*

11 *In minore, qui iussu Patris mutuum contraxit restitutio cessat.*

12 *Amicorum præsentia in actu à minore celebrato non impedit restitutionem.*

13 *Minor aduersus gesta per eius procuratorem, si sit soluendo, non restituitur.*

14 *Secundum aliquos præsentia Principis in actu à minore celebrato facit cessare restitutionem.*

15 *Refertur opinio DD. asserentium Principis præsentiam in actu minoris exclude-*

cludere restitutionem; referetur etiam opinio contraria.

16 *Conciliantur opiniones circa exclusionem læsionis ob Principis præsentiam.*
Principis præsentia in contractu, vbi de ipsius Principis interesse agitur læsionis præsumptionem auget. ibidem num. 16.
Principis præsentia, qua interuenit actui à minore facto ad ipsum auctorizandum, & læsionis præsumptio exclusiua locum habet. ibid. n. 16.

17 *Minori petenti restitutionem ad probandam læsionem non obstante præsentia Principis in contractu ab ipso facto; danda est restitutio.*
Præsumptio quòd Principis præsentia læsionem excludat non est ita iuris & de iure, quia admittat probationes in contrarium. ibid. n. 17.

18 *Minori læso datur restitutio aduersus contractum inualidam ex gratia à Principe confirmatum.*

19 *Ecclesia læsa restituitur aduersus contractum, ex qua læsa sit non obstante Principis auctorizatione, & præsentia.*

20 *Interpositio decreti in contractu minoris, si læsus sit restitutionem non excludit.*
Vbi constat de Iudicis decreto non præsumitur deceptio, & læsio. ibidem num. 20.

21 *Vbi de læsione constat decretum Iudicis nihil operatur.*
Præsumptio exclusiua fraudis proueniens ex Iudicis decreto non est præsumptio iuris, & de iure vade; admittit probationes in contrarium. ibidem num. 21.

22 *Decretum interpositum à Iudice non perfunctoriè vt passim Iudices facere solent, sed præcedente plena causæ cognitione impedit restitutionem.*

23 *Ecclesia læsa restituitur non obstantibus solemnitatibus in actu per ipsam gesto adhibitis.*

24 *Iudicis decretum interpositum super ætate minoris impedit restitutionem.*

25 *Declaratio Iudicis, quod minor maior statius facit inter omnes.*

26 *Audiri debet minor restitutionem petens ad probandum super eius ætate sententiam perperam latam fuisse.*

27 *Restituitur minor si aduersarius ipsum esse minorem sciebat, cum eo tamen vti maiore contrahere voluit.*

28 *Consanguinei minoris præsumuntur de statu ætatis illius informati, & secus dicentes ignorantiam probare debent, secus si sint extranei.*

29 *Iudicis decretum super solutione facta, minori restitutionem excludit.*
Emere à minore cum decreto Iudicis est actus facultatiuus, soluere verò, est actus necessarius. ibid. n. 29.

30 *Quid obseruare debeant debitores in solutione minori facienda exprimitur.*

31 *Restituitur minor etiam si sit in iudicio legitimè defensus.*

32 *Remedium appellationis non tollit beneficium restitutionis.*

CAPVT IV.

Beneficium restitutionis in integrum iure minorum introductum, in casu læsionis minoribus competere satis patet ex dictis in præced. Cap. Vndè videndum occurrit de specialibus impedimentis eiusdem Beneficij restitutionis, minoribus læsis competentis. An scilicet cesset vbi minor in ipso actu à se celebrato, certas solemnitates adhibuit contrahendo scilicet cum Tutoris, vel Curatoris consanguineorum, aut amicorum præsentia, interuentu, vel consensu. Prout si non per se, sed per Procuratorem egit; vel ab eo gesta, Principe præsente, aut cum interpositione decreti Iudicis facta sunt. Vel denique, quia in iudicio legitimè defensus fuisse constat.

Et quidem quòad primum. Dico non
1 obstante præsentia, & interuentu Tutoris, & Curatoris, minori læso restitutionem in integrum competere, vt apertè colligitur ex *l. 2. C. si Tut. vel Curat.* ibi: *Minoribus annis viginti-quinque etiam in his, quæ præsentibus Tutoribus, vel Curatoribus in iudicio, vel extra iudicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumuenti sunt, placuit.* Et ex *l. fin. ff. de rest. in integr.* ibi: *Quòd minores annis etiam qui per tutores curatoresue suos defensi sunt, nihilominus in integrum contra rempublicam restituuntur.* Varijs quoque rationibus probat

bat *Odd. de rest. in integr. part.1.q.22. art.1.* vbi multas etiam ampliationes refert.

Sic igitur siuè cum ipso pupillo, siuè
2 cum ipso Tutore principaliter, pupilli tamen nomine res gesta appareat, minor læsus in integrum debet restitui *l. fin. C. si adu. rem iudic. vbi communiter DD. & Iacobin. de S. Georgio in l.1. C. si Tut. vel Curat.*

Quod & dicendum vbi Tutor bona fide,
3 vrgentibus nempè creditoribus pupilli bona distraxisset, habemus text. ad literam *in l. Tutor 47. ff. de minor.* ibi: *Tutor vrgentibus creditoribus, rem pupillarem bona fide vendidit; Quæro cum vrgentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris meritò quippiam dici potest, an pupillus in integrum restitui potest? Respondi cognita causa æstimandum: nec idcirco si iustum sit restitui, denegandum id auxilium, quòd tutor delicto vacaret.* Docet *Paul. de Castr. in d. l. 1. C. si Tut. vel Cur. Innoc. in cap. suscitata de rest. in integr.*

Nec non procedit vbi ipse Pater, qui
4 pupillum, vel adultum emancipauit eiusdem esset Tutor, vel Curator. Nam quamuis Patris præsentia præsumptionem læsionis excludat. *Alber. in l. etiam ff. de minor.* Attamen in integrum restitutio ei negari non debet vt per text. *in l. etiam ff. de minor. affirmat Odd. d. art.1. nu.8.* vbi & refert auctoritatem *Iacobin. de S. Georg. in d. l.2. C. si Tut. vel Curat.*

In fortioribus etiam terminis idem affir-
5 mo, vbi adesset statutum quòd minori sine alicuius consensu contrahere permitteret, etsi enim curatorem adhibeat, restituitur *Bald. in l. 1. C. si de mom. poss. fuer. appell. & ibi Salyc.*

Quæ omnia incontrouertibiliter proce-
6 dunt non obstante, quòd minor contra Tutorem, vel Curatorem regressum habeat *l. etiam C. si Tutor vel Curat.* ibi: *Etiam in his, quæ minorum tutores, vel curatores malè gessisse probari possunt: licèt personali actione à tutore, vel curatore ius suum consequi possint: in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem minoribus dari iam pridem placuit*, accedunt *l.2 C. si adu. pign. l. Imperatores ff. de minor.* & passim notant scribentes, quos hic congerere vanum est, cum habeamus expressa iura. Vid. *Odd. d. q. 22. art. 3.* vbi hanc Conclusionem varijs ampliationibus, & limitationibus exornat.

Quod dictum est de minore, dicendum
7 venit in Ecclesia, quamuis in actu ab ipsa celebrato Sindici, vel Prælati præsentia interuenerit *cap.2. de rest. in integr. vbi Card. in §. nos tua.* Vel si per gestum à suo Procuratore læsa sit. *gloss. in cap. cum venissent verbo restituimus, vbi & Alber. nec non in cap.2. vbi Card. in §. nos verò extr. de restit. in integr. Riminald. cons. 315. num.20. lib.2.*

Quòad secundum, dico consanguineo-
8 rum præsentiam in contractu per minorem celebrato adhibitam non impedire beneficium restitutionis in integrum, ità *text. in l. etiam si patre ff. de minor.* ibi: *Etiam si patre, eodemque tutore, auctore pupillus captus probari possit: curatorem postea ei datum, nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi.* Notant etiam communiter scribentes, vt testatur *Mauric. cap. 145. Panthal. de Crema in repet. l. 2. num.108. C. de rescind. vendit.*

Quinimò etiam si iussu consanguineo-
9 rum, & in specie ipsiusmet patris minor contraheret, si ex hoc læsus sit, restituitur, ità text. *in l. Denique 3. §. sed vtrum.* ibi: *Proindè si iussu patris obligatus sit ff. de minor.* & ibi omnes, est etiam text. *in l. 1. vbi Arct. C. de filio fam. min.*

Nihilque refert si etiam cum Patris pre-
10 sentia Iudicis decretum interuenisset, vt explicat *Bero. cons. 59. num. 20. lib. 3.* Et solum in casu quo filius familias mutuum, patris iussu, contraxit re-
11 stitutio cessat *text. est ad literam in d. l. denique §. sed vtrum vers. si igitur filiusfamilias.* ibi: *Excepta mutui datione: in hac enim, si iussu patris mutuam pecuniam accepit non adiuuatur ff. de minor. vbi gloss. Bart.* & omnes *& in l. 2. C. si adu. cred.* de mutuo vide quæ dixi supra *cap.2.* & notata per *Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 1.* Vbi examinat, an priuilegiatis ex capite læsionis in mutuo semper restitutio competat.

Quòad tertium, dico amicorum præ-
12 sentiam, quæ actui à minore celebrato

brãto interuenit non præcludere viã restitutioni in integrum. Nam etiam iis admissis, quæ de singularibus amicitiæ effectibus, quòad iuris dispositiones congerit *Tiraquell. tract. de pænit. remitt. caus* 22. quòd non operatur Patris præsentia, stultum esset dicere operari per amicorum interuentum, nullus enim melior amicus patre, & ità in specie alios referens tenet *Rebuff. Tit. de restitut. in integr. art. 2. gloss.* 4. *num.* 31. Est etiam clara ratio, quòd amicorum præsentia quamuis faciat cessare præsumptionem metus, non tamen sequitur quòd vbi metus non interuenit minor non dicatur læsus, dari enim potest casus quòd cessante dolo, & metu, lædatur propria imprudentia.

Quòad quartum, dico minorem non re-
13 stitui aduersus ea, quæ eius procurator gessit, & ex quibus læsionem patitur *Text. est in l. cum mandatum ff. de minor.* vbi *Paul. I.* C. restitutionis ope, solum minori succurrendum dicit, si procurator non sit soluendus, ità etiam docent *Azo. in rubr.* C. *de rest. in integr. num.* 5. *Card. in cap.* 2. §. *nos verò extr. eodem Iacob. de S. Georg. in l.* 2. *n.* 7. *C. si Tut. vel Curat.* & quidem quòad dispositionem iuris, & DD. auctoritates dubitandum non est de veritate huius sententiæ, iuxta quam firmandam esse regulam aduertit *Odd. de rest. part.* 1. *q.* 82. *art.* 5. *num.* 35. *in fin.* exornans quæstionem hanc per totum articulũ varijs doctrinis, & limitationibus ponens regulam ad cognoscendam differentiam, quæ est inter administratores necessarios, vt sunt Tutores, & Curatores, & inter voluntarios, vt sunt Procuratores.

Quòad quintum, dico graues hinc in-
14 dè esse rationes, & DD. auctoritates, quarum aliæ suadent, quòd Principis præsentia, quæ interuenit actui à minore celebrato cessare faciat restitutionem in integrum. Alteræ verò negatiuè.

In primam sententiam inclinant *Arch.*
15 *in Andr. in cap.* 1. *de pact. in* 6. *Abb. cons.* 36. *lib.* 2. *Alex. cons.* 240. *lib.* 6. *Aymon. cons.* 5. *lib.* 1. *Bursatt. cons.* 78. *n.* 1. *&* 2. afferentes principis præsentiã facere cessare præsumptionẽ læsionis.

Secundam sententiam scilicet negatiuam tenet *Alciat. cons.* 369. *num.* 6. *&* 7. Vbi de restitutione Lanthgrauij aduersus consensum in sui præiudicium præstitum dum esset minor.

In hac autem opinionum varietate
16 ità ratiocinandum & dicendum puto. Vel in contractu, cui Principis præsentia accedit, de ipsius Principis interesse agitur, & in casu Principis præsentia, ne dum læsionis præsumptionem tollit, sed ipsam auget. Vel non agitur de interesse Principis, sed interuenit actui à minore facto, ad ipsum actum auctorizandum, & in casu, si quærimus an inducatur præsumptio exclusiua læsionis, de hoc pro certo dubitari non potest, & ità benè procedit opinio *Archid. Alex. & Aym.* Si verò quærimus. An ex hoc minor læsionem probare intendens, non obstante Principis præ-
17 sentia, restitutionem in integrum petere impediatur. Dico minorem esse audiendum, quia huiusmodi præsumptio non ita est iuris, & de iure, quòd non admittat probationes in contrarium, quare probata læsione minori etiam in casu competit, & hoc modo procedit sententia *Alciat.* & ità remanent conciliatæ opiniones ex diametro pugnantes.

Quin & nota quòd etiam aduersus con-
18 tractũ minoris inualidum, à Principe ex gratia confirmatum, minori læso restitutio denegari non potest, ita in specie determinat *Curt. iun. in l. more num.* 43. *ff. de iurisd. omn. iud. per text. in l. si quidam C. de prad. minor*

Quodque de minori dico militat in
19 contractu inualido ab Ecclesia stipulato, vt singulariter dixit, *Bellam. decis.* 502.

Quòad sextum, dico Iudicis præsentiam,
20 & interpositionem decreti super actu à minore facto, non excludere restitutionem, si ex tali actu minor læsus sit. Aliud enim est tollere suspicionem læsionis, aliud beneficium restitutionis. Nam licet non præsumatur deceptio, vbi decretum Iudicis interuenit, *l.* 1. *C. de pred. decur. lib.* 10. si tamen de ea aliter constet Iudicis decretum nihil operatur, quia hoc iuris tantum præsumptionem inducit, quod

K minor

minor læsus non sit, quæ præsũptio cũ
21 non sit, iuris, & de iure probatio in cõtrarium admitti debet. Hæc autẽ diligenter nota, quia confirmant dicta in cõclusionibus præcedẽtibus, & singulariter docent *Abb. in cap. constitutus. num. 8. de rest. in integr. Alciat. tract. præsumpt. part. 2. num. 19. Socin. iun. cons. 59. num. 4. lib. 4.* Habemus etiam textum expressum *in l. si quidem C. de præd. min. & in l. 2. C. si adu. vend. in l. 2. C. de fideiuss. min. & in l. si res ff. de min.* & passim admittunt *DD. glos. in l. ait Prætor §. permittitur. ff. de min. Bart. Paul. de Castr. Bal. & Fulg. in dicta l. 2. C. de fideicom. min. Aret. l. 1. C. eodem Ias. in l. exigen. num. 25. C. de procurat. & in Auth. Sacramenta C. si aduer. vend. Sapia in l. de ætate num. 9. ff. de minor. Butigell. in l. is cui bonis num. 20. ff. de verb. obl. Affl. const. regn. lib. 2. rubr. 38. num. 23. Abb. in cap. cum causa n. 6. de empt. & vend. & in cap. constitutus num. 8. de rest. in integr. De Amicis cons. 33. num. 26. Gozad. cons. 44. num. 4. Crot. cons. 198. num. 6. & seq. lib. 2. Bero. cons. 32. num. 42. lib. 2. Bertrand. cons. 363. num. 12. lib. 3. Simoncell. tract. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 3.* ad quem reuertendum est in casu controuersiæ, plura enim tradit ad concordiam, quorum multa repetit *Odd. dicta quæst. 22. art. 9. per tot.* prudenter aduertens *nu. 62.* quòd limitationes præpositæ conclusionis, quibus concluditur, interpositionem decreti iudicis impedire restitutionem, dumtaxat procedunt, si
22 decretum plena causæ cognitione præcedente sit interpositum, non autem si perfunctoriè, & repentinè, vt passim Iudices facere solent, quòd & singulariter docet, *Corn. Cons. 98. num. 2. lib. 1.* Quod itidem attentè nota, & in praxi inuiolabiter serua.

Quòd de minore dictum est procedit in
23 Ecclesia, quæ si læsa sit, etiam in alienatione facta debitis concurrentibus solemnitatibus restituitur, *Guid. Pap. decis. 159. plene Gemin. in cap. fin. num. 7. extr. de reb. Eccl. non alien. Alber. ad l. magis puto §. pupillus. n. 8. ff. de reb. eorum.*

At quoniam Iudicis decretum, & acce-
24 dere potest actui per minorem celebrato, & interponi potest super ætate ipsius minoris, videndum est, vtrum hoc casu, in integrum restitutionem impediat, & dico impedire restitutionem, quòd clare notat text. *in l. minor. adita §. fin. ff. de min.* & hic communiter DD. *Sapia in repet. l. de ætate. n. 9. ff. eodem Simoncell. de decret. dicto lib. 3. tit. 7. n. 10.*

Probatur etiam euidenti ratione, quia
25 declaratio facta per Iudicem quòd minor maior sit, inter omnes ius facit, vt notat *Bart. in dicta l. de ætate* & quidem iniqua res esset, quòd auctoritate Iudicis omnes deciperentur credentes contrahere cum maiori. arg. *l. Barbarius ff. de off. Prætor. l. si quis patrem familias ff. ad Macedon. & l. 2. ff. de iniur.*

Quòd si minor plenè, & clarè probare,
26 se offerret perperam fuisse latam sententiam super eius ætate; hoc casu limitanda est communis regula, & audiri debet. *Alb. in d. l. minor ff. de minor.* vbi testatur se ita obtinuisse *per l. fin. C. si minor se mai. dix.*

Prout etiam limitanda erit si aduersarij
27 illum minorem scientes, adhuc cum eo, vti maiore, contrahere voluerunt *dicta l. minor. adita ff. de min.* vbi scribentes: sed dices forsan, qui scientiam probabit? quæstionem hanc de medio tollit *Bart. ibi*: dicens, quòd vel contrahentes cum minore sunt consanguinei eiusdem, & præsumitur
28 scientia, vnde probare tenentur ignorantiam. Vel sunt extranei & secus dicendum. *arg. l. de Tutela C. de rest. in integr.*

Ex his etiam quæritur si Iudex solutione
29 minori facta decretum interponat, per hoc integrum restitutio exclusa remaneat. Et respondendum affirmatiuè, diuersum enim est decretum interponere super alienationibus; alijsque actibus, siue contractibus minorum; & imponere necessitatem aduersario minoris vt ei soluat, nam emere à minore rem cum Iudicis decreto alienare permissam, est actus facultatiuus; soluere verò minori cum decreto Iudicis, est actus necessarius, vnde iniquum esset, si rursus post solutionem molestari posset, & ad denuo soluendum cogi, nulla enim securior excusatio, quàm iussus Iudicis, cui resistere non possumus. Habemus literalem textum *in l. ait prætor.* §. per-

§. *permittitur ff. de minor.* ibi : *Quid tamen si Prætor decernat soluendam pecuniam minori ; siue curatoribus & soluerit , an possit esse securus dubitari potest . Puto autem , si allegans minorem esse , compulsus sit ad solutionem nihil ei imputandum . Sed credò Prætorem , hunc minorem in integrum restitui volentem , auditurum non esse .* Ita etiam docent communiter scribentes. & *Bart. in l. 2. C. de fideicom. min. gloss. in l. iusiurandum* §. 1. *verbo debet ff. de iniur.* & confirmatur per text. *in l. constitutionem & l. sancimus C. de administrat. & l. pen. in fin. C. ad Trebell.*

Sed cautum existimo in casu ad euitan-
30 dum litium cauillationes , quòd debitor minoris coram Iudice protestetur , ne minor pecuniam dissipet , in rem stabilem inuestiandam , aliàs non vult ipsam soluere , nisi in casu assecurationis à molestia restitutionis in integrũ, & hoc adnotare debent Aduocati , & Notarij , vt aduertit, *Bart. in dicto* §. *permittitur Paul. de Cast. in l. 1. num. 3. C. adu. solut. Card. Alban. in rubr. de minor. num.* 13. & est communis Theorica de qua testatur , *Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 13. num. 4.*

Quòad vltimum denique, dico non ex
31 eò quòd minor in iudicio legitime defensus fuerit, non esse in integrum restituendum , vt ad literam docent verba text. vbi omnes communiter , *in l. fin. ff. de rest. in integr.* ibi : *quòd minores annis , etiam qui per tutores , curatoresue suos defensi sunt , nihilhominus in integrum contra rempublicam restituuntur* tradit *Ias. in l. cum quidam. ff. de acquir. hæred. Boer. decis. 79. num. 5.* & ratio est euidens, quia legitima defensio pro minore adhibita , non tollit quin adhuc læsus esse possit , vel propria incuria , vel Iudicis
32 iniustitia, nec remedium appellationis tollit beneficium restitutionis , vt hic notat , *Odd. part. 1. quæst. 22. art. 12.* per totam vbi hanc quæstionem latè disputat , & varijs notabilibus exornat .

ARGVMENTVM

De impedimentis restitutionis in integrum ex qualitatibus ipsius minoris prouenientibus.

SVMMARIVM.

1 *Non restituitur minor, in quo malitia supplet ætatem .*

2 *Si minor sit solitus alios in contractibus decipere, malitia in eo ætatem supplere dicitur .*

3 *Minor qui bene solet sua negotia gerere , si læsus sit restituitur .*

4 *Minor matriculatus in aliqua arte in spectantibus ad illam artem, non restituitur ex edicto minorum .*

5 *Est præsumptio iuris , & de iure quòd in aliqua arte matriculatus , in pertinentibus ad illam artem ætatis defectu non decipiatur .*

6 *Contra præsumptionem, quæ est iuris, & de iure , non admittitur probatio in contrarium .*

Non restituitur minor nisi probata læsione ex fragilitate ætatis ibidem numer. 6.

Reprobatur sententia , qua minori in aliqua arte matriculato restitutionem ex edicto minorum competere asseritur ibid. num. 6.

7 *Audiendus est minor matriculatus in aliqua arte , si restitutionem petat ex clausula generali .*

Contra præsumptionem iuris, & de iure , admittitur restitutio ex clausula generali; ibid. num. 7.

8 *Minori industrio competit beneficium restitutionis .*

Sola industria non impedit restitutionem , sed tunc solum si de ipsa constet apud acta publica , ibidem numer. 8.

Impetrata ætatis venia , industria restitutionem impedit ibid. nu. 8.

9 *Minor peritus in arte vduersus negotia eiusdem artis non restituitur . Miles deceptus in emptione equi ; Agricola in emptione fundi non restituitur, ibidem num. 9.*

10 *Restitutio competit minori decepto in altera arte ab ea, quam profitetur.*

11 *Diligens in actibus difficilibus talis à fortiori præsumitur in facilibus.*
Lapsus minoris in spectantibus ad artem propriam, vel alteram faciliorem restitutionem excludit, ibidem numer. 11.

12 *Lapsus circa peritiam alicuius artis, seu exercitij ab eo, quod quis profitetur restitutionem non excludit.*
*Vir excellens in arte difficillima, ignorat vt plurimum præcepta artis facillima, ibid. nu.*12.

13 *Minor lapsus circa peritiom artis facilioris ab ea, quam profitetur restitui debet.*

14 *Minor mercator in arte mercaturæ deceptus non restituitur.*

15 *Mercator dicitur, qui maiorem suarum fortunarum partem negotiatur.*

16 *Minor Notarius, in Notariatu deceptus non restituitur.*

17 *Minor Doctor in spectantibus ad Doctoratum deceptus non restituitur.*

18 *Reijcitur dictum,* Odd. de rest. qu. 23. part. 1. art. 7.

19 *Minor Doctor deceptus in his, quæ iuris peritiam non respiciunt debet restitui.*

20 *Iuris periti de omni officio, atque negotio respondere debent.*
Doctores in iure excellentes, in reliquis negotijs inepti sunt, ibidem numer. 20.

21 *Minor Doctor factus ex causa necessaria deceptus in iurisperitia restituitur.*

22 *Cessat beneficium restitutionis in minore ad publicum officium propter eius merita principaliter, non in subsidium assumptum.*

23 *Minor, qui vti scholaris iuri operam dat non excluditur à restitutione: minor restituitur aduersus emptionem librorum malæ impressionis, vel carieri pretio factam, ibid. nu.* 23.

24 *Scholaris operatur sine consilio, & calore iuuenili ducitur.*

25 *Restituitur minor, quamuis à lege, vel statuto habeatur pro maiori.*

26 *Restitutio non dicitur prohibita sub dispositione generali, quia est iuris remedium extraordinarium.*

27 *Statutum dicens, quòd in omnibus, & per omnia, minor pro maiori habeatur restitutionem non excludit.*

28 *Statutum fingere potest, quòd, qui est minor, sit maior,* quòd intellige vt dicitur in n. seqq.

29 *Statutum fingens minorem, maiorem; non habet locum in alienatione bonorum.*

30 *Vbi statutum declarat minorem ætatem non progredi vltra viginti annos, ab annis viginti completis, prohibitio restitutionis locum habere incipit.*

31 *Idem operatur abbreuiatio ætatis facta per statutum, ac impetratio veniæ ætatis.*

32 *Vbi contractus per se est nullus dispositio statuti abbreuians minorem ætatem locum non habet.*

33 *Reijcitur sententia Ioannis And. in Addit. ad Spec. Tit. de rest. in integr. §. si quis autem.*

34 *Statutum dicens, quòd contractus à maiore* 18. *annorum facti sint validi, impedit restitutionem.*
Per Verba effectum sortiri debeat, *annexa contractui facto à minore restitutio sublata censetur, ibidem numer.* 34.

35 *Restitutio non censetur prohibita per verba generalia statuti dicentis, quòd maior* 20. *annis, ea omnia facere possit, ac si esset maior* 25.

39 *Statutum disponens quòd maior Annis* 18 *sine Curatoris auctoritate contrahere possit, non tollit restitutionem.*

37 *Si lex vel statutum ratum habeat, quòd à maiore* 18. *annorum fit, ex edicto minorum restitutio prohibita non dicitur.*
Ratificatio actus non excludit restitutionem, ibid. nu. 37.

38 *Princeps certa scientia à minore gestū confirmans, non ei restitutionis beneficium tollit.*

39 *Venia ætatis impetratio ex edicto minorum restitutionem tollit.*

40 *Hoc intellige de Venia ætatis solemniter impetrata, aliàs secus.*
Quæ sit solemnis forma impetrādi veniam ætatis exprimitur, ibidem numer. 40.

41 *Venia ætatis facit maiorem quòad contractus, non vt quis pro maiori habeatur, quòad pœnas.*

42 *Minor, qui impetrata venia ætatis non*
vult

vult pro maiori censeri aduersus talẽ impetrationem, restitutionem petere debet.

43 *Aduersus impetrationem veniæ ætatis publicè & palam facta minor, qui pro maiori haberi non vult restituitur.*

Restitutio non est necessaria in impetratione veniæ ætatis priuatim facta, ibid. num. 43.

44 *In his, quæ specialem decreti interpositionem, exigunt impetratio veniæ ætatis, restitutionem non excludit.*

45 *Refertur limitatio* Paul. de Castr. in l. 2. n. 9. C. de his qui ven.

46 *Minor Pater familias restituitur aduersus contractus, in quibus læsus est.*

47 *Filiorum numerus ætatem supplere dicitur in fauorabilibus, & non in odiosis.*

48 *Minor Princeps, si læsus sit restituitur.*

49 *Minor, qui sine dolo, & iuramento se maiorem dixit restituitur, aliàs secus.*

50 *Mulieres, quæ se nuptas negant virilem habitum induunt, vel rem non esse dotalem asserunt, si dolo non faciant restituuntur aliàs secus.*

51 *Minor, qui cum iuramento se maiorem dixit non restituitur.*

52 *Minori iuranti non se maiorem specificè, sed generaliter omnia & singula in instrumento contenta esse vera non denegatur restitutio: reijcitur sententia,* Paris. cons. 97. n. 88. lib. 1. ibid. num. 52.

Quomodò dispositio l. si alterius C. si min. se mai. dix. *locum habeat explicatur remissiuè* ad Odd. de rest, q. 24. art. 4. per tot. ibid. nu. 52.

53 *Minor, qui cum dolo se maiorem dixit non restituitur.*

54 *Iura subueniunt deceptis, non decipientibus.*

55 *Vbi minor, & eius Aduersarius sunt in dolo, non excluditur restitutio.*

56 *In re pari magis succurritur minori, quàm aduersario.*

Dolus cum dolo compensatur, ibidem num. 56.

57 *Minor dolo aduersarij inductus ad se maiorem dicendum restituitur.*

58 *Etiam si cum iuramento se maiorem dixisset.*

59 *Vbi dubium est quisnam fuerit in dolo, minor, vel aduersarius, restituitur minor.*

60 *Minor admissus ad probandum quòd non erat maior, cum se talem dixit, quamuis non esset admittendus: si minoritatem plenè probauit debet restitui.*

CAPVT V.

EX qualitate personæ ipsius minoris, quædam etiam considerant DD. quæ beneficium hoc in integrum restitutionis excludere possunt, puta, si malitia ætatem suppleat, si sit industrius, peritus, sapiens, Doctor, vel à lege, aut statuto vti maior consideretur, ætatis veniam impetrauerit; sit Pater familias, vel Princeps, se maiorem dixerit, quæ omnia breuiter exponere aggredior iuris veritatem perqnirens, non ingenij pruritum persequens.

Dico igitur ad primum, denegandam
1 esse in integrum restitutionem minori cuius malitia ætatem supplet. Text. est in *in l. 3. C. si minor se mai. dixe.* ibi: *Cum malitia suppleat ætatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionibus, quàm rescriptorum auctoritate denegari statutum est.* Probatur etiam palpabili ratione, quia hoc beneficium introductum fuit ad subueniendum lapsis imbecillitate consilij, quæ legis ratio cessat in minore cuius malitia ætatem supplet. docet autem *Grat. cons. 46. nu. 16. & seq. lib. 1.* tunc dici malitiam su-
2 perare ætatem, quando minor in contractibus alios decipere solitus esset, quòd est notabile.

Ad secundum. Dico simplicem indu-
3 striam minoris, eo quia scilicet bene solet sua negotia gerere non impedire in integrum restitutionem, si se læsum probet; dixi simplicem industriam, quia distinguendum puto inter industriam minoris, publicè in actis redactam, & industriam simplicem de qua publicè per acta non constat. Nam
4 si sermo sit de industria minoris publicè, redacta in actis, quia scilicet minor descriptus fuit in matricula illius artis, in qua consilij imbecilitate se læsum dicit, certi iuris est, minorem in casu audiendum non esse; nam hæc est præsumptio iuris, & de iure,
5 quòd matriculatus in aliqua arte, inspectantibus ad illam artem, non decipiatur

piatur ætatis defectu, *l.1.C.qui & adu. quos*. Quare cum contra præsumptio-
6 nem, quæ est iuris,& de iure non admittatur probatio in contrarium *l. fin. C.ad Maced.l.fin. C.ad Velle.l. fin.C.de Arb.* Consequenter,sequitur neq; restitutionem in integrum admittendam esse, quæ non datur nisi probata læsione ex fragilitate ætatis in minore. Vnde quicquid dicant *gloss. in l. 1. C. qui & adu. quos & ibi Bald. numer. 1. Pau.de Cast.num.4.& 5.Fulgos.& Ang. in princ.* asserentes minori in casu in integrum restitutionem adhuc competere communis DD. sententia stat in contrarium vt docent *Saly. Pet. Cyn.& Bart.in d.l.1.num.2. Idem Bart. in l. professio C. de mu.patrim.& in l.sed & reprobari.ff. de excusat.Tut. Straccha tract.de mercat.part.3. num.26.Rom. in l.si verò §.de viro. num.37.ff. sol.matr. Aret. in l. minoribus C.de rest.in integr. Angel.in l.eiuitas ff.si cert.petat. Marsil. in l.infans num.4.ff.de sicar. Rom. cons. 318. num. 2. Abb. in cap. constitutus de rest. in integr. Alciat. de præsumpt.part. 2. numer. 17. Viuius in commun. opin. verbo Doctor Azo. in Rubr. C. de rest. in integ. num. 7.* Et quidem si minori in aliqua arte matriculato, in integrũ restitutio competeret, dicendo se læsum in spectantibus ad ipsammet artem,publica quodammodo auctoritate deciperentur cum ipso contrahentes, cum & publica sit eius professio *l.1.C.de his qui ven. ætat.*

Concludendum ergo, audiendum non
7 esse minorem industrium matriculatum, restitutionem in integrum petentem, ex edicto minorum; nam si restitutionem peteret ex clausula generali, quia non amplius fundat restitutionem in imbecillitate consilij, sed in æquitate facti audiendus esset, nam & contra præsumptionem iuris, & de iure licet probatio in contrarium non admittatur, admittitur tamen restitutio ex clausula generali,vt notat *Bart.cum alijs in l.inter stipulantem §.1.ff.de Verb.oblig. quem refert & seqq. Alciat. in 2. part. præsumpt. num. 18.* Et in hoc sensu limitationem recipit expressa conclusio, & secundum hanc limitationem procedere potest dictum *gloss.Bald.Paul.deCastr.Fulgos. & aliorum in d.l.1. C. qui. & adu.quos.*

Si verò sit sermo de industria minoris,
8 de qua non constat per acta publica, quia scilicet non est matriculatus in aliqua arte, beneficium restitutionis in integrum impeditum non remanet, vt euidetur deducitur *ex l.2. C.de his qui ven. ætat. impetr.* vbi sancitur huiusmodi ętatis veniam adolescentibus dumtaxat industriosis esse concedendam; Vnde sequitur, quòd sola industria, restitutionem non impediat, sed tunc solum cum impetrata fuerit ætatis venia. Docent etiam Doctores communiter, quos pleno calamo supra retuli, & singulariter, *Bellapertic.in d.l.1.C.qui,& adu.quos.*

Sic igitur vbi minor peritus esset in ali-
9 qua arte, si lapsus sit circa negotia illius artis, cuius exercitium nororiè facit; restitutionem petens non audiatur. *Ita gloss. in d. l. 1. & ibi Bart. num. 4. C. qui & adu. quos Rom. cons. 318. docet Sarmient. select. interpret. lib. 3. cap. 12.* tradens non dandam restitutionem militi veterano, si decipiatur in emptione equi, nec agricolæ si in emptione fundi. Hinc
10 & notant præcitati DD. quòd si minor deceptus sit in alia arte ab ea, quam profitetur, restitutionem ei competere; sed generalem hanc regulam limitandam puto, vbi industria & peritia minoris esset in arte difficili, & lapsus consisteret circa negotium artis facilioris; nam hoc casu restituendum non esse existimo. Quia qui est diligens in actibus, & exerci-
11 tijs maioribus, talis à fortiori præsumitur in minoribus. *Bald. in d.l.1. C. qui & adu. quos*. Dic ergò, quòd si lapsus consistat in emptione, venditione, permutatione alijsque pactis, & obligationibus respicientibus artem propriam, vel alienam faciliorem, ratio *Bald.* indubitatè proce-
12 dit. Si verò lapsus consistat circa peritiam ipsius artis, seu exercitij, secus dicendum est, nam artium præcepta sunt diuersa, & separata, & vir excellentissimus in aliqua arte difficillima, vt plurimum ignorat, quæ pertinent ad artem facillimam. Quapropter vbi minor lapsus esset circa peritiam alicuius artis, longè etiam
13 facilioris ab ea, quam profitetur si restitutionem petat audiendum puto.

Ex

Ex his fit conclusio quòd minor mercator, Notarius, vel in aliqua arte matriculatus, si in arte mercaturæ, vel Notariatus decipiatur, ex capite ętatis non restituitur, quòd idem dicen-
14 dum de minore, qui est Doctor. De minore mercatore loquitur in specie *Bart. in d. l. 1. n. 4. Bal. ibidem num. 4. C. qui & adu. quos vbi & Aret. Mant. sing.* 520. *Straccha tract. de mercat. part. 3. num.* 106. Mercator verò dici-
15 tur, qui maiorem partem fortunarum suarum negotiatur vt aduertit *Bero. q.* 115. *num.* 4. qui & hanc conclusionem limitat, vbi quis tantum semel, vel bis mercaturam exercuisset.

De minore Notario in specie loquitur
16 *Bald. in d. l. 1. num. 4. C. qui, & adu. quos. Idem in l. professio C. de mun. patrim. Bolog. in repet. Auct. habita C. ne fil. pro pat. n.* 137.

De minore verò Doctore, ità docent
17 *gloss. in l. professio C. de mun. patrim. lib.* 10. & communiter DD. *in d. l. 1. C. qui & adu. quos* singulariter *Bart. Bald. Ang. Alber. Bellapertica*. Idem testatur & affirmant *Bellam. in cap auditis num. 6. de rest. in integr. Barbat. in cap. cum vigesimum n. 23. de off. deleg.* vbi ita seruatum asserit cum quodam filio Accursij, qui Doctor erat. Idem *Barbat. in Clement. super proœm. num. 33. Alban. in Lucubr. ad Bart. in l. si Societatem, §. arbitrorum num. 8. & in rubr. ff. de min. num. 19. Mantu. sing. 520. Aluis. sing. 87. Straccha de mercat. part. 3. num. 27. Montanus de reprobat. Sent. Pilati, §. penult. nu. 66. Gomez var. resol. tom 2. cap. 13. nu. 5. Mauric. de restitut. in integr. cap. 223. Guid. Pap. decis. 88. nu. 4. Boer. decis. 350. num. 6. Viuius in verb. doctor*, cum alijs diffusè cumulatis per *Odd. de rest. q. 23. part. 1. art. 7.* per totum vbi testatur hanc opinionem communiorem esse; licet contrariam sibi magis placere asserat, quam tenent *Iac. Butr. & Raph.* quos refert *Paul. de Castr. in d. l. 1. Cagnol. in proœm. ff. num. 3. Dec. in l. iuris n. 19. C. qui admitti. Sarmient. select. interpr. lib. 3. cap. 12. à num. 5.* vbi aliter dicere erroneum condemnat. Sed pace sua, neque in consulendo, neque in iudi-
18 cando à communi opinione est recedendum, contra quam sicut contra stimulum durum esset calcitrare.

Conciliari tamen posse existimo præfatas opiniones, vt scilicet verificetur opinio, & procedant argumenta DD. asserentium, quòd minor, qui sit Do-
19 ctor, ex hoc capite ætatis in integrum restituatur, vbi deceptus esset in his, quæ iuris peritiam non respiciunt; hoc etenim casu pro restitutione impetranda non ei Doctoratum obstare docent *Cyn. in dict. l. 1. vers. ex his soluitur, vbi Alb. num. 3. Bolognin. in repet. auct. habita C. ne fil. pro patr. num. 137. Mantu. sing. 520. Bellapertic. d. l. 1. vers. minor. Rebuff. in Tit. de priuileg. Schol. priuil. 120. n. 1.* plenè *Sarmient. select. interpetr. lib. 3. cap. 12. nu.* 10. Et hęc est vna ex singularibus limitationibus, ad quas DD. restringunt generalem regulam quòd restitui non debet. Et quidem quamuis *Cic. lib. 3. de oratore relat. à Bud. in l. 2. ff. de orig. Iur.* dicat quòd Iu-
20 risperiti non solum de iure respondebant, verum de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, & de omni denique officio, atque negotio consulebantur. Non tamen ab hac limitatione recedendum erit, cum fit à DD. vno ore recepta, & vt verum fatear, verissimum est prouerbium, quòd DD. in iure excellentes in cęteris negotijs inepti sunt, vt aduertit *Cyn. in d. l. 1.*

Limitanda etiam est præfata conclusio,
21 vt non procedat in minore, qui ex necessitate Doctor creatus fuit, quia scilicet in locum alterius subrogatus remansit ad aduocandum, vel ad iudicandum, vt aduertit *Bart. in d. l. 1. nu. 1. & 4. & ibi Bald. Ang. Aret. Bellam. in cap. auditis nu. 6. de rest. in integr.* & colligitur ex verbis *text. in d. l. 1. in fin. C. qui & adu. quos*. Vndè singulariter nota, quòd si minor sit assumptus ad publicum officium non
22 in subsidium, sed principaliter ob eius merita, cessat restitutionis beneficium, si verò in subsidium, nimirum ex necessitate, non cessat, ita Aret. quod mirabile notatu dicit *in d. l. 1.*

Reijciendam autem puto illorum opi-
23 nionem, qui præfatam Conclusionem extendunt ad Scholarem, adeòut ex eo quòd minor iuri operam dat exclu-

cludatur à beneficio restitutionis in integrum, quòd dicit *Borgnin. tract. de Tut. & Curat. num.* 163. vbi plures allegat. Quinimò dico restitutionem competere Scholari ementi libros malę impressionis, vel cariori pretio, quamuis hæc nosse debeat, quia Scholaris est animal quodam, in quo
24 rationalitas nihil operatur, omnia inconsultò facit, calore iuuenili ducitur paucique sunt veri Scholares, & ingeniosi in publicis Vniuersitatibus profitentes, qui hoc morbo non laborent appetitus enim voluntatis, non rationis dictamen in ipsis vt plurimum operatur, omnia sibi licere putantes. Nec in his probandis, rationibus indigeo maiora enim expertus sum cum Scholaris essem, & manibus non inferiora tango decem quatuor ab hinc annis, quòd publici Iuris Professoris munus in Romana Vniuersitate adimpleo; sed ad rem nostram redeamus quoniam feruore habendi libros, Scholares plerumque currunt, libros inutiles ementes, vel malos, aut corruptos, ideò si aduersus Bibliopolam restitutionem petant audiri debent.

Ad tertium, dico ex eo tantum quòd
25 minor à lege vel statuto, pro maiori habetur restitutionem in integrum prohibitam non intelligi. Ita originaliter tenet *gloss. in l. vnic. C. si de mom. poss. appell. fuc. vbi Bart. Bald. & passim DD. omnes, Paul. de Castr. in l.* 2. *n.*4. *C. qui legit. pers. Bald. in l. exigendi nu.* 6. *C. de Proc. Matthes. in dicta l. vnic. Curt. iun. in auth. Sacramenta num.* 125. *C. si adu. vend. Conar. Var. resol. lib* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *Paul. de Castr. conf.*161. *lib.*7. *Roman. conf.* 90. *Rebuff. tit. de rest. in integr. art.* 2. *glos.* 2. *vers. ego tamen Afflict. lib.* 2. *Const. Regn. rubr.* 38. *num.* 14. vbi loquitur in fortioribus terminis, scilicet etiam si dictum esset, quòd minor in omnibus pro maiori habeatur *Tiraquel. de nobil. cap.* 20. *nu.* 41. *Boer. decis.*350. *n.* 4. *Borgnin. de Tut. & curat. nu.*99. vbi loquitur de Stat. Florent. & hæc est communis opinio; pro qua non solum militant tot insignium DD. auctoritates, sed & eui-
26 dens ratio, quia licet restitutio sub generali dispositione prohibita dici possit, si tamen non sit specialiter prohibita, & generalis legis aut Statuti dispositio verificari possit de remedio iuris ordinario, prohibita non intelligitur, quia est remedium extraordinarium. Vndè cum verba dispositiua legis, vel Statuti simpliciter loquentis, quòd minor censeatur vti maior, intelligi possint quòad validitatem actus, & remedium nullitatis, nec non quòad habendam legitimam personam standi in iudicio; referri non debent ad restitutionem in integrum; etiam vbi statutum di-
27 ceret quòd in omnibus, & per omnia pro maiori habeatur, vt notat *Afflict. d. lib.* 2. *rubr.*38. *num.*15. *Matthes. l.* 1. *C. si de mom. poss.* quorum opinioni, vti veriori adheret *Odd. de rest. in integr. part.* 1. *q.*15. *art.* 9. *num.*75. *vers. ego puto*; quicquid in contrarium affirment *Boer. decis.*350. *vers. tamen Bald. Ang. & Alb. in d. l. vnic.* quorum sententiam refert idem *Odd. d. n.*75.

At quia indubitati iuris est, quòd statu-
28 tum minorem maiorem fingere potest, *Bald. conf.* 103. *lib.*4. *gloss. in l.* 2. *ff. de eo quod certo loco*, cum alijs, quos congerit *Tiraquell. de nobilit. cap.* 20. *num.* 42. Quæ quidem Conclusio, hanc vnicam, & notabilem limitationem dumtaxat recipit. Quòd scilicet quòad alienationem bonorum maior
29 factus non intelligatur, vt notat *Tiraquell. d. n.*42. *post Paul. de Castr. & alios ibi relat.* & docet text. *in l.* 2. *C. de his, qui ven. ætat. impetr.* Disponendo verò quòd minor pro maiori habeatur, hanc suam dispositionem diuersimodè potest concipere ideò de pluribus circa hoc dubitare contigit. Et primo si lex, seu statutum super minoris ætate disponat illam abbreuiando, declarando minorem ætatem vltra 20. annos non progredi. An ab annis 20. completis prohibitio resti-
30 tutionis in integrum incipiat. Ad quòd affirmatiuè. Resp. *cum Bald. in auct. si captiuo C. de ap. Bald. nouell. tract. de dote part.* 6. *priuil.* 63. *Ruy. conf.*126. *n.*4. & 5. *lib.* 5. Hoc enim idem operatur, ac ipsa veniæ ætatis impetratio, quæ vt patet ex *l.* 2. *C. de his qui ven. ætat. impetr.* nil aliud est, quàm abbreuiatio, seu anticipatio mi-
31 noris ætatis; Quare cum per impetratio-

trationem veniæ ætatis ammittatur beneficium restitutionis in integrum, vt infra dicam, idem dicendum in casu.

Secundò si statutum simpliciter dicat, 32 quòd validi sint contractus facti ab ijs, qui sunt maiores 18. annis. An per hoc intelligatur prohibita in integrum restitutio maiori 18. sed minori 25. qui in illis contractibus læsus fuit. Ad quòd resp. negatiuè, quia restitutio in integrum non solum non impedit quòd contractus sit validus, sed vbi contractus est de per se ipso iure nullus, non est necessaria *l. in causa ff. de minor. Bald. in l. si captiui C. de Episc. & Cler. Petr. Duen.* hoc tradit *pro sing. reg.* 682. *Ruyn. cons.* 126. *n.* 4. *lib.* 5. Vndè ocularitet errasse 33 constat *Io. And. in addit. ad specul. tit. de rest. in integr. §. si quis autem.* Si autem statutum diceret quòd actus, seu contractus facti à maiore annis 18. sint validi, ita quòd effectum sortiri 34 debeant, per hæc verba, effectum sortiri debeant, in integrum restitutionem censeri sublatam affirmant *Anguisciol. cons.* 5. *lib.* 3. *per Auth. Sacramenta verbo inuiolabiliter custodiantur C. si adue. vendit. Gram. const. Regn. Tit. de rest. min. n.* 3. facit etiam *l. nemo ff. de rest. in integr. Odd. d. q.* 15. *art.* 9. *n.* 83. *vers. ego puto.*

Tertiò si statutum simpliciter dicat, quòd maior 20. annis, ea omnia facere possit, quæ maior 25. facere potest. An ex hoc maioribus 20. annis minoribus vero 25. dicatur prohibita in in-35 tegrum restitutio. Ad quòd respondetur negatiuè, quia per verba generalia in integrum restitutio non censetur prohibita, quæ speciali indiget prohibitione, vt hic eruditè aduertit, & explicat *Odd. d. art.* 9. *nu.* 84. *vers. sed contrarium*, vbi demonstrat quòd *Bart. & Curt.* qui ab aliquibus allegantur pro contraria sententia hoc non dicunt.

Quartò si statutum disponat, quòd ma-36 ior annis 18. sine Curatoris interuentu contrahere possit. An propterea si lædatur in integrum restitutio ei censeatur prohibita. Ad quòd negatiuè respondetur, *cum Bald. in libro statutorum composito à Sigism. in verbo maior. per gloss. quam vnicam in iure*, ad hoc dicit idem *Bald. in l. vnica C. si de mom. poss. fuerit appell.*

Quintò si lex, vel statutum ratum ha-37 beat, quod à minore gestum est, dummodò fuerit maior annis 18. An ex hoc; si lædatur dicatur prohibita in integrum restitutio ex edicto minorum. Ad quod negatiuè quoque respondetur, *cum Butigell. in l. is cui bonis num.* 20. *ff. de verb. oblig.* Ratificatio enim actus, in integrum restitutionem non excludit *l.* 3. *ff. rem ratam haberi.*

Quinimò ex hoc, quòd lex ratum habet, quod à minore gestum est, locus sit restitutioni, quę non esset necessaria si lex ratum non haberet *l. in causa la secunda ff. de min.* Vndè & nota quòd si Princeps ex certa scientia confirmat gestum à minore, restitutionis 38 in integrum beneficium ei non intelligitur auferre, vt sing. aduertit *Prapos. in cap. ex ratione n.* 72. *de appell.*

Ad quartum, dico impetrationem veniæ ætatis excludere beneficium restitu-39 tionis in integrum ex edicto minorum, Ita *Text. ad literam in l.* 1. *C. de his, qui ven. atat. impetr.* ibi: *Eos, qui veniam ætatis à principali clementia impetrauerunt, etiam si minus idoneè rem suam administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse manifestissimum est: ne hi, qui cum eis contrahunt principali auctoritate circumscripti esse videantur.* Et communiter *cum Bart. Bald. docent DD.* quos cumulat *Gomez var. resol. cap.* 13. *num.* 11. & recensere superfluum puto, vbi habemus legem expressam.

Hæc tamen conclusio debet intelligi si 40 venia ætatis solemniter impetrata fuerit, alias secus esset dicendum solemnis autem forma impetrandi ætatis veniam habetur tam pro masculis; quam pro fæminis *in l. omnes adolescentes* 2. *C. de his, qui ven. atat. impetr.* ad quam diligenter aduertat prudens aduocatus, tam pro excludenda, quam pro conseruanda, restitutione.

Et nota quòd licet is, qui veniam ætatis 41 impetrauit consideretur vti maior quoàd contractus, non tamen pro maiori habetur, vt incidat in pœnas. *l. si quis maior. C. de transact.* vbi

vbi Cagnol. numer. 25.

Dubitare verò contigit. An minor aduersus actum impetrationis veniæ ætatis restitui possit. Et quamuis communis sit DD. sententia quòd restitui
42 possit, quinimò si non vult pro maiori censeri, aduersus huiusmodi veniæ impetrationem necessum sit restitutionem petere, vt post *gloss. in d. l.* 1. *C. de his, qui veniam ætat. impet.* docent *Bart. Ang. & Fulg. ibi.* Cum distinctione procedendum puto in casu. Aut veniæ impetratio facta est publicè & palam, & procedit communis
43 sententia gloss. quòd scilicet non solum minor possit restitui, sed restitutionem aduersus veniam impetratam petere debeat, si pro maori haberi non vult. Aut priuatim, & non notoriè, & minori in casu non est necessaria restitutio, vt colligitur ex *Paul. de Castr. in d. l.* 1. *C. eodem.*

Et quoniam non est hæsitandum de veritate suprapositæ Conclusionis, quòd impetratio veniæ ætatis excludat beneficium restitutionis in integrum ex edicto minorum, videndum remanet an & hoc idem operetur in ijs, quæ decreti interpositionem exigunt, vt est alienatio rerum immobilium, seu illatum oppignoratio. In his autem non cessare beneficium restitutionis in integrum communis est DD. con-
44 clusio, de qua post *gloss. in l.* 3. *verbo similis C. de his, qui veniam ætatis impet.* testatur *Alber. ibi, & Fulg. in l.* 2. *C. eodem Mauric. cap.* 225. *Eman. Costa in l. Gallus §. & quid si tantum in* 4. *parte num.* 48. *diserte Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 23. *Gomez var. resol. tom.* 2. *cap.* 13. *n.* 12.

Hanc tamen conclusionem limitat *Paul. de Castr. in l.* 2. *n.* 9. *C. de his, qui ven. ætat. impet.* vbi ab ipsomet statuto ve-
45 nia ætatis esset concessa, quia scilicet maiorem annis 20. in legitima ætate constitutum declarat sicut maiorem annis 25. de qua limitatione dubitare non desinit *Simoncell. in d. tract. de decretis.*

Ad quintum, dico non ex eo quòd mi-
46 nor sit Pater familias, & habeat numerum liberorum, restitutionem in integrum impediri text. est in *l.* 2. *C. de rest. in integr.* ibi: *Eo tempore, quo soror tua auxilio ætatis iuuabatur, si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit: licet quinque filios superstites habuerit, non tamen ideò minus ad edicti prærogatiuam pertinet, scilicet si nunc per ætatem beneficium restitutionis largitur.* Et ità quoque vno ore concludunt Doctores, quos non refero cum habeamus legem expressam, qua nulla maior datur auctoritas. Et quamuis filiorum numerus alias ætatem supplere dicatur *l.* 1. *ff. de mun. & honor.* & notat *Bellaper-*
47 *tic. in d. l.* 2. hoc intelligendum est vbi agitur de vtilitate & honore minoris, non de eius odio, & damno vt explicat *Odd. de rest. part.* 1. *q.* 2. *art.* 8.

Ad sextum, dicò quòd non propterea
48 quòd minor est Princeps restitutio in integrum impeditur, vt communiter firmant DD. & singulariter notat *Zas. in l. Princeps n.* 6. *ff. de legibus.*

Ad septimum denique dico, quòd vbi minor, se maiorem dixit, quòd plerumque contigit, vt minores ad secum contrahendum alios alliciant, deindè verò tanquam decepti in integrum petunt restitui. Considerandum esse an hoc sine dolo fecerit, & an iuramento se esse maiorem dixerit. Nam si minor se maiorem dixit, dolum tamen non adhibuit, nec iurauit, in integrum restitutionē non impediri, communiter affirmant DD. errasse enim præsumitur, vt patet ex text. ad literam *in l.* 1. *& in l. fin. C. si minor se mai. dix.* & secundum verum intellectum in his etiam terminis loquitur *l. de tutela C. de rest. in integr.* Nam & à simili mulieribus, quæ se nuptas esse negant, vel virilem habitum induunt, vel rem non esse dotalem, aut similia dicunt, si dolo non faciant,
50 subuenitur, alias secus, vt aduertit *Tiraq. de leg. connubial. gloss.* 8. *num.* 135. *Odd. de rest. part.* 1. *q.* 24. *art.* 1. *per tot.*

Si verò minor medio iuramento se ma-
51 iorem esse asseruit, in integrum restitutio impedita remanet, per dispositionem expressam, & distinctionem *l. si alterius C. si min. se maior. dix.* vt communiter notant *DD. Bart. Bald. & Ang.* ibi ita practicari attestantes, quod & docet *Ruyn. cons.* 194. *num.* 7. *lib.* 1. *Grat. cons.* 46. *n.* 3. *lib.* 1. & pluribus

ribus relat. *Calà de rest. in integ. min. deneg. quaest.16. num.17.*

Si verò non per testes, sed per instrumenta, se maiorem probasset restitutione non careret; *l. 3. C. si min. se maio. esse dixer. & d. l. si alterius. Afflict. decis. 293. num.12. Anchar. lib.1. quaest.19. n.6.* Et nota quòd licèt minor se maiorem faciens à restitutione, ratione minoris ætatis excludatur, non est ei tamen prohibitum, ob non seruatas solemnitates requisitas in actibus minorum, contractus nullitatem proponere *Maresc. 2. var. cap.62. n.1. Castrens. cons.53. num. 3. lib.2. Rom. cons. 12. num. 5. Curt. iun. cons. 118. num. 8.* quæ sanè regula locum habet deficientibus solemnitatibus statutarijs, non verò de iure communi requisitis. *Soccin. cons. 66. n.28. lib.1. Curt. iun. d. cons.118. n.9. & Curt. Seni. cons.43. n.35.*

Dubitandum verò occurrit an hæc conclusio locum habeat vbi minor, non se maiorem esse specificè iurasset, sed generaliter tantum omnia scilicet, & singula in instrumento contenta esse
52 vera; & licèt *Paris. cons.97. num.88. lib. 1.* allegando *cons. 226. Anch.* defendere conetur, idem esse ac si specificè iurasset; in contrarium tamen stat communis opinio, de qua testatur *Barbat. cons.53. lib.2. Soc. iun. cons. 3. n.32. lib.2. & cons.8. nu. 5. lib.4.* latè *Curt. iun. cons.119. n.8. & seqq.* quos refert *Odd. de rest. q.24. art. 3. per totum*, vbi hanc quæstionem varijs rationibus exornat, & contrarijs respondet; docens, re bene perpensa, quid dicendum vbi actus iuratus à minore factus, ipso iure esset nullus; *Art. seq.* vbi ponit quæstionem an dispositio *l. si alterius C. si min. mai. dix.* locum habeat in casu, & pluribus allegatis negatiuè concludit, contrarijs satisfacit, & distinctionibus, ac ingeniosis limitationibus huius quæstionis difficultates soluit.

Si autem minor asserendo se esse maio-
53 rem dolum adhibuit, restitutio quoque impedita remanet, ita text. *in l. 2. C. si min. se maio. dix.* ibi: *Si is, qui minorem nunc se esse adseuerat, fallaci maioris ætatis mendacio te deceperit, cum iuxta statuta iuris, errantibus, non etiam fallentibus minoribus publica iura subueniant, in integrum restitui non debet.* Et omnes vbique docent, vt testatur *Mysing. obseru. cen.4. n.20.* Iu-
54 ra enim deceptis, non decipientibus subueniunt *l. auxilium ff. de min.*

Nota tamen quòd si tam minor, quàm
55 eius aduersarius in dolo fuerint, quia scilicet minorem ætatem vterque sciebat, magis communis DD. opinio est, quòd non impediatur restitutio, vt in specie docent *Bart. in l. si alterius C. si min. se maio. dix.* & ibi *Ang. Bellapert. vers. si vero dolo vtriusque Cyn. Alber. & Fulgos. cum Paul. de Castr.* idem affirmant *Iac. de S. Georg. in d. l. de Tutela C. de rest. in integr. Afflict. dec. 393. n.2. Gram. decis. 12. n.7. Borgnin. de Tut. & Cur. nu. 299. Odd. loc. cit. art. 7.* reddens rationem quòd in re pari magis succurritur mi-
56 nori, quàm aduersario, & quòd dolus cum dolo compensatur *l. si duo ff. de dolo.*

Idem à fortiori dicas vbi minor dolo
57 tantum aduersarij ad se maiorem dicendum inductus fuisset *d. l. si alterius vers. quod si per iniuriam C. si min. se mai. dix.* vbi omnes passim. *Mysing. obseru. cent.4. obseru.20.*

Quo quidem casu neque obstaret si iu-
58 ramento corporaliter præstito id asseruisset, ità *Bart. in d. l. si alterius n. 2. & ibi Paul. de Castr. num. 5. & cons. 455. n.5. & 6. lib.2. Mauric. cap.170. Afflict. decis.393. Curt. iun. cons. 118. n.9. Cephal. cons.142. lib.1.*

Tota igitur difficultas restringitur, an
59 in integrum restitutio impediatur, vbi dubium est, quis in dolo fuerit minor scilicet, an aduersarius. Et negatiue ad hanc conclusionem respondet *Odd. de rest. q. 24. art. 8. per gloss. in l. 3. verb. testium C. si min. se mai. dix.* vbi pluribus cumularis hanc sententiam communem dicit; quod testatur etiam *Aymon. cons.221. n.9.*

Cæterum nota omnes generales con-
60 clusiones, quibus minori in integrum restitutionem denegandam esse probatur, eò quòd se maiorem esse medio iuramento asseruit; cessare in casu, quo minor alias non admittendus, admissus fuit ad probandum, quòd est minor, hoc ve plenè probauit; nam vbi de veritate constat, & & de periurio, veritas locum suum

 ha-

habere debet, & consequenter minor audiri, ità *Bertrand. cons. 177. n. 9. lib. 2. & Bald. in l. fin. C. de non num. pecun.*

ARGVMENTVM

De impedimentis restitutionis in integrum, eò quòd minor restitutionis beneficio renunciauit, vel se non contrauenturum iurauit, vel maior factus, quod in minori ætate gesserat ratum habuit.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians per clausulas generales appellationi, reclamationi &c. omni legum auxilio &c. non renunciat restitutioni.*

2 *Lex, vel statutum sub generali prohibitione, in integrum restitutionem non includit.*

3 *Mens contrahentium semper legi præsumitur conformis.*

4 *Renuncians omni beneficio minoris ætatis, renunciat beneficio restitutionis competente ex edicto minorum.*

4 *Pater si sua interest, inuito filio nomine filij restitutionem petere potest.*

6 *Fideiussor minoris etiam si minor nolit restitui potest ex persona ipsius minoris.*

7 *Aduersus renunciationem beneficij restitutionis factam in minori ætate datur restitutio.*

8 *Reijcitur opinio Angeli, & Aret. in §. idem iuris n. 51. Inst. de except.*

9 *Eadem facilitate, qua minor inducitur ad contrahendum, inducitur ad renunciandum.*

10 *Renunciatio beneficio restitutionis facta à minore quamuis præcedente solemnitate nihil operatur.*

11 *Minor renuncians in integrum restitutioni impetratæ, benè renunciat.*

12 *Reijcitur opinio Odd. de rest. part. 1. q. 26. art. 4. n. 27.*

13 *Minor maior factus beneficio restitutionis in integrum renuncians non restituitur.*

14 *Minor maior factus approbans gesta in minori ætate beneficio restitutionis tacitè renunciat.*

Maior factus si infra quadriennium restitutionem non impetret cessat restitutionis beneficium. ibid. n. 14.

15 *Plus operatur expressum, quàm tacitum vbi eadem ratio viget.*

17 *Minor etiam re non integra restituitur vid. infrà n. 20.*

18 *Vbi res non est amplius integra restitutio difficilius conceditur.*

19 *Minori re non integra restitutio non datur.*

20 *Re non integra agente minore de damno vitando debet restitui, secus si agat de lucro captando.*

Refertur distinctio textus in l. in causa §. interdum ff. de min. ibidem num. 20.

21 *Minor restitutioni cum iuramento renuncians, restitutionis beneficio caret.*

22 *Omnia beneficia minoris ætatis auferuntur minori iuranti super contractu à se facto; tam in contractibus reciprocis, quam non reciprocis.*

23 *Ratificatio actus facta à minore in minori ætate non impedit restitutionem.*

Quò pluries suo beneficio minor renunciat tantò magis læditur. ibidem num. 23.

24 *Minor beneficio restitutionis expressè renunciare non potest.*

25 *Reijcitur sententia Cephal. in materiam ratificationis facta à minore cons. 3. num. 132. lib. 1. sibi contrariantis cons. 142.*

26 *Ratificatio actus facta per minorem cum iuramento impedit restitutionem.*

Examinatur differentia inter Tit. C. si minor maior. fact. lib. 2. & C. si maior fact. lib. 5. remissiuè ad Odd. de rest. part. 1. q. 25. art. 3.

27 *Minor maior factus si actum in minori ætate captum, in maiori compleuit cum dolo aduersarij, non impeditur restitutio.*

28 *Restituitur minor qui ex accidenti sine dolo aduersarij in maiorem ætatem perfectionem actus pertraxit.*

29 *Ex actu minoris, in maiori ætate perfecto sine aliqua consequentia necessaria ad ipsum actum, vt patet in*

con-

conditione potestatiua excluditur restitutio.

30 Actus maioris habens necessariam consequentiam ad actum factum in minori ætate non impedit restitutionem.

31 Si quid fiat in maiori ætate, ut exequatur gestum in minori, restitutio impedita non remanet.

32 Vbi actus à minore facto maiori euitari potest, si exequatur, restitutio excluditur.

33 Tacita ratificatio à minore facta, excludit beneficium restitutionis, & nullitatis.

Ratificatio tacita per quadriennij lapsum inducitur. ibid. n.33.

34 Ratificatio expressa fit per specialem approbationem actus.

Ratificatio expressa impedit restitutionem. ibidem n.34.

35 Hæres minoris scienter ratificans, quod minor eius auctor gessit restitutionis beneficium perdit.

36 Contractus simulatus non confirmatur per ratificationem à minore in maiori ætate facta.

37 Contractus simulatus propriè non est contractus.

38 Approbatio actus per minorem facta non excludit restitutionem ex generali clausula, si ex tali clausula aduersus ipsum actum restitutio competat.

39 Minor qui declarat se nolle ratificare gestum in minori ætate non perdit beneficium restitutionis.

40 Ratificatio actus, qui de iure est nullus non impedit restitutionem.

41 In contractu nullo non datur læsio, sed solum in valido, ibidem n.40.

Ex contractu nullo, nulla oritur obligatio. ibidem n.40.

42 Reijcitur opinio Gomez. var. resol. tom.2. cap.13 n.11.

43 Ratificatio contractus in quo læsio ex aduersarij dolo vero prouenit nisi dolus de tempore ratificationis minori facto maiori notus sit non impedit restitutionem.

44 Minor maior factus sciens se dolosè circumuentum, contractum ratificans restitutionis beneficium amittit.

45 Reprobatur opinio Simoncell. tract. de attent. tit.9. n.37.

46 Minor ratificans gestum paucis diebus post quam factus est maior non perdit beneficium restitutionis.

47 Contraria sententia est verior.

48 Non datur saltus instantaneus ab imprudentia ad prudentiam, ab imbecilli ad sanum consilium.

49 Testamentum factum à Pupillo in fine ultima hora pupillaris ætatis est nullum, factum primo momento horæ pubertatis, est validum.

50 Ratificatio, quæ inducitur per aliquod factum in maiori ætate tollit restitutionem vid. infr. n.53.

51 Aduersus aditionem hæreditatis factam in minori ætate, confirmatā per gestum in maiori datur restitutio.

52 Minor restituitur aduersus permutationem factam in minori ætate, quamuis receperit fructus rei permutatæ factus maior.

53 Executio necessaria alicuius actus facti in minori ætate, non tollit restitutionem.

54 Executio merè voluntaria alicuius actus facti in minori ætate impedit restitutionem.

55 Minor qui transegit, & factus maior adimpleuit non restituitur.

56 Minor factus maior rei locatæ, vel censitæ fructus recipiens beneficium restitutionis amittit.

57 Minor qui cum fratribus bona diuidit, & maior factus in diuisionem perseuerat percipiendo rei diuisæ fructus non restituitur.

58 Minor factus maior cogens fratres ad obseruantiam diuisionis, vel alterius contractus, perdit beneficium restitutionis.

59 Per taciturnitatem non ratificatur diuisio, ita ut restitutionem impediat.

60 Minor factus maior petens pretium rei in minori ætate vendita perdit beneficium restitutionis.

61 Minor maior factus petens dilationem ad soluendum debitum in minori ætate contractum non restituitur.

62 Traditur regula ad cognoscendum quando ratificatio actus facti in minori ætate, sequitur in maiori, præiudicet beneficio restitutionis.

CA-

CAPVT VI.

VT plurimum etiam contigit, quòd hi, qui cum minoribus contrahunt ad renunciandum beneficio restitutionis in integrum ipsos inducant, vel ad magis firmandum contractum, de non contraueniendo ipsos iurare faciant. Nec non quandoque accidit, quòd ipse minor, maior factus, quæ in minori ætate gessit tacitè, vel expressè ratificet. Vndè sequitur infinitas propemodum oriri lites, quodque magis officit, ipsis minoribus restitutio deneganda videtur, cum beneficio pro se introducto quisque renunciare possit. Videndum propterea primo loco superest, quando non obstante renunciatione minori restitutio competat; secundo quid dicendum sit vbi iuramentum interuenit; tertio quid iuris in casu expressæ, vel tacitæ ratificationis.

Quòad primum igitur dubitare primò contigit an per generales clausulas,
1 renuncians *appellationi, reclamationi, reductioni &c. omni logum auxilio &c.* restitutionis in integrum priuilegio renunciatum intelligatur. Ad quod negatiuè respondeo cum *Petr. Rauen. sing.* 279. *per l. si minor vbi Bald. ff. de minor.* & quidem sicut mens legis,
2 vel statuti non est sub prohibitione generali comprehendendi restitutionem in integrum, quæ nunquam prohibita intelligitur, nisi de ea specialis sit facta mentio, vt docet *Bald. cons.* 236. *num.* 5. *lib.* 1. *Aymon. cons.* 201. *num.* 35. *lib.* 2. *Thob. cons.* 87. *num.* 4. *Boer. decis.* 140. *num.* 3. Ita di-
3 cendum est de mente contrahentium, quæ menti legis semper conformis præsumitur.

Dubitare secundò contigit an renunciatio omnis beneficij minoris ætatis includat renunciationem beneficij restitutionis in integrum. Ad quòd re-
4 spondeo affirmatiuè cum communi DD. sententia, de qua testatur *Cagnol. in l.* 2. *num.* 107. *C. de rescind. vend. Corn. cons.* 30. *num.* 12. *lib.* 2. *Curt. iun. cons.* 18. *num.* 4. *Capol. caut.* 199. *num.* 3. nam cum in integrum restitutio, sit inter præcipua minoris ætatis priuilegia, omni minoris ætatis beneficio, & priuilegio renunciatum dici non possit, si adhuc competeret.

Dubitare tertiò contigit. An minor cogi possit ad patiendum, quòd alter restitutionis beneficio ipsi minori cōpetenti vtatur. Ad quod responde-
5 tur duos dari casus in quibus cogi possunt, de primo habemus text. *express. in l. Patri ff. de minor.* vbi passim DD. nam pater inuito filio, nomine filij sui potest restitui, si sua restitutionem obtinere intersit.

Secundus casus est in fideiussore, qui
6 in illis casibus, in quibus restitutio minoris sui principalis sibi etiam prodest, vt notatur *in l.* 1. *C. de fid. min.* etiam si minor nolit restitui, ex persona ipsius minoris restitui potest, vt notat *gloss. in l minor. ff. de proc. & in l.* 3. §. *sed vtrum ff. de min. in l.* 2. *C. de fid. min. vbi Cyn. Bart. num.* 8. *& Bald. num.* 9. cum alijs quos congerit *Odd. de restitut. part.* 1. *quæst.* 48. vbi dat limitationes, & contrarijs respondet.

His positis breuiter dico aut minor in minori ætate, vel iam maior factus
7 restitutionis in integrum beneficio renunciauit. Si in minori ætate facta est renunciatio, restitutioni adhuc in integrum locus remanet, nec per hoc exclusa dici potest, ità communiter docent DD. *gloss. in l. index in verbo vnicuique ff. de minor. vbi Bart. nu.* 2. *Alber. num.* 1 *gloss. in l. si intra C. de restit. in integr. vbi Albe. Bart. Paul. de Castr. Fulg. Idem Alber. in l. si quis in conscribendo num.* 10. *C. de Episc. & Cler. Idem Bart. in l. cum minor. num.* 2. *ff. rem ratam haber. vbi Angel. num.* 4. *Paul. de Castr. num.* 1. *Bart. in l. doli num.* 3. *ff. de nouat. vbi Ang. n.* 7. *Alber. nu.* 22. *Bart. in l. ius publicum nu.* 3. *ff. de pactis. Bald. in l. cum decurionatus nu.* 1. *C. de decur. lib.* 10. *Iacob. de Arena in l. doli mali n.* 1. *ff. de nouat. Felyn. in cap. si diligenti num.* 15. *vbi & Abb. num.* 12. *& passim Canonistæ de Foro competent. Bart. cons.* 88. *nu.* 4. *lib.* 1. *Io: de Amicis cons.* 33. *num.* 19. *Corn. cons.* 178. *num.* 11. *lib.* 3. *Bald. cons.* 96. *num.* 2. *lib.* 5. *Natta cons.* 458. *nu* 4. *Cels. de claus. An rest. benef. renunc. poss. Gram. const. Regn. Tit. de rest. min. num.* 1. *Alban. addit.*

ad

ad Bart. in l. si quis num.4. C. de pactis Capyc. decis. 110. & erronea fuit opi-
8 nio *Ang. Aret. in §. idem iuris num.*5 1. *Inst. de except.* vbi per *l. ait Prætor ff. de minor.* §. 1. docet minorem beneficio restitutionis in integrum in minori ætate renunciantem, ab illo exclusum esse. Eadem enim facilitate,
9 qua minor inducitur ad contrahendum, inducitur ad renunciandum, vt aduertit *Abb. in d. cap. si diligenti. Bald. in d. l. cum decurionatus.*

Et quidem ne dum minori huiusmodi
10 renunciatio obstat, sed & ipso iure nulla consideratur secundum celebrem doctrinam *Bald. in d. l. cum minor. num.* 2. *ff. rem rat. habe. Paul. de Castr. in d. l. si intra.* Quapropter & nihil operatur quamuis facta debitis intercedentibus solemnitatibus. *Borgnin. de Tut. & Curat. nu.*170. *ad fin. Capyc. d. decis.*110. *n.*2.

Hæc autem procedunt in restitutione
11 in integrum impetranda. Nam si minor impetratæ restitutioni renunciaret, vel illam petere nollet, cogi non posse; & bene renunciatum credo per text. *in l. si iudex ff. de minor. vbi Bart. & alij,* ità etiam sentit *glos. in cap. ex literis de rest. in integr. Bald. in l. Papinianus ff. de minor. Afflict. tit. de contr. feud. apud pares cu. nu.*67.
12 Contrarium videtur sentire *Odd. de rest. p.*1. *q.*26. *art.*4. *n.*27. quo tamen argumento ductus ignoro.

Si verò in maiori ætate constitutus mi-
13 nor, restitutionis in integrum beneficio renunciat, ab illo omnimodò exclusum esse patet ex *gloss. in l. si intra C. de rest. in integr. Bart. in l. ius publ. n.* 3. *ff. de pact. Alber. in l. si quis in conscribendo num.*10. *C. de Episc. & Cler. Cels. in tract. de claus. au restit. benef. renunc. poss. per tot. Riminald. cons.*140. *num.*32. *lib.*1. Et quidem si maior factus gesta in minori ætate approbando, vel infra quadriennium
14 restitutionem non impetrando, in integrum restitutionis beneficium cessat, quia tacitè renunciasse præsumitur, multò magis fieri posse certum est vbi constat de renunciatione expressa, plus enim regulariter operatur expressum, quam tacitum, quando eadem ratio viget, vt aduer-
15 tit *Bald. in l. si arrogator de adopt.* vbi diuersa allegat iura, facit etiam vulgata iuris regula *in Auth. multò magis C. de Sacros. Eccles.*

Dubitandum verò remanet, An minoribus beneficium restitutionis in integrum auferatur re amplius non integra. Circa quod varias opiniones inuenio. Quidam etenim docent maiorem in casu subesse causam minorem restituendi, quia quò magis
17 res est distracta, de maiori præiudicio minoris constat. Ita *Corn. cons.* 229. *num.* 13. *vers. nec obstat Crot. cons.*198. *num.* 11. *lib.* 1. hoc simpliciter affetentes per text. *in l. fin. C. de rep. hared. & l. si ex causa, alias, in causa §. interdum ff. de minor.* vbi ita videtur expressum.

Alij dicunt restitutionem non penitus
18 impediri, sed difficilius tantum concedi, vbi res non est amplius integra, ità sentiunt *Bombin. cons.*18. *in fin. Rebuff. tit. de restit. in integr.* §. 1. *gloss.*2. *num.*2. vbi ait restitutionem concedendam quò magis potest sine præiudicio tertij.

Minorem verò quando res non est inte-
19 gra non esse restituendum videtur sentire text. *in l.* 25. §. *Scæuola ff. de minor.*

Pro concordia denique alteri docent,
20 quòd vbi res non est integra, & minor agit de damno vitando prima procedit opinio cum iuribus pro ea allegatis, quòd nempè restitui debeat; quando verò agit de lucro captando procedat opinio negatiua iuxta dictum *in dicto §. Scæuola. Ita Abb. in cap. ex parte num.* 21. *de restit. spoliat. & diffusè Eman. Costa in §. & quid si tantum part.*2. *n.* 59. *& seqq.*

Ego verò discedendum non puto à distinctione allegata per text. *in l. in causa §. interdum ff. de minor.* ibi: *Si minor* 25. *annis fundum vendidit, & tradidit, si emptor rursus eum alienauit: si quidem emptor sequens sciit rem ita gestam, restitutionem aduersus eum faciendam: si ignorauit & prior emptor soluendo esset, non esse faciendam: sin verò non esset soluendo, aequius esse, minori succurri etiam aduersus ignorantem quamuis bona fide emptor esset.*

Quòad secundum res sine difficultate
21 pertransit. Nam si minor restitutioni in integrum cum iuramento renun-

ciet,

ciet, hoc beneficio caret, ità in specie docet *gloss. in §. extraneis vbi Mysing. Inst. de hared. qual. & diff. Felyn. cum alijs innumeris in cap. si diligenti. nu. 15. de for. compet. Alban. in addit. ad Bart. in l. si quis in conscribendo num. 4. C. de pactis*. Prout etiam restitutione in integrum carere deberet, si aduersus acta per eum gesta, ratione minoris ætatis, vel alia quacumque causa non venire iurasset. *Iason. in l. sciendum ff. de verb. oblig.* Vndè minor litigans per Procuratorem cũ iuramento constitutum, aduersus eas quæ per Procuratorem gesta sunt amplius admitti non potest. *Maurit. de rest. cap. 112. num. 8. in puncto Becius cons. 59. num. 7. & 8. lib. 1. Moratius cons. 70. Bursat. cons. 412. n. 30. lib. 4. Costa de remed. subsid. remed. 57. n. 11. de Franch. decis. 448.*

Prout si cum iuramento renunciasset
22 beneficio *l. 2. C. de rescind. vend.* neque ex capite læsionis enormissimæ aduersus renunciationem iuratam restituendus esset, vt notat *Calà de rest. in integr. min. deneg. q. 16. per tot.*

Quodque magis est, communis est DD. conclusio, quòd per *Auth. Sacramenta C. si adu. vend.* minori iuranti super contractu ab illo celebrato, omnia beneficia minoris ætatis auferantur, non solum in contractibus reciprocis vtpotè est venditio, sed etiam in non reciprocis qualis est donatio, renunciatio, fideiussio &c. prout testantur *Alber. ib. num. 14. Ias. num. 71. Corn. n. 24. Curt. num. 41. Bertrand. cons. 175. n. 1. lib. 1.* & alij, quos pleno calamo refert *Odd. in tract. Iuramenti*, quæ quidem materia adeò est ampla vt plenum exigeret tractatum, quare si quæstio de iuramenti impedimento contingat ipsũ consule, vbi agit de iuramento confirmatorio, omnia enim exactè, & eruditè percurrit super iuramenti vi in minorum contractibus appositi.

Quòad tertium denique distinguendum est inter ratificationem actus factam à minore in minori ætate, à ratificatio-
23 ne facta à minore de eo, quod gessit cum minor esset, postquam ad maiorem ætatem peruenit. Nam si sermo sit de ratificatione actus à minore facta in minori ætate. Dico non impediri in integrum restitutionem, ita *Bald. cons. 310. num. 2. lib. 1.* vbi docet, quò pluries minor suo beneficio renunciat, tantò magis læditur *Roman. cons. 12. n. 6. Cephal. cons. 142. n. 54. & 55. lib. 1.* facit *gloss. in l. si iudex ff. de minor.* vbi ait minorem
24 in minori ætate restitutionis in integrum beneficio expresse renunciare non posse. Et quidem cum contra ratificationem minoris restitutio cõpetat, vt aduertit *Paul. de Castr. in l. cum minor nu. 1. ff. rem ratam haberi*, ne petatur restitui ad restitutionem petendam, melius dicendum est non ei esse denegandum iuxta notata *per text. in l. interdum ff. de minor.* Con-
25 trarium sentit *Cephal. cons. 3. n. 132. lib. 1.* considerans geminationem actus, & allegans *Bald. cons. 140. lib. 1. Aretin. cons. 103. Socin. cons. 242. n. 2. lib. 2.* Sed ipsemet *Cephal.* melius sentiens; in nostram sententiam venit *cons. 142. & pace eius Bald. & alij quos*, ipse allegat *d. cons. 3.* neque
26 dicunt, quòd ille præsupponit. Et solum vbi ratificatio esset iuramento firmata *Cephal.* sententia *in d. cons. 3.* posset procedere *Auth. Sacramenta C. si adu. vend. vt notat Odd. de restitut. part. 1. q. 25. art. 1. num. 10.* quem & consule *art. 3. d. q. 25.* vbi docet quænam sit differentia inter *Tit. C. si minor maior factus lib. 2. & C. si maior factus lib. 5.* quæ quæstio cum modicæ sit vtilitatis studiosum lectorem & Doctorem, ad ipsum rem plenè, atque eruditè exornantem remitto.

Quòd si loquamur de ratificatione facta à minore de eo, quod in minori ætate gessit cum maior factus est, eum distinctione itidem est procedendum, vel quærimus an restitutionis in integrum beneficium impediatur, eo
27 quòd minor maior factus actum in minori ætate inceptum approbasse censetur, quia ipsum met in maiori ætate compleuit. Et pro resolutione tres casus distingue, quorum primus est si dolo aduersarij in maiorem ætatem protracta sit perfectio actus, in integrum restitutio impedita non remanet, vt apertè colligitur ex *l. Denique 3. §. 1. vers. sed si ff. de minor.* vbi notant omnes, est quoque alter elegans text. *in l. intra vtile ff. eodem* vbi

vbi text. multa allegat exempla, alia etiam exempla ponit *gloss. sed DD.* tertium tantum, & quartum approbant.

Secundus casus est, quòd si ex acciden-
28 ti absque aduersarij dolo in maiorem ætatem actus perfectio protrahatur, puta si sub conditione minor aliquid promittat, quæ in maiori ætate eiusdem purificatur, in integrum restitutio non impeditur, ità docet *gloss. in d. l. Denique 3. §. 1. ff. de minor.* & ita plenis votis in Sacro Neapol. Consilio decisum fuisse testatur *Afflict. decis.* 210.

Tertius denique casus est, quòd si ipsius
29 minoris facto, sine aduersarij dolo, vel accidenti in maiori ætate actus perficiatur, puta quia, quod minor vendidit in minori ætate factus maior tradidit, vel quia sub conditione potestatiua aliquid promisit, quam maior factus adimpleuit, & subdistinguendum in casu, vel actus in maiori ætate factus non habet necessariam consequentiam ad actum factum in minori ætate, vt in exemplo conditionis potestatiuæ, & restitutio locum non habet. Ita *gloss. Bart. in d. l. Denique 3. §. 1. ff. de minor.* quod & satis explicant verba text. *in d. §. 1. in fin. & in l. si filius ff. ad Macad. & l. 1. C. si aduers. rem iud.*

Vel actus necessariam consequentiam
30 habet ad actum in minori ætate factum, quia scilicet minor ita fecit, quia ita facere cogebatur, vt patet in traditione rei, in minori ætate venditæ, & in integrum restitutio impedita non remanet. Ita communiter DD. *Iacob. Butrig. & Bart. cum Bald. in d. l. Denique §. 1. Alex. cons. 141. num. 10. lib. 5. & communem esse testatur contra dictum gloss. in d. l. Denique §. 1. Alber. in dicto §. scio vbi omnes DD.* ex quibus notabilis, & generalis regula colligitur, quòd si quòd fit in maiori ætate, est quædam executio eius, quòd gestum fuit in mino-
31 ri in integrum restitutio non impeditur. Vt patet in exemplo *d. §. scio*, respectu rei gestæ hæreditario nomine in maiori ætate, propter aditionem hæreditatis in minori. Quidquid ergo considerauerint *Moderni* pro intelligentia *dicti text. vt ex Simoncell. in tract. de decret. lib. 3. tit. 9. nu.* 7. ab hac opinione, & praxi discedendum non est, nisi in casu, quo actus à minore euitari potuisset; puta vbi contra petentem obseruantiam contra-
32 ctus, de iure exceptio ei competeret, sine Iudicis officio, ita *Alber. d. l. denique 3. n. 3. ff. de minor.*

Si autem versemur in casu ratificationis à minore factæ, de eo quòd gessit cum minor esset, & factus maior approbauit. Tres ratificationis species considerandæ veniunt. Omninò scilicet tacita, specialiter expressa, & altera quæ respectu primæ expressa dici potest, respectu verò secundæ potest dici tacita.

Omninò tacita ratificatio dicitur, quæ
33 per quadriennij lapsum inducitur, & de qua loquitur text. *in l. fin. C. de temp. in integr. restit. & in l. fin. C. si maior fact. alien. rat. hab. lib.* 5. & quòad hanc speciem indubitata est conclusio, quòd in integrum restitutionis beneficium, & etiam nullitatis tollitur *d. l. fin. C. eodem lib.* 5.

Specialiter expressa ratificatio est, quæ
34 inducitur per specialem ipsius actus approbationem *d. l. denique §. 1. vbi & gloss. verbo comprobauerit ff. de minor. & in l. 2. C. si maior fact. alien. rat. habe.* ibi: *Speciali confirmatione.* De qua in præsenti loquor. Et quòad hanc speciem conclude pariter in integrum restitutionem impediri, ità *text. in d. l. 2. C. si maior fact. rat. hab. lib. 2. vbi omnes DD. & in l. 2. C. si mai. fact. alien. rat. hab. lib. 5.* est & elegans text *in l. si filius ff. de minor. vbi Bart. & alij. Octau. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 6. cum concordant innumeris*, quos pleno calamo refert *num. 16. Odd. de rest. p. 1. q. 25. art. 5. num. 45. & seqq.* vbi hanc conclusionem ampliat in communi, eademque
35 causa, quæ tamen sit indiuidua; in hærede minoris, scienter ratificante, quod minor eius auctor gessit. Nec non in casu, quo minor à Principe obtinuisset, vt rescinderentur per ipsum gesta in minori ætate, quod specialiter aduertit, *Restaurus Castald. tract. de Imperat. q. 3.* citatus à *Simoncel. d. tit. 9. nu 23.* quem consule.

Nota tamen per plures exceptiones; & limitationes generalem hanc regulam

infi mari posse. Quapropter limitanda est primò, vbi contractus
esset simulatus, qui per ratificatio-
36 nem specialem à minore in maiori
ætate factam minimè confirmatur
Bald. cons 45. lib. 2. Natt. cons. 162. num. 34. Iacob. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 182. cum alijs
quos refert *Simoncell. d. tit. 9. num. 40.*
37 vbi hanc rationem allegat, quia con-
tractus simulatus non est contractus.
l. simulata nuptiæ ff. de rit. nupt.

Limitanda secundò, quando minor
38 actum approbaret, contra quem ex
clausula generali daretur restitutio,
vt singulariter colligitur *ex Io: de Amicis cons. 33. n. 20. & 21.*

Limitanda tertiò, vbi minor expres-
39 sè declararet, se nolle ratificare,
quod in minori ætate gessit, vt notat
Bart. in l. fin. C. si maior fact. Riminald. cons. 5. num. 238. lib. 1. Gabriel. de minor. conclus. 4. Simoncell. de decret. d. tit. 9. n. 49. cum seqq.

Limitanda quartò, vbi actus ab initio
40 ipso iure nullus fuisset, non solum ra-
tione omissionis decreti, sed propter
quamlibet solemnitatem omissam, vt
communiter docent *Alber. in l. fin. C. si maior. fact. alien. rat. habe. lib. 5. Bald. in l. 1. C. eodem Natta cons. 245. Ceph. cons. 51. num. 45.* dicens quod
omnes, ità intelligunt dictum *Tit. C. si maio. fact.* Patens etiam est ratio,
quòd vbi non est læsio ibi restitutio
locum non habet, sed in contractu
ipso iure nullo non consideratur læ-
41 sio, quæ non datur nisi ex contractu
valido, cum contractus nullus sicut
obligationem non parit, ita nullum
præiudicium inferat, ergo &c. vt pluri-
bus allegatis affirmat *Odd. de restitut. part. 1. q. 25. art. 8.* quem vbi quæstio
accidit consule; ne verò adhæreas
42 opinioni *Gomez qui in tract. var. resol. tom. 2. cap. 13. num. 11.* contra-
rium docet, dicens maioribus in casu
solum præseruari remedium *l. 2. C. de rescind. vend.*

Limitanda quintò, vbi læsio prouenit
43 ex aduersarij dolo vero, & non præ-
sumpto, & vbi dolus ipsi minori maio-
ri facto notus non fuit de tempore
ratificationis, ita communiter docent
DD. *gloss. in l. 1. C. si maior fact. &c. lib. 5. vbi Bart. & omnes passim Mauric. cap. 312. Rol. à Valle cons. 60. n. 41. lib. 4. plene Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 132. & seqq. Simonc. de decret. tit. 9. num. 32.* Nam si ad-
uersarij dolus ratificanti iam notus
fuisset, & nihilominus sciens se do-
44 losè circumuentum ratificasset, ista
ratificatio ei præiudicaret, vt latissimè
docet *Paris. d. cons. 49.* & facit *l. si quis rationes ff. de lib. legat.* Vide no-
tata per *Curt. iun. cons. 51. Gabriel. conclu. 4. de minor. num. 11. Hieronym. Gabriel. cons. 13. num. 17.* à quorum
doctrina ne discedas quidquid in
45 contrarium tradat *Simoncell. d. tit. 9. n. 37.* quem reprobat *Odd. d. part. 1. q. 25. art. 7. n. 74.*

Limitatur denique à quibusdam quan-
46 do minor paucis diebus post com-
pletam minorem ætatem, actum in
ipsa minori ętate factum confirmaret,
vt tradit Mauric. *cap. 312. in fine*, vbi
asserit ita ex æquitate decisum *à Senatu Dolano*, hac ratione moto quòd
minor in tali ætate iuuenilem adhuc
fragilitatem sapiat. Sed hæc limita-
47 tio non placet, & contra hanc sen-
tentiam stat regula *l. fin. C. si maior. fact.* nec non regula quòd permis-
sum in tempore censetur prohibitum
post tempus, & è contra *l. pater filium §. fundum ff. de leg. 3. Alex. cons. 17. lib. 2. cum alijs ab eo relat.* Equidem
licèt naturalì cursu inspecto non de-
tur instantaneus saltus ab impruden-
tia ad prudentiam, ab imbecili ad sa-
48 num consilium, in hoc tamen stan-
dum est legi, quæ ita credit. Expres-
sum verò de hoc exemplum habemus
in pupillo, nam si faciat testamentum
in fine vltimæ horæ 14. anni non va-
49 let, si fiat primo momento primæ
horæ anni 15. valet, nec alteram ra-
tionem adducere possumus, nisi quia
lex vult quòd credamus pupillum ab
eo momento, quo pubes factus est, ad
testandum aptum factum fuisse *l. qua ætate ff. de testam.* quod & patet in fi-
nienda tutela §. 1. *Inst. quibus mod. Tutel. finit.*

Ratificatio demum, quæ respectu primę
speciei expressa dici etiam potest, sed
respectu secundæ speciei dici potest
50 tacita, quæ itidem per aliquod fa-
ctum in maiori ætate subsecutum in-
ducitur, restitutionis in integrum be-
nefi-

neficium aufert vt communiter docent DD. *afferentes Tit. C. si min. maior factus ub.* 2. non solum procedere in ratihabitione, & approbatione specialiter expressa, quæ verbis fieri solet. Sed etiam in ea, quæ factis ipsis inducitur *ita gloss. in l.* 1. *C. eodem* & vbique communiter DD. quos plena manu refert *Paris. cons.* 33. *nu.* 30. *& cons.* 49. *à num.* 14. *vsque ad* 24. *lib.* 1. *Alba. cons.* 11. *n.* 19.

Sed contra hanc conclusionem stare videtur dispositio text. *in l. gerit ff. de acquir. hered.* ex qua patet, quòd ali-
51 quid facere, hæreditario nomine in maiori ætate, est hæreditatis aditionē approbare; & tamen per huiusmodi actum subsecutum in maiori ætate, non dicitur confirmata aditio facta in minori ætate, vndè aduersus aditionem in integrum restitutionem peti posse constat *ex l.* 3. §. *scio ff. de minor.*

Minor etiam recipiendo fructus rei permutatæ postquam factus est maior, ipsius permutationis actum approba-
52 torium vtique facere dicitur, sicut ille qui recipit pensionem de domo locata *Bald. cons.* 184. *num.* 5. *lib.* 2. Et tamen per huiusmodi fructuū perceptionem non dicitur minor approbare permutationem, ita vt aduersus illam non possit restitui; vt notat *Rebuff. de rest. in integr. art.* 2. *gloss. ult. num.* 5. vbi ait ita in Francia seruatum.

Quapropter ad veritatem reperiendam considerari debet, an factum subsecutum sit executio necessaria actus in minori ætate facti; aut penitus voluntaria. Nam si est necessaria, vt patet in illo, qui cum in minori æta-
53 te hæreditatem adijsset factus maior soluit legata, & alia onera hæreditaria, & tamen aditio adeò confirmata non dicitur quin ope restitutionis intra quadriennium adhuc possit restitui; *d. l.* 3. *in dicto* §. *scio*, in integrum restitutionis beneficium impeditum non remanet, quia cum minor maior factus aliquid necessariò facit, ad quod & si nollet per ius cogeretur, non propterea dicendum est, quòd approbare velit quod in minori ætate fecit, quia iure cogente facit, & approbatio est actus deliberatæ voluntatis. Si verò est voluntaria, vt patet in eo, qui rei in minori ætate venditæ, maior
54 factus prætium recipit, vel prædij aut domus in minori ætate locatæ pensionem accipit; in integrum restitutio impedita remanet, quia qui recipit, id, quod vult facit, & consequenter maior factus approbat, quod in minori ætate gessit. Quæ distinctio contraria conciliat, & difficultates de medio tollit.

Ex his inferas primò quòd si quis in mi-
55 nori ætate transactionem fecerit, & maior factus adimpleuit non amplius restitutioni locus est, ita *Alba. cons.* 12. *nu.* 19. In materia transactionis, vide quæ dixi supra *cap.* 2. & quæ docet *Calà de rest. in integr. min. deneg. q.* 9. vbi examinat. An petita transactionis rescissione minor, & Ecclesia in ipso litis exordio accepta restituere teneantur: item an mulier, & *q.* 18. in qua disputat. An sub prætextu instrumentorum nouiter repertorum possit minor transactionem impugnare.

Secundò, quòd si minor domum vel
56 fundum locauit, maior verò factus vel ipse, vel eius hæres censum aut pensionem recepit, in integrum restitutionis beneficium amittit *Bald. cons.* 185. *num.* 5. *lib.* 2. *Aret. cons.* 127. *num.* 1. *Bellon. cons.* 18. *nu.* 17. *Tiraq. de iur. const. possess. limit.* 30. *num.* 12. *Osasc. d.* 58. *n.* 11. *Rolan. cons.* 64. *nu.* 39. *lib.* 4. *Menoch. de recup. poss. n.* 118. *remed.* 15. *Borgn. de Tut. & Curat. num.* 147.

Tertiò, quòd si minor bona cum fratri-
57 bus diuisit, & maior factus in diuisione perseuerauit suæ partis fructus percipiendo, à beneficio restitutionis in integrum excluditur. Ità *Bald. cons.* 282. *lib.* 2. vbi de communi *Cravet. cons.* 19. *num.* 4. *lib.* 1. Contrarium verò docet *Rebuff. de restit. in integr. art.* 2. *gloss. vlt. nu.* 5. ita seruatum dicens in Francia. Hanc tamen contrarietatem eruditè conciliat *Odd. de rest. part.* 1. *q.* 25. *art.* 6. *n.* 66. *vers. sed contrarium*, dicens quòd si minor non aliud fecit, quam perseuerare in concordia diuisionis, fructus suæ partis
58 percipiendo, non propterea restitutionis beneficium amittat. Si verò aliquid facit, fratres nempè ad instru-

menti diuisionis obseruantiam conueniendo à beneficio restitutionis excludatur; & in his terminis *Bald.* & aliorum procedit opinio. Quodquidem claré vult *gloss. in l. 1. C. si maior fact. rat. hab. lib. 2.* vbi ait quòd per solam taciturnitatem non ratificatur
59 diuisio ità vt restitutio impediatur nisi lapso quadriennio, vel quinquennio in *l. fin. C. eodem lib. 5. & C. de temp. in integr. rest.* Sed bene ratificatur, vel expressè, vel tacitè faciendo aliquid per quod videatur haberi ratum &c. & inter alia allegat *gloss. l. pen. ff. de leg. commiss.* vbi ponitur in terminis exemplum supra expressum, videlicet si qui à contractu recedere poterat, ex illo contractu prætium petat; dicitur enim ibi, quòd in casu fauori suo renunciare videtur.

Quartò denique inferas quòd si rei in
60 minori ætate alienatæ, maior factus ex certa scientia prætium petat restitutionis beneficium amittit, vt patet ex *l. 1. C. si mai. fact. lib. 5.* in quibus terminis intelligendi sunt *Calcan. cons. 22. in fin. Crauet. cons. 159. Menoch. d. remed. 15. n. 113.*

Idemque dicendum si maior factus di-
61 lationem ad soluendum debitum in minori ætate contractum petat, vt post *Grat. cons. 47. num. 22. lib. 1. tradit Menoch. d. remed. 15. num. 112. & seqq.*

Cæterum regulam generalem constituas
62 in omnibus quæstionibus, vbi ex subsequenti gesto, & actu facto in maiori ætate, prætenditur ratificatio gesti in minore. Quòd vbi gestum est voluntarium, procedit sine controuersia opinio affirmatiua, vbi verò est necessarium, quia scilicet minor aliter facere non poterat, procedit opinio negatiua. Nec obstat dicere, quòd minor semper potest non facere id, ad quod de iure agitur, petendo restitutionem in integrum. Nam respondetur quòd minor maior factus infra quadriennium restitutionis iudicium anticipare non cogitur, pro quo euidens est ratio: Dari siquidem potest, quòd dum soluit vnum legatum in primo anno quadriennij, hæreditatem adhuc lucrosam putet; & quòd solum soluendo alterum legatum, vel debitum hæreditarium de nouo repertum, inconsultò hæreditatem adijsse cognoscat, quià non est soluendo. Quapropter iniquum esset in integrum restitutionis beneficium ei denegare, vt prudenter aduertit *Odd. de rest. d. art. 6. num. 62. in fin.*

ARGVMENTVM

Quibus, & si non sint minores ex Edicto tamen, & Iure minorum in integrum restitutio competat.

SVMMARIVM.

1 *Quòad beneficium restitutionis in integrum, quamplures in iure minoribus aequiparantur.*
2 *Ecclesia iure minorum in integrum restituitur.*
Iura de restitutione minorum loquentia extenduntur ad Ecclesiam, ibidem num. 2.
3 *Non solum Ecclesia Romana, sed & cætera Ecclesia gaudent beneficio restitutionis.*
4 *Tam in iudicialibus, quàm extraiudicialibus Ecclesia restituitur.*
5 *Argumentum de Tutore respectu Popilli, non procedit in Prælato respectu Ecclesiæ.*
6 *Loca pia fruuntur priuilegijs Ecclesiæ rum.*
Loca pia restitutionis beneficio gaudent iure minorum. ibid. n. 6.
7 *Causa pia restitutionis beneficio fruitur.*
8 *Valet argumentum à minoribus ad pias causas.*
9 *Iure minoris restituitur executor pia causæ, si perperam aliquid fecit.*
10 *Reijcitur* Gem. sententia in cap. 1. n. 20. de rest. in integr.
11 *Verior est Opinio, quæ Hospitalibus, & Confraternitatibus etiam auctoritate Ordinarij non erectis, iure minorum in integrum restitutionem concedit.*
12 *Auctor dat notitiam Insignis Operis in cuius*

cuius perfectione iam septem ab hinc annis laborat, cuius inscriptio est Pontifices Legislatores.

13 Pauperibus in integrum restitutio competit. Vid. n. seqq.

14 Pauperum Collegium, & Vniuersitas iure minorum restituuntur.

15 Pauperes non collegiati, vbi paupertas fuit causa læsionis restituuntur ex clausula generali.

16 Pauperes non collegiati propria imperitia, aut negligentia, vel ignorantia læsi ex edicto minorum restitui debent.

17 Pauperes sunt Thesaurus Christi.

18 Restitutio competis pro bonis relictis ad pauperes alendos, vel ad redimendos captiuos, datur Pauperibus, & quomodò hoc casu rescribat Signatura.

19 Piarum locorum administratores quòad propria bona non restituuntur.

20 Clericis quòad bona patrimonialia, etiam ad quorum Titulum fuerunt ordinati non competit restitutio.

21 Beneficio restitutionis ex edicto minorum fruitur Romana Resp.

22 Ciuitates, gaudent restitutione ex edicto minorum.

23 Communitates iure minorum debent restitui.

24 Castris & Villis iure minorum restitutio competit.

25 Reijcitur sententia, quæ Ciuitatibus communitatibus locis, & Villis negatur restitutio iure minorum.

26 Communitates Castra, & Villæ quæ per se ipsas reguntur, & non per Administratores, iure minorum non restituuntur.

27 Contraria opinio est verior.

28 Reprobatur distinctio Odd. de restit. part. 1. quæst. 3. art. 11. num. 72. & indistinctè proponitur Conclusio, quòd iure minorum restituantur Communitates, Castra, & Villæ quamuis à se ipsis regantur.

29 Vniuersitates, & Collegia approbata iure minorum restituuntur.

30 Fisco iure minorum restitutionem non competere aliqui affirmant, negant alij.

31 Fiscus, & Ecclesia æquiparantur.

32 Conciliantur pugnantes sententiæ circa restitutionem Fisci.

Fiscus in sententia læsus iure minorum restituitur. ibidem n. 32.

33 Fiscus, qui inuentarium facere omisit restituitur.

34 Fisco aduersus male gesta, vel omissa vbi per se ipsum læsus est, restitutio non competit.

35 Fiscus per suos Administratores læsus, in integrum restituitur secundum magis, commun. opin. DD.

36 Aduersus pœnalia, Fisco restitutio non competit.

37 In materia restitutionis, Fiscus est minus priuilegiatus, quàm minor.

38 Ob delictum enorme, ex generali clausula Fiscus restituitur.

39 Principi, iure minorum restitutio non competit.

40 Læsio Principis resultans in damnum Reipublicæ, vel sui status est restitutione digna.

41 Vbi ex Principis læsione, Respublica damnum non patitur, restitutio non competit.

42 Furiosis, & prodigis, in integrum restitutio competit.

Controuersum est, an ex edicto minorum, vel ex generali clausula. ibidem num. 42.

43 Furor est inter causas, ex quibus læsis per generalem clausulam subuenitur.

44 Furiosi, & Prodigi, iure minorum debent restitui.

45 Furiosi æquiparantur minoribus.

Prodigi æquiparantur furiosis. ibidem num. 45.

46 Furiosus restituitur aduersus damnosam hæreditatem aditam per suum Curatorem.

47 Prodigo restitutio competit aduersus damnosam hæreditatem, quam eius Curator adijt.

48 Accidentaliter furiosus, idest habens lucida interualla, auxilio clausulæ generalis restituitur.

Perpetuè furioso, & notoriè prodigo, habenti Curatorem, iure minorum restitutio non competit. ibidem numer. 48.

49 Perpetuè furioso, & notoriè prodigo datur restitutio eiusdem naturæ, & priuilegij cum ea, quæ datur minoribus.

50 Exponitur vtilitas, quæ oritur ex cognitio-

gnitione, vtrum restitutio competat ex generali Clausula, vel ex Edicto minorum, aut Constitutione consimili.

Restitutio qua datur ex clausula generali, suspensa remanet quousque contra Tutorem, vel Curatorem adest recursus. ibidem n.50.

51 *Restitutio qua competit iure minorum, vel constitutione consimili, datur, quamuis adsit recursus contra Tutorem, vel Curatorem.*

52 *Surdi, muti, surdastri, Appoplexia morbo, vel lingua impedimento laborantes, si ex his defectibus decipiantur, vel læsi sint, edicto, consimili priuilegio minorum restituuntur.*

53 *Personæ miserabiles, uti minores, & furiosi in integrum restituuntur.*

54 *Decrepitæ ætatis viri sicut minores restituuntur.*

55 *Senes æqui parantur pueris.*

56 *Senibus in delictis quoad pene diminutionem lex commiseratur.*

57 *Ab errore vindicatur illorum dictum, qui asserunt non extare Congregationem Studiorum.*

58 *Subditorum integritas tollit Principi exercitium meri, & mixti Imperij, non ipsum Imperium.*

59 *Falsa est assertio, quod Collegium Romanum Societatis Iesu sit Vniuersitas.*

60 *Falsum est dicere, quod Studium Sapientiæ Romanæ sit Vniuersitas Ceremonialis.*

61 *Ad Vniuersitatem constituendam supremi Principis auctoritas exigitur, nec non scientiarum vniuersalitas.*

62 *Collegium Romanum non fuit erectum, neque habet facultates, & priuilegia Vniuersitatis.*

63 *Romanæ Sapientiæ Vniuersitas florebat ante Iesuitarum originem.*

64 *Iesuitarum Collegia, & Palestra ex S.Ignatij instituto sunt pia Gymnasia.*

65 *Facultas laureandi non facit Vniuersitatem.*

66 *Differunt quoad dignitatem, & priuilegia laureati in publica Vniuersitate, ab ijs, qui lauream recipiunt extra Vniuersitatem.*

67 *Refertur decretum Sacræ Congregat. Concilij, quo sancitur laureatos extra Vniuersitates non posse promoueri ad dignitates Ecclesiasticas, Doctoratus gradum requirentes; adeò vt si promoueantur beneficia eo ipso vacent, nec faciant fructus suos.*

68 *Refertur decretum Sacræ Consultæ, quo sancitur ne laureati extra Vniuersitatem, ad temporalem iursdictionem exercendam assumi quomodolibet possint.*

69 *Romæ laureati extra Vniuersitatem Sapientiæ ad Dignitates Ecclesiasticas, neque ad munera temporalem iurisdictionem annexam habentia promoueri possunt.*

70 *In Collegio Romano non profitetur Vniuersalitas scientiarum, & Artium liberalium.*

71 *Supremus Princeps simplici Scholæ concedere potest priuilegia ad instar Vniuersitatis.*

72 *Iesuitarum Collegia habent facultatem legendi literas humanas Philosophiam, & Theologiam etiam vbi sunt publicæ Vniuersitates.*

73 *Romana Sapientia materialiter considerata est vera Vniuersitas.*

74 *Romana Sapientia formaliter considerata est vera Vniuersitas.*

75 *Item est studium florentissimum.*

76 *Refertur Cathalogus Professorum Romanæ Sapientiæ iuxta horas, in quibus legunt.*

77 *Sapientia Romana habet vniuersalitatem scientiarum, & bonarum artium.*

78 *Referuntur nomina Professorum Romanæ Sapientiæ, quos Auctor collegas habuit, & habet editis operibus insignes.*

CAPVT VII.

Quamuis minor ætas beneficij restitutionis in integrum potissima causa fuerit, non tamen ad solos minores priuilegium hoc restringitur, sed quamplures in iure minoribus
1 æquiparantur, adeò vt non secus ac si essent minores hoc beneficio gaudeant, de quibus in præsenti cap. superfluis omissis videbimus.

Dico igitur Ecclesiam iure minorum in
2 integrum restitui *cap. 1. extr. de rest. in integr. cap. 1. & 2. eodem in 6. Clem.*

Clem. 1. eodem. tit. Quòd, & vbique expressum habemus tam in iure Canonico, quam in Ciuili *l. orphanotrophos C. de Episc. & cler.* & cōmuniter docent *Doctores in d. cap. 1. & Clem. 1. & in cap. auditis de rest. in integr.* plenè *Carauita super rit. mag. cur. ritu 23. nu. 5. & seq. Dec. cons. 36. num. 9. Alex. cons. 81. num. 8. lib. 5. Soc. Iun. cons. 115. nu. 7. lib. 2.* Quòdq; iura omnia de minoribus loquentia in materia restitutionis in integrū trahi, & extendi debeant ad Ecclesiam post *Abb. in dicto cap. auditis* singulariter notat *Rodan. tract. de reb. Eccl. non alien. quaest. de rest. in integr. §. fin. num. 9.* Hoc autem procedere non solum fauore Romae Ecclesiae, sed & aliarum Ecclesiarum siue Cathe-
3 dralium, siue non Cathedralium tradit *Io. Fabri. in l. Republica. C. ex quibus caus. maio. Card. in dicto cap. auditis q. 4. de rest. in integr.*

Et q. i liquid dubitando dicant quidam
4 nimium subtiles, respectu extraiudicialia, praefata conclusio tam in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus locum habet, vt concludit *Bero. in dicto cap. 1. n. 96. de rest. in integr.*

Hic autem nota, argumentum non pro-
5 cedere, quod quidquid dicitur de Tutore respectu pupilli, de Curatore respectum minoris, locum habeat in Praelato respectu Ecclesiae, vt patet ex plenè deductis in *addit. ad Mathes. sing. 44. aduertit Odd. de rest. part. 1. quaest. 3. art. 4. num. 22.* Vide notata infra in Comment. ad cap. Requisiuit.

Quoniam verò Ecclesiarum priuilegia
6 omnibus locis pijs reperiuntur etiam concessa *l. omnia priuilegia C. de Episc. & Cler.* eodem met iure minorū, quo Ecclesia restituitur, omnia pia loca in integrum debent restitui. *Io: And. cap. 1. de rest. in integr. Abb. in cap. 1. eodem tit. & in cap. 2. num. 2. de Consuet. & in cap. relatum il primo num. 7. de Testam. & in cap. de his num. 3. eodem & in cap. 1. num. 22. de Iuram. Calum. Rom. singul. 272 Marant. in 3. part. 6. part. act. 2. num 85. Bald. cons. 465. num. 4. lib. 1. Dec. cons. 36. num. 9. Aymo. cons. 204. num. 22. Guid. Pap. decis. 333. Est text. expressus in dicta l. omnia priuilegia cum concordantibus innumeris in add. ad Abb. dicto cap. 2. nu. 2. dicto cap. 1. num. 15. & cons. 102. nu. 1. lib. 1.* Quodque de pijs locis dico ge-
7 neraliter procedit in qualiber pia causa, vt post *Io: Andr. d. cap. 1. & 2. notat. Aret. in l. 1. in duodecimo priuileg. C. de Sacros. Eccles. Bald. d. cons. 465. lib. 1.* cum alijs, quos pleno calamo congerit, *Tiraquel. tract. de priuileg. piae causae priuil. 138.* & haec nemine penitus discrepāte est communis opinio; valere enim argumentum à mi-
8 noribus ad pias causas tradit *Carauita super ritu magn. Cur. ritu 23. num. 5. & Euerar. in sua centur. loco 133.* quaenam verò dicantur piae causae plenè deducit *Tiraquel. dicto tract. in princ.*

Vnde & puto, quòd si aliquid relictum
9 sit pro pij loci constitutione, & executor pium hoc legatum adimplendo perperam aliquid facit, iure minoris debeat restitui, vt notabiliter dixit, *Rot. in antiquioribus. decis. 1. Tit. de Testam.* Idemque docet *Io: de Silua tract. de benef. 3. part. quaest. 6. num. 7. Gabr. de praesumpt. concl. 13. num. 3.* quidquid, nostram conclusionem restringendo dicat *Gem. in cap. 1. nu. 10.*
10 *de rest. in integr. in 6.* cuius dicta & reijcit, *Odd. d. part. 1. quaest. 6. art. 5. nu. 30. in fin.*

Quid tamen dicendum sit de Hospitalibus, & Confraternitatibus; Ordinarij auctorita te non erectis, sed pia solum laicorum voluntate ditatis, quaeque ab ipsis laicis reguntur, ad proprium beneplacitum pauperibus assi-
11 stendo, non satis discussum remanet, & non modica dubitatio viget vt opinionibus hinc inde relatis notat *Odd. dicta quaest. 6. art. 6.* vbi veriorem dicit, quae huiusmodi locis iure minorum, & Ecclesiarum in integrum restitutionem concedit; Concludens etiam de hoc non esse dubitandum, vbi auctoritate Episcopi Hospitale, vel alterum pium locum aut Confraternitas esset erecta *per d. l. omnia priuilegia. C. de Episc. & Cler.* & ex not. *in cap. de Xenodochijs cum cap. seqq. de Relig. dom.* ita etiam testatur *Gemin. in dicto cap. 1. de rest. in integr. in 6.*

Ad plenam verò huius materiae explica-
12 tionem, quatenus ipsatum Ecclesiarum, piorum locorum, & operum in integrum restitutionem respicit; ad omnes

omnes Ecclesiasticas Sanctiones, de in integrum restitutione in *Decretalibus, Sexto, Clement. & Bullario* registratas, in fine huius operis distincta Commentaria exponam, in illarum dilucidatione, interpretatione, & concordantia, eadem seruata forma, qua Deo dante, insigne, & elaboratum Opus, *Pontifices Legislatores, inscriptum*, in lucem, quàm primum edere spero; Et vt vestra, *Viri eruditi*, in re quam magnam quidem pollliceor, sed cælesti munere, facultas, & tempus ad propositum persequendum suppeditabitur; sicut enixè flagito, audiam vota; infra in Epistola ad Lectorem dictis Commentarijs præposita meæ Editionis super qua iam septem abhinc Annis in sudo, consilium proponam.

Vtque ad rem nostram redeamus omis-
13 sis aeris dubitandi rationibus omninò concludendum puto Pauperibus in integrum restitutionem competere. Dubitari solum potest, an restituendi sint ex edicto minorum, vel iure minorum pròut dictum est in Ecclesia, vel ex edicto maiorum, siuè ex clausula generali. Et pro resolutione distinguendum est inter paupe-
14 res collegiatos vniuersitatem constituentes, & pauperes non collegiatos. Nam si sermo sit de Pauperum Collegio, seù Vniuersitate, sine dubio eodem iure restitui debent, quo Ecclesia cum cæteris pijs locis in integrum restitutionem obtinere possunt, vt in terminis dicit, *Bald. conf. 377. num. 3. lib. 3. & conf. 465. n. 2. & seq. lib. 1. Idem in l. quamuis num. 2. C. de Fideicomiss.* & generaliter faciunt supra allegatę auctoritates ad fauorem Ecclesiæ, piorum locorum, & causarum.

Si verò sermo sit de pauperibus non collegiatis, sed ex hoc simpliciter, quod pauperes sint in integrum restitui petant, considerandum est in casu vtrum paupertas læsionis causa fuerit, quia nimirum rebus suis insistere, & superesse nequierunt, & in casu ex clausula generali; de qua dicam infrà *cap. seq.* restitui debent.
16 Quòd si simpliciter læsi sint, vel ex imperitia propria, vel eorũ negligentia, & ignorantia, qui sunt executores de relictis ad eorum substentationem; & puto in casu eodem iure eis restitutionem competere, quo cæteris pijs locis concedendam dixi, quod & notabile dico, nam & si in specie à nullo tactum sit; satis vrgens ratio ipsum suadet, facta consideratione ad relictum, seù legatum, quod pium est, vt colligitur ex *Bart. & cæteris communiter in repet. l. 1. C. de Sacrosf. Eccles.* Inspecta quoque ipsorum pauperum persona, quos Leuita
17 Laurentius Christi Thesauros appellar, & pro quorum substentatione & redemptione sacra ipsa vasa vendi possunt, *l. sancimus C. de Sacrosf. Eccles.* ibi: *captiuitatis, & famis.* Vnde & sequitur quòd à fortiori circa bona pro pauperibus alendis, vel pro redemptione captiuorum relicta, in integrum restitutio dari debeat *auth. multò magis C. de Sacrosf. Eccles.* Quæ
18 singulariter notanda aduertit, *Odd. de rest. dicta part. 1. quæst. 6. art. 7. numer. 51.* propter casus, in quibus tam in iudicialibus, quàm extraiudicialibus Pauperibus læsio contingeret. Et regulariter loquendo Pauperibus, alijsque egenis dandam esse in integrum restitutionem asserit, *Vestr. in Prax. lib. 8. cap. 3. num. 12. relat. à Ridolf. in prax. part. 1. cap. 13. num. 440.* vbi notat quòd in casu restitutionis in integrum causa Paupertatis Signatura loco clausulæ *Parito iudicato,* mitius rescribit cum clausula *dimissa possessione tantum, reseruatis fructibus, & expensis in fine litis.*

Hoc tamen beneficium restitutionis in
19 integrum non extenditur ad locorum piorum administratores, quòad bona propria, vt in specie notat *gloss. in Clem. 1. verb. Ecclesia, de rest. in integr. vbi Card. num. 14. Abb. in cap. 1. num. 4. de consuet. & in cap. Ecclesia S. Mariæ. num. 7. de Const. Hiero. in cap. 1. nu. 142. de rest. in integr. Crot. conf. 334. nu. 4. lib. 1. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. de rest. in integ. §. 1. num. 9.* & de cõmuni cum alijs concordantibus testatur, *Couar. var. resol. lib. 1. cap. 4. num. 2. & num. 3. & 4.* vbi non solum hoc idem docet quòad bona patrimonialia Clericorum, sed etiam
20 quòad ea bona ad quorum titulum sacros ordines receperunt, ita etiam aduer-

aduertit, & tenet *gloss. in cap. tnis*, quam ibi sequuntur, *Abb. & Imo. de Praben. Felin. in cap. Ecclesia num.* 10. *de Constit.* quidquid contra dicat *Dec. post Bald. à Couar. relat.*

Fruitur etiam beneficio restitutionis ex hoc edicto minorum nedum Romana Respublica, sed & cæteræ Ciuitates, Communitates, Castra, & Villæ, siue per administratores regantur, siue non.

De Romana Republica habemus tex-
21 tum expressum in *l. Respublica C. ex quib. caus. mai. Card. incap.* 1. *quæst.* 3. *de rest. in integ.* vbi & plene *Bero. num.* 130. quorum auctoritas satis sit in re, quæ sine contradictione procedit.

De cæteris Ciuitatibus originaliter &
22 singulariter testatur ex Iuristis *Azo. gloss. in d. l. Respublica. gloss. in l. nihil. ff. ad Maced. Bald. Paul. de Cast. & Fulgos. in d. l. respublica. Bart. in l.* 1. *C. qui vic. alt. ger. Alber. in l. ab hostibus num.* 16. *ff. ex quibus caus. mai. Alex. in l. Ciuitas num.* 4. *cum concord. ff. si cert. pet. Luc. de Pen. in l.* 3. *C. de adm. rerum publ. lib.* 11. *Iason. in auth. sacramenta num.* 64. *C. si adu. vend. Angel. de Clauas. in summa verbo Ciuitas num.* 4. *Marant.* 3. *part.* 6. *partis act.* 2. *num.* 87. Ex Canonistis *Specul. in Tit. de rest. in integr.* §. 1. *num.* 29. *Butr. in cap. auditis num.* 24. *de rest. in integr. vbi & Ioan. Andr. Anch. num.* 9. *Card. in dicto cap.* 1. *quæst.* 3. *vbi & Abb. num.* 14. & hanc esse communem sententiam pleno calamo docent, *Card. Alb. Marant. cum alijs, quos refert & sequitur Odd. de Rest. part.* 1. *quæst.* 3. *art.* 9. *numer.* 62. Idemque consulendo dicunt *Dec. cons.* 42. *num.* 15. *Natt. cons.* 548. *num.* 19. *lib.* 3. *Cephal. cons.* 40. *num.* 54. *lib.* 1. *Rol. cons.* 37. *num.* 1. *lib.* 3. *Paul. de Castr. cons.* 37. *num.* 1. *lib.* 2. & ab hac opinione vti veriori recedendum non puto quidquid in contrarium indistincte teneat *Innoc. in d. cap.* 1. *de rest. in integr. Alber. in d. l. Respublica* cum alijs quos refert, & quorum dictis plene satisfacit, *Odd. dicto artic.* 9. *per totum.*

De communitatibus in specie ita con-
23 cludit, *Alex. cons.* 1. *num.* 13. *lib.* 4. *Corn. cons.* 142. *num.* 18. *lib.* 2. vbi de communi, & quoniam consimiles in casu rationes militant, quæ in Ciuitatibus, supra relatæ DD. auctoritates optime applicantur.

De Castris verò, & villis ab omnibus
24 quoque ita vbique ferè concluditur licet *gloss. in d. l. Respublica in fine*, vbi & *Cyn. num.* 4. aliter sentiant, quorum neglecta sententia DD. omnes communiter docent, Castra & Villas, quæ reguntur per Syndicos, seù Massarios, vel alios administratores, sicut Ciuitates, iure minorum in integrum restituendas esse. Ita post *Iacob. de Aren. & Butrig. affirmat Bald. in d. l. Respublica num.* 2. *vbi Ang. num.* 1. *Specul. de rest. in integr.* §. 1. *num.* 20. *Io. Andr. dicto c.* 1. *de rest. in integr. Paul. de Castr. in l.* 1. *num.* 3. *C. etiam per procurat. Alb. in l. si ab hostibus num.* 17. *ff. ex quibus caus. mai. Alex. in l. Ciuitas num.* 4. *ff. si cert. pet. vbi & Dec. num.* 8. *Bal. in l. legatis ff. ex quib. caus. mai. Card. in dicto cap.* 1. *nu.* 4. *extra de rest. in integr. vbi & Abb. num.* 15. *Marant. vbi supra num.* 94. *Mauric. de rest. in integr. cap.* 417. *Boss. in Tit. si adu. rem Iud. num.* 20. Ita quoque consuluerunt, *Corn. cons.* 284 *num.* 5. *lib.* 4. *Socin. sen. cons.* 299. *num.* 1. *lib.* 2. *Alciat. cons.* 167. *num* 2. *&* 3. plene cum *concord. Socin. iun. cons.* 51. *num.* 5. *lib.* 2. *Natt cons.* 158. *num.* 19 *Neuiza. cons.* 45. *per tot. Rol. à Vall. cons.* 90. *num.* 27. *lib.* 1. *& cons.* 68. *num.* 22. *lib.* 3. *Rimiuald. Iun. cons.* 81. *nu.* 31. *lib.* 1. distinguendo docet *Plateanus post gloss. in l.* 1. *nu.* 1. *& in l. Rempublicam. C. de Iur. Reip.* & ratio est euidens quia Vniuersitatū Administratores vt plurimum, aut sunt Annales aut Menstrui, vnde earundem negotia negligunt vt obseruat *Rot. in Bononien. Obligationis Cameralis coram Robustério impress. post Galesium de Oblig. Camer. decis.* 93. *num.* 16. *Cohel. in Bulla bon. Regim. cap.* 26. *num.* 7. *&* 8. Et quod rationi repugnet quòd restitutio huiusmodi locis, Ciuitatibus nempe, Cōmunitatibus, Castris, & Villis non
25 competat iure minorum, sed ex clausula generali, si qua mihi &c. quid. quid dixerit *Angel. in l. Ciuitas num.* 4. *ff. si cert. pet. cum alijs quos refert Odd. dicto Art.* 9. *num.* 61. *vers. Tertio quia, & reprobat num.* 61. *vers. ad tertium*; pulchris rationibus defendit *Bero. cap.* 1. *num.* 139. *de rest. in integ. & eruditè Alex. cons.* 159. *n.* 9. *lib.* 3.

N Non

Non tamen idem dicendum de Com-
26 munitatibus, Castris, & Villis quæ propter ipsarum exiguitatem, non per administratores, sed per se ipsas reguntur; & non habent iura fiscalia affirmant Doctores tot numero, vt primo aspectu communem opinionem constituere videantur. Ita enim tenuerunt *Azo. Cyn. Bart. Iac. Butrig. Ang. Fulgos. in d. l. Respublica Alex. Dec. in dicta l. Ciuitas. ff. si certum petatur. Afflict. super const. Regni in prælu. quæst. 5. num. 2.* qui de communi testatur cum plur. concord. quos & refert *Odd. de rest. part. 1. qu. 3. art. 11. num. 71. vers. tertio quia*, qui tamen postea concludit magis communem opinionem esse in contrarium, & in specie, quod Vniuersitates non habeant restitutionem in integrum, nisi iura fiscalia retineāt fuit opinio *Bald. in cap. 1. de in integrū rest.* ex pluribus sanè reprobata *apud Marsil. singul. 699 num. 2. & 3.* Vnde & concludendum
27 iure minorum restitui Communitates, Castra, & Villę quamuis à se ipsis regantur, & vnum tantum foculare habeant, *de Marin. obseru. ad Reuerter. decis. num. 639. Capyc. Latr. decis. 195. num. 42. tom. 2.* vbi solum dicit, quòd Vniuersitatibus priuilegium restitutionis in integrum denegabitur, quoties actus gesserint cum consilio Aduocatorum, & ita in specie post *Odofr.* docent *Bald. & Paul. de Castr. in dicta l. respublca. Io. Andr. in addit. ad specul. in Tit. de rest. in integr. vers. Respublica, vbi & Bald. Iason. in l. vt inter diuinum num. 16. C. de Sacros. Eccles. cum concord. Afflict. const. Reg. in prælud. dicta quæst. 5. num. 2.* vbi reprobata distinctione an Vniuersitas sit multitudinis hominum, vel non quam faciebat *Afflict. in cap. imperialem num. 72. Tit. de prohibit. alien. Feud. per Feud. & Vestr. lib. 8. cap. 3. num. 22.* in nostram sententiā descendit. *Mauric. de rest. in integr. cap. 417. Vers. sed ego. Marsil. sing. 699. cum multis concord. Foller. addit. ad Marant. dicto num. 97. Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 8. cap. 3. num. 22. Brun. consil. 87. num. 35. Crot. cons. 145. num. 2. Nat. cons. 548. num. 19. cum concord. quam pluribus Odd. d. art. 11. num. 71. vers. in contrarium, qui num. 72. &*
28 *seq.* ad conciliationem discordantium opinionum, distinctionem adducit, quæ pace tanti Autoris non placet; sed indistinctè hanc conclusionem intrepidè tenendam puto, prout seruatum testatur *Crot. dicto cons. 145. nu. 2. Calà de rest. in integ. min. deneg. q. 1. n. 4.* quod, & æquitas suadet, cum, vt, & aduertit *Cohel. dicto c. 26. n. 7. & 8.* licet ipse contrarium sentire videatur, in dictis Vniuersitatibus adesse soleant personæ miserabiles, pupilli, Viduæ, & minores. Et solum in casu, quo Vniuersitas tota constaret ex personis quibus de iure non datur restitutio, contrariam sententiam locum habere posse puto. Quinimò nota, quòd & ipsi Agenti Vniuersitatis, quamuis Doctori, aduersus factum Vniuersitatis nomine, restitutio cōpetit. *Cohel. in Bull. bon. Regim. cap. 34. art. 4. num. 11.*

Quòad autem reliquas Vniuersitates &
29 Collegia approbata vtrum in integrum restituantur hinc inde probabiles opiniones refert *Odd. d. q. 3. art. 12.* vbi testatur magis communem opinionem stare pro affirmatiua, quod & affirmat *Corn.* cum pluribus *concord. cons. 142. num. 19. lib. 2.* Ingeniosa verò distinctione discordantes DD. sententias concordare conatur, vnde & ipsum consule in casu *dicto art. 12. Ridolfin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 433.*

Quid de Episcopo dicendum sit, An sci-
30 licet ex hoc iure minorum restitutio competat, dubitabilis est quæstio. Fiscum enim generaliter non esse restituendum, quia non est priuilegiatus nisi in casibus à iure expressis, dicunt *Cyn. in dicta l. Respublica num. 1. vbi Alber. num. 3. & Paul. qui se ita Francorum Regi consuluisse asserit Luc. de Penia in l. 3. C. de Præp. sacri Cubic. idemque firmat Bellam. in cap. auditis num. 10. de rest. in integr. cum alijs concordant. quos refert Odd. dicta quæst. 3. art. 13. vbi quæstionem hanc disertè pertractat.*

Restituendum verò esse affirmat gloss. in *l. 2. C. comm. de vsu cap. Alb. in l. & si fine §. quæsitum num. 4. ff. de min. Io. de Deo lib. 3. cap. 5. num. 4. Mauric. de rest. in integ. cap. 317. Guid. Pap. decis. 302. vbi hoc firmat contra Petrum, & Cyn. Boss. tit. de Fisco, & Priuil. Fisc. num. 21.*

num. 21. Afflict. consi. Regn. lib. 2. rubr. 39. num. 1. Idem decis. 340. num. 3. vbi à Sac. Neapol. Consil. plenis votis ita decisum testatur. Facit etiam pro
31 hac sententia, quod Fiscus, & Ecclesia æquiparantur, *Cassan. consuet. Burgond. rubr. 6. §. 4. num 14. & hoc tenet Celsus Hugo consi. 48. num. 5. Alciat. consi. 513. num. 4. Ridolf. prax. part. 1. cap. 13. n. 433.*

In hoc Iurisconsultorum conflictu, ad ipsorum conciliationem, & ad huius quæstionis intelligentiam; nec non ad veritatem ex tot auctoritatum, & hinc inde argumentorum Pelago ernendam cum distinctione proceden-
32 dum puto. Vel Fiscus læsus fuit in sententia, & indubitanter concludendum est, quod aduersus ipsam iure minorum restitui debet, habemus enim textum ad literam *in l. 1. ff. de sent. adu. fisc. latis* & per hunc textum ita communiter vbique concludunt DD. asserentes, quòd præcipua ratio huius restitutionis est fauor specialis ipsius Fisci.

Vel Fiscus inuentarium facere omisit,
33 & concludendum pariter eodem iure ei restitutionem competere. *Angel. in §. si enim Auth. vt cum de appell. cogn. Mauric. cap. 220. vbi expressè impugnat Guid. Papa Decis. 332.*

Vel versamur in alijs per Fiscum male
34 gestis, vel male omissis, extra prædictos duos casus, de quibus specialiter cautum reperitur, pro restitutione nimirum aduersus sententiam & omissum Inuentarium; & ad hoc reducitur difficultas. Dic igitur vel Fiscus à se ipso læsus est, quia scilicet ipse Princeps, vel Senatus in aliqua conuentione, per se ipsum & non per administratores fiscales læsus est: & in casu si Princeps, vel Senatores non sint personaliter minores restitutionem eis competere non puto, vt in terminis docet, *Faber. in l. Respublica C. ex quib. caus. mai. & iuxta* hanc intelligentiam benè procedit opinio, quòd Fiscus in integrum non debeat restitui. Vel Fiscus per suos admini-
35 stratores læsus reperitur, & in casu non est discedendum ab opinione DD. fisco in integrum restitutionem concedentium, quæ quidem opinio est magis communis, vsu, & stylo recepta, vt in terminis dicit, *Boss. Tit. si aduer. rem iudic. num. 19.* & testatur *Odd. dicta quæst. 3. art. 13. nu. 84. vers. Ego puto.*

At cum læsio ne dum respicere possit
36 conuentiones à Fisco factas, sed & pęnas, quid in pęnalibus dici debeat adhuc indecisum remanet. Vnde omissis DD. auctoritatibus affirmatiuã sententiam docentibus, quos plenè refert *Odd. dicto art. 13. num. 85.* Dico cum communi aduersus pænalia in integrum restitutionem Fisco nequaquam competere, vt in specie affirmat *Bald. in addit. ad Specul. Tit. de Accusat. vers. quid si Iudex Angel. in l. fin. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. Boss. in Tit. si aduers. rem iudic. nu. 13. Isern. Conis. Reg. car. 86. col. 4. Gabriel. concl. 13. n. 4. Thob. consi. 105. num. 3. pro hac sententia facit celebris text. in l. auxilium ff. de minor. Mauric. cap. 152. vbi de communi, & post illum Villab. commun. opin. verbo restitutio num. 5.* Euidens quoque ratio patet, nam si in causa criminali minoribus indistinctè restitutio denegata remanet ex supra deductis, multò magis hoc dicendum est de Fisco, qui in materia restitutio-
37 nis minus priuilegiatus reperitur, quàm minor, vt affirmat *Alciat. consi. 513. n. 4.*

Hæc autem intelligas quoad restitutio-
38 nem in integrum iure minorum, quia ex clausula generali, detecta enormitate delicti Fiscus restituendus esset, vt notat *Boss. in Tit. si aduers. rem iudic.*

Quæ dicta sunt de Republica, Ciuitatibus, Castris, Villis, & Fisco, non absolutè applicari possunt Principi, adeò vt à pari dici valeat vti Rempublicam, ità Principem iure minorum restituendum esse. Quinimò quòd Principi iure minorum restitutio non competat indistinctè determinant
39 *Doctores Guid. Pap. quæst. 340. Luc. de Penna in l. Cubicularios C. de præp. Sac. Cubic.* vbi hoc latè cum alijs concordant. defendit, & de communi testatur, *Odd. dicta q. 3. art. 14. n. 90. vers. in contrarium.*

Cum distinctione tamen ad difficultates
40 euitandas procedendum puto; Vel à Læsione Principis resultat læsio ipsi Reipublicæ, & suo statui, & dico

N 2 Prin-

Principem restituendum esse iure minorum, & in hoc sensu intelligi debet *Couar. var. resol. cap. 3. nu. 13. Gramma. Const. Regn. Tit. de rest. Reip. num. 4. Dec. cons. 410. num. 20. lib. 2.* Aut ex læ-
41 sione Principis nulla Reipublicæ læsio resultat, & in integrum restitutionem ei non competere, vt præter allegatos DD. docet *Afflict. Const. Regn. incip. eaque ad decorem col. 4. vers. 2. Rol. à Valle cons. 1. n. 168. lib. 2.*

Furiosis etiam, & prodigis in integrum
42 restitutionem concedendam esse vno ore concludunt DD. inter se tamen disceptantes; vtrum eis restitutio danda sit ex edicto, seù iure minorum, vel ex generali clausula debeant restitui. Furorem enim esse vnam ex causis, ex quibus per generalem clausulam læsis succurritur dixit *Bart. in l. si infanti C. de iur. delib.*
43 *Bald. in l. Marcellus C. de curat. furio. Idem Bald. in l. 1. ff. de bon. poss. insf. del. & in l. si curatorem habens ff. de restitut. in integr. Crem. sing. 119. Io: Andr. in addit. ad Specul. Rubr. de præscript. vers. habeatur etiam quæstio. Barbat. cap. ex parte num. 8. de consuetud.*

Furiosis verò, & prodigis iure mino-
44 rum in integrum restitutionem competere satis euidenter deducitur ex text. *in l. 2. C. de Cur. furio. vbi Bald.* & alij docent furiosos æquiparari minoribus annorum 25. Prodigos autem æquiparari furiosis, patet ex
45 *l. 1. ff. de Cur. fur.* Hoc idem affirmant *Iac. de S. Georgio in l. Infantis C. qui adm. num. 3.* vbi post *Bald. dicit*, quod si Curator furiosi damno-
46 sam hæreditatem adiuerit, aduersus aditionem furiosus sicut minor restituitur. *Euerard. in cent. loco à min. ad fur. vers. Item secundo.* Idem in prodigis dicit *Aret. in l. si Curatorem C.*
47 *de rest. in integr.* vbi ait hoc velle *gloss. in l. hac autem ff. ex quibus causis poss. eatur. Ridolf. in prax. part. 1. cap. 13. num. 434.*

In hoc Doctorum conflictu, & differentia distinguendum puto inter furiosum, qui perpetuo morbo laborat, & inter furiosum accidentaliter. Nam si de accidentaliter furioso sit sermo,
48 quia nempè cum in furorem incidisset, suis non potuit superesse negotijs, vndè læsus fuit, hoc casu non aliter credo ei succurri posse, quam auxilio generalis clausulæ, prout aliorum infirmitate laborantium indemnitati occurritur; & consequenter sine scrupulo procedit opinio *Bart. Bald. &c.*

Si verò loquamur de furioso perpetuò, & notoriè prodigo, cuique propterea perpetuus Curator datus fuit, sine cuius auctoritate nihil facere potest; vel quæritur in casu vtrum ei detur restitutio iure minorum, & credo quod non, cum hoc neque in minorum edicto, neque in aliqua lege sub hoc *Tit. de minor. clausa scriptum reperiatur*. Aut quæritur vtrum furiosis, & prodigis danda sit resti-
49 tutio, eiusdem naturæ, & priuilegij cum ea quæ datur minoribus idest, quæ eosdem producat effectus, quos minorum restitutio producere potest; & credo, quòd sic, propter æquiparationem factam à lege inter minores, furiosos, & prodigos *gloss. in l. 2. C. de Cur. fur. & ità singulariter docet Iac. de S. Georg. in l. fin. C. in quibus cau. rest. non est necess. n. 5. Rebuff. de rest. in integr. art. 1. gloss. 10.*

Nec dicatur quæstionem hanc esse
50 de lana caprina, quia maxima vtilitas oritur ex cognitione, an restitutio ex generali clausula. *Si qua mihi &c.* danda sit, an verò ex edicto, seù constitutione simili edicto minorum; Nam restitutio, quæ datur ex clausula generali, non conceditur quousque contra Tutorem, vel Curatorem adest recursus. *Bart. in l. qui duos num. 7. ff. de rebus dub. Paul. de Castr. in l. 2. C. si adu. vend. pign. Natta cons. 491. num. 9. Rol. cons. 10. nu. 19. lib. 2. Ruin. cons. 120. per tot lib. 5. & diserte explicat pluribus congestis Odd. q. 23. art. 6. ego verò dicam cap. seqq.*

Restitutio verò quæ datur ex edicto mi-
51 norum, vel altero edicto simili, conceditur quamuis contra Tutorem, vel Curatorem recursus adsit *l. 1. & per tot. Tit. C. si Tutor, vel Curat. plenè Odd. de rest. d. q. 23. art. 2.*

Edicto quoque consimili edicto mino-
52 rum, eiusdem scilicet naturæ, & priuilegij. Puto restitutionem in integrum competere surdis, mutis, surdastris, & apoplexiæ morbo ità

lingua

lingua impediti, vt neque aliorum bene audire, neque suam intentionem bene exprimere valeant; si propterea defectu huius impedimenti decipiantur, & læsi sint. Ad hoc mouet, quod peregrinè determinat *Soc. Sen. in l. 1. num. 5. ff. de verb. oblig.* dicit verissimum *Ponta. ad d. l. 1. n. 19. & facit gloss. in d. l. 2. C. de Curat. furiosi*. affirmat *Odd. de rest. p. prima quæst. 3. art. 2. Ridolf. in prax. part. 1. cap. 13. num. 434.*

Et quæ de furiosis dicta sunt procedunt,
53 vbi agitur de restitutione personarum miserabilium, & decrepitæ ętatis. Quòad enim attinet ad miserabiles personas hoc in terminis docet *Rebuff. tract. fine Comment. sup. Constit. Regn. Franciæ. de sent. prouis. art. 3. glos. fin. num. 29.* vbi dicit debere restitui vt minores, & hoc quia restitutionis beneficium est miserabile *l. præses §. de min. l. 3. ff. rem rat. hab.* refert, & sequitur *Odd. d. q. 3. art. 3. num.* 10. qui tamen *num.* 15. vbi agitur de miserabilibus personis in particulari, eis non ex edicto minorum, sed ex generali clausula subueniendum determinat, quod & fusè tradit *in part. 2. q. 12. art. 5.*

Senibus verò, de illis loquor, qui in
54 ætate decrepita constituti repuerascere incipiunt, nullo pacto denegari potest restitutio ex edicto, simili edicto minorum, vel saltem eodem pollenti priuilegio, vt notat *gloss.* & est communis DD. *regula in l. 2. C. de Cur. fur.* & quidem cum nimium senes ad sensum puerilem reuertantur, vt notat *gloss. in l. senectus C. de donat. Bald. in repet. §. pœna grauior ff. de Infam.* iuxta illud. *Bis pueri senes*. Ait Plaut. in Mercatore.

> *Senex quam ex templo est iam, nec sentit nec sapit.*
> *Aiunt solere eum repuerascere.*
> *Dixit & Cato in carminibus vulgaribus.*
> *Nam quicumque senex, sensus puerilis in eo est.*

Scripsit etiam *Arch. in cap. tanta 26. dist.*
55 vbi tradit senes dici à sensus diminutione, & æquiparari pueris secundum physicos, quia sicut in pueris sanguis nondum calidus est, ita in senibus iam est frigidus. Aequè ac pueris si læsi sint eis subueniendum, est per remedium restitutionis, nam si illis in delictis lex commiseratur
56 quòad pœnę remissionem, vel saltem diminutionem, vt patet ex *sing. text. in l. 2. ff. de term. mot.* aduertit *gloss. in l. auxilium ff. de minor. verb. miseratio, & ibi plenè Alber. nu.* 4. & hoc ope restitutionis in integrum, sicut minoribus; ergò hoc facilius dicendum vbi versamur extra delictum, per argumentum *d. l. auxilium*; & per tradita ab *Odd. in d. art. 3. à num. 12. vsque ad 14. Ridolf. in prax. part. 1. cap. 13. n. 435.*

Cæterum ne dum loquor de beneficio restitutionis in integrum quatenus ex edicto, & iure minorum respicit Vniuersitates, cęteraque Collegia approbata, negligendo ea, quę proprium munus respiciunt, Romanamque Vniuersitatem lędunt, in condignam censuram incidam. Quæ de eadem Romanæ Sapientiæ Vniuersitate de recenti dumtaxat scripta inuenio, ad pristinum statum, Ius, & veritatem reuocata exponere in fine huius cap. opportunum arbitror.

Dico igitur erroneam esse, illorum as-
57 sertionem, qui dicunt, non extare Congregationem Studiorum, vel Sapientiæ. Nè vè altiora Congregationis pro Vniuersitate Studij Romani exordia exquiram, Romanæ Sapientiæ Vniuersitas, eadem Congregatione in præsenti regitur, quam Sixtus V. pro ipsa conseruanda, augenda, rectèque administranda instituit, cui quinque S.R.E. Senatores, & Cardinales pręfecit eum facultatibus, de quibus in eius *Constit. registrata tom. 2. Bullar. fol.* 614. Quod, & prius à Leone X. factum patet, ex *Const. 4. Bullar. tom. 1. fol.* 472. vbi postquam in §. 8. plura Romanę Vniuersitati priuilegia concessisset, cunctis Iudicibus Romanę Curię, ne Scholares in priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus perturbent, & molestent, sub excommunicationis pœna inhibuit §. 10. Sacri Cardinalium Collegij Decano Episcopo Ostiensi, ex Presbyterorum, & Diaconorum Ordinibus primis Cardinalibus, vt Doctoribus, & Scholaribus præsidio sint, ac Tutores assi-

stant

stant demandatur. Qui Cardinales,
pro Congregatione Sapientiæ deputantur à Papa, adeòut si vnus ex ipsis
è viuis sublatus remaneat, alter in
locum defuncti substituatur, & Studij Protectores vocantur.

In præsenti verò Congregationem hanc
constituunt Eminentissimi, & Reuerendissimi Patres Sapientiæ altores,
quos dignitatis prærogatiua commendatos aptiori loco commendandos remitto S.R.E. Cardinales Franciscus Barberinus Sac. Collegij Decanus, Flauius Card. Chisius, Iacobus Card. Rospigliosius Leopoldus
Card. Medices, ex Magnis Etruriæ
Ducibus, & Palut. Card. Alterius
S.R.E. Camerarius, quem Virum,
de Catholica Republica benemeritum, ingenio, doctrina, iudicio, integritate, pietate, iustitia, & rerum
omnium vsu fulgentem. Princeps noster, re, & nomine Clemens huius
nominis X. vti Maximus, ità Optimus, ad Vrbis, & Orbis regimen,
secum assumpsit. Nec exindè quòd
Romanę Sapientię pro tempore Rectorum Vigilantia, atque prudentia,
& Professorum diligentia, res Studij
tam benè se habeant, vt rarò PP.
Eminentissimos congregare contingat, benè deducitur, Studiorum
Congregationem non extare, sicut
mala esset illatio, si quis diceret Principem non habere merum & mixtum
58 Imperium, cuius subditorum pietas,
exercere Iura sanguinis ei nunquam,
vel rarò permitteret.

A veritate quoque declinat illorum
assertio, quòd Collegium Societatis
Iesu exceptis facultatibus Legum,
59 & medicinæ, reuera Romanam Vniuersitatem Studiorum potius constituat, vel repræsentet; quoniam licèt
in Sapientia adsint Professores, seu
Lectores Theologiæ, Philosophiæ, &
aliarum facultatum, vel artium liberalium; attamen videtur potius quodam studium ceremoniale. Nam
60 quod attinet ad Collegium Societ.
Iesu nouum est, quòd Iesuitarum
Gymnasia, respectu facultatum, quas
docent, vbique similes, Vniuersitatem faciant; duo enim ad publicam
studiorum Vniuersitatem constituendam necessariò, & essentialiter re-
61 quiruntur; Papæ nimirum, vel Imperatoris auctoritas, necnon Scientiarum, & Artium liberalium vniuersalitas, quorum neutrum habetur in
Iesuitarum Collegio, quod Romanum dicitur. Nam quoad primum
62 requisitum, nulli ignotum puto,
Collegium prædictum suprema Principis auctoritate erectum non fuisse;
cum priuilegijs, & facultatibus publicæ Vniuersitati concedi solitis.

Tum quia Romæ, longè ante dicti Collegij fundationem, & Iesuitarum originem, (ne altiora, & antiquiora
Romanę Vniuersitatis principia repetam) Sapientię Vniuersitas florebat,
63 singularibus priuilegijs ab omnibus
Romanis Pontificibus decorata, &
specialiter, quasi domus propria dilecta. Tum quoque, quia ex Pontificijs Constitutionibus de Collegio
præfato loquentibus, deduci nullo
modo potest, quòd in Vniuersitatem
erectum fuerit. Quinimò contrarium
apertè colligitur. Certique iuris est,
omnia Iesuitarum Collegia pretiosiorem Titulum non habere, quàm
64 simplicium pietatis, & eruditionis
Scholarum. Tale fuit S. Patris Ignatij Institutum, tale est pijssimorum,
& doctissimorum, eius filiorum exercitium. Neque à facultate creandi
65 DD. in Sacra Theologia Gregorij
XIII. indulgentia eidem Collegio
concessa, inferri potest, quòd sit
Vniuersitas; aliter etiam dicere
oporteret, omnes habentes priuilegium Laureandi Vniuersitatem constituere, quod dictum esset ridiculum. Quinimò quanta sit differentia
66 inter laureatos in publica Vniuersitate, & Laureatis ab ijs, qui laureandi priuilegium habent extra
Vniuersitatem, & independenter ab
Vniuersitate, vt alias Pontificias
Constitutiones, & decreta prætercam; satis apertè demonstrat, de
recenti publicatum à Sac. Congregatione Concilij Decretum, quod
de verbo ad verbum refero, vnà cum
altero Decreto Sacræ Consultæ.

De-

Decretum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini à Santiſſimo Domino Noſtro Clemente Papa Decimo approbatum.

Super Gradibus ad nonnullas Dignitates, ac Beneficia requiſitis.

DIe 22. Iulij 1673. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini. Interpretum animaduertens, quamplures impetrare, ac obtinere Digni-
67 tates, ac Beneficia ex præſcripto Sacrarum Conſtitutionum, aut Decretorum ipſius Concilij Gradum aliquem requirentia, non obſtante quòd Gradus huiuſmodi aſſequuti non fuerint in publica, & approbata Vniuerſitate, contra formam Conſtitutionis Beati Pij Quinti, incipientis: Quamuis à Sede Apoſtolica volens propterea tam vtilium Sanctionum obſeruationi in poſterum conſtantèr proſpicere; inhærendo Conſtitutioni præfatæ, ac declarationibus aliàs factis, iterum decreuit; quòd Gradus Magiſterij, vel Doctoratus, aut Licentiaturæ à dd. ſacris diſpoſitionibus requiſiti debeant eſſe recepti, ſeu reſpectiuè recipi in publica, & approbata Vniuerſitate; aliàs præter pænas ab ipſis Sanctionibus contra inobſeruantes inflictas, præfatæ Dignitates, vel Beneficia alitèr collata vacent eo ipſo, ac proinde talitèr prouiſi non faciant fructus ſuos, eaque ex hoc capite impetrari poſſint.

Et die 26. eiuſdem facta de præmiſſis relatione Sanctiſſimo Domino Noſtro, Sanctitas ſua præſens Decretum approbauit, obſeruari mandauit, ac publicari.

Fr. Vincentius Maria Vrſinus Card. S. Sixti Pref.

S. Archiepiſcopus Brancacius Epiſcopus Viterbien. Secret.

ANno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, die verò 4. Auguſti, Indict. quarta, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Diuina Prouidentia Papæ Decimi, anno eius quarto, ſuptadictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valuas Baſilicæ Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Aci Campi Floræ de Vrbe, ac alijs locis ſolitis, & conſuetis, per me Ioannem Grecum Apoſtolicum Curſorem.

Alexander Albritius Mag. Curſ.

Romæ, Ex Typographia Renerendæ Cameræ Apoſtolicæ M.DC.LXXIII.

DECRETVM.

Die Martij 22. Auguſti 1673.

SAcra Conſulta inhærendo Reſolutionibus aliàs factis, ſtatuit, & iuſ-
68 ſit, quòd Gubernatoribus, Prætoribus, Locatenentibus, alijſque Officialibus, tam ab ipſa Sacra Conſulta, quàm ab Vniuerſitatibus, Collegijs, Prælatis, alijſque Perſonis quibuſcumque, ad Iuriſdictionem temporalem quomodolibet exercendam aſſumendis cum qualitate Magiſterij Doctoratus, ſeu Licentiaturæ, qualitas prædicta non ſuffragetur, niſi aſſumendi vt ſupra memoratos Gradus in aliqua publica, & approbata Vniuerſitate recepiſſe docuerint, ſub pænis arbitrio eiuſdem ſacræ Conſultæ &c.

P. Cardinalis de Alterijs.

Loco ✠ Sigilli.

Marius Epiſcopus Ciren. Secr.

ANno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio die verò 20. Settembris, Indict. 4. Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Diuina Prouid. Papæ. X. anno eius quarto, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valuas Baſilicæ Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ de Vrbe, & alijs locis ſolitis, & conſuetis, per me Carolum Franciſchinum Apoſtolicum Curſorem.

Aegidius Felicius Magiſter Curſorum.

Romæ, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ 1673.

Patet:

PAtet ergò, quòd Romæ Laureati extra Vniuersitatem Sapientiæ, &
69 alibi extra publicas Vniuersitates, promoueri non possunt ad Dignitates Ecclesiasticas, in promouendis gradum Doctoratus exigentes; Neque in statu Ecclesiastico ad Iurisdictionem temporalem, quomodolibet exercendam assumi; & consequenter diuersa, atque maiora esse priuilegia, & facultates illorum, qui gradum Doctoratus in Vniuersitate obtinent, à facultatibus illorum, qui extra Vniuersitatem Doctoralem Lauream recipiunt, etiamsi ab habentibus priuilegia amplissima, ab ipsamet Sede Apostolica concessa lauream consequantur.

Quòad secundum requisitum in Iesuita-
70 rũ Collegio vniuersalitatem Scientiarum, & liberalium artium non profiteri, satis omnibus compertum credo. Quamplurium enim Scientiarum, & Artium, quædam in Iesuitarum Collegio non profitentur; quædam verò nunquam exercentur, vt potè sunt facultates *Legum, & Medicinæ, Controuersiarum Dogmaticarum Philosophiæ Naturalis, Historiæ Ecclesiasticæ, Astronomiæ, Herbarum, & simplicium, Linguæ Arabicæ, & Syriacæ*. Quin imò nota, qualiter ip-
71 sius supremi Principis auctoritas ad hoc extenditur, vt simplici Gymnasio priuilegia ad instar Vniuersitatis concedere possit, non autem facere quòd si Vniuersitas, quia esset Vniuersitas, & non esset Vniuersitas, quod implicat.

Quòd autem Iesuitarum Collegia Vniuersitatem non constituant, neque Vniuersitatis priuilegia habeant, sed
72 solum Pontificia Indulta tantæ Societati meritò concessa, vt tam extra, quàm intra Studiorum generalium Vniuersitates, *Humaniorum literarum, Philosophiæ, & Theologiæ* Professores habere, qui publicè legere possint, neque ab ipsis Vniuersitatibus in hac parte molestari valeant, nedum colligitur ex benignis concessionibus *Paul. III. Iul. III. Pij IV. & ex Breue B. Pij V.* in cuius dispositione sequentia habentur verba. *Decernimus, declaramus, quòd Præceptores huiusmodi Societatis, tum literarum humaniorum, quàm liberalium Artium, Theologiæ, vel cuiusuis earum facultatum, in suis Collegijs etiam in locis vbi Vniuersitates extiterint suas lectiones etiam publicas legere &c. licitè, & liberè possint.* Sed & apertè constat ex Sac. Rotæ Decis. *in Cracouien. iuris legendi coram Coccino decis. 1650. decis. 1659. decis. 1672. & decis. 1703. Nec non coram Vbaldo, in recent. part. 5. tom. 1. decis. 265. & coram Ghislerio decis. 325. in d. part. 5. recent.*

Quòd verò ad Romanam Sapientiam attinet, à veritate distat, quod sit studium Ceremoniale, nec ei hoc vocabulum ceremoniale benè conue-
73 nit, cum non rem ipsam, sed simplicem alicuius rei repræsentationem importet. Nam siue materialiter, siue formaliter consideretur, re vera constabit Vniuersitatem Sapientiæ, esse Studium Floridissimum vt eius priuilegijs relatis plenè demonstrat, *Iacob. Cohel. not. Cardinalat. cap. 15. Congreg. 19. pro Vniuersitate Studij Romani*. Et quidem si Romanam Sapientiam materialiter inspiciamus attenta qualitate Ciuitatis, in qua est erecta, dicere sufficiat, quòd Romæ. Si verò priuilegia, & auctoritatem Principis, qua erecta fuit inspicere velimus, dicere sufficiat Apostolica. Quòd si formaliter ipsam
74 consideremus, tam inspecta vniuersalitate scientiarum, & Artium, quàm dignitate, doctrina, & fama Pro-
75 fessorum, nullibi tàm Florens Studium reperiri posse puto. Cum & nullibi tam assiduè Professores legant; Romæ enim *à die 5. Nouembris*, vsque ad diem 18. *Iunij* diebus feriatis exceptis tanta vigilantia, tot scientiæ, & Artes quotidiè in Sapientia profitentur & exponuntur, vt pro floridissimo studio constituendo nihil magis desiderari possit, & vt de illis aliqua cognitio habeatur, iuxta ordinem horarum, quibus legitur ipsas refero vna cum Professorũ nominibus, iuxta hodiernum Romanæ Sapientiæ statũ, & iuxta seriem Catalogi, qui singulis Annis, ad instructionem ipsorum Professorum pro diuersitate curren-
76 tis materiæ, & ad informationem Studentium, typis datur.

Ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei.

EX AVCTORITATE CLEMENTIS X. PONT. MAX.

REI LITERARIAE PATRONI OPTIMI

ILLVSTRISSIMVS D. ALEXANDER DE VECCHIIS SENENSIS SACRI CONSISTORII ADVOCATVS ET RECTOR DEPVTATVS.

Nomina, & Cognomina DD. Lectorum Almæ Vrbis Vniuersitatis, vnà cum Lectionibus, quas interpretabuntur Anno sequenti, incipiendo die 6. mensis Nouembris 1673.

Prima hora Matutina.

D. Dominicus Gallesius Finariensis. *In Pandectis.*

D. Philippus Canutus de Trebijs. *In Institutionib. Iur. Ciuil.*

Magister Ludouicus Bellinsanius Lucensis. *In Medicina Theorica extra ordinem. Prognostica Hippocratis.*

R. P. M. Fr. Ferdinandus Tartaglia à Medicina Ord. Carmelit. *In Metaphysica. Lib. Metaphis. Arist.*

R. P. M. Fr. Thomas Camottus Cheriensis Ord. Prædic. *In Logica lib. 2. Analyticor. posterior. Arist.*

Secunda hora Matutina.

R. P. M. Fr. Petrus Maria Passerinus de Sextula Proc. Gen. Ord. Præd. Lector Iubilatus. *In Sac. Theol. ex 3. p. D. Thomæ q. 62. de Sacram. in genere.*

D. Ioseph. Palamola Policastrensis Lector Iubilatus. / D. Carolus Seluagus Thurius. *In Iure Canonic. De Probationib. & deinde de except.*

D. Antonius Altilia de Sancta Agatha Apuliæ. *In Institutionib. Iur. Canon.*

Magister Carolus Valesius Dubourgdieu Burdegalensis. / Magister Ioannes Trulus Romanus. *In Medicina Theorica 1. Fen. Auicennæ.*

R. P. D. Raphael Billecius Panormitanus Cler. Reg. Min. *In Philosophia Morali. Libros Ethicor. Arist.*

Tertia hora Matutina.

D. Franciscus Ptolemæus Senensis. *In Iure Ciuil. Tit. ff. de Reb. cred. si cert. pet. & de cert. condit.*

D. Augustinus Martinellus Ferrarien. *In Iure Ciuil. extra ordinem Repet. Bart. in l. si infanti C. de Iur. delib. & deinde in l. cum non solum C. de bon. quæ liber.*

Magister Lucas Antonius Neapolitanus. *In Medicina extra ordinem, & supra numerum. De internis affectionib. iuxta Hippocr.*

D. Petrus Michael Scàlfolus Fauentinus. *In Philosophia. lib. Arist. de Anima, & deinde parv. Natural.*

R. P. M. D. Io. Dominicus Roccamora Neritonensis Cong. Sylu. *In Mathematica Geometriam speculatiuam, & practicam: & etiám de fortific. ac de optic.*

D. Iacobus Albanus Ghibbesius Londinas, & pro eo. / D. Franciscus de Rubeis Neapolitan. ipsius Coadiutor. *In literis Humanioribus. De Mythologia ex Arist. Art. Poet. lib. 1.*

Prima hora Vespertina.

R. P. M. Michael Heckius Gandauensis Ord. Eremit. S. Augustini. *In Sac. Scriptura. Exponet epist. D. Pauli ad Philipp.*

R. P. M. Fr. Io. Baptista Beltramius de Riparolio Ord. Min. Conuent. *In Controuersijs Dogmaticis. Prosequitur de Purgatorio.*

D. Alexander Brugiotus Florentinus. *In Criminalibus. Tit. C. ad l. Cornel. de falsi. cum Institutionibus Criminalibus.*

Magister Paulus Manfredus Lucensis. *In Chirurgia, & Anathomia. De Vulneribus capitis, & aliorum membrorum.*

D. Simon Portius Romanus. *In Lingua Græca. Orationes Isocratis, cum Institutionibus Linguæ Græcæ.*
R. P. D. Ludouicus Marraccius Lucensis Cler. Reg. Congr. Matris Dei. *In Lingua Arabica. Albacharium in Alcor. cum Institutionib. Linguæ Arabicæ.*

Secunda hora Vespertina.

R. P. M. Fr. Laurentius Brancatus de Lauræa Ord. Min. Conuent. *Scotum in 4. lib. Sentent.*
D. Iacobus Cincius Romanus. *In Iure Canonico. De Testam & deinde de Præscript.*
D. Bartholomæus Bitozzius Precensis. *In Decreto 3. part. Decreti Gratiani.*
D. Floridus Saluatorius Tifernas Medicus secretus SS. D. N. Papæ iuxta formam Chirographi.
Magister Benedictus Rita Leonissanus Lector Iubilatus.
Magister Matthæus Naldus Senensis.
Magister Hyacinthus ab Altomare Cusentinus.) *In Medicina Practica. de Febribus.*

Tertia hora Vespertina.

D. Ioseph Carpanus Romanus. *In Iure Ciuili Tit. ff. de Verbor. obligat.*
D. Franciscus Villarealis Lauellensis. *In Iure Ciuil. extra ordinem Tit. ff. de conditionib. & demonstrationib.*
Magister Cæsar Macchiatus Firmanus. *In Medicina Practica extra ordinem. De Methodo medendi.*
D. Franciscus Nazzarius Bergomensis. *In Philosophia. Lib. Arist. De Cœlo & Mundo.*
D. Laurentius Maurocenus Venetus. *In Lingua Hebraica. Exercitationes in Pentateucum, cum Institutionib. Linguæ Hebraicæ.*
D. Faustus Naironus Banesius Maronita è Libano. *In Lingua Syriaca: Exercitationes in Exodum, cum Institutionib. Linguæ Syriacæ.*

In Diebus Vacantibus, & Festiuis.

Prima hora Matutina.

Magister Iacobus Sinibaldus Romanus. *In simplicibus medicamentis cum ostensione. De Alexipharmacis, & venenis.*

Secunda hora Vespertina.

R. P. M. Fr. Martialis Pellegrinus de Castrouillarum Ord. Min. Conu. & pro eo
R. P. M. Fr. Balthasar Melatius à Naro Ordin. Minor. Conu. ipsius Coadiutor.) *In Historia Ecclesiastica.*

EX his igitur patet Sapientiam Romanam Ceremoniale studium
77 non esse, cum reuera prædictarum scientiarum institutionem, & exercitium habeat. Si verò & hoc magis intrinsecè perquirere velimus attenta ipsorum Professorum, qualitate, dignitate, & doctrina, editioribus Sedis Apostolicæ, gubernijs, & muneribus, nec non Ecclesiæ Præfecturis, Romanam Sapientiam, ex suis Professoribus Insignes semper viros subministrasse, adeòut Episcoporum, & Purpuratorum Seminariū, meritò dici possit, vberrimè demonstrat in Syllabon. Aduoc. Consist. Carol. Carthar. Historicæ veritatis scriptor eruditissimus: & ne à fumosis præteritorum heroum imaginibus gloriam mendicare videar, aliquos ex meo æuo viuentibus, Romanæ Sapientiæ Professoribus considerare saltem liceat; quorum studia typis euulgata, literaria Respublica admirabunda vbique excepit.

Non ne inter præclarissimos Vrbis, &
78 Orbis viros, sapientissimorum prætesitorum temporum nemini secundi adscribi possunt.

Abram Ecchelensis, Alexander Salsillus, cognomento Philosophus, Andreas Argolus, Anibal Coronaceus, Antonius Marinarius, Antonius Ricciullius, Antonius Santinus, Augustinus Mascardus, Augustinus de Angelis, Baldus Baldi, Benedictus Castellus, Calestinus

nus Brunus, *Demetrius Phalareus*, *Dominicus* Panarolus, *Franciscus Antonius Sgambatus*, *Franciscus Macedo*, *Felix Via*, *Gabriel Fonseca*, *Henricus Chifellius*, *Hieronymus Lampugnanus*, *Iacobus Accarisius*, *Iacobus Lampugnanus*, *Ioannes Lottus*, *Ioannes Manelfus*, *Ioannes Santinus*, *Ioannes Tullus*, *Ioannes Baptista Iona*, *Ioannes Baptista Lezana*, *Ioannes Benedictus Sinibaldus*, *Ioannes Maria Castellanus*, *Ioannes Stefanus* Barbetius, *Iulius Cæsar de Benedictis*, *Petrus Castellus*, *Petrus Servius*, *Philippus Guadagnolus*, *Pompeus Caimus*, *Pompeus Garilianus*, *Tomas de Tomasijs*, *Victorius Scialach*; *Vincentius Alfarius*, & alij quos calamus non habet in promptu.

Inter veteres quoque, Romanæ Sapientiæ Areopagitas, me vno dempto, summo cum laudis fenore sedent, quot quot in Romana Vniuersitate Collegas Sapientissimos veneror; ne tamen omnibus nimis affectatè encomia contexere videar, quibus vna mecum suprema Vigilantissimi Principis Prouidentia duntaxat datum est scientiarum, bonarumque artium vniuersalitatem, in Orbis Regia publica auctoritate profiteri, & quorum scrinia præclarissimarum lucubrationum, pretiosa suppellectile abundant, quorumque literarij labores, chartis consignati, quibus veritati robur faciunt, Iustitiam defendunt, Innocentiam absoluunt, & dubia quæquè clarè digesta exponunt, nisi sub indignis tenebris delitescerent, eorum sapientiæ immaginem palam exponerent, & vbique terrarum nunquam de eorum laudibus conticescerent, de illis duntaxat loquar, quorum nomen quaquauersum præclara prælo commissa opera mirabile reddunt. Quarum equidem laudum non debentur præconia.

Petro Mariæ Passerino Procuratori generali Ordinis Prædicatorum, & bis eiusdem Ordinis Generali Vicario, in Romana Sapientia Sac. Theologię Professori, cuius virtutum fama, ad ignotas, etiam nationes delata, ipsum immortalem reddit, in eruditissimis præsertim Tractatibus ab ipso editis.

Laurentio Brancato à Laurea Ordinis Minorum Conuentualium Vaticanæ Bibliothecæ, & Collegio Propagandæ Fidei Præfecto; Sac. Inquisitionis Consultori. Episcoporum Examinatori, & in Romana Sapientia Sacr. Theologiæ Professori cuius consilio, & opera in grauioribus Catholicę veritatis negotijs, Sedes Apostolica vtitur, probatissimorum operum quaqua versum laudatissimo.

Michaeli Hethio Ordin. Eremitarum S. Augustini, è celeberrima Louanij Vniuersitate, vbi Iansenistarum flagellum vocabatur, à Clemente IX. Romam accersito, & Sac. Scripturæ expositioni, in Romana Vniuersitate actualiter præposito.

Iacobo Cincio Iuris Canonici Professori, cuius ingenij perspicacia, dicendi amenitas, & affluentia, est adeò singularis, vt collegam Sapientissimum, quasi alterum Papinianum, in Iure Canonico venerer, quæque in Ius Pontificium aurea Comentaria chartis consignauit, vt ad suæ, & Romanæ Vniuersitatis gloriam prælo committat deprecer.

Carolo Scluago, Iuris Canonici Professori, de quo, suæ in Pandectarum recitationibus Lucubrationes satis abundè loquuntur, & ob varios Illustres viros Episcopalibus infulis partos vbique præclaro; cui non absimilem agnoscas, Bartolomeum Bitozium, Iuris itidem Canonici Professorem, & Alexandrum Brugiottum Institutionum Criminalium Professorem, quorũ virtutes edicta opera satis superque comendant.

Iosepho Carpano Iuris Ciuilis Professori, cuius præclaras ingenij dotes vberi elogio refert Carthar.in syllab Aduoc.Consist. fol.265. Vir sanè laudabilis, cuius studium hæroes in vtroque Iure præstantissimos Christianæ Reipublicæ peperit, ex quibus vltra triginta numerantur Episcopatibus, Prælatitijs Gubernijs, alijsque primarijs Sedis Apostolicæ muneribus actualiter præfecti. Summumque decus Carpano collegæ optimo tribuit Eminentiss. D. Cardinalis Camillus de maximis. Hæros inter maximos maximus, Auorum gloria nobilis, sed sua nobilior, Virtutibus cla-

rus, & Vaticano dignus, nobilitatem quàm nascendo meruerat viuendo fecit amplissimã. Quidq; perpetuò gloriandũ Romane Vniuersitati profectò relinquet, si quæ eruditissima cartis consignata in Ius Ciuile Cõmentaria typis edere in mente habet, quamprimum pròut promittit prælo committat.

Francisco Ptolomeo, e famosis Senarum Academijs vbi Iura publicè profitebatur ab Alexandr. VII. Sapientiæ Altore Romam inuitato, & in Romana Vniuersitate, ad Ius Ciuile interpetrandum assumpto. Viro sanè omnigena eruditione referto, vt testantur ingeniosa opera ab ipso edita, cuius eruditissimo contubernio ipsemet Alexander virtutis Oraculum frequentissimè fruebatur.

Thomæ Camotto Ordinis Prædicatorum, qui cum Taurini Inquisitoris munus gereret, vt sapientiæ suæ splẽdore, Logicæ sophismata à Romana Vniuersitate eijceret à Clem. X. Romam accersitus Sacrę Congregationis Indicis, à Secretis, etiam munere decoratus fuit.

Martiali Pellegrino Ordin. Min. Conuent. Historiæ Ecclesiasticæ Lectori, cuius celebri virtutum fama permotus Clemens X. motu proprio ipsum, Magistrum Generalem suæ Religionis creauit, cuius gubernio tanta pietate inuigilat, vt iam respirare, & reflorescere incipiat.

Carolo Valesio, Matthiæ Naldo, Paulo Manfredo artis medicæ in Romana Vniuersitate Professoribus, Lucu lentissimorum tractatuum in re medica Typis euulgatorum illustribus.

Ioanni Dominico Roccamoræ Congreg. Syluestr. Mathematicæ, & Astronomiæ in Romana Vniuersitate Professori, & Iacobo Albano Ghibbesio Literarum humaniorum Lectori, Poæte Laureato Cæsareo, & Romani Athenei Oratori emerito, vtrisque probatissimorum operum, Editione Insignibus.

Francisco Nazario Philosophiæ Professori inter literatos literatissimo, literarorum Diarij Auctori.

Ludouico Maracio Clerico Reg. Cong. Matris Dei Sacræ Congreg. Indicis Consultori, linguæ Arabicæ in Romana Sapientia Professori, & Fausto Neirono Syriacæ itidem linguæ lectori, proprijs editis laboribus testimonio, (in Collegio præsertim Propagandæ Fidei,) vbique notis.

De Restitutione in Integrum ex Edicto maiorum.

ARGVMENTVM

Agitur de causis, ex quibus cuiuslibet ętatis hominibus in integrum restitutio indifferenter, conceditur; & singulariter de generali clausula Edicti Prætorij; De Procuratore ab impedito mittendo. Nec non de impedimentis defectu Animi, & defectu corporis, siue proueniant ex persona Actoris, siue Aduersarij, siue à persona vtriusque. Aut causentur à persona Iudicis, vel aliorum iudicio interuenientium, nimirum Aduocati, Procuratoris, Notarij, Baiuli &c. Vel casu fortuito cõtingant. Agitur etiam de restitutione Mulierum, Militum, & Rusticorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prætor maioribus 25. annis læsis iustis de causis restitutionis in integrum auxilium pollicetur.*

2 *Duæ exprimuntur causæ de maioribus restituendis; quarum vna est nominata & specialis, altera innominata & generalis infinitas causas includens.*

Prima causa edicti maiorum est iusta absentia. Secunda includitur in generali clausula eiusdem edicti, ibid. num. 2.

3 *Absentia regulariter est iusta causa restitutionis.*

4 *Distinguendum est inter absentiam iustam, & iniustam.*

5 *Vbi agitur de restitutione præsentis contra absentem, quælibet absentia siue iusta, siuè iniusta est legitima causa restitutionis.*

6 *Non omnis absentia opitulatur absenti vbi agitur de eius restitutione contra præsentem.*

7 *Infinitis penè modis homines possunt absentes dici.*

8 *Iudicis attenditur arbitrium vbi de absentia agitur.*

9 *Qui rebus suis superesse nequit propriè abesse dicitur.*

10 *Ponitur arbor ad facilius explicandas omnes absentiarum species.*

11 *Ordinaria absentia causatur ratione domicilij.*

12 *Extraordinaria absentia ratione accidentalis discessus à proprio domicilio prouenit.*

13 *Necessaria absentia Principis, vel legis iussu, aut Iudicis mandato sequitur.*

14 *Voluntaria absentia, propria spontè, & delectatione suscipitur.*

15 *Absentia necessaria laudabilis illa dicitur, quæ in vtilitatem patriæ, Principis honorem suscipitur.*

16 *Voluntaria, & laudabilis absentia, est quæ causa studij, vel militiæ suscipitur.*

17 *Relegati, Banniti, & deportati dicuntur necessariò, & vituperabiliter absentes.*

18 *Excommunicati, & omnes qui culpa propria abesse coguntur, vituperabiliter & necessariò absunt.*

19 *Otij, voluptatis, vel lasitationis causa absentes, voluntariè, & vituperabiliter absunt.*

20 *A latronibus captus abest necessariò, sed nec vituperabiliter, nec laudabiliter.*

21 *Absens causa lucri, voluntariè abest; absentia tamen nec laude, nec pœna digna.*

22 *Absentia ordinaria ex causa domicilij perpetui non est iusta causa restitutionis.*

Restituitur maior cum necessitate irreparabili impeditus, negotijs suis superesse nequit. ibidem n.22.

23 *Absentia extraordinaria necessaria simul, & laudabilis est iusta causa restitutionis.*

24 *Militia voluntaria pro patria suscepta est iusta causa restitutionis.*

25 *Militia à principio voluntaria ex post facto fit necessaria.*

26 *Militia Principi, vel Reipublicæ vtilis, & necessaria, est iusta causa restitutionis, etiam voluntariè suscepta.*

27 *Militia siuè necessariò, siue voluntariè suscepta semper est laudabilis.*

28 *Militia ad alterius Principis vtilitatem suscepta, non consideratur vti absentia necessaria.*

29 *Milites qui non sunt in expeditione beneficio restitutionis ex hoc capite non gaudent.*

Sola militia iustam restitutionis causam non præbet. ibidem n.29.

In expeditione esse dicitur miles, cum eius exercitium Reipublicæ expedit. ibidem num.29.

30 *Militia suscepta in Patria iustam restitutionis causam præbet.*

31 *Ciues ad propriæ Ciuitatis, vel Principis salutem militantes beneficio restitutionis gaudent.*

32 *In militibus nostri temporis ea minimè concurrunt, quæ in veris militibus olim requirebantur.*

Milites nostri temporis, qui in expeditione sunt, & vitam pro Patria exponunt in integrum ex hoc capite restitui debent. ibidem n.32.

33 *Ductores exercitus, Quæstores, militum lectores, Medici, Iudices, & cæteri qui exercitui necessariò inseruiunt gaudent beneficio restitutionis.*

34 Me-

34 *Medici exercitus, priuilegio restitutionis fruuntur.*
35 *Haredi Pagani, qui in acie cecidit per restitutionem succurritur.*
36 *Sponte exercitum sectantes, vt arte sua prosint restitui debent.*
37 *Vxores militum viros suos in bello sectantes ex hoc capite restituuntur.*
38 *Vir, & vxor sunt vna & eadem caro.*
Necessitas, qua adest in maritis in Vxoribus locum habere censetur. ibidem num.38.
39 *Milites secum vxores habentes lubentius militant.*
Parui penduntur Vxorij amplexus cum habentur, expetuntur vxore absente. ibidem num.39.
40 *Miles ad breue tempus ab vxore discedens, vxori priuilegium non communicat.*
41 *Seruilis militum familia beneficio restitutionis non gaudet.*
42 *Famuli sine quibus milites in exercitu stare non possunt restitui debent.*
43 *Legati, & cateri publici muneris causa absentes restituuntur.*
44 *Qui publico legationis munere funguntur ex hoc capite restitui debet.*
45 *Qui sui negotij causa in legatione est, Reipublica causa abesse non dicitur.*
46 *Magistratus causa absentibus restitutio debetur.*
47 *Potestates, Vicarij terrarum, & Castrorum vti Magistratus causa absentes restitui debent.*
48 *Assessoribus restitutio competit.*
49 *Missi ad extirpandos facinorosos debent restitui.*
50 *Oratores etiam gratulatorij beneficio restitutionis gaudent.*
51 *Missi ad testificandum restituuntur.*
52 *Beneficium restitutionis ex capite iusta absentia solum competit subeuntibus publica munera ob Romanam Rempublicam.*
53 *Contrarium est verius.*
54 Text. in l. sed & si §. fin. ex quib. caus. mai. *solum loquitur de Romana Republica, quia tunc erat totius Orbis domina.*
54 *Absentes sua Reipublica, vel Ciuitatis causa, eadem omnino absentia absunt qua abessent Missi à Republica Romana.*
55 *Ex eodem edicto restituuntur absentes pro sua Republica, vel Principe qua restitui debent absentes pro Romana.*
56 *Idem iuris est in absensibus sua Ciuitatis, Municipij, Castri, aut Villa causa.*
57 *Qui in ipsamet ciuitate pro ipsa, publica munera subest regulariter ex hoc capite non restituitur.*
58 *Restitutio competit ei qui ob publica negotia, priuata obliuioni mandasset.*
59 *Absentia extraordinaria simul necessaria & panalis, non est iusta causa restitutionis.*
60 *Egre ferentes sui Principis celsitudinem in Patria, voluntarium ideò sumentes exilium non debent restitui.*
61 *Relegatus qui Procuratorem dimittere potuit non restituitur.*
Restitutio competit ei qui Procuratorem dimittere non potuit, vel dimisit & mortuus est. ibidem n.61.
62 *Excommunicatus absentia causa restituitur.*
63 *Excommunicatus insordescens non restituitur.*
64 *Bannitus ex capite absentia restituitur.*
65 *Bannitus quòad restitutionem aquiparatur reuerso ab hostibus.*
66 *Carceratus ex capite iuste absentia in integrum restitui debet.*
67 *Idem iuris est in eo, qui detinetur in custodia extra vincula sub fideiussione.*
68 *Item in eo, qui est extra custodiam sub fideiussorum satisdatione.*
69 *Item in eo, qui de aliquo loco non recedere iurauit.*
Pater habens filium carceratum, carceratus censetur. ibidem n.69.
70 *Qui sine pudore in publicum prodire non possunt, iusta absentia causa restitui debent.*
71 *Nobiles ad paupertatem redacti in publicum prodire non posse censentur.*
72 *Captiuus regulariter in integrum restituitur.*
73 *Obsessus, si exindè damnum passus sit ex hoc edicto restitui debet.*
74 *Fideiussionis causa captiuus detentus ex hoc edicto restituitur.*
75 *Paria sunt stare sub fideiussoribus, & sub vinculis detineri.*
76 *Captus iure represaliarum ex hoc edicto restituitur.*
77 *Carceratus ob crimen falsi ab omni priui-*

priuilegio excluditur.

78 *Carceratus pro debito suæ ciuitatis, pro ipsa abesse censetur.*

79 *Represaliæ sicut quodam ciuile bellum indicuntur.*

80 *Ab hostibus captiuus detentus aduersus damnum quod interim passus est restituitur.*

81 Explicantur *verba* Text. in l. ei quoque ff. ex quib. cauſ. mai.

82 *Detentus violenter ab inimicis, vel à Latronibus restituitur.*

83 *Reijcitur sententia, qua detentis violenter ab Inimicis, contra detentores actio in factum pro restaurationem damni interim passi decernitur.*

84 Reijcitur *distinctio* Odd. part. 1. q. 7. art. 8. n. 65. vers. Ego puto.

85 *Verba* text. in l. succurritur ff. ex quib. cauſ. mai. *sine distinctione loquuntur.*

86 *Metus iusti causa absentibus, ex hoc edicto restitutio datur.*

87 *Vt restitutio locum habeat iustus metus requiritur.*

88 *Vtrum metus fuerit iustus ad causandam absentiam Iudicis arbitrio relinquitur.*

89 *Arbitrium Iudicis quomodò regulari debeat, exprimitur.*

90 *Metus mortis, vel cruciatus corporis, dicitur iustus metus.*

91 *Contractus in carcere factus est nullus.*

92 *Bonorum, & fortunarum suarum iactura, iustum metum incutiunt.*

93 *Maioris partis bonorum amissio est iusta causa metus.*

94 *Iactura honoris, & pudicitiæ iustum metum inducunt.*

95 *Amissio libertatis causat iustum metum.*

96 *Timor mortis, iacturæ bonorum &c. in persona filij, iustum metum causat excusantem patrem.*

97 *Expulsus à ciuitate iustè redire timet.*

98 *Qui abest ob non executum Principis mandatum iustam causam timoris habet.*

99 *Iustè timetur Princeps comminatas minas exequi solitus.*

100 *Iudex aliquid iniustum præcipiens, iustum metum incutit.*

101 *Iudicis metus à contumacia excusat.*

102 *Preces Principis violentia præsumitur.*

103 *Inimicitia potentiorum alicuius loci iustam metus causam præbet.*

104 *Gubernium Tyrannicum iustum timorem causat.*

105 *Bellum Ciuile, vel extraneum iustam causam præbet non commorandi, aut non reuertendi ad Patriam.*

106 *Consanguineorum mala tractatio, iusti timoris est causa.*

107 *Grassatio pestis est iusta causa absentiæ, & timoris à loco infecto.*

108 *Intemperies aeris est iusta causa non commorandi in aliquo loco.*

109 *Ratio sexus est consideranda in metu.*

110 *In muliere minor metus sufficit, quàm in viro.*

111 *Paruitas personæ non arguit metum.*

112 *Metus diuiditur in minatum, reuerentialem, & cadentem in constantem virum.*

113 *Vis, metus pendet à persona, quæ minatur, & cui minatur.*

114 *Simplices minæ factæ ab illo, qui exequi solet sunt iusta causa timoris.*

115 *Durante metu durat legitima absentia eius causa suscepta.*

Metus durare dicitur donec timoris causa viget. ibidem n. 115.

116 *Absens causa litis ex hoc capite restituitur.*

117 *Absens infirmitatis causa, vt nempè ad balnea confugiat restituitur.*

Idem iuris est in eo, qui ne suo morbo alijs noceat, abest. ibidem n. 117.

118 *Peregrinantes pro adimplendo voto ex hoc edicto restitui debent.*

Facere, vel non facere votum est actus voluntatis, postquam verò est factum illud adimplere, est effectus necessitatis. ibidem n. 118.

Ex mera deuotione peregrinantes, ex causa iustæ absentiæ restituuntur. ibidem num. 118.

119 *Absentes peregrinationis causa percipiunt fructus solum præsentibus debiti.*

120 *Iustè semper abesse dicitur, qui animæ causa abest.*

121 *Peregrinatio dolo malo, & intempestiuè sumpta non excusat.*

122 *Ponitur practica ad cognoscendum vtrum dolo malo peregrinatio sumpta sit.*

123 *Romipetæ priuilegijs donantur.*

stu-

124 *Studij causa absentes, si quid interim damni passi sint ex hoc edicto restituuntur.*

125 *Scholaribus in aliqua Vniuersitate existentibus ea competunt priuilegia, quæ dantur sui Principis causa absentibus.*

126 *Similes inter se sunt absentia causa studij, & absentia causa militiæ.*

127 *Scholares vagabundi non censentur scholares.*

Scholares, qui non studendo in otio viuunt non dicuntur scholares. ibidem n.127.

Non sunt ex hoc edicto restituendi, qui in approbata Vniuersitate non studenti. ibidem n.127.

128 *Qui aliena sequuntur studia, & patria licet florida deserunt, vti iusta absentia causa absentes restitui debent.*

129 *Sollitudinem sectantes vt studeant, vti iustè absentes restituuntur.*

130 *Mercatores ex capite iustæ absentiæ restituuntur.*

131 *Ciuitates sine mercatoribus commodè viuere nequeunt.*

Reipublicæ causa abesse dicitur, qui causa mercaturæ abest. ibidem num.131.

132 *Hominum comercia sunt ad Vitam necessaria.*

133 *Voluptatis causa absentes à beneficio restitutionis excluduntur.*

134 *Iusta absentia absens si Procuratorem dimittere potuit non restituitur. Vid. num. seqq.*

135 *A procuratore in iudicialibus legitimè defensus, non restituitur ad totam causam.*

136 *Si procurator appellare omisit, ad appellandum restitutio competit.*

137 *Restituitur in iudicialibus ad totam causam, qui à procuratore defensus non fuit.*

138 *In extraiudicialibus constitutio procuratoris à beneficio restitutionis non excludit.*

Illegitima procuratoris defensio, est iusta causa restitutionis. ibidem num.138.

139 *Propria diligentia nemini debet esse damnosa.*

140 *Refertur opinio* Oddi de recursu ordinario contra ipsum procuratorem part.1. q.29. art.4.

141 *Absens ex causa necessaria excusatur si non idoneum procuratorem reliquit.*

142 *Necessariò absens restituitur siuè procurator sit soluendo, siue non.*

143 *Vbi ex æquitate clausulæ generalis restitutio impartitur, vt locum habeat ordinarium remedium cessare debet.*

144 *Refertur opinio Rotæ circa restitutionem læsi defectu procuratoris.*

145 *Explicatur sensus, in quo loquitur* Cassad. decis.5.

146 *Vbi Procurator, nec Dominus sunt in culpa datur Domino restitutio.*

147 *Absens ex causa necessaria simul, & probabili procuratorem mittere non tenetur.*

148 *Referuntur duæ opiniones inter se contrariæ, vbi absentia ex impedimento probabili, & laudabili tantum prouenit.*

149 *Opinio, quæ ponitur probabili, & laudabili tantum impedimento absentem non teneri procuratorem dimittere, sectanda proponitur.*

150 *Captiui, infirmi, carcerati, vel altera consimili causa impediti restituuntur.*

151 *Infirmitatis impedimentum, est consimile impedimento Reip. causa.*

152 *Explicatur* Text. in l.1. & 2. ff. cum qui appell. in prou. def. &c.

153 *Culpa propria, vel delicto impeditus procuratorem tenetur dimittere.*

154 *Non succurritur Relegato, vel Bannito, qui ex capite suæ absentia procuratorem non dimisit.*

155 *Succurritur bannito, qui habetur pro mortuo si procuratorem non dimisit.*

156 *Succurritur excommunicato si procuratorem non misit.*

157 *Iniustè expulsus, vel bannitus non tenetur procuratorem dimittere.*

158 *Carceratus ex delicto proprio tenetur procuratorem dimittere.*

159 *Carceratis, quibus nemini loqui est permissum, succurritur, si procuratorem non dimiserint.*

160 *Explicatur qui dicantur carcerati, qui procuratorem non possunt dimittere remissiuè ad* Bald. in l. ab eo n. 8. C. Quomod. & quand. Iud.

Absens

161 *Abſens mercaturæ, litis voluntariæ, nuptiarum, vel alterius domeſtici negotij cauſa, procuratorem dimittere tenetur, aliàs non reſtituitur.*

162 *Contumaciter, otioſè, vel voluptuoſè abſens ſi procuratorem non dimittat non reſtituitur.*

163 *Habens priuilegium non comparendi perſonaliter, per Procuratorem comparere tenetur.*

164 *Habens priuilegium generale ad tempus non comparendi procuratorem non tenetur dimittere.*

165 *Impeditus, qui non tenetur mittere procuratorem, debet mittere excuſatorem, vt ei reſtitutio competat. Explicatur ſeqq. n.*

166 *Vt non procedatur contra legitimè abſentem neceſſum eſt excuſatorem mittere.*

167 *Datur in integrum reſtitutio non mittenti excuſatorem.*

168 *Sine mandato, excuſator non admittitur.*

169 *Excuſatur qui procuratorem miſit, ſed legitimo impedimento detentus comparere non potuit.*

170 *Excuſatur qui procuratorem non miſit, quia commodè habere non potuit.*

171 *Reijcitur* Paul. ſententia in l. 1. n. 5. de reſt.mil.

172 *Contumaciter, vel merè voluntariè abſens non excuſatur, ſi non poſſit procuratorem dimittere.*

173 *Vbi eſt copia peritorum, procurator cõmodè dimitti potuiſſe præſumitur, aliàs ſecus.*

174 *Excuſatur, qui paupertatis cauſa, vel altero impedimento conſimili procuratorem non dimiſſit.*

175 *Ex capite iuſtæ abſentiæ non reſtituitur, qui procuratorem tenetur dimittere, ſi cum inſtrumento procuratorij non miſit.*

176 *Ex generali clauſula competit reſtitutio, vbi ex iuſta abſentia locum non habet.*

177 *Maioribus reſtitutio competit ex varijs cauſis comprehenſis ſub clauſula generali Edicti prætorij.*

178 *Prætor ex qualibet iuſta cauſa reſtitutionem maioribus pollicetur.*

179 *Iudicis eſt arbitrio permiſſa extenſio, vel reſtrictio clauſulæ generalis Edicti prætorij.*

180 *Iudex ex arbitrio reſtitutionem in integrum poteſt concedere niſi lex ſpecialiter prohibeat.*

181 *Reſtitutio ex generali clauſula non eſt remedium extraordinarium, ſed ſubſidiarium.*

182 *Reſtitutio ex generali clauſula locum habet, vbi ordinarium remedium ceſſat.*

183 *Ponitur regula ad dignoſcendum, in quo æquitas clauſulæ generalis conſiſtat.*

184 *Error, & ignorantia inter ſe differunt.*

185 *Omnis error, & ignorantia, vel in iure, vel in facto conſiſtit.*

186 *Error in facto proprio ante ſententiam, & rem iudicatam vbi non reuocatur ipſo iure, nec excuſatur per reſtitutionem.*

187 *Rerum neceſſitate impeditis, non negligentibus reſtitutio datur.*

188 *Reuocatur error in facto proprio ante ſententiam, quando factum, licet proprium eſt obſcurum, & implicitum.*

189 *Error in facto proprio poſt ſententiam & rem iudicatam, ſi ante ſententiam ipſo iure tutus erat, poſt ſententiam ope reſtitutionis adiuuatur.*

190 *Ex duabus actionibus vnam non intentans, quia competentem non putat, ſi altera intentata ſuccumbat, non obſtante re iudicata ei ſuccurritur.*

191 *Ad reuocandum errorem in facto alieno ante ſententiam, & rem iudicatam reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria.*

192 *In integrum reſtitutio dari debet ad reuocandum errorem in facto alieno poſt ſententiam, & rem iudicatam.*

193 *Error iuris non eſt iuſta cauſa reſtitutionis ex clauſula generali.*

194 *Error iuris eſt lata culpa, quæ idem eſt ac negligentia.*

195 *Error iuſtus iuris eſt iuſta cauſa reſtitutionis.*

196 *Quod minoribus præſtat ætas, maioribus dat iuſtus error.*

197 *Iuſta cauſa errandi in iure, eſt ius implicitum, & obſcurum, in quo & peritiſſimi errare potuiſſent.*

Qui peritiores conſulere non potuit errandi in iure iuſtam cau-

*sum habuisse dicitur. ibidem n.*197.
*Qui peritiores consuluit, & malum consilium reportauit, iustè in iure errasse censetur. ibidem n.*197.
198 *Mulieribus, militibus, & rusticis in iure errantibus parcitur, & per restitutionem succurritur.*
199 *Aduersus facti ignorantiam ex generali clausula restitutio competit.*
200 *Facti ignorantia non prodest vbi agitur de lucro captando.*
201 *Regula iuris est, quòd ignorantia non prodest in lucris.*
202 *Ignorantia iuris non prodest in lucris, secus ignorantia facti.*
203 *Verior est opinio quòd facti ignorantia, prosit in lucris.*
204 *Ignorantia crassa, & supina non est iusta causa restitutionis.*
205 *Vbi scientia præsumitur ibi est supina, & inexcusabilis ignorantia.*
206 *Ignorantia præsumitur.*
207 *Scientia probari debet.*
208 *In facto proprio non est verisimilis ignorantia.*
209 *In facto vicini palam fieri solito præsumitur scientia.*
210 *Quoad facta pupilli in Tutore est inexcusabilis ignorantia.*
211 *In facto coniuncti præsumitur scientia.*
212 *Ex diuturnitate temporis præsumitur scientia, nec sufficit iuramentum allegantis ignorantiam ad ipsam iustificandum.*
213 *In facto notorio præsumitur scientia.*
214 *In facto, cui quis interuenit scientia præsumitur.*
215 *Qui factum aliquod ex officio scire debet, non excusatur si ignorasse dicat.*
216 *Scientia quòad totum factum præsumitur in eo, qui facti partem nouit,*
217 *Habens scripturas alicuius facti, præsumitur scire in illis contentum.*
218 *Recensentur plura ad rem vtilia remissiuè ad* Socin. reg. 175. per tot.
219 *Vbi iuris ignorantia prodest, vel non nocet, ex generali clausula non est necessaria restitutio.*
220 *Vbi iuris ignorantia nocet, vel non prodest si æquitas suadeat restitutio competit.*
221 *Qui benè distinguit proximus est veritati.*
222 *Iuris ignorantia non prodest ad lucrum captandum.*
223 *Ad damnum vitandum iuris ignorantia non nocet.*
224 *Ad damnum vitandum iuris ignorantia nocet, vbi quis peritiores consulere potuit.*
225 *In quibus casibus iuris ignorantia est iusta causa restitutionis, remissiuè ad* Odd. de rest. p. 1. quæst. 8. art. 11.
226 *Error iuris naturalis nocet, etiam vbi agitur de graui damno vitando.*
227 *Ex generali clausula, restitutio competit forensi propter ignorantiam iuris municipalis.*
228 *Limita in forensi continuò in tali loco negotiante.*
229 *Qui cum aliquo contrahit illius conditionem scire debet.*
230 *Qui alibi contrahit, loci iura, & consuetudinem in quo contrahit nosse debet.*
231 *Priuilegia mulieribus concessa data sunt ob infirmitatem, non prærogatiuam sexus.*
232 *Facilius in fœminis, quam in masculis ignorantia præsumitur.*
233 *Aduersus ignorantiam iuris, vel ope restitutionis, vel ipso iure mulieribus succurritur.*
Enumerantur plures casus, in quibus specialiter mulieribus subuenitur, remissiuè ad Odd de rest. part. 1. q. 10. art. 2. ibidem n. 233.
234 *Vbi ipso iure mulieribus subuenire reperitur prohibitum, ex generali clausula illis succurritur, si æquitas suadeat.*
235 *Non valet argumentum, est mulier ergò ei restitutio competit.*
Solus sexus non est iusta causa restitutionis. ibidem n. 235.
236 *Simplicitas, & imperitia muliebris non est iusta causa restitutionis, si potuit consulere peritiores.*
237 *Respondetur argumento in contrarium.*
238 *Mulierem in dubio peritiores consulere non potuisse præsumitur.*
139 *Mulierem fori consuetudines ignorare præsumitur.*
240 *Non priuilegiatus, si peritiores consulere non potuisse dicat, probare tenetur.*

241 *Vbi*

282 Iudicis arbitrio relinquitur, quodnam dicatur damnum de præsenti.

283 Non excusatur rusticus, qui per errorem Aduocati intra determinatum tempus concordiam non produxit.

284 Rusticus, qui solemnitates testamentarias omittit non excusatur.

285 Mulier, & rusticus intra determinatum tempus inuentarium non conficientes, non excusantur ipso iure.
Contrarium docet Socin. Sen. cons. 89. lib. 1. relat. ibid. n. 285.
Conciliantur opiniores inter se contraria, quoad excusationem mulieris, vel rustici ob non confectum inuentarium in tempore. ibidem num. 285.

286 Vbi rusticis ipso iure subuenire est prohibitum, iusta exigente causa ex generali clausula succurritur.

287 Probabilis iuris ciuilis ignorantia in rustico præsumitur si peritiores consulere non potuit.

288 Reijcitur Bald. sententia denegans rusticis auxilium ex clausula generali, vbi ipso iure eis succurrere est specialiter prohibitum.

289 Mulieribus, & rusticis tempus dari debet, vt peritiores consulant antequam positionibus respondeant.

290 Vbi rusticis speciali iure cauetur, restitutione non indigent.
Exprimuntur casus, in quibus ipso iure subuenitur rusticis, remissiuè ad Odd. part. 1. quæst. 9. art. 6. ibidem n. 290.

291 Extra iura pænalia non ex solo capite simplicitatis aduersus iuris ignorantiam succurritur rusticis.

292 Reijcitur Afflicti sententia in §. Item Sacramenta 3. notab. n. 25. Tit. de pact. Iuram. firm.

293 Rusticus ad restitutionis beneficium non admittitur nisi iusta exigente causa.

294 Rustici ex transgressione constitutionis pænalis non in contemptum, sed ex naturali socordia, excusantur ab incursu pæna.

295 Rusticus beneficio restitutionis ex generali clausula non iuuatur si malè res suas agat.

296 Exprimitur contraria sententia, & conciliantur opiniones inter se pugnantes.

297 Rustico erranti in his, quæ ad rusticanam peritiam pertinent nullo iure subueniri debet.

298 Rusticus errans in contractibus si peritiores consulere potuit non excusatur, aliàs ope restitutionis adiuuari debet.

299 Iudicis arbitrio standum est circa restitutionem rustici, qui in re sua malè se gerit.

300 Restitutionis auxilium denegatur rustico aduersus actum ab ipso clandestine factum.

301 Adducitur moderatio ad conclusionem præcedentem.

302 Rustico sagaci nec ipso iure, nec ope restitutionis auxilium debetur.

303 In dubio rusticus sagax præsumitur.

304 Rusticus non excusatur aduersus ignorantiam proprij iuris municipalis.

305 Statuto specialiter prohibente subueniri rusticis, excluduntur etiam à beneficio restitutionis.

306 Vbi statutum iuuare rusticis non vetat, siue de illis loquatur siue non, eis restitutio competit.

307 Specialis comprehensio rusticorum non tollit beneficium restitutionis.

308 Priuilegia rusticorum, & mulierum quoad restitutionem; locum in militibus regulariter habent.

309 Iuris ignorantia facilius in militibus, quàm in Paganis præsumitur.

310 Milites, Paganis simpliciores, & imprudentiores censentur.

311 Enumerantur casus quibus militibus specialiter succurritur ipso iure remissiuè ad Odd. de rest. p. 1. q. 10. art. 7. à n. 45. vsque ad 52.

312 Sola militia non est iusta restitutionis causa.

313 Militaris simplicitas aduersus malè gesta, & omissa, non est iusta causa restitutionis.

314 Miles iuris peritus, vel qui iura in Scholis audiuit beneficium restitutionis non habet.

315 Non excusatur miles, qui peritiores consulere potuit.

316 Vbi est peritorum copia ibi peritiores consuli potuisse censentur.

317 Vbi meri, & mixti imperij causæ cogno-

gnoscuntur ibi peritorum copia adesse praesumitur.

318 *Rustici degentes in Villa, peritiores adhuc consulere potuisse dicuntur si adsint in Ciuitate, periti Aduocati, & causidici.*

319 *Sicut rustici ad syluas ire sciunt pro lignis, ita debent ad Ciuitatem accedere pro consilijs.*

320 *Non excusatur rusticus, qui non consuluit Iuris peritos Vicinos.*

321 *Excusatur rusticus, qui non consuluit iuris peritos ob non tutum accessum ad locum Vicinum.*

322 *Impeditus accedere ad consulendos peritos; excusatur.*

323 *Rusticus occupatus in matura messe colligenda excusatur, si peritiores non consuluit.*

324 *Excusat à non petito peritorum consilio grauis inimicitia.*

325 *Infirmitas, & Paupertas excusant aduersus non petitum peritorum consilium.*

326 *Nulla excusatione digni sunt rustici, mulieres, & milites, qui peritiores consulere potuerunt.*

327 *Non excusatur, qui famosum Aduocatum consulere potuit, & imperitum Leguleium consuluit.*

328 *Detestatur usus Laureandi ignaros, & qui vix Institutionum rudimenta audierunt.*

329 *Serens optimum semen, aequalem messem iure expectat.*

330 *Qui serit Cucurbitas non colligit pepones.*

331 *Admonentur qui consilio indigent, ne omnium Curiae causidicorum consilio aquiescant.*

332 *Laudatur Curia propter Iuris peritorum copiam.*

333 *Illorum consilium inter Curiales adhibendum demonstratur, qui uti Aduocati de iure respondent.*

334 *Exprimuntur alia impedimenta praeter errorem, & ignorantiam.*

335 *Furor iustam restitutionis in integrum causam prabet.*

336 *Item ebrietas.*

337 *Item somnum.*

338 *Mortuo diuinitus resurgenti aduersus damnum interim passum restitutio competit.*

339 *Occupatio ad plura negotia iustam restitutionis causam prabet.*

340 *Item prodigalitas, unde interdicta est administratio, cum deputatione Curatoris.*

341 *Prodigus non debet restitui nisi ei bonis interdictum sit.*

342 *Iustus dolor, & iracundia sunt iustae causae restitutionis.*

343 *Grauia infortunia infirmitati aequiparantur.*

344 *Iratus à se ipso abesse praesumitur.*

345 *Calore iracondiae facta nisi subsequatur perseuerantia rata non habentur.*

346 *Infirmitas est iusta causa restitutionis.*

347 *Intellige de infirmitate graui, & non leui.*

348 *Tertiana, & Quartana dicuntur leues infirmitates.*

349 *Modica alteratio non est infirmitas.*

350 *Iudicis arbitrio relinquitur an infirmitas fuerit grauis, vel leuis, qui se regulare debet cum consilio medicorum.*

351 *Iudex potest arbitrium suum dirigere ex aspectu infirmi.*

352 *Iudex ex solo iuramento infirmi potest informationem desumere.*

353 *Paupertas est iusta causa restitutionis.*

354 *Procedit ne dum si casu paupertas, sed & propria culpa contigerit.*

355 *Carceratis ob proprium crimen datur restitutio,*

356 *Baldi opinio quod ex laesione à propria culpa proueniente non detur restitutio, procedit ubi culpa esset praeordinata ad casum.*

357 *Qui ex proposito vellet esse Pauper, ut beneficio restitutionis frui posset, esset stolidus, & ex hoc capite restituendus.*

358 *Impedimentum dolo aduersarij praueniens ex generali clausula in integrum restitutionis causam prabet,*

359 *Ex causa doli non solum aduersus maiores, sed & aduersus minores, ipsosque pupillos, si eorum administratores fueriut in dolo datur restitutio.*

360 *Restitutio ex generali clausula competit aduersus, omissa, & malè gesta aduersarij dolo.*

361 *Homo simplex aduersarij suasionibus aliquid soluens, solutum repetit quod aliàs non repeteret.*

362 Viro

362 *Aliquid verisimile credenti viro fallaci, vndè in damnum incidit, restitutio datur.*
363 *Contractus dolo aduersarij à maioribus perperam facti rescindi possunt.*
364 *Procedit siue dolus fuerit in committendo, siue in omittendo.*
365 *Impedimentum proueniens à persona Aduersarij, sine eius dolo causam prabet restitutionis ex generali clausula.*
366 *Absentia aduersarij siue iusta, siue iniusta ex generali clausula restitutionis causam prabet.*
367 *Absens sicut incommodum, sentire non debet, ita neque commodum.*
368 *In Absentia rei Prætor non distinguit personas, vel causas.*
369 *Secus dicendum, vbi reus absens, reliquisset procuratorem, qui ipsum defenderet.*
370 *Præsens inuestigare debet vtrum absens procuratorem reliquerit, aliàs non excusatur.*
371 *Præsens requirere debet amicos, & consanguineos absentis vtrum ipsum defendere velint, aliàs non restituitur.*
372 *Quomodò requisitio amicorum, & parentum fieri debeat exponitur.*
373 *In reo contumaciter absente, sufficit edictum ad valuas eius domus affigere.*
374 *Actore, & Reo Romæ præsentibus dici non potest, quod Reus sit absens.*
375 *Impedimenta prouenientia à persona Iudicis iustam ex generali clausula restitutionis causam prabent.*
376 *Procedit siue impedimentum proueniat ex odio Iudicis in actorem, siue in gratiam aduersarij, siue ex sordibus.*
377 *Item si impedimentum procedat ex negligentia Iudicis vera, vel ficta.*
378 *Iudice per dolum præuaricante in integrum restitutio dari debet.*
379 *Iudice ex simplici imperitia errante non datur restitutio.*
380 *Læsus ex imperitia Iudicis appellare potest.*
381 *Qui non appellat vti constitutus in lata culpa excusationem non meretur.*
382 *Læso per necessarium impedimentum non appellanti datur restitutio.*
383 *Aduersus impedimentum casu prouenien's datur restitutio.*
384 *De stylo Curiæ, præsertim Sacrarum Congregationum, ob temporum, & dilationum angustias causæ nunquam pereunt.*
385 *Impedimentum à Iudice proueniens culpa partis, restitutionis causam non prabet.*
386 *Aduersus instantiam iudicialem regulariter non datur restitutio.*
387 *Aduersus instantiam iudicialem, ex generali clausula in subsidium restituitur Actor, vbi aliter ei subueniri non potest, aliàs secus.*
388 *Iudex si intra duos menses postquam est conclusum in causa, causam, instante parte pro expeditione, non expediat, per ipsum stare dicitur.*
389 *Impedimentum Aduocati, Procuratoris, Notarij, Executoris, vel Baiuli iustam ex generali clausula in integrum restitutionis causam prabet.*
390 *Restituitur, qui ex impedimento Notarij instrumentum habere non potuit.*
391 *Restitui debet ille, cuius Aduocatus tempestiuè non interuenit.*
392 *Restituitur ad perfectionem examinis, non perfecti in tempore desidia deputati ad testes examinandos.*
393 *Impedimentum cuiuscumque ministri iudicialis. sine quo ad causæ expeditionem veniri non potest iustam restitutionis causam prabet.*
394 *Ex impedimento Aduocati, Notarij &c. non restituitur reus ad totam causam, sed ad consequendum, quod nisi tale impedimentum obstasset factum fuisset.*
395 *Impedimentum tertij nihil commune habentis in causa iustam restitutionis causam facit.*
396 *Limita si non sit soluendo, vel contra illum sit difficilis regressus.*
397 *Contra tertium, qui impedimentum dedit, datur actio in factum, si sit soluendo.*
398 *Actio in factum non competit aduersus procuratorem, qui ex ignorantia actorum dominum læsit.*
399 *Aduersus damnum proueniens ex casu fortuito, vel consimili impedimento*

mento ex generali clausula datur restitutio.

400 *Procedit in impedimento, quod praeuideri, & euitari non potuit, alias secus.*

401 *Reijcitur sententia contraria*

402 *Minor non restituitur ex edicto minorum aduersus damnum, in quod fortuitò incidit.*

403 *Minor ex capite minoris aetatis restituitur aduersus damnum casu fortuitò possum, cum casum fortuitum praeuidere, & euitare potuit; sed non fecit.*

404 *Mors Procuratoris iustam restitutionis causam praebet, etiam aduersus rem iudicatam.*

405 *Item procedit aduersus spolium, & executionem impedit.*

406 *Amissio Instrumenti, vel processus, aut eorum incendium, iustam restitutionis causam praebent.*

407 *Impedimentum proueniens necessitate iuris, statuti, aut facto Principis, restitutionis iustam dat causam.*

408 *Aduersus tempus redimendi lapsum, ex generali clausula restituitur, qui pecuniam ad redimendum destinatã, in redemptionem Patris, Filij, aut Reip. erogauit.*

409 *Non datur restitutio aduersus impedimentum feriarum, quae singulis annis statis temporibus indici solent.*

410 *Qui non prospicit, quod prospicere debet, & potest, non excusatur.*

411 *Aduersus impedimentum procedens à ferijs extraordinarijs datur restitutio.*

412 *Procedit etiam in ferijs inductis ab eo, qui ipsas inducere non poterat.*

413 *Procedit etiam in ferijs incidentibus in vltimam dilationis diem.*

414 *Ex impedimento proueniente a priuilegio aduersarij datur restitutio.*

415 *Impedimentum ex vi calesti proueniens est iusta causa restitutionis ex generali clausula.*

416 *Aduersus seruitutis vsum, fluminis inondatione interruptum, & impeditum ex generali clausula datur restitutio.*

417 *Laesio enormis est iusta causa restitutionis ex generali clausula.*

418 *Maioribus, de iure ciuili, licitum est se decipere vsque ad dimidiam iusti pretij, non verò de Iure Canonico.*

419 *Aduersus laesionem vltra dimidiam datur remedium iuris ordinarium; quod facit cessare subsidiarium.*

420 *Remedium iuris extraordinarium pinguius ordinario, non cessat ob concursum ordinarij.*

421 *Laesus potest pro sui arbitrio, vel tentare remedium extraordinarium restitutionis in integrum ex clausula generali, vel Ordinarium* l. 2. C. de rescind. vend.

422 *Causa dotis ex generali clausula restitutio conceditur.*

423 *Ex generali clausula solo fauore dotis, Iudex restitutionem concedere debet.*

424 *Maior aduersus laesionem in praeiudicium rei dotalis, quamuis nõ constet de dolo aduersarij, restituitur ex clausula generali.*
Idem *procedit quòad, dotes Ecclesiarum, & Iura patronatus, ibidem, num.* 424.

425 *Mulieri maiori, quae in sui praeiudicium debitorem dotalem nouauit, restitutio ex generali clausula competit.*

426 Idem *procedit in marito nouante in praeiudicium vxoris debitorem dotalem.*

427 *Qui imperito sua negotia credit sibi imputet si res male se habeat.*

428 *Aduocati Consistoriales caeteris Curiae Aduocatis praesunt.*
De Nobililitate, Antiquitate, & Iurisdictione Collegij Aduocatorum Consistorialium remissiuè ad Carthar. in Syllab., & de Rubeis in Defens. Rediuiu. *ibid. n.* 428.

429 *Carolus Cartharius Aduocatus Consistorialis laudatur.*

430 *Antonius Stephanus Cartharius laudatur.*

431 R. P. D. *Carolus Montecatinus Aduocatus Consistorialis laudatur.*

432 R. P. D. *Marcus Antonius Burattus Aduocatus Consistorialis laudatur.*

433 *Nicolaus Seuarolus Aduocatus Consistorialis laudatur.*

434 R. P. D. *Marcellus Seuarolus laudatur.*

435 *En-*

CAPVT VIII.

NOn solum minoribus, & alijs, qui iure minorum vtuntur in casu læ-
1 sionis, nobili in integrum restitutionis remedio Prætor succurrendum dixit. Verum etiam maioribus 25. annis ex iustis causis in integrum restitutionem pollicetur; si nempe legitimo aliquo impedimento detenti, ius suũ amiserint, vel quid de bonis eorum diminutum fuerit, vt patet tot. *Tit. ff. & C. ex quib. caus. mai. in integr. rest.* Quoniam verò prima, & specialis causa, ex qua maiores in suo edicto Prætor in integrum restituendos esse nominatim dixit, est absentia, ab hoc impedimento, de restitutione ex edicto maiorum dicere agredior. Duas siquidem principales causas de
2 maioribus restituendis expressas inuenio, quarum vna est nominata, & specialis, altera verò generalis & innominata, quæ penè infinitas causas includit, adeò vt vix possint sub certa & regulari diuisione complecti. Prima est, quæ ex iusta absentia datur. Altera quæ ex quauis iusta causa denegari non debet generaliter præmissa in illa generali clausula edicti prætorii, *& si qua alia mihi iusta causa videbitur in integrum restituam*, vt expressum legitur *in l. 1. & in l. sed & si per Prætorem §.quoties ff. ex quibus causis.* Et iuxtà hanc diuisionem, causarum infinita multitudo, ex quibus in vim huius edicti in integrum restitutio dari solet, magistraliter diuidi potest; consideranda tamen iuxta sequentes subdiuisiones.

Posita ergò generali regula, quòd ab-
3 sentia est iusta causa restitutionis in integrum, de qua patet *in l. 1. ff. ex quib. caus. mai. & in l. si sine ff. de minor.* quæ quidem altera ratione non indiget, cum expressa legis, auctoritas sufficiat; ne aliquid obscurum, vel subacerbũ in hoc nostro Tractatu illabatur, videndum occurrit. An quælibet absentia sit iusta causa in integrum restitutionis. Et quamuis videretur dicendum quamlibet absentiam esse iustam causam, quia Lex non distinguit ex qua causa quis absit, sed solum considerat impedimen-
4 tum, ex quo absens rebus suis super esse non potest, vnde hoc restitutionis in integrum remedio ei succurritur, ex notatis *l. item ait Prætor vers. erit notandum. ff. ex quib. cau. mai.* Nihilhominus communis DD. Theorica stat in contrarium, vt communiter docent in *l. inter minores ff. de in integr. rest.* vbi distinguitur inter iustas, & non iustas absentias. Vt tamen difficultates omnes ab hac materia in quantum fieri potest, exclusæ remaneant, ante quam in hanc partem descendam, & quænam dicatur iusta absentia ad impetrandam in integrũ restitutionem, decernam. Aduerto, quòd restitutio, quæ causa absentiæ petitur, vel respicit restitutionem præsentis contra absentem, vel restitutionem absentis contra præsentem. Si de restitutione præsentis contra absentem sit sermo hoc casu quęlibet
5 absentia iusta, vel iniusta est iusta causa restitutionis, habemus *text. expressum in l. item ait Prætor, vers. & erit notandum ff. ex quibus caus. mai.* Si verò loquamur de restitutione absentis contra præsentem tunc non omnis absen-

6 absentia, absenti opitulatur, sed itá demum ei conceditur restitutio, si ex iusta causa abfuerit, idest si absentia fuerit iusta.

Ad cognitionem verò, quænam dicatur absentia iusta, vel iniusta, quot modis quis absens, dicatur; idest quot sint huius vocabuli acceptiones latè exquirit, *Odd. de rest. part. 1. art. 6. per tot.*

7 sed cum penè infinitis modis homines, absentes dici possint. *Bald. in l. præsens. ff. de pact. Felyn. in cap. quoniam numer.* 10. *Vt lite non contest. Dec. in cap. cum omnes num.* 43. *de Constit. Alciat. in l. absentes ff. de verb. signif. Ang. in d. l. fin. C. de præscri:* 10. *vel* 20. *ann.* Ideò cer-

8 tam regulam dari non posse arbitror, sed Iudicis arbitrio hoc committendum assero cum *Felyn. in dicto. cap. quoniam nu.* 9. Perpendere autem debet Iudex, an qui pro iusta causa restitutionis, se absentem dicit, ita absens fuerit, vt negocijs, de quibus agitur superesse nequierit, posposita distinctione an intra, vel extra prouinciam, vel ciuitatem extiterit, vt probatur, *in l. ab hostibus* §. *sed quod simpliciter, in l. abesse ff. ex quibus caus. mai. iuncta l. in eadem causa ff. eodem* Etenim vbicunque quis sit, vel detineatur, si taliter se habeat vt rebus

9 suis ex iusta causa superesse nequeat, quòad in integrum restitutionis materiam proprie abesse dicetur. Ceterum quot modis quis absens considerari possit euidenter explicat idem *Odd. loc. cit.* ad quem in re nostra studiosos potius Tyrones, quàm perfectos Aduocatos remitto. Nam & si vtilissimum, qu inimò necessum sit cognoscere quot modis, quis absens dicatur, in quo Aduocatos versatissimos esse ad iudico ad rem tamen nostram nihil facere puto, quia vt dixi Iudicis arbitrio hoc relinquendum est, qui non solum inspicere debet, an qui absentiam allegat, itá pro veritate absens fuerit, vt negotio aduersus quod restitutionem petit superesse nequiuerit; sed An iusta fuerit absentiæ causa.

Quæro igitur quænam dicatur iusta & legitima absentia & omissis, quæ pleno calamo in hac parte communiter referunt scribentes, tres notabiliores DD. opiniones afferentes, quas & habet *Odd. dicta quæst.* 5. *art.* 7. vbi ipsas

10 vti imperfectas redarguit, cum ipso Arborē constituo ex qua conciliatis Doctorum distinctionibus; omnes absentiarum species facilius diuidi, & complecti possunt.

Absentia
Ordinaria — Extraordinaria
Necessaria — Voluntaria
Laudabilis
Vituperabilis
Neutra.

Ordinaria ergo absentia est, quæ cau-

11 satur ratione domicilij, Finariensis etenim, qui Finarij suum perpetuum domicilium habet, dicitur abesse Roma &c. vbi domicilium non habet. Quæ absentia localis etiam dici potest, quia principaliter consideratur, non vtrum persona, sed an domicilium sit præsens pro vt considerat, *Bald. in l. 1. num. 1. C. quib. non obÿc. long. temp. præscript. & in l. fin. num. 1. C. de præscript.* 10. *vel* 20. *ann. vbi & Angel. num.* 2.

Extraordinaria verò intelligitur, quæ

12 ratione discessus accidentalis absentiæ à proprio domicilio prouenit. Extraordinaria autem dicitur, quia extra naturæ ordinem esse videtur proprios lares deserere, & alibi vagare, & respectu præcedentis est personalis, quia solum in hac attenditur an persona sit præsens. Quoniam verò ex varijs causis, quis à patria, & proprio domicilio abesse cogitur, vel propria voluntate abest; ideò extraordinaria absentia optimè diuiditur in necessariam, & Voluntariam, vtraque deinde in Laudabilem, Vituperabilem, & Neutram.

Necessaria est, quæ non sponte sumitur,

13 sed ad Principis, Legis, Iudicis, vel Statuti mandatum, vt pote Legationis causa, Militiæ Banni.

Voluntaria dicitur, quæ nullius con-

14 templatione, sed sponte ad suam, vel

Q suo-

suorum delectationem, vtilitatem, & gratiam suscipitur, pro mercatura scilicet, studio, alijsque negotijs.

Necessaria Laudabilis est, quæ iure ho-
15 nore, ac præmio digna est, vt pote absentia ad vtilitatem, & honorem sui Principis, vel patriæ ad superioris ordinationem suscepta, quam laudabilem, & præmio dignam communiter affirmant DD. & in specie *Bald. in l. cum non voluntatis. C. quomodo, & quando Iudex.*

Voluntaria verò laudabilis dicitur, quæ
16 licet pendeat à voluntate absentis, in Principis tamen, & Patriæ honorem, & vtilitatem quodãmodò exercetur. Vtpote est absentia causa studij, militiæ etiam pro extraneo Principe voluntariè susceptæ.

Necessaria Vituperabilis absentia est,
17 quæ relegationis, banni, vel deportationis causa fit, vnde quælibet pœnalis absentia vituperabilis consideratur in iure, siue data sit in pœnam, siue pœnæ timore à delinquente suscepta. Nam transfuga vituperabiliter abesse dicitur *l. item eis vers. nam transfugis ff. ex quib. cau. mai.* Item excommu-
18 nicatus cæterique omnes, qui propria culpa absunt.

Voluntaria autem vituperabilis propriè
19 dici potest, quæ voluptatis duntaxat, ocij, vel latitationis gratia suscipitur, de qua loquitur *text. in l. 4. & 5. ff. ex quib. cau. mai.*

Necessaria denique neutra est, quæ nec
20 laude, nec pœna digna dici potest, cum quis scilicet non sua culpa, neque in vtilitatem publicam, necessitate cogente abest. Vt patet in capto à latronibus, & in absente causa litigij, vt rem suam defendat.

Voluntaria vero neutra dicetur, quæ
21 nec laude, nec pœna digna est, quam Doctores communiter exemplificant in absentia causa lucri, vel alterius negocij.

His positis dico primò absentiam ordi-
22 nariam ex causa domicilij perpetui non esse iustam causam restitutionis in integrum. Ità *Bald. in l. fin. num. 1. C. de praescr. 10. vel 20. ann. & in l. 1. num. 1. C. quibus non obijc. long. temp. praescr. & ibi Ang. num. 2.* Ratio est euidens, eo quod maioribus in integrum restitutio tunc conceditur, cum necessitate aliqua irreparabili impediti rebus suis superesse nequeunt *l. in eadem ff. ex quib. caus. maio. &c.* Hi autem, qui hac absentiæ specie absunt non solum suis non impediuntur superesse rebus, sed cum domi suæ quiescant vbi fortunas proprias habent, suis operam dare negotijs commodius queunt.

Dico secundò absentiam extraordina-
23 riam necessariam simul atque laudabilem esse iustam causam restitutionis in integrum. Et quidem si loquamur de militia pro Patria, vel pro Principe necessariò suscepta, est text. *ad literam in l. 3. C. de rest. mili.* ibi: *Quod tempore militiæ de bonis alicuius possessum ab aliquo est, postea quam is Reipublicæ causa abesse desijt, intra annum vtilem amota praescriptione temporis medij possessionem vindicare permissum est*, facit etiam *text. in l. milites, & in l. si qua militi, cum alijs ff.* ex quib. *caus. mai. &c.*

Si verò sermo sit de militia voluntariè
24 suscepta perpendendum vtrum hæc suscepta sit pro patria, vel pro suo Principe, Aut pro alijs. Nam si quis voluntariè, vt pote sunt milites qui vulgò dicuntur venturieri, ad defensionem suæ Patriæ, vel Principis militiam suscipiat, concludendum in casu idem, quod dictum est de militia necessaria, quod in specie docet *Ant. Vrsillus in §. Rursus Inst. de Act. relat. ab Odd. de rest. part. 1. q. 6. art. 2. & 3.* eo quòd, vt idem ait, licet ab
25 initio militia sit voluntaria ex post facto fit necessaria propter periculum desertionis, si qui inter milites numerari voluit, à signis recederet. *l. desertorem ff. de rest. milit cum simil.* Eruditissimam quoque rationem subdit Idem *Odd. num.* 8. dicens, quòd vtrum militia necessaria dicatur non
26 attenditur, an necessariò suscipiatur, sed an Reip. vel Principi necessaria sit, & vtique necessariò dici debet, non minus quam illorum, qui necessariò arma capiunt, quia vtrique pro salute Patriæ, & Principis æqualiter laborant, & se ad pericula exponunt. Cæterum militiam siuè necessariò, siuè voluntariè susceptam esse lauda-
27 bilem patet ex priuilegijs in iure militibus concessis.

Si

Si autem pro aliis militia suscipitur non
28 ad sui Principis iussum, qui scilicet, cum illis sit fœdere coniunctus, nullatenus in casu necessaria absentia dici potest, & consequenter, ex hac causa restitutionem competere non puto, prout competit ex causa simul necessaria, & laudabili. Quoniam verò qui ita abest, laudabiliter saltem abesse negari non potest, ideò idem ius in hac absentia considero, quod infrà de absente studiorum causa constituam, nam & gloriosum studium, Reipublicæ, ac Principi vtile militiam esse omnes affirmant.

His tamen generaliter præmissis plura
29 dubitanda occurrunt & primò. An milites, qui in expeditione non sunt ex hoc capite restituantur. Ad quod breuiter negatiuè respondetur per text. ad literam *in l. sancimus. C. de restit. milit.* ibi: *Sancimus his solis, qui in expeditionibus occupati sunt ea tantummodò tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quam in petendis in integrum restitutionibus, eis opitulari: illis temporibus, per quæ citra expeditionis necessitatem in alijs locis, vel in suis ædibus degunt, minimè eos ad vindicanda memorata priuilegia adiuuantibus*. Quod & communiter notant *cum Bart. Bald. Angel. Alber., Fulgos. & Paul. de Castr. DD.* communiter, dicentes, quòd sola militia, idest esse militem iustam restitutionis causam non præbet, sed præsens occupatio circa execitium militare ipsam elargitur. Hoc autem verum est, quòad restitutionem ex hoc capite necessariæ simul, atque laudabilis absentiæ, nam cum ex hoc capite ideò restitutio detur, quia pro vtilitate, & necessitate Reipublicæ interim milites abesse dicuntur; ideoque in expeditione esse considerantur, cum eorum exercitium Reipublicæ expediat. Dicendum sequitur; quòd si in expeditione non sint, eorum absentia, nec Reipublicæ necessaria, nec proficua sit, & consequenter neque restitutione digna ex capite absentiæ simul laudabilis & necessariæ.

Secundò. An militia in Patria & conse-
30 quenter Domi suscepta sit iusta causa restitutionis in integrum. Et affirmatiuè Respondeo per text. *in l. milites planè ff. ex quib. caus. mai.* & ita tenet *Azo. in l. 2. C. de rest. mil. & Paul. de Castr. in l. fin. C. eodem*, vbi hoc procedere asserit non solum in militibus Romanis, Romæ pro Patria militantibus, de quibus *dicta l. milites* in specie loquitur. Sed in omnibus
31 ciuibus in propria ciuitate pro eius, vel principis salute militantibus; quod & eruditè contrarijs satisfacens affirmat *Odd. dicta q.6.art.4.per tot.*

Tertiò. An militia nostri temporis, sit
32 iusta causa in integrum restitutionis. Et breuiter dico, quòd quamuis in militibus nostri temporis illa minimè concurrant, quæ requirebantur antiquitus in veris militibus; vt notat *Bart. in l. milites ff. ex quib. caus. mai.* Attamen si verè militent, & in expeditione sint vitam pro Patria exponentes in integrum ex hoc capite restitui debeant. *Iac. de Rauen. Cyn. in l. 1. num.* 10. *C. de Iur. & fact. ign. Bald. in l. pen. ff. ex quib. caus. mai. quem ad verbum sequitur Paul. de Castr. in l. fin. C. de rest. milit. Boss. Tit. de indic. ante Tort. num.* 108. *Rom. cons.* 506. *n.* 3. *Alci. cons.* 311. *n.* 2.

Quæ militum priuilegia circa restitutio-
33 nem ex hoc capite, alijs etiam competunt, qui causa vtilitatis exercitus ad bellum procedunt, vt pote sunt Ductores, vulgò *Guide*, Quæstores, Lectores militum, Medici, Iudices, & cæteri, qui exercitui necessariò inseruiunt, si tamen missi sint à Principe. In terminis enim Ductorum & Lectorum habemus text. ad literam *in l. qui mittuntur ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Qui mittuntur vt milites ducerent, aut reducerent, aut legendi curarent Reipublicæ causa absunt.* Quòad medi-
34 cos in specie tradit *Azo. num.* 2. *C. de rest. milit. Tiraquel. de nobil. cap.* 31. *num.* 403. & facit *text. in l. 1. ff. de decr. ab Ordin. facien.* est textus ad literam *in l. inter eos ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *militum medici, quoniam officium, quod gerunt & publicè prodest, & fraudem eis afferre non debet: restitutionis auxilium implorare possunt.* Quòad Iudices cæterosque omnes etiam Paganos à Principe ad exercitum missos habemus text. expressum in dicta *l. Qui mittuntur* & specialiter *in §. item*

Paganum. ibi: Item Paganum, qui in
35 expeditione consularis iussu transierat,
ibique in acie deciderat: hęredi enim
eius succurrendum est.

De his verò qui non publica auctorita-
36 te missi sunt, sed sponte sequuntur
exercitum, vt in aliquo arte sua pro-
sint, quia hoc ne dum vtile, sed ne-
cessum est exercitui idem iuris censeo
iuxta notata, per Odd. dicta q.6. art.7.
num.22.

Quartò. An militum vxoribus suos vi-
37 ros in bello sequentibus ex hoc ca-
pite in integrum restitutio dari de-
beat. Ad quod affirmatiuè Respon-
deo per text. ad literam in l. Tempo-
ralibus C. de Vxor. milit. ibi: Tempo-
ralibus actionibus exclusis mulieribus,
qua cum maritis Reipublice causa absen-
tibus peregrinata sunt, ad exemplum
militum subueniri solere non est igno-
tum. Quòd & communiter cum
Cyn. Bald. docent DD. quia vna, & ea-
38 dem caro sunt vir & vxor eadem ne-
cessitas locũ habere censetur in Vxo-
ribus, quæ adest in maritis, vt sentit
Cyn. in dicta l. temporalibus, aliam ra-
tionem reddit Mauric. in tract. de rest.
in integr. Vt nempe milites secum
39 vxores habentes lubentius militent,
nec redeundi animum habeant ad
vxorios amplexus parui factos cum
fruuntur, summoperè expetitos vxo-
re absente.

Non desunt qui hanc conclusionem li-
40 mitant, vbi miles diu ab futurus es-
set. Non autem vbi ad breue tem-
pus ab vxore discederet; quod sentit
Cyn. Fulg. Paul. de Castr. in dicta l. Tem-
poralibus, ità etiam intelligentes consi-
lium I.C. in l. obseruare §. 1. ff. de offic.
Procons. à qua distinctione disceden-
dum non putat Odd. dicta quæst.6. art.
.8 vers. ego tamen.

Quod dictum est de militum vxoribus
41 quidam extendere studuerunt ad
seruilem familiam ipsorum militum.
Sed commnnis DD. sententia, quæ
etiam est magis tuta, stat in contra-
rium ita docent Iac. de Ra. Petr. & alij,
quos refert. Cyn. in dicta l. Temporali-
bus. C. de Vxor. milit. vbi Alber. num.2.
Paul. de Castr. num. 2. quam & verio-
rem dicit Odd. dicta q. 6. art. 9. vers.
Ego puto. vbi, & hanc quæstionem latè
exornat modificando communẽ DD.
sententiam quòad famulos, sine qui-
42 bus milites in exercitu stare ne-
queunt, quia in casu illorum absen-
tia necessaria dicitur, iuxtà notata per
Bald. in dicta l. Tẽporalibus. C. de vxor.
mil argum. l. non alias §. 1. ff. de Iudic.
qui & hoc ibi Cyn. sentire dicit, sed
penes Cyn. dictum hoc non in-
ueni.

Ex hac quoque causa necessariæ simul
43 atque laudabilis absentiæ in inte-
grum restitui debet, qui Magistratus,
Legationis, aut alterius publici mu-
neris causa abest. Talis enim absen-
tia est iustissima causa restitutionis in
Prætoris Edicto expressa vt patet ex l.
1. ff. ex quib. caus. mai. ibi: Huius edi-
cti causam nemo non iustissimam esse
confitebitur, læsum enim ius per id tem-
pus, quo quis Respublica operam dabat,
vel aduerso casu laborabat, corrigitur.
Patet etiam ex l. 1. C. Quibus ex caus.
mai. in integr. rest. ibi: Si propter offi-
cium legationis, absens, & indefensus
condemnatus es: instaurationem iudicij
iure desideras, vt ex integro defensio-
nibus tuis vtaris, nam eos quoque, qui
legationis officio funguntur, in eo pri-
uilegio esse, in quo sunt, qui Reipublicæ
causa absunt, receptum est.

Qui ergo publico Legationis munere
44 funguntur ex hoc capite in inte-
grum restitui debent, per text. ad li-
teram in dicta l. 1. C. quib. ex caus. mai.
in integr. rest. l. sed si §. fin. ff. ex quib.
caus. mai. Nam qui sui negotij causa
45 in legatione esset, non vere dicere-
tur Reipublicæ causa abesse text. est
expressus in l. non verè ff. ex quib. cau.
mai.

Item ijs qui Magistratus causa abessent
46 ex hoc capite restitutio debetur l. qui
mittuntur §. similiter. ff. eodem. Vnde
docet Gaspar Vallasc. in l. Imperium
nu. 106. ff. de iurisd. omn. iudic. quod
47 Potestates, Vicarij Terrarum, & Ca-
strorum alicuius Ciuitatis, aut Pro-
uinciæ, hac absentiæ specie abesse
dicuntur, & consequenter ex hoc ca-
pite restituendos esse. Quod & de
48 Assessoribus in specie determinat
text. in l. si cui ff. eodem ibi: Si qui in
Prouincia suá Princeps adsidere speciali
beneficio permisserit: puto eum Repu-
blica causa abesse.

Item missis ad facinorosos extirpandos,
& pro-

49 & prouinciam à malis expurgandam.
text. est expressus *in dicta l. qui mittuntur.* §. *Quæsitum.* ibi: *Quæsitum est de eo, qui ad compescendos malos homines missus est, an Reipublicæ causa abesset & placuit Reipublicæ causa abesse.*

Item Oratoribus, qui vulgò Ambas-
50 ciatori dicuntur, gratularionis, vel alterius publici officij gratia missis. text. est ad literam in *dicta l. qui mittuntur* §. *Hi quoque.* ibi: *Hi quoque, qui missi sunt ad gratulandum principi.*

Item denique missis testimonij ferendi
51 causa text. est *in l. sed & si per Prætorem* §. *Item inquit Prætor.* Vers. Idem puto: ibi: *Idem puto, & si testimonij causa sit euocatus ex qualibet prouincia, vel in Vrbem, vel ad principem: nam & his sæpissimè est rescriptum subueniri.*

Notandum tamen quòd si quis prædi-
52 cta publica munera propter aliam Rempublicam, quam Romanam subeat, ex hoc capite in integrum restitutio minime competit; vt per text. *in l. sedet si* §. *fin. ff. ex quib. caus. mai.* communiter determinant *DD.* quos pleno calamo refert *Odd. dicta q. 6. art. 11.* Sed verius, & æquius puto, quòd & absentes suæ Reipublicæ,
53 Ciuitatis, vel Principis causa, ex hoc capite, non ex clausula generali, in integrum restitui debeant, nam cum Prætor maioribus etiam Reip. causa absentibus restitutionem simpliciter pollicetur, hos etiã comprehendit, vnde non ex clausula generali, sed ex capite edicti prætorij restitutio in integrum illis competit, quòd & clare patet consideratis verbis text. in dicta *l. qui mittuntur* §. *qui Reipublicæ.* ibi: *Sed & si extra patriam suam Reipublicæ causa profectus sit, etiam si per vrbem ei iter competit, reipublicæ causa abesse.* facit etiam §. *Quæsitum & l. congruit ff. de Offic. Præsid.* Quæ iura si bene perpendantur, licet contraria opinio DD. numero præualeat, ratione hæc contra communem, verior apparet. Nam & Aequitatis manifesta quoque ratio suadet, quòd cum aliæ Ciuitates, & Reipublicæ suorum ciuium absentia indigeant ac Romana, ex eo capite quo absentibus Rom. Reip. causa restitutio conceditur, & ijs concedenda sit. Nec mirum quòd *text. in dicta l. sed & si* cui communis sententia inhæret, videatur loqui dumtaxat de Republica Romana, tum quia illo
54 tempore propter excellentiam in dubio de Romana Republica intelligebatur; Tum quoque quia Romana Respublica vti totius Orbis domina in consideratione duntaxat habebatur. Vnde cum hodiè Romanum Imperium in varia Dominia, & Respublicas scissum sit, ridiculum videretur si Florentini ab eorum magno Duce missi ad gubernãdam aliquam Ciuitatem, vel Oratores ad Catholicum Monarcham, vel ad alium Principem missi, Item Veneti ab eorum
55 Republica, ex eodem omninò capite restitui non deberent, si eadem omninò absentia absunt, qua aberant ij, qui vrbe Roma ad idem faciendum in Prouincias mittebantur. Quapropter concludo, quòd priuilegia, quæ competunt absentibus Romanæ Reipub. causa, etiam competant absentibus causa suæ Reipub. licet non
56 Romanæ, nec non causa propriæ Ciuitatis, Municipij, Castri, aut Villæ &c. Ita docet *Ias. in* §. *Rursus, verbo Republica Inst. de Act.* ibi etiam notat *Gomes. num.* 18. & prius tenuit *Roffr. de Libell. in rubr. de act. rescissor.* §. *6.* in hanc quoque partem inclinat *Odd. dicto art. 11. in fine.*

Quid autem dicendum sit de eo, qui
57 pro sua Republica, vel Ciuitate, in ipsamet Ciuitate publica munera subest non sine graui controuersia quæstio procedit. Sed breuiter dico regulariter ex hoc capite in integrum restitutionem non competere, vt communiter docent DD. per text. *in l. & qui data ff. ex quib. caus. mai. & in l. si cui ff. eodem vbi Alber.*

Dixi regulariter quia quando publi-
58 cum munus nimis occupatum detineret, qui eo fungitur, non solum excusaretur, sed laude dignus esset, qui ex frequentia rerum publicarum priuata negotia obliuioni mandaret, quare restitutione meritissimus esset, vt expressè loquitur text. *in l. si cui ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Si cui in prouincia*

uincia sua princeps adsidere speciali beneficio permisserit: puto eum reipublica causa abesse.

Dico tertiò absentiam extraordinariam
59 necessariam simul & pęnalem, seù ignominiosam non esse iustam causam restitutionis in integrum. Vt patet in transfuga quem ex capite suæ absentiæ non esse restituendum ad literam docent verba text. *in l. Item ei ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Nam transfugis nullum credendum est beneficium tribui, quibus negatum est postliminium*, & ita sine dubio concludunt
60 communiter DD. hanc conclusionem quoque extendentes ad rebelles, illos scilicet, qui rabie, & inuidia agitati celsitudinem Principis in patria egre ferentes voluntarium exilium sumunt, aliò se conferunt, & vt plurimum apud Gentes suo Principi infensas se recipiunt.

Quòd & aliqui affirmant de relegatis,
61 sed omissis multis, quæ in hac parte à DD. possunt colligi, distinguendum est in casu. Aut relegatus procuratorem dimittere potuit, & non dimisit, & restitui non debet. Aut non potuit dimittere, vel dimisit, & mortuus est, & restitutio ei competit. *text. est ad literam in l. sed & si per Prætorem ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Aduersus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula Pomponius ait: sed & non ipsi concedendam: quia potuit procuratorem relinquere, ex causa tamen puto etiam ipsi succurrendum.* Quòd & hic communiter notant *Bart. Bald. Alber.* & omnes facit etiam expressè, *Text. in l. Papinianus. ff. de Minor.* Idem *Alber. in l. inter num.* 10. *ff. de rest. in integr. Odd. dicta part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 4. *per tot.*

Quid de excommunicato dicendum sit non leuiter dubitatum fuit, sed dico ex causa absentiæ ab excommunica-
62 tione causatæ in integrū restitutionē dandum esse ità communiter concludunt DD: *in cap. cum inter de except. Abb. in cap. 1. de præscript. Felyn. in cap. significauerunt num. 14. de except. Bald. in l. item succurritur ff. ex quib. caus. mai.*

Quod intellige nisi quis fuisset negligens in absolutione petenda, vel in-
63 sorduisset, ità notat *Felyn. dicens*, & hoc velle *Cardin. Imol. & Abb. in d. cap. cum inter.*

Quæ dicta sunt de excommunicato militant in bannito, secundum magis
64 communem opinionem, ita *gloss. in l. si qua militi §. 1. ff. ex quib. caus. mai. Bald.* ibi clarè exprimit, quod bannitus ex hoc capite debet restitui; *idem Bald. in l. denique ff. eodem*, vbi æquiparat quòad restitutionem bannitum, reuerso ab hostibus; sed reuer-
65 sus ab hostibus omnimodò restituitur *l. ab hostibus ff. eodem*, ergo &c. *Sign. de Homod. in l. nam & postea §. si minor. n. 7. ff. de iureiurand. Anton. Canar. in tract. de excus. in 2. part. num.* 8. Et est textus expressus *in l. si qua militi ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Quod eo tempore, quo in insula aliquis fuit, ex pœna ei irrogata, cuius restitutionem impetrauit, ab alio vsurpatum ex bonis, quæ non erant adempta, probatum fuerit: sua causa restituendum esse.* Quod & affirmant *Bart. & Bald.* cum alijs, quos pleno calamo refert *Odd. d. q. 7. art. 3.* vbi quæstionem hanc varijs hinc indè rationibus, & argumentis exornat, in nostram sententiam inclinat, quam & magis communem dicit, contrarijs respondet.

Propter absentiam quoque à carcera-
66 tione causatam, ex capite iustæ absentiæ Carceratus in integrum restitui debet, text. est ad literam in *l. succurritur ff. ex quib. caus. mai. &c.* ibi: *Succurritur etiam ei, qui in vinculis fuisset, quod non solum ad eum pertinet, qui publica custodia coercetur &c.* ità etiam apertè colligitur *ex l. vinculorum, & ex l. verum ff. de verb. signif.* ità communiter docent *DD.* & notant omnes *in l. 2. ff. ex quib. caus. mai. Bart. Bald. Ang. Fulg. Paul. de Castr. & alij Bart. in tract. de Carcer. n.7. Gigas de pens. q.35. n.4.*

Quæ conclusio non solum procedit, vbi
67 quis detineretur in carcere clausus, sed & in eo, qui stat sub fideiussione text. est *clarus in l. nec non §. si quis ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Item si quis nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione, & dum propter hoc recedere non potest captus sit, restituitur, & aduersus eum dabitur*

resti-

restitutio. Nec non in eo, qui iura-
68 mento detinetur, quia scilicet de loco non recedere iurauit, quia & iste vinculis detentus dicitur, ità singulariter *Guid. Pap. sing.437*.

Ac etiam in patre habente filium carce-
69 ratum, nam & hoc casu ipse pater quodamodò carceratus consideratur, ità *Card. cons. 137.* notabile tradit *Boss. Tit. de Carcer. num.3.* vbi & remissiuè docet de singulari amoris paterni affectu, & exemplo *ad Marsil. in l. 1. ff. de quaest.*

Absentia itidem necessaria simul, & opprobriosa illos abesse considero,
70 qui licèt, è vinculis sint soluti sine pudore tamen in publicum, & in hominum conspectu prodire non possunt, vndè & hi iusta absentiæ causa debent restitui. Textus est ad literam in *l. in eadem causa ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *In vinculis autem etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico comparere non possint*. Tradit *Bart. in Auct. de his, qui ingred. ad appell. num. 5.* Homines verò hoc pudore tunc iustè impeditos dicit *gloss. in d. l. in eadem causa.* Si nudi essent, & ob egestatem prouidere sibi non possent. Clarius verò iustum hoc impedimentum exprimit *gloss. in cap. si quis testium verbo. Paupertatem extra de Testibus*, dicens
71 quod nobiles ad paupertatem redacti, qui ideò domi latent, & propter sui ipsius erubescentiam in publicum prodire non posse dicuntur, quod & notat *Ias. in §. rursus Inst. de act. num.49.*

Dico quartò absentiam prouenientem
72 ex causa licet non laudabili, non tamen improbabili, vel vituperabili regulariter iustam esse causam restitutionis in integrum, vt patet in eo, qui captiuitatis causa, vel alterius cuiuslibet in vinculis detentionis absens reperitur.

Qui igitur obsidatus causa alibi deten-
73 tus exindè damnum aliquod passus est iustissimè in integrum ex hoc edicto restitui debet, text. est licet non in indiuiduo, idem tamen in ratione sui, & quod etiam magis est in generalitate literæ in *l. succurritur ff. ex quib. caus. mai. & in l. in eadem causa in l. nec non §. item si quis ff. eodem*.

Qui fideiussionis factæ causa captiuus
74 detentus fuerit, si hac de causa læsus sit, ex hoc edicto in integrum restituitur, text. est ad literam *in l. nec non §. 1. ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Item si quis nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione, & dum propter hoc recedere non potest captus sit, restituetur, & aduersus eum dabitur restitutio*. Idem affirmat hic
75 *Bald.* dicens paria esse sub fideiussoribus, & sub vinculis detineri.

Qui iure represaliarium alicubi captus
76 detinetur ex hoc edicto restituendus erit. Ratio est euidens, tum quia vt patet ex Iuribus supra allegatis quælibet detentio in vinculis, & carceratio etiam ex delicto proprio excusat, dummodò non procedat ex crimine
77 falsi, quo casu propter delicti turpitudinem, quæ excludit ab omni priuilegio, non excusaret secundum *Bart. in l. pen. in fin. ff. ad Turpill.*

Tum quoque, quia hęc absentia suæ ci-
78 uitatis causa quodammodò suscepta videtur; cum quis illam patiatur causa debiti ab ipsa contracti, vt ingeniosè aduertit *Odd. de rest. p. 1. q. 7. art.8. n.52.*

Tum denique, quia vt eleganter docet
79 *Bart. in tract. represal. in 1. q.* Represalię sunt concessæ, vt sicut quodam ciuile bellum indicantur, Atqui causa belli ab hostibus captus omnem restitutionem meretur. Ergo & iure represaliarum detentus.

Qui ab hostibus captus detinetur, vt
80 pretium soluat si libertatem consequi vult, vel donec fiat pax, aut vt cum alijs captiuis permutetur, vel vt hostium seruus remaneat, quod contigit in bello inter Christianos, & Turcas aduersus damnum, quod interim passus fuit restitui debet text. est ad literam *in l. 1. ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *inue vinculis, seruitute, hostiumque potestate esset*. Facit etiam expressè Text. *in l. item ei succurritur ff. eodem*. ibi: *Item ei succurritur, qui in hostium potestate fuit idest ab hostibus captus*. Et in specie, quod capto ab hostibus vt seruus illorum fiat ex hoc capite in integrum restitutio cōpetat est text. ad literam *in l. ei quoque ff. eodem*. ibi: *Ei quoque succurritur, qui in seruitute fuerit, siue bona fi-* de

deseruiat homo liber, siue detentus sit. Cuius tamen legis verba intelligas de seruitute nec vera nec ficta, eorum
81 scilicet, qui bona fide seruiunt; & de ficta tantum, eorum videlicet, qui captiui sunt apud hostes. Non de seruitute vera, idest naturali, illorum nempe, qui ex ancillis nostris nati sunt, vel se ipsos vendiderunt. Text. est ad literam in *l. Is autem, & in l. Rectè ff. eodem.* ibi: *Rectè Labeo ait, eum non contineri, qui liber, & hares institutus sit, antequam fit hares: quia nec bona habeat, & Prator de liberis hominibus loquatur.* Ratio est euidens, nam si quando manumittuntur non debent restitui, quia interim nihil amittere potuerunt, cum nihil haberent. Prout neque abesse dici poterant, qui vti iure ciuili ignoti vllibi nunquam præsentes fuerant, neque patriam habebant, ergo &c.

Qui denique captus à latrunculis, vel à
82 suis inimicis aliter violenter detentus, abest, ex hoc etiam capite debet restitui Text. est expressus in *l. succurritur ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Succurritur etiam ei, qui in vinculis fuisset, quod non solum ad eum pertinet, qui publica custodia coercetur, sed ad eum quoque, qui à latronibus, aut pradonibus, vel potentiore vi oppressus, vinculis coercebatur. Vinculorum autem appellatio latius accipitur: nam etiam inclusos. veluti lautumijs vinctorum numero haberi placet: quia nihil intersit parietibus, an compedibus teneatur.*

Et quidem non satis intelligo quare tam
83 claram decisionem huius legis, non perspexerint, qui hac de causa absentibus restitutionem denegandam asserunt, eo quod habeant actionem in factum contra eos, qui interim illos detinuerunt, pro restauratione damni, & interesse intcrim passi iuxtà text. *in l. 2. in fin. iuncta l. seqq. ff. si quis caut.* Quod in terminis voluit *Roff. de Libellis Tit. de rescis. act. §.4. Specul. lib.4. Tit. de rest. in integr.* quorum sententiam, vti verbis legis contrariam reijcio, nec admitto distin-
84 ctionem allatam per *Odd. d. q. 7. art. 8. num. 65. vers. Ego puto*, vbi ait, quod si à priuato, vel à latrunculis aut alijs huiusmodi detentus, contra huiusmodi detentores damnũ passum prosequi potest, interim ei restitutio denegabitur; si verò prosequi non
85 potest tunc restitutio denegari non debet; & hoc casu locum habet dispositio *l. succurritur.* Nam cum verba huius legis supra relata, generaliter, & sine distinctione, vel aliqua perplexitate loquantur, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus, quam inutilis sit præfata distinctio occulariter patet.

Ex causa quoque iusti metus absentes,
86 ex hoc edicto restitutionem habere debent nisi superuacuo timore deterriti absint text. est ad literam in *l. hoc edictum §. 1. ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Hoc autem capite adiuuantur in primis hi, qui metus causa absuissent: scilicet si non superuacuo timore deterriti absuissent.*

Quia tamen vt patet ex verbis huius legis ibi: *si non superuacuo timore*; iniustus metus superuacuus dicitur.

Quare vt restitutio locum habeat iustus metus requiritur; videndum est, quis nam iustus metus dicatur, quod & ipse I. C. *in l. seqq.* declarare incipit,
87 exprimens, quis nam metus absentiam ita necessariam reddat, vt eius causa restitutio competat. ibi: *Metus autem causa abesse videtur, qui iusto mortis timore, vel corporis cruciatus conterritus abest, & hoc ex affectu eius intelligitur. Sed non sufficit quolibet errore abductum timuisse, sed huius rei disquisitio Iudicis est.* Vndè & patet an metus allegatus fuerit iustus, siue iusta causa se absentandi, Iudicis ar-
88 bitrio remittendum esse, quod & communiter docent DD. *in l. metus autem 3. ff. eodem Barto. in l. hac autem ff. si cui plusquam per leg. Falc. Innoc. in cap. Cum dilectus verbo mortis. Extra quod metus causa. Paris. cons. 5. num. 162. lib. 4. Dec. in l. in omnibus num. 7. de Reg. Iur.* pleno calamo *Menoch. ad quem pro concord. habeatur relatio, de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 36. num. 3.*

Iudex autem suum arbitrium regulare
89 debet considerando malum quod timetur, causam timoris, & personã quę metum infert, nec non personam illius, qui timet.

Quòad malum rationabiliter pertimescendum perspicere debet an sit aliquod

quod èx infrascriptis. Mors nimi-
90 rum, vel corporis eruciatus l. si per vim C. quod metus causa cap. cum dilectus vbi Innoc. & alij extr. eodem. Vincula l. nec timorem ff. eodem Carcer. Abb. in cap. accidens num. 2. de Procurat. Mauric. de rest. in integr. cap. 40.
91 Hinc est quod contractus in carcere factus est nullus, quia ad carcerationem euitandam factus præsumitur, disertè Menoch. de Arbitr. d. lib. 2. cas. 136. num. 5. Bonorum quoque, &
92 suarum fortunarum iactura. cap. 2. extr. quod met. caus. Menoch. plenè d. tract. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 135. n. 9.
93 Quinimò simplex maioris partis bonorum amissio, est iusta causa metus: §. propter litem Inst. de excus. Tut. Bart. in l. si ob turpem nu. 6. ff. de condit. ob turp. caus. Iac. Aemil. cons. 73. num. 11. Amissio quoque honoris, &
94 pudicitiæ l. metum la 2. ff. quod met. caus. vbi Bart. nec non status, & li-
95 bertatis gloss. in cap. penult. verbo metum mortis. Extr. quod met. caus.
96 Siue prædicta in nobis, siue in persona filiorum nostrorum timeantur. Menoch. d. cas. 135. vbi plena manu hanc materiam pertractat.

Quòad timoris legitimam causam per-
97 pendere debet Iudex, an sit de sequentibus. Expulsio nimirum à ciuitate, expulsus enim, iustè redire timet. Maur. de rest. in integr. cap. 342. Præceptum Regis, vel Princi-
98 pis de aliquo faciendo, quod iustè fieri nequit, nam qui abest, vt illud non exequatur, & ne propter inobedientiam in vitæ discrimen incidat, iustam causam timoris habet, ità latè Dec. cons. 219. & in l. in omnibus nu. 4. ff. de Reg. Iur. vbi hoc limitat in præcepto Regis comminatorio, & Rex
99 sit solitus minas exequi: quod & notant Io: Andr. & Abb. in cap. final. Qui Cler. vel vou. Alex. cons. 16. lib. 3. Ancharan. cons. 290. aliàs 300. Metus
100 Iudicis comminantis, vel aliquid iniustum præcipientis Abb. & passim DD. in cap. fin. de Appell. plenè Bart. in l. de Pupillo §. si quis ff. de nou. oper. nunc num. 15. & seqq. Nam & metus
101 iudicis à contumacia excusat Menoch. d. lib. 2. cas. 153. num. 6. Principum præces Barbat. cons. 45. num. 9.
102 lib. 4. argum. l. 1. C. si rect. prou. Innoc. in cap. petitio. de Iur. iurand. Mandell. cons. 77. num. 10. Vndè cecinit Poeta. Sunt Ducum praces, species violenta iubendi. Inimicitia potentiorum
103 Ciuitatis, vel loci, à quo, quis abest cap. ad supplicationem extr. de renunc. Bart. in l. sciendum §. accusatio. ff. de leg. gloss. in cap. fin. de Cler. non resid. Franc. Marc. decis. 883. num. 4. est pulcher text. in cap. ex parte lib. 1.
104 de appellat. Tyrannicum Gubernium Bart. in l. inter minores num. 9. ff. de rest. in integr. Felyn. in cap. accedens 2. num. 4. Vt lit. non contest. pulchrè Afflict. d. 29. per tot. Bellum siue ciuile, siue extraneum, ex quo secu-
105 rum non sit commorari, vel redire ad patriam Felyn. d. cap. accedens Alex. in l. recusare nu. 5. ff. ad Trebell. Paul. de Castr. cons. 135. lib. 2. Afflict. decis. 50. plenissimè Menoch. d. lib. 2. cas. 153. num. 12. Consanguineorum mala tractatio Clem. 1. §. 1. vers. seruito-
106 res quoque de Excess. Prælat. Felyn. cap. Ecclesia S. Mariæ nu. 19. de Const. Bart. in l. de pupillo §. si quis num. 18. ff. de nou. oper. nunc. Pestis denique
107 dicitur iustissima causa absentiæ, & timoris à loco contagioso. Roman. cons. 263. num. 2. Maur. de rest. in integr. cap. 367. Ripa de peste Tit. de priuil. Iudic. causa pestis num. 36. Vallasc. l. Imperium num. 188. ff. de Iurisd. omn. Iud. Paris. cons. 28. lib. 4. Rol. à Vall. cons. 81. num. 33. lib. 1. Franc. Marc. decis. 883. num. 4. & decis. 82. num. 2. Menoch. d. lib. 2. cas. 153. n. 10. Facit etiam text. in cap. ad supplicationem, de renunc. in cap. communis filius 23. dist. Bart. in Auct. de his, qui integr. ad appell. num. 4. vbi inquit, quod aeris intemperies est iusta causa non mo-
108 randi in aliquo loco. Nam quælibet ex prædictis causis, quamdiù durat iustum metum incutit, cuius causa, quis ex iusta causa abesse dicitur.

Quòad personam denique tam incu-
109 tientis metum quàm timentis debet præsertim iudex eorumdem qualitatem considerare inspiciendo. An qui timorem intulit sit forsan impotentior illo, qui timuit, & sic qui potius timere, quàm timeri debuit, & è contra. Hinc est quòd rationem sexus post Abb. & alios in cap. fin. consideran

dam aduertit *Parif. conf.26. num. 64. lib. 3. & conf.65. num.21. lib.4.* Notans cum alijs, quòd minor metus
110 sufficit in muliere, quam in viro. Maioritatem quoque, vel minoritatem perpendam eleganter demonstrat *text. in can.Lotharius 31.q.2. vbi gloss.* inquit, quod paruitas personæ
111 non arguit metum. Quibus adde, quæ plena manu docet *Rebuff. de benef. caf.376. num.11. Menoch. d.lib.2. caf. 135. num.4.5.* plenè exponentes materiam metus, quem communiter *DD.* distinguunt in metum minatum, reuerentialem, & cadentem in con-
112 stantem virum, afferentes etiam, quod vis, metus singulariter dependet ab inspectione personæ, quæ minatur, & cui minatur; quam inspe-
113 ctionem considerandis verbis legis in *l. metus autem 3. ff. ex quib. cauf. mai.* ibi: *Et hoc ex affectu eius intelligitur*, quod verbum *affectu*, multi legunt *affectu* latè exornat, & probat *Odd. d.q.7.art.9. à num.96. vsque ad finem.* Concludens ad rem nostram quòd si qui minatur est solitus minas exequi,
114 & vt dici solet verbis respondentia facere facta, simplices etiam minæ erunt iusta causa timoris. Si autem esset gloriosus aliquis Tharso, & vt vulgò dicitur canis latrans secus, ità originaliter vult gloss. *in l. metum C. quod met.cauf. vbi & Bart. num. 1.* qui & hoc docet *in l. famosi §. 1. num. 2. ff. ad l. Iul. Mai. in l.3. ff. ex quib.cauf. mai. in l.de pupillo §. si quis ipsi nu.14. ff. de nou. oper. nunc Bald. in cap. nullus C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Abb. in cap. fin. de appell. num.4. & in conf.3 q.6.lib.2. Aymo.conf.49. num.1. lib. 1. Mauric. de rest. in integr. cap. 330.* Habemus quoque textum ad literam in *l.1.in fin. C.si quis Imp. maled.* ibi:*Ex personis hominum dicta pensemus.*

Regulam denique ponas, quod hucusque de metu, & absentia eius causa suscepta dixi, dumtaxat procedunt
115 durante metu, metus verò durare dicitur, donec timoris causa viget,ità *Bald. in l.2.n.10.C.quod met.cauf.& in l.2.C. de his, qui ob met.iud. non appar. & passim DD.*

Dico quinto absentem causa litigij,
116 quamuis volũtariè absens videatur in integrum ex hoc capite restituendũ esse, Text. est expressus *in l.sed etsi per Prætorem ff. ex quib. cauf. mai. §. final.* ibi. *Sed & his, qui cognitionis gratia, vel appellationis peregrinati sunt similiter subuentum.* Facit etiam *text.in cap.1.de Cler.peregrin.*

Dico sextò absentem causa infirmitatis, vt opportuna medicamina quærat ex
117 hoc edicto esse restituendum, dubitari siquidem non potest, quod iusta absentiæ causa absit, vt pluribus, allegato exemplo eorum,qui ad famosa balnea accurrunt, probat *Odd. d. q.7. art.1. & 12.* vbi & hoc extendit vbi, quis abest ne suo morbo alijs noceat.

Dico septimò absentem causa peregri-
118 nationis pro adimplendo voto, vel deuotionis gratia ex hoc edicto debere restitui. Nam si loquamur de peregrinatione causa voti adimplendi, iam patet absentiam esse necessariam, quia facere, vel non facere vorum est actus voluntatis, postquam verò est factum illud adimplere est actus necessitatis, vndè ait *D. Aug. in Epist.* ad Armentarium. *Quia iam vouisti, iam te obstrinxisti, aliud facere tibi non licet.* Si verò sermo fit de peregrinatione ex deuotione, quamuis absentia videatur merè voluntaria, nihilominus & ex hac causa absenti secundum communem Doctorum opinionem restitutio conceditur, ità *Spec. Tit. de restit. in integr. lib.4. in fin. Fab. Inst. de Act. §. Rursus num.20. Bald. in l. ab eo C. quamod. & quand. Iudex Alber. in l. qui mittuntur ff. de rest. in integr. Io: à Prato in l. filium §. qui procuratorem ff.de Procurat. Vallasc. in l. imperium num.188. ff. de iur. omn. Iud. Roffr. de Libell. in Rubr. de act. in rem resciss. §.5. n. 1. Bellam. in cap. constitutus num.14.extr. de rest. in integr. Mauric. de restitut. in integr. cap. 346.* vbi excipit casum doli, & pro hac sententia facit *l. sed & si per prætorem ff. ex quib. cauf. mai. & l. iubemus C. de Sacrof. Eccles. Boer. notabiliter decis.17. num. 6. Bald. in l. si ea C. de cond. insert. gloss. in l. hac lege C. de prox. Sacr. Scrin. lib. 13.* Habemus
119 enim, quod peregrinationis causa absentes percipiunt fructus, qui solum debentur præsentibus,vel absen-

tibus

tibus pro suo Capitulo, Principe, vel Episcopo; vt in *cap. penult. extr. de Cler. non resid.* Vndè patet, quòd hæc absentia iustissimæ absentiæ simil. lis consideratur. Et quidem si iustè
120 abesse dicuntur, qui studiorum, vel infirmitatis causa absunt, & consequenter corporis gratia, eò magis iustissima absentia abesse dici debent, qui animæ causa absunt, vt singulariter notant *Roffr. loc. praal. & spec. vbi sup. n. 19.*

Ad euitanda tamen absurda, & contrarietates, quæ ex aduerso contra hanc sententiam adduci possunt, ità dicendum puto. Vel peregrinatio dolo
121 malo, & intempestiuè sumpta apparet, vt nimirum hac de causa aliquis fraudetur, & hoc casu absentia vti dolosè, & affectatè sumpta non excusat *l. & qui data opera ff. ex quib. caus. mai. Mauric. d. cap. 546.* Aut bono, & Religioso animo sumpta fuit, & excusatur absens per omnia, prout DD. docent excusari, qui studiorum causa abest, vt proximè dicam. Practicam verò interrogandi illum, qui redit ab hac absentia, &
122 restitutionem petit, vt verè cognoscatur an affectatè, & dolo malo, vel religionis causa ab fuerit tradit *Spec. in d. lib. 4. ad fin.* Et nota, quod loquor de peregrinantibus, de quibus loquitur *Text. in cap. si quis Romipetas*
123 *25. q. 3.* vbi laudantur, & priuilegijs donantur; & non de his, qui vagantium appellatione veniunt, qui communiter reprobantur.

Dico octauò absentes studiorum causa
124 habere restitutionem ex hoc edicto, si quid diminutum de bonis, vel iuribus suis huius absentiæ causa reperiant; Text. est ad literam *in l. nec non 28. ff. ex quib. caus. maio.* ibi: *puta studiorum causa*, & passim docent DD. omnes. Facit etiam, quod Scholaribus in studio existentibus competunt priuilegia, quæ
125 dantur absentibus causa sui Principis, vel Vniuersitatis *cap. ad audientiam in fin. extra de Cler. non resid. l. scia §. Pamphila ff. de fund. instr. & instrum. leg.* Quibus accedit similitudo inter absentiam causa studij, & mi-
125 litarem tum ratione finis, tum vtilitatis, tum etiam modi, vt patet ex Sing. text. *in l. fin. C. de palat. Sacr. larg.*

Nota tamen quod DD. non loquuntur
127 de Scholaribus vagabundis *Alber. in l. nec non ff. ex quib. caus. mai.* Neque de his, qui non studendo in otio viuunt *Abb. in cap. fin. n. 6. extr. de Magist. Alber. in l. fin. C. de restit. milit. & in l. qui data opera ff. eodem Roffred. de Libell. Rubr. de act. resciss. §. quando quis abest ex causa probabili*, vbi notat practicam, pro, & contra absentem causa studij. Idemque dicendum puto, de non studentibus in publica Vniuersitate, vel altero studio approbato habente priuilegia studij, ità *Alber. in d. l. nec non Panorm. in cap. fin. num. 6. extr. de Magist. vbi & Felyn. iuncto cap. ante de Cler. non resid.*

Quid autem dicendum veniat de ijs, qui florida habent studia in Patria, & se-
128 quuntur studia aliena, non sine graui controuersia disputant Doctores, sed vti iusta absentia absentes, & hos quoque restituendos puto, quod pluribus rationibus confirmat *Odd. d. q. 7. art. 14. num. 135. qui & num. 137. cum seqq.* hoc extendit ad
129 illos, qui causa studij alicuius villæ sollicitudinem sequuntur.

Dico nonò absentes causa mercaturæ ex capite iustæ absentiæ esse in integrum
130 restitutione dignos iuxtà magis communem DD. opinionem *Alber. in l. sed & si per prætorem ff. ex quib. caus. mai. Paul. de Castr. in l. 1. nu. 5. C. de rest. mil. Alber. in l. inter num. 7. ff. de restitut. in integr. Ang. in l. 1. C. quib. non obst. long. temp. præscript. Roffred. de libell. rubr. de resciss. act. §. actor autem num. 1. spec. lib. 4. tit. de rest. in integr. num. 19. Iac. à S. Georg. in l. si infanti num. 14. C. de Iur. delib.* Et ratio est euidens, eò quod sine mercatoribus ciuitates commodè
131 viuere non possunt *Bart. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. faci. nu. 23. Alber. in rubr. C. de commerc. & merc.* est text. expressus in *l. semper §. negociatores ff. de iur. immun.* vbi dicuntur abesse reipublicæ causa, est etiam *text. in cap. si quis Romipetas 34. q. 3.* ibi: *Mercatores*. Et quidem homi-
132 num commercia ad vitam humanam necessaria esse nemo dubitat, nulla-

nullaque Regio, tam suis opulenta, reperitur annonis, quod alienis rebus non indigeat. Vndè cecinit Virgil.

India mittit ebur molles sua Thura Sabæi
Aut calibes nudi ferrum, virosaque pontus
Castorea, eliadum palmas epiros equarum.

Ex his sequitur, quod otij, siue voluptatis causa simpliciter absentes ab hoc pri-
133 uilegio restitutionis ex capite iustæ absentiæ excludi debent, habemus text. *ad literam in l. non verè ff. ex quib. cauf. mai.* ibi: *Non verè dicitur reipublica causa abesse eum, qui sui priuati negotij causa in legatione est.* Exprimitur etiam in *l. sed & si per Prætorem* §. *fin. ff. eodem.* ibi: *Et generaliter quotiescumque, quis ex necessitate, non ex voluntate abfuit: dici oportet ei subueniendum.* Docent communiter Doctores, & in specie *gloss. in l. fin. ff. de rest. in integ. vbi Bart. & alij Alber. post gloss. in l. non verè ff. ex quib. cau. mai. DD. omnes in l. fin. C. de Test. mil. Paul. de Castr. in l. 1. n. 5. C. eodem Socin. Sen. in l. qui duos num. 25. ff. de reb. dub. Mauric. cap. 340. Gomez inst. de act.* §. *Rursus num. 32. & ibi* Ias. *ac Vsill. num. 11. Paris. cons. 99. num. 11. lib. 4.*

Nec desunt, qui & ab hoc restitutionis beneficio excludunt iusta causa absentes, qui procuratorem dimittere poterant, & non dimiserunt; per
134 gloss. magnam in *l. fin. ff. de rest. in integr.* Sed controuersi iuris est præsens quæstio, in qua DD. tam confusè procedunt, vt plus tenebratum, quam claritatis afferant. Quoniam verò ordinem potius, quam subtilitatem clara illius resolutio exigit, & Procuratoris dimissio, vel non dimissio ad impetrandam, in integrum restitutionem multum operatur; vt solita claritate procedam hanc materiam in duas partes diuido, quærens in prima. An & quando procuratoris dimissio facta ab ipso absente, vel aliter impedito in integrum restitutionem impediat. In secunda verò, An & quando non dimissio procuratoris sit iusta causa in integrum restitutionem denegandi.

Quòad primā partem dico, quod si legitimè impeditus, vel absens procura-
135 torem dimisit; aut ab illo fuit defensus, vel non. Si à Procuratore legitimè defensus fuit, & sumus in iudicialibus, in actitatione scilicet causæ. Non restituitur ad totam causam *gloss. Bart. & omnes in l. fin ff. de rest. in integ.* Sed solum ad appellandum, si tamen procurator appellare omisisset est *text. expressus in d. l.*
136 *fin. ff. de rest. in integr.* ibi: *Si per procuratores suos defensi sunt, hactenus in integrum restitutione subuenire solet, vt appellare his permittatur.*

Si verò à Procuratore legitimè defen-
137 sus non fuit, generalis est regula, quod in Iudicialibus restituitur ad totam causam *l. 1. & ibi gloss. & DD. communiter C. ex quib. cauf. mai.* In his autem, quæ iudicialia non sunt
138 quamuis procuratorem constituerit restitui etiam debet, ità text. ad literam in *l. sed & si per Prætorem* §. *fin. ff. ex quib. cauf. mai.* ibi: *Et sæpissimè constitutum est adiuuari eum debere siue habuit procuratorem, siue non.* Est etiam *gloss. in l. fin. verbo defensi ff. de rest. in integrum, vbi Bart.* & DD. communiter *Innoc. in cap. querelam de Procurator.* & sic intelligi debet *text. in l. qui absente C. de Procurator.* Et quidem diligentia impediti, vel absentis in dimittendo procuratorem, ne dum ei non nocet, sed prodest nam in casu, quòd ex minus iusto impedimento restitutione dignus non esset, per dimissionem procuratoris, à quo legitimè defensus non fuit restitutione dignus fit, vt probat *Odd. de rest. part. 1. q. 26. art. 2. per text. in d. l. sed & si per prætorem* §. *1. ff. ex quib. cauf. mai.* Et facit quòd propria diligentia non debet cuilibet esse damnosa; atqui si non restitueretur me-
139 lius ageretur cum negligente, quàm cum diligenti, quod rationi repugnat, & est contra *l. nec non ff. eodem*, vt pluribus rem distinctè examinans probat *Odd. d. q. 29. art. 4. per tot.* vbi Conclusionem hanc, quod restitutio competat, cum quis à procuratore legitimè defensus non reperitur. Limitat si procurator non sit
140 soluendo, quia si esset soluendo non restitueretur, qui illum constituit,

tuir, sed contra ipsum procuratorem ordinarium remediũ ei competeret, *gloss. in l. is qui Reipubl. la 2. ff. ex quib. caus. mai. Benintend. decis. 26. numer. 3. & 7. Cassad. decis. 5. de appell.*

Distinguendum verò existimo in casu inter eum qui tenebatur procuratorem dimittere, quòd ex causa necessaria tantum, & non probabili abest *l. Papinianus ff. de Min. dicta l. sed & si per Prætorem* §. 1. Ab eo qui non
141 tenebatur dimittere vti absens ex causa simul necessaria, & probabili. Nam si de primo loquamur, quia ex necessitate abest, ei ex æquitate indulgetur, si nempe non idoneum procuratorem dimisserit succurratur cum alias de rigore imputaretur si spontaneè penitus per procuratorem agere, vel defendi voluisset, si non idoneum dimisisset *l. cum mandato ff. de minor.* Si de secundo sermo sit, puto indistinctè ei restitutionem com-
142 petere, siue procurator sit soluendo, siue non dicta *l. sed & si per prætorem* §. *fin.* ibi: *siue habuit procuratorem, siue non.* Et ratio est euidens, quia si restitueretur etiam si procuratorem non dimisisset, à pari restitui debet, si minus idoneum dimisit arg. *l. 1. ff. de rei uxor. act. Bald. in l. fin. ff. de rest. in integr. in fin.*

In casu verò, quod ex æquitate clausulæ generalis, de qua proximè dicam,
143 alicui subueniendum sit, in subsidium duntaxat succurritur; cessante nempe recursu ordinario; Quarè si procurator non est soluendo, dominus in subsidium restituitur; quod tamen non admittit Rota, & solum si qua
144 iusta causa concurrat ad fauorem impediti, quæ Iudicem moueat, restitutionem concedit *l. 1. ff. ex quib. caus. mai.* Ita testatur *Cassad. dicta decis. 5. ad fin.* Hanc autem Rotæ opinionem, & praxim solum procedere puto, vbi
145 quis mere voluntariè procuratorem dimisisset, nec allegata decis. *Cassad.* loquitur in casu absentiæ necessariæ, sed simpliciter, in casu scilicet quo dominus per procuratorem litigauit, & ille aliquid negligenter omisit, in quibus terminis bene procedit ratio Rotæ, quòd imputet sibi dominus, qui non idoneum procuratorem elegit. Vbi verò nec Procurator, nec dominus essent in culpa, si nempe actor prioris instantiæ acta ignorauit & dominus ex iusto impe-
146 dimento ei illa facere nota non potuit, etiam si procurator sit soluendus, datur dominio restitutio *Benintend. decis. 26. in fin.* vbi ita iudicatum testatur.

Quòad secundam partem cum distinctione procedendum est; sic igitur cum quæritur. An non dimissio procuratoris ab impedito facta ei restitutionis beneficium auferat ex hoc edicto maiorum, Perpendendum est an absentia, vel impedimentum proueniat, causa necessaria & probabili simul, vel à probabili, & laudabili tantum, vel à necessaria tantum, vel solum à voluntaria non tamen improbabili; vel eum quis contumaciter abest.

Nam si absentia vel impedimentum pro-
147 ueniat ex causa necessaria & probabili simul, non tenetur hoc casu absens procuratorem mittere, ita vna voce concludunt DD. *gloss. in l. 1. verbo potestate ff. de diuers. & temp. præscr.* & ibi *Bart. num. 2. Alber. num. 6. ff. si quis caution. glos. in l. 2. §. si quis iudicio & ibi Bart. l. fin. ff. de rest. in integr. vbi Bart. Alber. num. 5. DD. in l. 1. C. de rest. mil. vbi Cyn. n. 2. Alber. num. 2. Bal. num. 1. Fulgos. num. 7. Paul. de Castr. num. 5. Gloss. in cap. cum dilecti verbo, responsalem de dolo. vbi Abb. n. 13. Innoc. in cap. querelam. de Procurat. vers. sed melius* & ità sine scrupulo tenendum pro regula ponit, *Nouell. in addit. ad Duenn. Regul.* 174. *num.* 5. clare etiam probatur in *d. cap. querelam in dicta l. 2. §. si quis in iudicio, & in l. sed & si per prætorem. §. fin. ex quib. caus. mai.*

Si proueniat ab impedimento probabi-
148 li, & laudabili tantum, duas inuenio DD. opiniones affirmatiuam vnã, negatiuam alteram, ambæ & legum auctoritate, & argumentorum vi, ac sequacium numero graues, quas pleno calamo refert *Odd. de rest. part. 1. quæst. 30. art. 3.* & pro affirmatiua quod scilicet probabili, & laudabili tantum impedimento absens teneatur procuratorẽ dimittere fortissimè stringit *l. nec non ff. ex quib. caus. mai.* facit

etiam

etiam *l. sed & si per pretorem* §. 1. *ff. eodem*.

Negatiuam verò magis communiter sequuntur *gloss. in dicta l. nec non verbo defuncto & gloss. in dicta l. sed & si per pratorem* §. 1. *vbi Bald. Alber. & Gul. Bart. in l. fin. ff. de rest. in integr. num. 5. vbi & Alber. qui bis de communi testatur num. 7. quod & plenius dicit in dicta l. nec non. gloss. in cap. cum dilecti. verbo responsalem extra de dolo & gloss. in can. si egrotans. 5. quest. 3.* Ab hac autem sententia discedendum non puto quia absentia, quæ tantum laudabilis dicitur, est etiam Reipublicæ vtilis; quod si Reipublicæ vtilis quã-
149 uis non sit necessaria præcisè, est tamen quodammodò necessaria fine & effectu illius inspecto, vt optimè concludit *Odd.* contrarijs respondens *dicto art. 3.*

Si impedimentum promanet à causa ne-
150 cessatia tantum subdistinguendum in casu, vel versamur in impedimento necessario, quod licet prærogatiua, & priuilegio dignum non sit, non tamen est vituperabile: quia nimirum casu, & fortuna, non propria culpa contigit, vt patet in captiuo, infirmo, carcetato, siue ob fideiussionem, aut ob represalias rerento, vel altera consimili causa impedito, & tali causa impeditus, vel absens si procuratorem non dimittat regulariter restituitur, & in specie de impedimento infirmitatis, ita vult *gloss. in l. quæsitum verbo iudicata, vbi Bart. ff. de re iudic. docet. Mauric. cap. 339.* & ratio est clara quia impedimētū infirmita-
151 tis similis est impedimento Reip. causa suscepto ita *Bart. in dicta l. quæsitum num. 1. & in l. fin. ff. de rest. in integr. num. 4. Iason. in* §. *rursus num. 3. Inst. de actiion. Vallasc. in l. imperium num. 188. ff. Iurisd. om. iud.* Et qnidem excusatione magis dignus est, si procuratorem non dimittat, qui impeditur aliquo ex præfatis impedimentis, quam qui abest Reip. causa, quia absentia suscipienda pro Republica præuideri potest, & consequenter maturo consilio procurator dimitti. Impedimenta verò, quæ casu, vel fortuna contingunt, aut vt melius dicam, per incomprehensibile Dei iudicium, & inuestigabiles eius vias homines sciunt præuideri non possunt, & consequenter neq; opportunè de procuratore prouidere, Nec vt aliqui opi-
152 nantur contra hanc sententiam facit *Text. in l. 1. & 2. ff. cum qui appell. in prou. def. &c.* vbi absentibus dumtaxat Reip. causa hoc priuilegium concessum est, vt dum absunt, se per procuratorem defendere non cogantur. Quia I. C. ibi non loquitur generaliter, sed in casu speciali, impedimento scilicet appellationis, & peregrinationis causa suscepto, vt eruditè concludit *Odd. dicta q. 30. art. 4. num. 15.*

Aut versamur in impedimento necessa-
153 rio, sed improbabili, & pęna digno, quod nimirum contigit propria culpa, vel delicto, vt patet in bannito, relegato, carcerato &c. & in casu necessaria est procuratoris dimissio, vt communiter docent DD. & probat *text. in l. Papinianus ff. de Minor. in l. sed & si per pretorem* §. 1. *ff. ex quib. caus. mai. gloss. in l. 1. ff. de diuers. & temp. prescript. vbi & Bart. num. 4. gloss in l. fin. ff. de rest. in integr. & ibi Bart. num. 7. Alber. num. 3. glos. in dicta l. sed & si per pretorem* §. 1. *& ibi Bart. Alber. glos. in l. nec non verbo defuncto ff. ex quib. caus. mai. Bart. in l. Papinianus ff. de mino. Alber. in l. si qua militi* §. 1. *num. 1. ff. ex quib. caus. mai. Cyn. in l. 1. C. de rest. mil. num. 2. Alber. ibi num. 2. Fulgos. num. 7. Paul. de Cast. num. 5. Zas. in l. quæsitum. num. 10. ff. de re iud. Affl. in cap. sancimus n. 89. Tit. quo temp. miles Innoc. in cap. querelam de procur. & ibi Abb. num. 7. & in d. cap. cum dilecti num. 13. de dolo Boich. in cap. 1. num. 4. de procur. Bart. Imol. in cons. 3. num. 3. & seq. Aug. cons. 65. & ne in recensendis DD. magis* tempus reram ab omnibus vbique recepta est ista conclusio.

Hinc est quod non succurritur bannito,
154 aut relegato ex capite suæ necessariæ absentiæ si procuratorem non dimisit *l. Papinianus de Min. Ias. in l. 2. num. 9. ff. si quis caut. cum concord. ab eo adduct. Abb. in cap. querelam num. 7. de procurat.* Quod tamen intelligas de
155 bannito, qui non habetur pro mortuo, & quodammodo à relegato non differt, ità loquitur *l. Papinianus ff. de Min. & ita vult. gloss. in cap. imputari*

de

de Reg. Iur. in 6. argumentando à contraria sensu: Nam bannitus, qui habetur pro mortuo, nec non excommunicatus, cui hominum consuetu-
156 do est penitus interdicta cum procuratorem habere non possint vt est expressum *in l. ab hostibus ff. ex quib. caus. mai.* Non teneutur procuratorem dimittere, & iuxta hunc sensum procedit opinio *Abb. quam ipse* communem dicit, in *cap. intelleximus n.5. de Ind.*

Prout etiam, qui non ex proprio delicto
157 bannitus existeret, sed potius propter partialitates & odia ciuilia, quã propter iustitiam expulsus esset procuratorem ex necessitate dimittere non tenetur. *Angel. in l.2. §. sed quod diximus & ibi Ias. in §. si quis iudicio num. 9. ff. si quis caut. Alex. post Imol. in l. recusare §. fin. ff. ad Trebell. Afflict. decis 19. in fin. Felyn. in cap. accedens il 2. num. 4. extra vt lit. non contest. vbi rationem reddit*, quod in casu circa causas, & lites Ipsius expulsi timor esse debet, & quidem quam iustitia sperare possunt eius lites in illa ciuitate, à qua per iniustitiam ipse expulsus fuit?

Hinc quoque sequitur; quod carcera-
158 tus ex proprio delicto procuratorem mittere tenetur alias hoc impedimentum ad restitutionem ei minime prodest. *Paul. de Castr. in dicta l. quæsitum num. 2. & ibi Alex. num. 5. post Imol. de re Ind.* Quod regulariter intelligas de Carcerato qui procura-
159 torem mittere potest; nam si vel procuratorem dimittere non posset vel esset de ijs carceratis, cum quibus nemini alloqui est permissum, vt potè sunt, qui in secretis tenentur, procuratorem dimittere obligatus non esset *Paul. de Cast. in dicta l. quæsitum & ibi Ias. num. 10. ff. de re ind.* Cæterum qui dicantur carcerati, qui pro-
160 curatorem dimittere non valent, vide *Bal. in l. ab eo 8. C. quom. & quãd. iudex Ang. in l. si quis seruus num. 4. ff. de Cust. reorum, & in l. miles §. quidam ff. ad Leg. Iul. de Adult.*

Si verò à causa voluntaria tantum, sed non improbabili impedimentum pro. manet, eo quod scilicet quis mercaturæ voluntariæ, litis, aut alterius
161 domestici negotij, aut nuptiarum causa abest indubitabilis conclusio est quod procuratoris dimissio est necessaria alias impeditus nulla restitutione dignus est. *glos. Bal. & aly in l. sed & si per prætorem §. 1. ff. ex quib. caus. mai. vbi & Alb. Bart. in l. 1. num. 4. ff. de diu. & temp. præscr. Ang. in dicta l. 2. vbi & Paul. de Castr. num. 2. ff. si quis caut. Alber. in l. diuus num. 11. ff. de rest. in integ. Zas. in dicta l. quæsitum ff. de re ind. num. 9.* vbi hoc exemplificat in eo qui nuptiarum causa abest, vel peregrinatur. *Bal. in cap. 1. num. 7. de mil. vassallo Paris. cons. 99. num. 4. Abb. in d. cap. querelam num. 7. & dicto cap. cum dilecti num. 13.* Habemus etiam textum clarum in *l. 1. ff. cum qui appell. in prou.* desumitur etiam ratio *ex l. 1. in fin. ff. de proc.* vbi DD. passim.

Si denique quis contumaciter absit, vel
162 otiosè aut voluptuosè alibi tempus terat, si procuratorem non dimittat non solum restitutione indignus est, sed mulctari debet text. est singularis in *dicta l. 2. §. si quis iudicio. vers. quid enim si Romæ esset.* Hoc autem limita in eo, qui priuilegiũ habet non comparendi, ratione dignitatis, vel altera de
163 causa, sed intellige iuxta sequentem distinctionem. Aut priuilegium est expressum, faciens ipsos exemptos ne personaliter compareant, & adhuc per procurarorem comparere tenentur *Paul. de Cast. in dicta l. 2. §. si quis iudicio num. 2. per l. fin. C. de in ius voc.* Aut priuilegium est generale, & in casu si est perpetuum tenetur procu-
164 ratorem mittere, si est temporale secus. *ita Bar. in l. 1. num. 4. ff. de diuers. & temp. præs. & in dicta l. 2. §. si quis iudicio num. 2. ff. si quis caut. vbi Bal. num. 3. Ias. num. 7. Alber. num. 5. Zas. in l. quæsitum ff. de re indic. nu. 8.* vbi multa refert exempla. *Abb. in dicto cap. querelam num. 7. & in dicto cap. cum dilecti num. 13. Dec. cons. 699. num. 12. cum concord.* vbi ita Bononiæ Iudicatum testatur *per Card. Portuen. tunc Sedis Apostolicæ legatum per l. fin. C. d. procur. & l. pars literarum ff. de iudice Item facit l. nec magistratibus ff. eod. & l. 2. ff. de in ius voc.*

His positis quæritur an in casu, quo le-
165 gitime impeditus procuratorem mittere non tenetur saltem excusatorem

rem mittere sit obligatus, vt in integrum restitutio ei competat, & quòd necessum sit excusatorem mittere communiter sentiunt DD. clarè tenet *gloss. in dicto cap. cum dilecti verbo responsalem de dolo Bart. in dicta l. quasitum num.* 5. *Bald. in dicto cap. querelam num.3. de procur. Odd. pleno calamo alios referens part. 1. quaest. 30. art. 1.* & est bonus textus in dicto *cap. querelam de procur. in cap. tenor. de re iud. & in can. placuit dist.* 18.

Sed cum distinctione procedendum puto in casu: Aut quaeritur an necessum sit excusatorem mittere, vt contra legitimè absentem procedi non possit, si verò procedatur iudicium ipso
166 iure sit nullum; & affirmatiuè respondeo, & ita communiter loquuntur DD., adeò vt allucinentur, qui *gloss.*; & illorum dicta aliter intelligunt. Aut quaeritur vtrum necessum sit excusatorem mittere, vt in integrum restitutio competat, & si non mittatur denegari debeat, & respon-
167 deo negatiuè, quod & in terminis docet *Alex. in l. recusare* §. *fin. num.* 5. *ff. ad Trebell.* Caeterum nota, quòd vbi excusator est necessarius, sine mandato non admittitur. ita com-
168 muniter DD. vt testatur. *Rub. Alex. in tract. de procur. in crimin. numer* 315.

Caeterum si legitimè impeditus procu-
169 ratorem misit, & mortuus sit, vel altero necessario impedimento detentus fuerit, excusatus remanet. ita docet *glos. Bart. & alij in l. fin. ff. de rest. in integr. Innoc. in dicto cap. querelam vers. sed melius de procur. Felyn. in cap. accedens il 2. num. 5. extra Vt lit. non contest.* & in specie quòad procuratorem dimissum defunctum, est text. *in l. sed & si per praetorem* §. 1. *ff. ex quib. caus. mai. & in l. nec non in princ. ff. eodem* Quòad procuratorem verò infirmatum, aut aliter impeditum tradit *Io. Fabri in l. 1. col. 2. de rest. mil.* & euidenti ratione fulcitur, quia non stetit per Dominum absentem, vel aliter impeditum quin satisfecerit legi procuratorem idoneum dimittendo.

Hoc idem dicendum vbi, qui tenetur
170 procuratorem mittere, ideò non mittit quia illum commodè habere non potest. *Innoc. in dicto cap. querelam vers. sed melius de procur. gloss. in cap. imputari de reg. Iur. in* 6. & in his terminis intelligendus est *Fulgo. in l. fin. num. 4. ff. de rest. in integ.* & ita sine scrupulo dicendum, quidquid dicat
171 *Paul.* qui nihil allegat *in l. 1. num. 5. C. de rest. mil.* est enim *text. clarus in l. Papinianus ff. de Minor. ibi: cum potuerit adire Praetorem per Procuratorem*, facit etiam text. *in dicta l. sed & si per praetorem* §. 1. *ff. ex quib. caus. mai* ibi: *quia potuit procuratorem relinquere* est etiam text. *in l. ab hostibus ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *quia nec procuratorem habere possunt.* praedicta autē intelligas
172 de absente ex causa aliqua necessaria licet improbabili, vel aliter impedito ita vt rebus suis superesse nequeat, non autem de absente merè voluntariè contumaciter, vel improbabiliter, quia etiam si non possit dimittere non excusatur, vt eruditè distinguit *Odd. de rest. part. 1. quaest.* 30. & pleno calamo probat *art. 15. n.72. vbi num. 74. cum Bart. in l. idemque ff. pro socio.* Quaestionem soluit, An in dubio praesumatur, quòd procurator inueniri potuerit, dicens quòd si si-
173 mus in ciuitate vel loco insigni vbi petitorum copia adsit, commodè dimitti potuisse praesumitur, alias secus; quod & notat *Ang. in l. 2.* §. *si quis iudicio ff. si quis caut. ante finem Paul. de Castr. in l. quaesitum num. 2. ff. de re iud.*, Et sine controuersia procedit, vbi incommoditas ab exigua copia peritorum hominum prouenires, nam si à paupertate, vel altera causa con-
174 simili, hoc casu nihil facit consideratio super qualitate loci; vtrum scilicet sit insignis, nec ne.

Ex deductis ergò patet conclusio, quòd
175 vbi quis procuratorem mittere tenetur, mittere debet cum instrumento procuratorij, vt aduertit *Ang. in dicto* §. *si quis iudicio*, si autem non mittat, ex hoc capite iustae absentiae non restituitur. Vnde videndum remanet an saltem ex aequitate clausulae generalis in integrum restitui de-
176 beat. Ad quod affirmatiuè respondeo *cum Bald. in l. 2.* §. *si quis iudicio. vers. sed vtrum. ff. si quis caut. idemque ibi sentit Alex. n. 10. & in l. recusare* §. *fin. n. 5. per l. 1. C. ex quib. cau. mai.*

Et

Equidem non solum maiores restituuntur ex causa absentiæ in prętorio Edicto expressa, de qua satis dictum
177 est; sed ex alijs causis, de quibus ipse Prætor nullam specialem mentionem facit; comprehensis tamen sub generali clausula posita *in l. 1. in fin. ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Et si qua alia mihi iusta causa videbitur in integrum restituam*. Ex qualibet enim iusta causa per hæc verba Prætor, se restitutionem datutum pollicetur, vt
178 communiter docent *DD.* considerantes necessariam fuisse huius generalis clausulæ expressionem, quod & euidenter indicant verba textus in *l. sed & si per prætorem §. fin. ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Item, inquit Prætor, si qua alia mihi iusta causa videbitur, in integrum restituam. Hæc clausula edicto inserta est necessariò, multi enim casus euenire potuerunt, qui deferrent restitutionis auxilium: nec singulatim enumerari potuerunt, vt quoties æquitas restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descendendum*. Ex quibus verbis, *vt quoties æquitas restitutionem suggerit*, satis euidenter desumitur
179 Iudicis arbitrio permissam esse extensionem, vel restrictionem clausulę generalis; prout nimirum ei æquitas suggerit, ità post *Alber. in d. l. sed & si per prætorem §. fin.* concludit *Odd. de rest. p. 1. q. 8. art. 6.* Et habemus text. *in l. nec non §. quod eis ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Quod eis, inquit Prætor, per Leges, Plebiscita, Senatus consulta, Edicta, Decreta Principum licebit, quæ clausula illud pollicetur restiturum, si leges permittant; sed si leges non prohibeant*. Ex his enim verbis euidenter patet, quod dummodò non adsit expressa, & specialis legis pro-
180 hibitio, vi, & potestate clausulæ generalis, Iudex arbitrio suo in integrum restitutionem concedere potest.

Verum tamen est, quod restitutio proueniens vi clausulæ generalis considerari non potest, vti remedium ex-
181 traordinarium sicut sunt cæteræ restitutiones, sed solum vti subsidiarium, vt communiter concludunt DD. signanter *Corn. cons. 87. num. 2. lib. 1. Alc. in l. filius fam. §. in hac ff. de verb. oblig. Ruin. cons. 120. lib. 5. per tot Bursas. cons. 87. num. 1. & seqq.* Quare concludendum tunc solum locum habere posse, vbi cessat remedium ordinatium, cum scilicet læsus non aliter à damno passo resurgere
182 potest, quam si in integrum restituatur; & hoc est indubitabile, quoties æquitas restitutionem suadeat. Vt autem agnoscamus, in quo huius generalis clausulæ æquitas consistat, certa sit regula, quòd impeditus rebus suis superesse, si ex hoc impedi-
183 mento læsus sit, aduersus damnum passum in integrum restitutionem consequi debet; si tamen impedimentum necessarium fuerit, vt ad literam docet text. *in l. non enim ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Non enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis. Totumque istud arbitrio Prætoris temperabitur: idest vt ita demum restituat, si non negligentia, sed temporis angustia non potuerunt litem contestari*.

Hinc etiam dico, quodlibet impedimentum, aut considerari posse, vti proueniens à persona actoris læsi, vel à persona aduersarij, aut à persona Iudicis, vel à persona tertij, aut mero casu fortuito.

Si sermo sit de impedimentis prouenientibus à persona ipsius læsi, vtique inspiciendum, quòd procedere possunt defectu animi, & defectu corporis. Et quoniam inter animi impedimenta, ex quibus quis in damnum incidit, & propterea auxilium petit, frequentiota sunt error, & ignorantia, de his antequam ad vlteriora procedam planè agendum est, fine inculcatione tamen eorum, quæ de ettore DD. docent, cum ijs, quæ de ignorantia tradunt, nam licet vix esse possit, ne in errore aliqua adsit
184 ignorantia, & in ignorantia aliquis error, vt singulariter colligitur ex *l. fin. in fin. ff. pro Socio.* error tamen, & ignorantia differunt inter se, vt patebit ex infra dicendis.

Sic igitur cum omnis error, & ignoran-
185 tia, aut circa ius, aut circa factum consistat. Vt cognoscamus an error facti sit iusta causa restitutionis in integrum, distinguendum est inter errorem, qui consistit in facto proprio, & ertorem, qui contigit in facto alie-

no. Nam si error contingat in facto proprio, & simus ante sententiam,
186 & rem iudicatam, vbi non reuocatur ipso iure; iuxta notata *in l. error C. de iur. & fact. ignor.* eò quòd propter nimiam negligentiam non sit excusabilis, quæ erroris præsumptionem excludit, & malitiæ potius inditium præbet *ad not. per Bart. in l. quod Nerua ff. depos.* Nec per restitutionem in integrum reuocatur, vt benè colligitur ex distinctione *Bart. in l. 2. num. 9. ff. de confessis.* Eadem siquidem militat ratio in deneganda restitutione, quæ iure impertitur rerum necessitate impeditis; non verò ne-
187 gligentibus datur *l. non enim ff. ex quib. caus. mai.* Bart. *in dicta l. 2. ferè per tot vbi nu. 9. & 10.* aduertit tunc
188 errorem in facto proprio reuocari ipso iure ante sententiam quandò factum licet proprium, est valdè implicitum, & obscurum, puta si nimis antiquum, aut intricatum, quæ & in specie exemplificant *Bart. in l. si res num. 1. ff. de leg. 1. Paul. de Castr. post Bart. in d. l. 2. ff. de confessis Dyn & alij in d. l. si res.*

Quòd si error contingat in facto pro-
189 prio, & simus post sententiam, & rem iudicatam, si ante sententiam ipso iure tutus fuisset, & post sententiam restitutionis ope adiuuatur ex hac clausula, quod irrefragabiliter colligo ex *Bart. in d. l. 2. nu. 9. & 10. & in l. cum fideicommissum num. 4. ff. eodem vbi gloss. Paul. & alij.* Habemus etiam textum notabilem *in l. 2. ff. de except. rei iud. & in l. qui cum hærede ff. de act. & oblig. nec non in l. si mater §. 1. ff. de except. rei iud.* ex quibus iuris locis æqualiter colligitur, quòd si quis duas actiones habens, vnam ex his non intentet,
190 quod putasset sibi non competere, & ex illa agere non posse: alteram verò intentauerit, & succubuerit, non obstante re iudicata restituitur.

Si verò error in alieno facto contingat, & simus ante sententiam, & rem iu-
191 dicatam, hoc casu in integrum restitutio non est necessaria, quia error huiusmodi vti iustissimus emendari, & reuocari potest *l. error C. de Iur. & fact. ignor.*

Si autem essemus post sententiam, &
192 rem iudicatam, quia regulariter ipsi iure error reuocari non potest, ad ipsum reuocandum in integrum restitutio concedi debet, ità *gloss. in l. 2. ff. de Confessis*, quam ad hoc expressè ponderat, & sequitur *Bart. & Ang. in l. fin. Petr. in d. l. error, & ibi Bart. num. 7. Fulgos. num. 3. Paul. de Castr. num. 6. Alber. num. 4. Card. Alban. in l. de ætate §. ex causa num. 2. ff. de inter. act. Franc. Marc. decis. 516. num. 6. Odd. de rest. in integr. part. 1. q. 8. art. 12. num. 19. & per tot*, vbi quæstionem hanc varijs dubitationibus, & limitationibus exornat.

Quid autem dicendum sit de errore iu-
193 ris an sit iusta causa restitutionis in integrum ex clausula generali. Regulam negatiuam pone cum *Bart. in l. diuus num. 2. ff. de re iud. & in l. cum fideicommissum num. 4. ff. de confess. Alex. cons. 165. num. 10. lib. 6.* Nam ignorare, quæ iuris sunt est culpa lata, culpa verò lata, & negligentia
194 idem sunt, & consequenter restitutio dari non debet *l. non enim ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Non enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis.*

Hanc tamen regulam limita, vbi error
195 iuris iustus fuisset, text. est ad literam in *l. sicut 2. ff. de rest. in integr.* ibi: *aut iustum errorem*, affirmat *Fulgos. in l. cum quis num. 23. C. de Iur. & fact. ignor.* vbi ait, quod id, quod præstat minoribus ætas, præstat maio-
196 ribus iustus error. Idem docet *Alex. in cons. 165. num. 10. lib. 6. vbi cum Bart. in l. 1. n. 2. ff. separat.* dicit, quòd ex iustissima causa, quis etiam aduersus errorem iuris debet restitui.

Difficultas reducitur in cognoscendo, quænam sit iusta causa errandi in iure. Et ad hæc duo reduci existimo. Vbi nimirum ius esset implicitum, & obscurum, perplexum, & dubium, cuius ignorantia æquiparatur ignorantiæ facti *Caualer. decis. 81. num. 2.* & ita decisum à Rota Florentina testatur *Ridolf. in prax. part. 1. cap. 9. num. 193.* adeòut quilibet etiam peritissimus errare posset, quod & potest contingere in facto proprio antiquo, & implicito cuius vera cognitio vix haberi potest. Vel vbi quis ideò errauit, quia peritiores consule-

re

re non potuit *l. iuris C. qui adm. cum ibi not. per omnes DD.* Aut si consuluit malum, atque erroneum consilium reportauit, vt aduertit *Bart. in l. bonorum 2. ff. de bonor. possess. sequitur Alex. in cons.* 184. *lib.* 2. *& plenius in cons.* 76. *num.* 11. *lib.* 7.

Limita etiam in illis personis, quibus
198 errantibus in iure parcitur, vt sunt mulieres, milites, rustici, de quibus infrà.

Vt etiam agnoscamus, an ignorantia sit iusta causa restitutionis in integrum, ex generali clausula impartienda, distinguendum est inter ignorantiam
199 facti, & ignorantiam iuris. Quòad ignorantiam facti nulla prorsus est dubitatio, quòd ex hac generali clausula in integrum restitutio dari debeat, ità vno ore affirmant *DD.* qui quoniam infiniti sunt nonnullos duntaxat refero, ità originaliter docet *Bart. in l. 1. §. si quis ff. de itin. act. priu. & ibi omnes. Idem Bart. in l. filiusfamilias §. in hac ff. de verb. obl. nec non in l. Aemilius ff. de minor. num.* 5. *Gloss. in l. si partem §. 1. ff. quemadm. seruit. amit. gloss. in l. Attilicinus ff. de seruit. rust. prad. Fulgos. in l. si sic ff. quemadm. seruit. amit.* Alex. *cons.* 169. *num.* 10. *lib.* 2. *cons.* 8. *num.* 27. *lib.* 3. *cons.* 3. *n.* 12. *lib.* 5. *& in cons.* 77. *nu.* 6. *lib.* 6. *Loffred. cum mult. concord. cons.* 16. *n.* 11. *Corn. cons.* 229. *num.* 12. *per tot con concord. innumeris lib.* 2. *& cons.* 198. *num.* 9. *lib.* 3. *Cuman cons.* 147. *num.* 4. *Barbat. plenè cons.* 9. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. *Bertrand. cons.* 201. *num.* 4. *lib.* 4. *cons.* 179. *num.* 5. *eod. & cons.* 81. *num.* 5. *lib.* 6. *cons.* 28. *n.* 6. *lib.* 8. *Gozad. cons.* 56. *nu.* 10. *&* 11. *Grat. cons.* 91. *num.* 53. *lib.* 1. Hippol. *Marsil. cons.* 99. *nn.* 13. *Alex. de Nauo cons.* 22. *num.* 2. *& cons.* 23. *in fin. vbi de communi omnium doctorum Ruyn. cons.* 26. *n.* 19. *&* 32. *lib.* 3. *Guid. Pap. cons.* 137. *num.* 4. *cons.* 191. *n.* 3. *cons* 88. *num.* 16. *plenè Odd. de rest. p.* 1. *q.* 8. *art.* 9. *per tot.* vbi quæstionem hanc varijs ampliationibus, & limitationibus exornat, inter quas hæc vnica limitatio
200 secundum aliquos nullam exceptionem patitur, si nempè ignorans ageret de lucro captando, quia ignorantia propria cum damno alterius non prodest. *Anguisc. cons.* 3. *nu.* 8. *lib.* 1. *Villab. commun. opin. vers. restitutio num.* 40. Er quidem ignorantia non prodest in lucris *l. iuris ignorantia ff.*
201 *de iur. & fact. ignor.* Sed non placet neque assentiendum generali huic limitationi puto, quia generalis regula, quòd ignorantia non prodest in lucris, iuxta dictam *l. iuris ignorantia*, & doctrinam *Bart. in l. si duo ff.*
202 *de acquir. hared.* intelligi debet de ignorantia iuris; nam in ignorantia facti potius contrarium est dicendum, per dictam *l. iuris ignorantia, la prima & l. error fact. ff. de Iur. & fact. ignor.*
203 Et hoc verius puto, tum ex præalleg. iuribus tum ex not. *in l. si quis Titio, & l. si quis ita stipulatus ff. ex quib. caus. maio.* Vbi ex capite absentiæ, quis ad lucrum hæreditatis, vel legati restituitur.

Incontrouertibiliter autem limita præfatam conclusionem, quod facti ignorantia sit iusta causa restitutionis in integrum ex generali clausula, in
204 ignorantia supina, & crassa, quæ neminem excusat *l. nec supina ff. de Iur. & fact. ignor. l. non enim ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Non enim negligentibus subuenitur.*

At quæ dicatur ignorantia supina, non
205 sine quæstione Doctores exponunt; breui tamen hac regula quæstiones omnes de medio tolluntur; quòd scilicet ibi ignorantia sit supina, & inexcusabilis, vbi præsumitur scientia, non enim hæc duo simul stare possunt, quòd eodem tempore circa eamdem rem, & præsumatur scientia, & sit
206 verisimilis ignorantia. Sed quia ignorantia præsumitur *cap. præsumitur ignorantia de Reg. Iur. in 6.* Scientia verò non, nisi probetur *l. si Tutor pe-*
207 *titns, vbi Bal. C. de pe. tut.* quosdam generales casus expono, in quibus scientia de iure præsumitur, ignorantia autem non est verisimilis.

Dico igitur quod in facto proprio præ
208 sumitur scientia, & non est verisimilis ignorantia *l. plurimum ff. de iur. & fac. ignor. vbi gloss. in verbo de iure idem sentit gloss. in l. regula ff. de iur. & fac. ign. Angel. in l. Labeo scribit §. causa ff. de adilit. edict. Bald. in l. quicunque num.* 2. *C. de seru. fug. Aymon. cons.* 225. *num.* 8. *plenè Socin. in tract. fallent. reg.* 175.

In facto vicini, & domestici palam fieri
209 solito præsumirur scientia *Bald. in d. l. quicunque num. 2. l. de tutela C. de rest. in integr. l. consensu §. super seruis C. de rep. Bellam. cons. 46. n. 17.*

In Tutore non redditur excusabilis
210 ignorantia, quòad facta pupilli *cap. penult. vbi Abb. de Reg. iur. cap. innotuit §. habito & ibi gloss. vers. ignorantiam de elect. Alba. cons. 18. nu. 1. sub n. 3.*

Vbi agitur de facto consanguinei, aut
211 coniuncti, scientia præsumitur *l. de Tutela C. de restitut. in integr. Cephal. cons. 314. num. 19. lib. 3. Rol. à Valle plenè cons. 3. num. 99. lib. 1. Benintend. decis. 69. num. 5.* Vide quomodò limitat *Natta cons. 162. n. 41.*

Ex temporis diuturnitate præsumitur
212 scientia, & ad iustificandam ignorantiam, non sufficit iuramentum illius, qui ipsam allegat *Aym. de antiq. temp. part. 4. §. materia num. 62.*

In facto notorio scientia quoque præsu-
213 mitur *Bart. post gloss. in l. si Tutor petitus C. de peric. tut.* qui & hoc notari aduertit *in l. 1. C. de recept. & in l. 1. C. qui & adu. quos Socin. Reg. 176.*

Itidem scientia præsumitur in facto, cui
214 quis fuit præsens *Bald. post gloss. in d. l. si Tutor petit. C. de peric. tut.* plenissimè *Bald. in d. l. quicunque n. 2.*

Neque excusatur ignorantia in eo, qui
215 factum aliquod ex officio scire debet *Bald. in d. l. si Tutor Alb. cons. 18. n. 1. & 3.*

In eo pariter, qui alicuius facti partem
216 nouit scientia præsumitur, quòad totum factum, text. est in *l. non est ferendus ff. de transact. Bald. in d. l. si Tutor petitus Socin. d. Reg. 176. fall. 6. Alba. d. cons. 18. n. 3.*

Scientia denique præsumitur in eo, qui
217 alicuius facti Scripturas per aliquod tempus in manibus habuit *Bertran. cons. 179. n. 5:* vbi loquitur de habentibus suorum defunctorum Scripturas in capsa *Benintend. decis. 69. n. 5. & decis. 71. n. 6. Aret. cons. 15. in fin.*

Ex his satis colligere potes quando præ-
218 sumatur scientia, vel saltem non sit excusabilis ignorantia; cæterum plura ad rem vtilia refert *Socin. reg. 175. per tot ex Dec. cons. 303. nu. 5. & 474. num. 14. Aym. de antiq. temp. part. 4. §. materia n. 71. Rol. à Valle cons. 3: n. 99: Benintend. decis. 69.*

Quòad verò ignorantiam iuris, an sit iu-
219 sta causa in integrum restitutionis ex hac generali clausula, perspiciendum est, vtrum versemur in casu, quo iuris ignorantia prodest, vel saltem non nocet, aut è contra. Nam in casu, quo prodest vel saltem non nonocet restitutio non est necessaria, quia iure communi satis cautum est eum non lædi, qui ius ignorauit, quapropter restitutio locum habere non potest, quia non adest læsio.

In casu autem, quo iuris ignorantia non
220 prodest, vel nocet, restitutio locum habet, si modò æquitas suadeat. Hinc est quòd difficultas quæstionis ad hoc restringitur, quando iuris ignorantia prosit, vel non; noceat, vel non, circa quod varias habemus leges, diuersas theoricas tradentes, & in specie textus est in *l. regula ff. de iur. & fact. ignor. in cap. turbatur 1. q. 4.* Et quoniam qui bene distinguit
221 proximus est veritati, ex mente prædictorum aliorumque iurium, de quibus *per tot Tit. ff. & C. de fact. & iur. ignor.* ad maiorem claritatem inspiciendum per necessum puto, an agatur de lucro captando, vel de damno vitando.

Sic igitur si quæramus vtrum ad lucrum
222 captandum iuris ignorantia prosit, vel non; regula erit negatiua, ita quòd lucrum omissum per iuris ignorantiam, ex hac causa recuperari non possit, text. est ad literam in *l. iuris ignorantia la 2. ff. de Iur. & fact. ignor.* ibi: *Iuris ignorantia non prodest adquirere volentibus, suum verò petentibus non nocet.*

Si verò quæramus, an ad damnum vi-
223 tandum, iuris ignorantia noceat, vel non, Regula est negatiua, vt ad literam colligitur ex *d. l. iuris ignorantia*, ibi: *suum verò petentibus non nocet*, vbi *& gloss.* affert exemplum in solutione indebiti per iuris errorem, seu ignorantiam: Vndè patet hanc regulam procedere, vbi agitur de verò damno vitando, puta quia aliquid per iuris errorem de nostro dedimus, aut alienauimus. Nam si ageretur de damno, quod consistit in non prosecutis iuribus, & actionibus

intra

intra legitima tempora valdè, dubita-
224 rem, & negatiuè concludendum
crederem, si qui errauit peritiores
consulere potuit, & non consuluit,
text. est expressus *in l. Regula ff. de iu-
ris & fact. ignor. §. sed iuris*, ibi: *Sed
iuris ignorantiam non prodesse, Labeo
ita accipiendum existimat, si Iuris con-
sulti copiam haberet, vel sua prudentia
instructus sit; vt, cui facile sit scire, ei
detrimento sit iuris ignorantia.*

Si autem peritiores consulere non po-
225 tuit aliter dicendum est, vt eruditè
aduertit *Odd. de rest. part. 1. q. 8. art.
11. num. 82. §. si autem*, consulendus
in hac inuoluta quęstione, an iuris
ignorantia sit iusta causa restitutionis
in integrum.

Cæterum nota Iura, & Regulas supra
226 expressas non procedere in errore
Iuris naturalis, quod ignorare nulli
est permissum, quapropter neque vbi
ageretur de graui damno vitando hu-
ius ignorantiam allegare sufficeret, vt
euidenter patet ex not. *in cap. turba-
tur 1. q. 4.* & in his terminis intelligi
debent verba text. *in d. l. Regula §. si
quis ius ignorans.*

Quid verò dicendum sit de forensi pro-
227 propter ignorantiam iuris munici-
palis læso, non leuem dubitationem
inducit. Sed tu dic ex hac generali
clausula ei restitutionem competere.
Ignorantia enim, quæ etiam pruden-
tissimos falleret, est iusta causa resti-
tutionis *l. 1. §. 1. ff. de Itin. act. priuat.
vbi Bart.* quod & communiter affir-
mant *Innoc. Io: Andr. Compost. & alij
in Rubr. extr. de Donat. Hipp. Marsil.
in l. fin. num. 78. ff. de iur. omn. Iud.
Alex. cons. 38. nu. 23. lib. 2. Caball. de
Vsur. num. 747. Zillett. inter cons. cri-
minal. cons. 57. Rol. à Valle cons. 41.
num. 26. lib. 3. Cephal. cons. 146. n. 39.
lib. 1. Gabriel. Tit. de consuet. concl. 2.
n. 18. Put. decis. 350.*

Hæc tamen limitanda puto, vbi foren-
228 sis continuò in aliqua ciuitate, vel
loco negotia faceret. Non enim
prætextu ignorantiæ statutorum illius
ciuitatis restituendum dicit *Barbat.
cons. 56. num. 16. & 17. lib. 2.* Excu-
sabilis siquidem talis ignorantia non
est in casu quia, qui cum aliquo con-
trahit illius conditionem scire debet
229 alias sibi imputet *l. qui cum alio ff.
de Reg. Iur.* Et pari ratione, qui alibi
contrahit loci consuetudinem, &
conditionem in quo contrahit nosse
230 debet; eo quod illud sortitur fo-
rum ratione contractus, & secundum
illius loci iura iudicandum est, quod
notandum aduertit *Odd. de rest. part.
1. q. 8. art. 12. n. 105.*

His positis opportunè de his agendum
existimo, qui vel iure ipso, vel ope
restitutionis in integrum à iuris igno-
rantia excusantur, vtpotè sunt Mulie-
res, Milites, & Rustici in quibus le-
galis simplicitas præsumitur.

Mulierum quanta sit fragilitas, & im-
prudentia satis diffusè explicant Phi-
losophi, & omnes hi, qui de rebus
naturalibus scripserunt, quod & no-
stris Iuris peritis cognoscentibus, non
mirum si fauore muliebris sexus plu-
ra in iure priuilegia conscripta repe-
231 riantur, hæc verò non ob sexus præ-
rogatiuam, sed infirmitatem intro-
ducta.

Certi enim iuris est quòd eorum, quæ
sciri debent facilius in mulieribus,
232 quam in maribus ignorantia præ-
sumitur, vt in specie colligitur ex *l. si
adulterium cum incestu §. fratres ff. de
adulter. & in l. cum de indebito §. 1. ff.
de probat. & ex l. 2. in fin. ff. de Iur.
fisc. communiter docet Bart. in l. fin. C.
de Iur. & fact. ignor.* quem sequitur
*Fulgos. Afflict. in cap. 1. §. item Sacra-
menta in 3. notab. nu. 24. Tit. de pact.
iuram. firm. Dec. in l. fœmina num. 32.
ff. de reg. iur. Curt. in l. si quis id quod
num. 36. ff. de iurisd. omn. iud. Curt.
in l. fin. §. fin. C. de Iurament. calum.
Hippol. sing. 450. Alex. cons. 127. nu. 2.
lib. 2. Capyc. decis. 159. num. 22. & 23.
Gram. decis. 76. num. 10.*

Vndè factum est, quòd in pluribus casi-
bus aduersus iuris ignorantiam, vel
233 ipso iure, vel ope restitutionis mu-
lieribus specialiter succurritur; quos
aliquos numerat *Odd. de rest. part. 1.
q. 10. art. 2.* quia tamen determinata
regula de illis afferri non potest, &
vix etiam penè securè regula consti-
tui potest, quod in casibus in quibus
agitur de consumando rigore iudi-
ciorum propter iuris ignorantiam
mulieres non excusentur: Ideò re-
gulam pono, quòd & vbi ipso iure
mulieribus succurri specialiter prohi-
bitum

bitum reperiretur ope saltem restitu-
234 tionis ex generali clausula succurritur *Ridolfin. in prax. part. 1. cap. 13. num.459.* si tamen hoc faciendi iusta causa adsit; videlicet si per imperitiam, & muliebrem simplicitatem errauerint, vt aduertit *Fulgos. in l. de die §. qui mulierem ff. qui satisd. cog.* Non enim valet absolutè argumen-
235 tum, est mulier, ergo in integrum restitutio ei competit; quia solus sexus non est iusta causa restitutionis, vt infrà de Rusticis etiam dicam. Quinimò nec iustam causam credo si mulier per imperitiam, & simplicitatem
236 muliebrem in errorem incidat, dum peritiores consulere poterat, & iuxtà hunc sensum communem opinionem DD. procedere intelligit *Odd. de rest. d. part. 1. quæst. 10. art. 4. num. 23. post Iacob. de Guidon. de Accumulo inter conf. vlt. volun. conf. 159. num. 37.* & ad propositum faciunt, quæ tradit *Pechius tract. de testam. cap. 6. num. 4. & in terminis Aret. in l. 1. C. si adu. del.* Nec obstat quòd & maribus, vbi
237 non possunt peritiores consulere in integrum restitutio competat *l. regula §. sed Labeo ait ff. de Iur. & fact. ign.* Et consequenter quod nihil speciale mulierum fragilitati succurreret. Quia hoc ad muliebris sexus fauorem speciale habemus, quòd in dubio semper præsumitur mulieres peritiores
238 consulere non potuisse; quòd secus dicitur in maribus. Et hoc propter domestica mulierum impedimenta, nec non attenta illarum naturali imprudentia, vnita modicæ, vel fortè nullæ fori consuetudini *l. cum de in-*
239 *debito §. sin autem is ff. de probat.* ibi: *forensium rerum expers*, ita tenet *Salyc. in l. iuris C. qui adm.*

Et quidem non leuis est quæstio, cui in-
240 cumbat onus probandi potuisse, vel non potuisse peritiores consuli, quæ meo iudicio sequenti distinctione facile tollitur: vel loquitur de personis non priuilegiatis, & puto, quòd, qui se peritiores consulere non potuisse affirmant, id probare teneantur, quo casu bene procedit doctrina *Salyc. in l. iuris C. qui admitti*, quòd nempè
241 vbi negatiua est fundamentum intentionis ipsius negantis ab illo probari debeat, iuxtà mentem legis *in l. ab ea parte §. idem qui ff. de probat.* affirmat *Bart. in l. cum te C. de probat. & in l. 1. num. 12. C. de except. vbi passim DD.*

Aut sermo est de personis priuilegiatis,
242 vtpotè sunt Rustici, Milites, & Mulieres; & in casu quia præsumptio iuris est peritiores consulere non potuisse, rusticanis, militaribus, aut domesticis impedimentis detentos, onus contrarium probandi in aduersarios transfundunt, & in his terminis procedit opinio *Tiraquel. in tract. de retract. conuent. §. 4. gloss. 7. nu. 20.* Nec non aliorum *quos citat Odd. dicta q. 10. art. 12. vers. Aut loquimur, & art. 8. num. 61.*

Hæc autem dicta de consilio, quod
243 petere non potuerunt, ad qualitatem habiti consilij non extenditur; nam si mulier, rusticus, vel miles, se à perito erroneum consilium habuisse asserant, hoc probare debent, vt apertè docet *Salyc. in dicta l. iuris in fin.* Nam vel se malum Doctorem
244 consuluisse allegant, & non excusantur, vt post *Angel. in l. qui luminibus in princ. ff. de seru. vrb. præd.* & alios concordantes, ampliat *Dec. in dicta l. iuris num. 27.* Aut allegant se
245 peritissimum doctorem consuluisse, sed malum consilium reportasse, & & quia inuerisimile est, quod bonus doctor erroneum consilium dederit, hoc propterea asserentibus probandi onus incumbit. Et nota, quidquid dixerint aliqui à pluribus peritis cō-
246 silium petere necessum esse, nec vnum consuluisse sufficere, quod sentire videtur *Fulgos. in d. l. iuris*, & ibi clarè affirmat *Bald. & Ias. in l. cum ex filio num. 2. ff. de vulgar. & pupil. vbi Aret. num. 2. Ias. num. 4.* quòd vbi
247 quis aliquem consuleret de cuius responsis communis fama optimè sentit, & Ciuitas in eius doctrina confidit, legi satisfecisse dicitur, quamuis illum solum consuluisset, vndè & peritiores consuluisse benè dicitur quāuis non sanum, sed erroneum consilium reportasset. Secus autem di-
248 cendum de his, qui gratia minus expendendi, ad famosos viros accedere nolunt, sed vel doctrinæ perdiscendæ causa, vel consilij habendi gratia, vt nullam vel paruam mercedem

dem retribuant, ad imperitum Docto-
rem, in Cathedra barbarè loquentem,
in Scholastica priuata Palestra Ca-
chinnos excitantem, in studio impe-
ritè consulentem, tamquam Capræ
accurrunt. Ita communiter affirmant
*DD. in d. l. iuris, vbi Alex. n. 3. Dec.
num. 26.* *Ias. n. 9. vbi de communi, &
Corn. qui post Io: Andr. de Monte Spe-
rello ait*, quòd qui famam alicuius
sequitur excusatur per *l. pignus cum
sua gloss. ff. de pign. act.* Hinc reijeias
sententiam *Oldr. in l. quæsitum §. 1. ff.*
249 *de fund. instr.* vbi prædicta limitat,
vbi quis Præceptorem suum consul-
uisset, quod non est verum, nisi
quatenus Præceptor esset de bonis
Doctoribus, prout in terminis docet
Iacob. de S. Greg. in dicta l. iuris nu. 9.
quem sequitur *Odd. d. q. 10. art. 10.
n. 73. vers. sed non puto*.

Ex his fit conclusio, quod mulieribus
250 in se obligandis, vel in suis nego-
tijs per agendis errantibus, ope re-
stitutionis in integrum succurritur;
ità pluribus argumentis affirmat *Odd.
d. q. 10. art. 6.* & in specie docent
*Bart. in l. fin. C. de iur. & fact. ignor.
Bald. in rubr. extr. de cohab. mulier. &
Cler. Fulgos. in l. generaliter nu. 5. C.
ad Velleian. Sonc. Iun. cons. 55. nu. 17.
& 116. num. 12. lib. 2. Mantua consil.
14. num. 29. Rebuff. Tit. de rest. in in-
tegr. art. 1. gloss. 10. Afflict. Const. Regn.
lib. 2. rubr. 49. num. 3.* & ità seruari
in Regno testatur *Anibal Trogsius su-
per ritibus magn. cur. ritu 71. num. 6.
& 288.* quorum aliqui licet inter se
sint contrarij, an propter solam sexus
fragilitatem mulieribus restitutio
competat; omnes tamen in hoc con-
ueniunt, quod vbi mulier errore du-
251 cta se obligando damnum sentit,
vel ex altero negotio imperitè acto
detrimentum patitur restitutionis ope
ei succurritur.

Ad quæstionem verò, vtrum hoc bene-
252 ficium ob solam sexus fragilitatem
eis indultum sit. Dico communem
opinionem DD. adhærere negatiuæ
sententiæ, & hoc regulariter verius
puto per text. expressum *in l. 1. C. si
aduers. dotem l. 3. C. de rest. in integr.
l. 1. & 3. C. si min. se mai. dixer. l. mu-
lier la 2. C. ad Velleian.* Argumenta,
quæ pro contraria sententia pleno ca-
lamo refert *Odd. dict. art. 6.* & iura
in ipsis allegata procedunt in speciali
casu. Vtique negari non potest, quod
in pluribus casibus lex specialiter
253 mulieribus ob solam sexus fragili-
tatem, iuris remedio subueniat. Et
aduertendum, quod licet ob solum
sexum mulieres regulariter non resti-
254 tuantur, cæteris tamen paribus fa-
cilius semper restituuntur, quam ma-
res *Tiraq. leg. Connub. l. 1. n. 77. post
Anch. cons. 231.* Quinimò si essent
mulieres miserabiles restitui debe-
rent sicut cæteri miserabiles, & æge-
255 ni. Ità *Mauric. cap. 375.* qui hoc
exemplificat in Vidua paupere. Et
in Regno Neapol. hoc speciale esse
quòd mulieres etiam maiores semper
256 restituantur post *Andr. de Isern.*
affirmat *Marant. in suo specul. part 6.
num. 101.* Quod tamen declarat, &
257 limitat *Afflict. super illa Const. Regn.
lib. 2. rubr. 40.* ad læsionem mulieri in
iudicio contingentem præter quam
in sententia, non in extraiudicialibus,
258 puta in cæteris contractibus, in
quibus suum consensum adhibet; nisi
læsa sit. Et singulariter in dotis con-
stitutione, vel altero pacto circa do-
tem mulier etiam maior, si lædatur
259 restituitur, vt concludit *Afflict.
praalleg. rubr. 40. num. 29.* patet ex
*l. si cum dotem §. si mulier ff. solut. ma-
trim.* & hoc fauore dotis factum de-
ducit *Bald. nouell. in repet. l. 1. n. 316.
ff. sol. matr.* & plenè dixi supra *in
cap. 2.* loquendo de constit. dotis fa-
cta à muliere siue maiore, siue mino-
re, tam pro se, quam pro alijs. In
Curia quoque Ecclesiastica mulieri-
260 bus litigantibus, quæ non exami-
narunt testes examinandos, etiam
post didicita testificata, per restitu-
tionem ad examinandum specialiter
succurritur, vt notat *Afflict. Const.
Regn. lib. 2. rubr. 37. n. 4.*

Quæ huc vsque dicta sunt de mulieri-
261 bus procedunt in Rusticis ob præ-
sumptam illorum simplicitatem.
Quinimò quòd fauorabilius agatur
262 cum rustico, quam cum muliere
aduertit *Boss. fol. 78. num. 44. Zilett.
inter cons. criminal. cons. 162. num. 12.
Tiraquell. in l. si vnquam in proem.
num. 102. C. de reuoc. donat.* Et gene-
raliter facit *l. quicunque C. qui admitti*,
quam-

quamuis *Iaſ. ibi num.*4. illam intelligat quòad iuris præſumptionem, an peritiores conſulere potuerint, nec ne; in quo facilius affirmat preſumendum pro Rusticis, quam pro mulietibus. Ad euitandas tamen omnium difficultatum ambages, vt quod ſpecialiter fauore ruſticorum, ac militum deciſum reperitur abſque eo ſciri poſſit, quod à mulierum exemplo, vel alterius ab altero deciſio deſumatur, ſeparatim, atque diſtinctè ea exponere opportunum duxi, quę ſpecialiter reſpiciunt Ruſticos, dicturus poſtea de his, quæ ſpecialiter etiam militum fauore expreſſa in iure habemus. In ijs verò, in quibus ſpecialis determinatio nõ reperitur, ſit Regula
263 quòd tunc ab exemplo alterius deciſio deſumi poteſt, ſi par ratio vigeat, alias ſecus. Et in his terminis loquuntur, & intelligi debent *Iaſ. Dec. & Curt. in d. l. quicunque C. qui adm. Tiraquell. in d. l. ſi vnquam.*

Dico igitur quòd cum ignorantia fa-
264 cilius in Ruſticis, quam in ciuibus præſumatur *l. cum de indebito* §. 1 *ff. de probat.* vbi in hoc æquiparantur inter ſe Minores, Mulieres, Milites, &
265 Ruſtici *l. 2. ff. de iur. fiſc. & l. fin. ff. de dol. except. Bald. in l. 2. C. de fideicom. Alex. in l. iuſtè ff. de acquir. hared. num.*36. *Dec. in l. fœminæ n.*38. *ff. de reg. iur. & in l. ſi quis id quod ff. de Iuriſd. omn. Iud. & in cap. paſtoralis num.* 68. *de except. Capic. deciſ.* 159. *num.*22. *Gram. deciſ.*76. *nu.*10. & 11. Aduerſus iuris ignorantiam illis ſuccurritur. Quia tamen ius diuiditur in Naturale, Gentium, & Ciuile, hanc concluſionem intelligas quòad igno-
266 rantiam illorum, quæ ſunt iuris Ciuilis, nam in ijs, quæ ſunt iuris naturalis, nullatenus Ruſtici, & conſequenter neque Mulieres, aut Milites; nec ipſo iure, nec ope reſtitutionis in integrum excuſantur. Ignorantia enim illorum, quæ ſunt iuris natura-
267 lis non præſumitur, & illam alleganti non creditur. Teſtatur enim *D. Auguſt.* in hominum cordibus diuinę Omnipotentiæ digito naturę legem eſſe conſcriptam, ita vt inde nulla ætas, tempus, vel obliuio ipſam amouere poſſit. Quod de iure naturali dico, à pari, & ex identitate ratio-
268 nis procedit in ignorantia iuris gentium. Ius etenim gentium eſt, quod omnes gentes ſcire dicuntur §. *Ius autem gentium Inſtit. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil.* id verò, quòd omnes
269 ſciunt ignorare lata culpa eſt *l. culpa ff. de Reg. Iur.* Nec agi poteſt de auxilio reſtitutionis ex generali clau-
270 ſula, vbi adeſt negligentia ſupina *l. non enim ff. ex quib. cauſ. mai.* quòd & in ſpecie ignorantiæ iuris gentium affirmat *Tiraquell. tract. de pæn. mol. rem. cauſ.*11. *num.* 8. & ita communiter docent *Bart. in l.* 1. *num.*6. *C. vnde vi Alber. in l.* 1. *C. de in ius voc. & in l. vtili C. de defenſ. Ciuit. Cyn. in l.* 1. *C. de interdict. matr. Alber. in l. & ab antiquis num.*2. *C. de Teſtam. Alex. in l. venia num.* 3. *C. de in ius voc. vbi & Iaſ. nu.* 3. *Idem Iaſ. in l. ſi quis id quod num.* 32. *ff. de Iur. omn. Iud. vbi & Iaſ. num.*21. 29. & 30. *Curt. nu.* 35. *Menoch. de recup. poſſ. remed.* 9. *num.* 21. & 22. & *eſt Text. expreſſus in can. Tribatur* 1. *quaſt* 4. & *in l.* 2. *C. de in ius voc.*

Quod de iure naturali dixi, procedit in
271 iure Ciuili poſitiuo, manifeſtæ naturali rationi innixo, vt aduertit *Curt. in l. venia num.*2. *C. de in ius voc. vbi num.*12. multa refert exempla, idemque affirmat *Dec. in cap. ſuper literis num.*23. & 24. *de reſcript.*

Secundò in iure ciuili mere poſitiuo,
272 vniuerſaliter tamen notorio, & indubitato *Ang. in l. ex conſenſu* §. *fin. ff. de appell. vbi & Imol. Alex. conſ.*103. *lib.* 1. *Tiraquell. de pæn. cauſ.* 11. *n.*9.

Tertiò in omnibus his, quæ ſunt de ge-
273 nere prohibitorum *Iaſ. in d. l. ſi quis id quod num.*32. *ff. de iur. omn. iud.*

Quartò denique in cæteris omnibus ho-
274 neſtatis ſpeciem, in ſe habentibus *Iaſ. in d. l. ſi quis id quod num.* 32. *Tiraq. d. cauſ.*11. *n.*10.

Quinimò, & ſpecialiter prohibitum eſt
275 ne ipſo iure, aduerſus iuris ignorantiam ſuccurratur ruſticis, ſi aliquid ad ius publicum pertinens ignorauerint, & hoc vt aduertit *Paul. de Caſtr. in l. iuris ignorantia C. qui adm. vbi & Alex. num.*4. *Iaſ. num.* 7. Ne propter priuatam, publica vtilitas confundatur. Quod & itidem ex-
276 preſſum habemus in ignorantia circa ius priuatum, quæ tamen rigorem, ſeu

seù formam, & solemnitates iudicia-
rias respiciat; non enim in casu,
277 frequenti, & quotidiano, Ru-
stici regulariter excusantur, vt com-
muniter docent *DD. in dicta l. iuris*
C. *qui admit. specialiter Bald. Paul. de*
Castr. Alex. Iac. *à S. Georg. quot sequi-*
tur Curt. *in l. si per errorem ff. de iurisd.*
omn. iud. num. 16. vbi hanc conclu-
278 sionem communem dicit tam in
muliere, quam in rustico *Bald. in cap.*
ex parte num. 15. *de conf.* qui loquitur
de forma actus *Dec. in cap. pastoralis*
num. 68. *de except. & in cap. super lite-*
ris de rescript. Tiraq. de vtr. retract.
num. 2. *part.* §. 4. *gloss.* 4. *num.* 15. *&*
16. *Menoch. de recup. remed.* 9. *num.* 27.
Ripa de remed. praseru. contr. pest. nu.
246. *&* 247. *Alex. cous.* 165. *num.* 6.
lib. 6. *& cons.* 7. *num.* 19. *lib.* 7. *Natta*
cons. 575. *num.* 23. *cons.* 574. *num.* 20.
cons. 586. *n.* 8. *Bero. cons.* 120. *nu.* 37.
lib. 1. *Pedem. decis.* 87. *n.* 4.

Sic igitur Rusticus libellum mutare vo-
279 lens non auditur, nisi prius refectis
expensis *Alci. in l. edita in fin.* C. *de*
Edend.

Post didicita testificata nouos produeere
280 testes rustico non permittitur, vt
pluribus cumulatis docent *Soc. senior*
in tract. de Test. num. 177. *Alex. cons.*
164. *num.* 7. *lib.* 6. *Guid. Pap. decis.*
124. *num.* 3. Vbi tamen hoc contin-
geret ratione doli præsumpti de futu-
ro, cessaret illatio, prout quoque à
dolo præsumpto de futuro Rusticos,
281 & Mulieres excusari, si iam de præ-
senti damnum immineat aduertit *Crot.*
in §. *nunciatio num.* 90. *ff. de nou. oper.*
nunc Cagnol. *in l. si quis maior num.* 6.
C. *de transact.* Dico igitur quòd si ex
denegatione productionis horum te-
stium rusticus manifestum damnum
sentiret de præsenti, limitanda esset
Bart. conclusio, de qua in dicto §.
nunciatio, quòd post didicita testifi-
cata nouos testes non possit produ-
eere. Quando verò damnum dicatur
282 imminens de præsenti, Iudicis arbi-
trio relinquendum puto, quòd & in
huiusmodi Rusticorũ lapsibus facien-
dum vult *Alciat. in dicta l. venia n.* 12.
& notat *Zilles. inter cons. crim. cons.*
162. *n.* 16.

Vbi statutum determinat intra certum
283 tempus concordiam esse producen-
dam alias non valeat, si per errorem
Aduocati Rusticus illam nõ produxit,
non excusatur, ità *Bald. in dicta l. iu-*
ris Alex. cons. 165. *n.* 6. *lib.* 6.

Si Rusticus formam, & solemnitates te-
284 stamentarias *l. fin.* C. *de Test.* omit-
tat, non excusatur *Paul. de Castr. &*
Alex. in dicta l. iuris Rol. à Vall. cons.
30. *n.* 8. *lib.* 3.

Sequitur etiam, quòd si Mulier, aut
285 Rusticus infra statutum tempus in-
uentarium non conficiant, non excu-
sentur, ità *Bald. in l. fin.* C. *de iur. de-*
liber. Alex. in dicta l. iuris num. 4. C.
qui admit. Idem cons. 165. *num.* 6. *lib.* 6.
Natta cons. 575. *num.* 23. *Tiraq. vtroq.*
retrat. 2. *part.* §. 4. *gloss.* 4. *num.* 16. qui
& hanc esse communem practicam te-
statur, *Borgn. alios cumulans de tut. &*
cur. num. 104. Hanc tamen conclu-
sionem expresse impugnat *Marian.*
Senior cons. 39. *lib.* 1. *& idem Paul. de*
Castr. & Honufr. de Penus tenuisse re-
fert. Sed hanc contrarietatem benè
conciliat *Rip. de peste Tit. de remed.*
praseru. cout. pest. num. 240. dicens
opinionem *Marian.* procedere in ca-
su, vbi agitur de damno vitando.

In præfatis tamen casibus in quibus ip-
so iure subueniri Rusticis prohibi-
286 tum dixi; ope restitutionis ipsis suc-
eurri ex generali clausula est permis-
sum, si iusta causa adsit, quæ vt no-
tant DD. allegandi in probabili iuris
Ciuilis, & formularum, atque so-
lemnitatum iudicialium ignorantia
consistit *Ias. in dicto* §. *nunciatio. de*
nou. oper. nunc, vbi & Crot. *num.* 90.
Iac. *de S. Georg. l. iuris num.* 6. C. *qui*
admitti Anton. de Butr. cons. 72. *nu.* 2.
Brun. in tract. de forma Tit. quas per-
sonas, & causas &c. vers. rusticis au-
tem Natta cons. 586. *num.* 8. Et quod
287 præsumatur in Rustico probabilis
ignorantia iuris ciuilis, si non potuit
peritiores consulere, colligitur ex
mente *Bart. in l.* 1. *num.* 10. C. *de*
iur. & fact. ignor. idem affirmant *Sa-*
lyc. Paul. de Castr. & Alex. in dicta l.
iuris Bald. in l. scriptura num. 8. C. *de*
fid. instr. Ias. in l. quicunque num. 4. *qui*
adm. & ibi *Iacob. de S. Georg. num.* 6.
Rip. in tract. de remed. contr. pest. num.
247. *Marant. Ord. Iud. part.* 6. *vers.*
& quandoque appellatur num. 91. *Balb.*
de prascr. pact. 6. *prima part. cas.* 23.

 & 33.

& 33. *Borgn. de Tut. & Cur. nu.* 204. *in fin.* qui contrarium tenet *nu.* 132. & de facto, contrariam sententiam docent *Cald. in l.* 1. *C. de Iur. & fact. ign. num.* 9. *Dec. in dicta l. iuris n.* 25. con alijs relatis per *Alex. conf.* 165. *num.* 6. *lib.* 6. *& per Bero. conf.* 120. *num.* 27. *lib.* 1. hoc innixi fundamento, quòd si in casibus prædictis Rusticis ipso iure succurri est specialiter à lege prohibitum, neque eis subueniendum erit per restitutionem alias
288 nunquam locum haberet communis conclusio, de qua supra. Sed fundamentum, seù vt melius dicam argumentum leue est, quia semper conclusio procedit quoties peritiores consulere potuerunt, & consulere neglexerunt. Vndè *à Bald.* sententia discedo, & contrariam vti magis etiam communem amplector, pro qua & adduco dictum *Cur. in l. fin. C. de iur. cal.* dandum nimirum semper tempus mulieribus, & rusticis, vt
289 antequam positionibus respondeant peritiores consulant, quòd plenè aduertit *Menoch. de arbitr. cas.* 194. *n.* 77. *lib.* 2.

Cæterum plures sunt casus in quibus
290 succurrendum esse rusticis speciali iure cauetur, vnde vt notat *Dec. in dicta l. iuris*, cum ipso iure illis subueniatur, aliqua restitutione respectu illorum non indigent. Quinam verò sint isti casus cursim attingit *Odd. de rest. part.* 1. *q.* 9. *art.* 6. ad quem me remitto, eò quòd ipsos referre, & in ipsis explicandis immorari, est extra propositam restitutionis materiam, in qua insistens, considero, quòd non ex solo capite simplicitatis rusticanæ ad-
291 uersus ignorantiam iuris, Rusticis succurritur, vbi versamur extra iura pænalia, vt communiter determinant DD. *Alex. & Fulgos. in dicta l. iuris C. qui admitti, idem Alex. in l.* 1. §. *nunciatio ff. de nou. oper. nunc, & in dicta l. si quis id quod ff. de Iuris. omn. iud. num.* 10. *vbi & Ias. num.* 32. *Soc. Sen. num.* 22. *Idem Ias. in l. si conuenit num.* 7. *ff. eodem, & in dicta l. iuris num.* 3. *Dec. in l.* 2. *num.* 93. *ff. de Reg. Iur. & in cap. super literis num.* 29. *de rescript. & in l. venia num.* 3. *C. de in ius vocand. & in cap. pastoralis nu.* 96. *de except. Curt. in l. si quis maior C. de transact. Bald. in cap. ex parte nu.* 15. *extr. de Const.* & hęc prius fuit sententia *gloss. in cap. fin.* 1. *q.* 4. quam sequitur *Tiraq. de vtroq. retract. part.* 2. §. 4. *gloss.* 4. *num.* 13. *Alex. conf.* 165. *num.* 6. *lib.* 6. *& indicando Pedem. decis.* 77. *num.* 2. *& decis.* 87. *num.* 4. *Bero. conf.* 120. *num.* 27. *lib.* 1. *plenè Borgn. de vsufr. mulieri relicto num.* 120. *& Barbat. conf.* 56. *num.* 17. *lib.* 2. Quare reijcienda est *Afflicti sententia in* §.
292 *item Sacramenta in* 3. *notab. nu.* 25. *Tit. de pact. iuram. firm. & Rip. de remed. cont. pestem nu.* 244. quam prius voluisse videtur *gloss. in d. cap. super literis, & ibi Abb. de rescript.*

Pro communi enim sententia stat Regula *l. fin. C. de iur. & fact. ignor.* quæ licet loquatur in muliere, tamen & in-
293 telligitur in Rustico; qui non debet admitti ad beneficium restitutionis, nisi hoc iusta causa exigat.

Dixi si versemur extra iura pænalia, nam vbi agitur de ignorantia iuris pænalis, quæ non versatur in detrimentum
294 tertij, sed solum respicit non dolosum contemptum, seù transgressionem talis constitutionis ex socordia rusticali, Rustici ab incursione illius pænæ regulariter excusari debent *Bald. in l.* 1. *C. de inter. matrim. Paul. in l. si quis id quod nu.* 10. *ff. de iurisd. omn. iud. Alcia. in d. l. venia num.* 12. *C. de in ius voc. Craneet. conf.* 28. *n.* 13. *conf.* 2. *num.* 12. *Menoch. de recup. poss. remed.* 9. *n.* 24. vbi testatur de communi.

Dixi etiam ad beneficium restitutionis
295 solum ex iusta causa rusticos admittendos esse, nam regulariter loquendo si Rusticus malè res suas agat ope restitutionis ex generali clausula iuuari non debet, vt docet *Alex. conf.* 165. *num.* 11. 12. *lib.* 6. vbi dicit quòd rustici, & mulieres errantes in rebus suis agendis, & obligationibus contrahendis, vel ipso iure adiuuantur, vbi specialiter ita cautum reperitur, vel eis nullo iure succurritur. Non tamen desunt, qui contrariam sententiam sequuntur innixi verbis legis *in l.* 1. §. *fin. & ibi gloss. in verb. iusta ff. de edendo*, vbi expresè inter se
296 æquiparantur istæ causæ, ætas, Rusticitas, iusta absentia, & impedimentum, quare cum cæteræ sint iustæ causæ

causæ restitutionis in integrum, idem dicendum de Rusticitate, iuxta *decis. Senatus Dolani* relatam à *Mauric. cap.* 400.

Sequenti tamen distinctione optimè Conciliatam puto contrarietatem prædictã, vel rusticus errat in negotijs
297 ad rusticanam peritiam pertinentibus, videlicet perperam segetes vendendo, boues male permurando &c. & nullo iure ei subueniri debet, vndè sine controuersia procedit *Alex. sententia*. Quia in huiusmodi negotijs agendis ipsi rustici sunt aliorum Doctores, & Consultores. Aut errat in alijs conuentionibus, pactis, & obli-
298 gationibus ciuilibus, & in casu si peritiores consulere potuit nullo iure excusetur, si verò peritiores consulere nequiuit, & ope restitutionis adiuuari debet; in hoc tamen standum est Iudicis arbitrio, qui considerata
299 qualitate personæ, & negotij ipsum in integrum restituat, maximè si in Rustico simplicitatem, & aduersario malitiam, & grauem læsionem reperiat, iuxtà not. *per text. in l. cum de indebito* §. 1. *ff. probat.* Ponderare etiam debet Iudex, an actus à quo Rusticus restitutionem petit ab ipso
300 clandestinè celebratus fuerit. Communis enim est DD. sententia, quod hoc casu auxilium restitutionis ei denegetur, ità *Bald. Salyc. Syllim. & alij post gloss. in l.* 1. *C. de interd. matrim. Alex. in dicta l. si quis id quod num.* 10. *& ibi Zas. num.* 28. *Curt. in d. l. venia C. de in ius vocando, vbi & Ias. num.* 3. *Tiraq. de pænis caus.* 11. *num.* 1. *Rom. cons.* 506. *num.* 5. *Cranet. cons.* 36. *n.* 12. *Soc. Senior cons.* 346. *n.* 3. *Menoch. de recup. remed.* 9. *n.* 32. Et habemus pulchrum text. *in cap. fin. vers. si quis verò, extra de Clandest. despons.* ibi: *Cum taliter contrahentes affectatores ignorantiæ videantur*. Hoc autem intelligas cum moderatione
301 respectu actus in quo omnis malitiæ, & sagacitatis præsumptio cessat, & quando est celebratus prout celebrari solet, nam si versemur in actu occultè fieri solito, quare rustico subueniendum non sit, si alias ei aliqua de causa succurrendum est, satis cognoscere numquam potui.

Perpendere denique Iudex debet, an
302 Rusticus, qui restitutionem petit, sit sagax, & vt vulgo dicitur fama de eo sit, quod sit Doctor vulgaris. Hoc enim casu nec ipso iure, nec restitutionis ope ei subueniendum communiter DD. sentiunt, & est *Text. in l. Athleta* §. *de Rusticis ff. de excus. Tut. iunct. ibi gloss. docet Bald. in l.* 1. *C. de inter. matr. & in l.* 1. *C. de priuil. dot. & in l.* 2. *num.* 6. *ff. si quis in ius vocat. non ierit. vbi & Paul. de Castr. Alex. in l. ex quacumque num.* 4. *ff. si quis ius dicen. non obtemp.* Iason. *in d. l. si quis id quod nu.* 32. *& ibi Alex. n.* 10. *Soc. num.* 20. *Zas. n.* 27. *Curt. num.* 36. *Dec. num.* 34. *ff. de iurisd. omn. iud. Idem Curt. in l. venia num.* 3. *C. de in ius voc. exemplum faciens in Rusticis Papiensibus Afflict. Tit. quæ sint Regalia, verbo vectigabilia num.* 198. *Ripa remed. contra pestem num.* 249. *Bonius de stat. Vrb. præscript. cart.* 78. *nu.* 44. *Natta cons.* 497. *n.* 9. *Cephal. cons.* 138. *num.* 12. *lib.* 1. *Menoch. de recup. remed.* 9. *n.* 32.

In dubio autem hodie Rustici nòn sim-
303 plices, sed sagaces præsumuntur, vt aduertit *Alber. in l. venia num.* 1. *C. de in ius voc. & in l. terminato C. de pæn. iud. qui male iud.* idem sentiunt *Bal. & Paul. in l.* 2. *ff. si quis in ius voc. non ierit*.

Quæ dicta sunt circa restitutionem Ru-
304 stici per ignorantiam iuris ciuilis, locum non habent quòad ignorantiam iuris statutarij peculiaris illius loci, villæ, vel castri vnde oriundus est rusticus, iuxtà sententiam *Mauric. de rest. in integr. cap.* 91. *&* 92. quem sequitur *Add. ad Marant. vers. & quandoque appellatur num.* 96. Quod si statutum peculiare non esset villæ, vel castri, sed quid commune toti
305 territorio, & in casu aut in tali statuto Rustici nominantur specialiter, eisque prohibetur subueniri, & restitutionis beneficio iuuari non possunt, plenè tradit *Alex. cons.* 165. *num.* 4. *et* 5. *vers. superest lib.* 6. Aut statutum
306 iuuari rusticis specialiter non vetat, & hoc casu siue de illis mentionem faciat, siuè non, restitutio denegari non debet, quatenus tamen digna de causa concedenda veniat. Statutum enim est ius ciuile positiuum Rusticis non magis, quam ius ciuile commu-

ne notum, nec specialis comprehen-
307 sio rusticorum iuxta communem
DD. sententiam restitutionis benefi-
cium tollit, ita in specie docent *Roch.*
de Curt. in cap. fin. de consuet. sect. 9.
num. 33. Alex. cons. vlt. num. 12. lib. 6.
Rim. cons. 87. nu. 18. lib. 1. et cons. 427.
n. 46. et 62. lib. 3. Afflict. Const. Regn.
lib. 2. Rubr. 86. num. 18. Rol. à Valle de
lucr. dot. q. 46. num. 4. Simonc. de De-
cret. lib. 2. tit. 6. num. 78. et 80. Gozad.
cons. 33. num. 24. Borgn. de Tut. et Cu-
rat. num. 79. & latè probat in termi-
nis minorum *Odd. de rest. p. 1. q. 15.*
art. 7. per tot.
Ex his transeo ad milites, & dico, quod
308 quamuis, quæ de mulieribus, &
rusticis dicta sunt, tam quòad omis-
sionem formæ iudiciariæ, quam
quòad peritorum consilium, & alia,
regulariter in militibus locū habeant,
vt docet *Tiraq. de vtr. retr. in 2. part.*
gloss. 4. num. 13. et seqq. quædam
tamen de ipsis specialiter tradenda
per necessium puto.
Sit ergo Regula, quòd iuris ignorantia
309 in militibus, facilius præsumitur
quam in Paganis *Bal. l. pen. C. de his,*
qui sibi ascrib. in test. Curt. in l. fin. C.
de iur. calum. Bald. in cap. ex parte
num. 15. de confess. Alex. cons. 127. n. 2.
lib. 2. Aymon. cons. 144. num. 19. & est
Text. expressus *in l. scimus C. de iur.*
delib. est etiam text. *in l. cum de inde-*
bito §. 1. ff. de probat. & ibi passim
omnes.
Sit etiam Regula quod imprudentia, &
310 simplicitas in rebus agendis faci-
lius in militibus, quam in Paganis
præsumitur, ità mihi probare viden-
tur simul iunctæ leges *l. fin. C. locat. et*
d. l. cum de indebito §. 1.
Cæterum vt omittam casus, in quibus
311 militibus ipso iure specialiter, suc-
curritur, qui plures sunt, sed ad rem
nostram, & ad restitutionis materiam
non faciunt; hos verò numerat *Odd.*
de rest. p. 1. quæst. 10. art. 7. à num. 45.
vsque ad 52.
Dico solam militiam restitutionis cau-
312 sam non esse, sed occupationem
circa res militares pro iusta restitu-
tionis causa haberi. Text. est *in*
l. in fraudem §. fin. ff. de mil. test. et in
l. si Ruffinus C. eod. ibi: *nec militibus*
quidem remissa est. Est etiam expres-
sum *in l. fin. C. de rest. mil. et ibi Bal:*
Quidquid in contrarium tradat *Ce-*
phal. cons. 110. n. 2. lib. 1.
Prout etiam nec militaris simplicitas ad-
313 uersus male gesta, & omissa vti iu-
sta restitutionis causa minime consi-
deratur *Bald. in l. sancimus C. de rest.*
mil. Albe. in l. ab hostibus num. 5. ff. ex
quibus caus. mai. Bart. & alij in l. fin.
C. de rest. mil. Quinimò & in casibus
in quibus ad fauorē miliris restitutio
314 locum haberet; cessaret in milite
iure perito, vel in eo qui iura in scho-
lis audisset *Bald. in l. 1. n. 7. C. de iur.*
& fact. ign. et in cons. 263. nu. 5. lib. 1.
Nec non in milite, qui peritiores con-
sulere poterat, per iura supra allega-
315 ta de muliere, & rustico, & est
text. *in l. si auiam C. de ing. man.*
Quæstio est quando quis peritiores po-
316 tuisse consulere dicatur, & cum
communi DD. dico degentes in
aliqua Ciuitate, Oppido, vel Castro,
in quo est peritorum copia, peti-
tiores consulere potuisse dici, *ità*
Bald. in l. in bonorum ff. de bon. poss. et
aly Salyc. Paul. de Castr. Dec. & alij in
l. iuris C. qui admitti, vbi & Corn.
qui explicans quænam dicatur Ciui-
tas, Terra, vel Castrum, in quibus
317 peritorum copia adesse dicitur; illas
esse communi DD. voto, dicit, in
quibus meri, & mixti imperij causæ
cognoscuntur.
Quod intelligas non quòad locum spe-
cialiter, sed quòad Comitatum illius;
Rustici enim degentes in villa adhuc
318 peritiores consulere potuisse dicun-
tur, si in Ciuitate, adsint causidici,
& Aduocati, ità aduertit *Bald. in d.*
l. iuris C. qui admitti, vbi dicit, quod
sicut Rustici ad Syluas pro lignis ire
sciunt, ita ad Ciuitatem pro consilijs
debent accedere *Salyc. Paul. de Castr.*
319 *& Alex. idem docent cum concord. in*
dicta l. iuris, & de communi testatur
Tiraquell. de pæn. caus. 11. num. 22. &
facit expressè text. *in l. 1. §. si quando*
ff. de mag. conuen. & l. diuus ff. de Tut.
et Cur. dat. ab ijs, et in l. si duo ff. de
acquir. hered. & in l. 4. §. si tam vici-
num ff. de damn. infect. et notata per
Bald. in l. qui insulam ff. de verb. oblig.
320 Neque videtur excusatione dignus
rusticus, qui est vicinus loco vbi sunt
iuris periti, & ipsos non consuluit
Alex.

Alex. in dicta l. Iuris num. 2. Dec. ibid. nu. 16. Tiraquel. alios referens in retr. conuent. §. 4. gloss. 4. num. 20. Si tamen accessus ad Ciuitatem, vel locum vi-
321 cinum tutus erat, alias si eo tempore securus non fuisset, vel propter irruptiones fluminum, aut bannitorum, vel hostium incursiones, secus dicendum, ità *Rom. in l. si duo ff. de acqu. hared. Alex. in d. l. iuris num. 2. et ibi plenè Dec. n. 16.* quod est æquissimum, vnde & idem dicendum puto, de quolibet alio impedimento,
322 propter quod quis ad peritos consulendos accessum commodum non habuisset. Et pro rusticis sit exemplum occupatio in colligenda messe
323 iam matura, in facienda vindemia; à quibus rusticos distrahere nimis Reip. interest. Pro ciuibus sit granis
324 inimicitia. Et in omnibus tam ruri, quam in Ciuitate degentibus,
325 exemplum sit infirmitas, paupertas nimia, & similia.

Generalis ergo sit regula, quòd in ca-
326 sibus, in quibus beneficio restitutionis in integrum, rusticis, militibus, & mulieribus subueniendùm est, per necessum semper sit, quòd peritiores consulere non potuerint, ità quòd si non consuluerint cum potuerint nulla excusatione digni sint *Alex. in l. iustè ff. de acqu. poss. Bald. Salyc. Paul. de Castr. et aly in dicta l. iuris C. qui admitti Ang. in l. sed et si lege §. scire ff. de petit. hared. Bald. in cap. ex parte num. 15. de Conf. Menoch. de recup. remed. 9. num. 28. Text. est in l. si Auiam allegat. per Bald. in cons. 263. num. 5. lib. 1.*

Quinimò nec excusari debent, si cum
327 habeant famosos DD. Aduocatulum consulerent, de cuius imperitia dubitaretur; eò quòd vix legalia rudimenta andire cæpit, quòd intra paucos menses, doctorali laurea insigniri non erubuit; Inde statim causidici nomen arrogare sibi audens, clientulos, & causas excorians, ipsos malè consulit, prout passim accidit. Vnde non sine rubore fateri cogor
328 vbique perniciosissimè ne dum Catholicæ, sed & politicæ Reipublicæ introductum, quòd ignari, Sapientum Laurea coronentur ex his enim, qui hodie laureantur, de totius Orbis abusu loquor, nullus legalem cursum absoluit, pauci aliqualem Institutionum Imperialium infarinaturam habent, quæ ne dum ad Lauream obtinendam sufficit, sed ad perficiendum Iuris prudentiæ studium, est debile introductionis fundamentum. Nihilhominus tamen omnes causidici euadunt, ad Prælaturas promouentur, Iudicaturas exercent, Legulei, Legum excoriatores, præuersores, non Doctores, Christianæ Reipublicæ non agnita perditio; hoc etenim modo, ignaris repletur Orbis Catholicus. Hine omnia mala proueniunt, dum ab Ignorantiæ gubernio, & Imperio, tandem Respublica pendere debeat; Vt autem multa vno verbo claudam, si ad Præfecturas, Prælaturas, aliasque dignitates promouentur sapientes; hi profectò sapienter se gerent, & benè alijs præesse studebunt, si Ignari, cum ex his, qui Vrbis, & Orbis Imperium, atque Regimen ministrent desumere necessum sit; quid boni expectare
329 possumus? Cucurbitas serimus, & Pepones colligere intendimus? pro certo fallimur; serendum est semen
330 optimum, vt inde iustè æqualem messem expectare possimus.

Causidicorum plenæ sunt Curiæ Iuris
331 tamen peritorum steriles, caueant ergò, qui consilio indigent, ne Leguleios, quosdam viles Mercenarios pro consilio adeant, qui non vt clientulos consulant, sed vt proprijs marsubrijs prospiciant lites quæritant, ipsas tergiuersarionibus, mendacijs, & calumnijs, in longum pertrahere studentes: sed peritos, sapientes, claros, & famosos viros exquirant, quorum consilio solum satisfit legi, quæ de peritorum consilio loquens canes illos circonforaneos excludit.

Et licet in Vrbe cælesti quodam mune-
332 re, & gratia ne dum Ciuium, sed exterarum Nationum Viri, in vtriusque Iuris censura eleganter floreant, fæliciffimum etenim hoc Clima non minus Iurisperitos creat, quam procreet; Vnde Cicero Aeloquentiæ Princeps filio suo sæpius increpasse constar. *Vrbem mi Rufe cole, et in hac luce viue.* Quia tamen non omnes

nes licet in responsis reddendis aptissimi de iure respondere profitentur; nonnulli verò nobilissimum Iuris prudentiæ studium ab Aduocationis laborioso munere alienum ostentant: Alij denique solo procuratoris nomine contenti ad ea duntaxat, quæ facti sunt, incumbere volunt; quorumdam ideò nomina in fine huius *Cap. post num.* 426. recensebo, qui inter cæteros Iurisperitos, vti Aduocati, & Causarum Patroni eximij, Romæ,
333 de iure respondent, quorum consilio supra omne aliud consilium, quisque acquiescere prudenter potest.

Inter animi impedimenta prouenientia ex persona ipsius impediti, Prætor errorem, & ignorantiam furorem, & ebrietatem, somnum, & mortem, occupationem ad varia negotia, pro-
334 digalitatem, iustum dolorem, & iracundiam, Infirmitatem, & Paupertatem DD. numerant, de quibus singulariter agendum est, vt cognoscamus quomodò sint iusta causa restitutionis in integrum.

Quòad furorem igitur clarum est iustam
335 restitutionis causam esse. *Bart. in l. ergo ff. ex quib. cauſ. mai. & in l. si infanti num.* 6. *C. de iur. delib. & in l.* 1. *ff. de bonor. poss. inf. del. num.* 5. *Bald. in l. Marcellus ff. de fideiuss.* & est text. expressus *in dicta l. ergo.* ibi: *Quod Edictum etiam ad furiosos, & infantes, & ciuitates pertinere. Labeo ait.*

Quòad ebrietatem, cum & ista mentis
336 alienationem non tamen perpetuam causet *cap.* 1. *& cap. sanè* 15. *quæst.* 1. idem iuris erit, quod de furiosis habentibus lucida interualla, quo tempore furor, vel præcedens, vel subsequens illis non suffragatur, vt probat *Odd. de rest. q.* 3. *art.* 1. *part.* 1.

Quòad somnum, quamuis iste casus rarò
337 contingere possit; si quis tamen tam diù dormiret, propterea diminutionem, & damnum in bonis suis sentiret, ex generali claulula deberet restitui, exemplo furiosi, cui dormiens æquiparatur *cap. maiores de Baptism. notat gloss. cum alijs in clem.* 1. *de homicid. in* 6. Aliquos enim diutissimè dormijsse docent Historici, & præsertim somnium habemus illorum septem Sanctorum Tempore Decij Imperat. vt testatur *Plin. lib.* 7. *cap.* 2.

Quòad mortem, si daretur casus, quod
338 mortuus, diuinitus resurgeret aduersus damnum interim passum restitui deberet, quia mors & absentia æquiparantur. Itâ *Bart. & Bald. in l.* 2. *C. de Temp. in integr. rest. Cassan. consuetud. Burgund. rub.* 3. §. 1. *verſ. quilibet num.* 4.

Quòad occupationem circa plura nego-
339 tia, si occupatio talis sit, quòd cæteris rebus suis superesse impediat, iustam restitutionis causam præbet: *arg. l.* 3. §. *si cum omnes ff. ad Syllan. & gloss. in l. si vt certo* §. 1. *ff. commod. est etiam text. in l. contumacia ff. de re iud.* ibi: *vel maioris causæ occupatio defendit &c.* optimè distinguendo docet *Odd. d. p.* 1. *q.* 11. *art.* 3.

Quòad prodigalitatem, si prodigo bo-
340 norum suorum administratio interdicta erat, & per Curatorem regitur est iusta causa restitutionis, iuxtà regulam *Bald. in l. Marcellus ff. de fideiuss. quod quicunque non potest aliquid facere, nec se ad aliquid obligare sine auctoritate alterius, à quo regatur, si lædatur in integrum restitui debet, non quidem per Tit. de minor. sed ex hac generali clausula*, idem vult *Bart. in l. si infanti num.* 6. *C. de iur. delib.* ibi: *quia per alium regitur* plenè *Paul. de Castr. in d. l. Marcellus*, ab omnibus etiam allegatur *gloss. in l.* 2. *C. de Curat. furiosi*, *de qua Bart.* recordatum non fuisse aduertit *Bald. in d. l. Marcellus*, itâ etiam determinat *Io: Andr. in add. ad spec. super rubr. de Præscript. verſ. habeatur etiam quæstio. Bald. in l. si curatorem habens C. de rest. in integ. Barbatias in cap. ex parte n.* 8. *de consuetud.* Alias quamuis, quis esset notoriè prodigus, non esset in integrum restituendus, quem casum à solo *Paul. de Castr.* determinatum inueni in *conſ.* 248. *verſ. alterius quæro*
241 *lib.* 2. dicente non debere in integrum restitui prodigum, nisi ei bonis interdictum sit.

Quòad iustum dolorem, & iracundiam,
342 quamuis, de hoc non loquatur DD. eadem æquitate ijs, qui iusto dolore vel amissionis filiorum, vel alterius notabilis infortunij merore confecti damnum aliquod passi sunt, restitutionem concedendam puto, qua alie-

nati

natis mente iacentibus eöeeditur *arg. l. interdum ff. de Iud. vbi gloss.* grauia
343 infortunia ægritudini, & infirmitati æquiparat. Et in specie iracundiæ idem iuris erit, quia iratus à se ipso
344 abesse dicitur. Vnde Terent. in Adelphis. *Reprime iracundiam, & ad te redi.* Iure etiam nostro, calore iracundiæ facta nisi subsequatur per-
345 seuerantia rata non habentur *l. quicquid calore ff. de Reg. iur. l. locatio ff. de publican.*

Quòad infirmitatem, conclusio est,
346 iustam in integrum restitutionis causam esse *Text. est in l. quæsitum ff. de re iud. & in l. 1. ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *aduerso casu laborarent. §. item propter aduersam Inst. de excus. tut. & in l. si cui §. planè ff. ex quib. caus. mai.* pleno calamo probat *Odd. de rest. p. 1. q. 10: art. 6.* Hanc autem intelligas si
347 infirmitas sit grauis, nam quælibet leuis infirmitas non excusat, nec iustam causam restitutionis præbet, iuxtà communem DD. sententiam de qua *gloss. in cap. placuit 18. dist. Bald. in l. si quis ità instituatur §. fin. ff. de hæred. inst. Abb. in cap. teneor num. 1. de re indic. & in cap. 2. num. 1. de Procur. Mauric. cap. 339. Mantua sing. 10. num. 3.* Exempla afferentes
348 de tertiana, & quartana, quas leues febres vocant. Et clarissimè patet ex *l. quæsitum ff. de re iudic.* Modica siquidem alteratio infirmitas
349 dici non potest *gloss. in cap. quærela verb. infirmitas de Procur. Tiraq. de de Iud. in reb. exig. pag. 3. vers. 10. Grilland. de Tortura quæst. 4. num. 4.* facit text. *in l. qui clauum §. fin. ff. de edilit. edict. & in l. 1. §. sciendum ff. eodem vers. proinde leuis febricula.*

Vtrum verò infirmitas sit leuis, vel gra-
350 uis, Iudicis arbitrio remittendum puto, & ita vno ore docent DD. Regulare autem debet Iudex arbitrium suum se informando à Medicis, & hæc est communis, atque securior praxis, iuxtà doctrinam *Bart. in dicta l. quæsitum num. 6. in l. in contumaciam §. pæna ff. de re Iudic. num. 1. Alber. in l. si longius num. 1. ff. de Iudic.* standum est enim peritis in arte ad not. communiter in *l. 1. ff. si cert. petat.*

Posset etiã Iudex ex aspectu ipsius infirmi
351 arbitrium suum dirigere, qui si faciẽ extenuatam habeat, & iuramento, hoc vehemens indicium confirmet, satis erit Iudici, vt illum non leuiter ægrotasse credat. Ità *Bart. in dict. l. quæsitum nu. 6. Abb. in cap. teneor n. 2. de re iudic. facit argum. l. minor ex aspectu ff. de minor secund. add. ad Bart. in dicta l. contumacia §. pæna.* Et ex solo iuramento infirmi Iudicem
352 posse informationem desumere dicit notab. *gloss. in cap. fin. 4. q. 5. per diuersa iura de quibus ibi.* Non desunt tamen, qui contrarium tenent *Iac. Butr. & Alber. in l. in exceptionibus ff. de probat. per Regulam l. in exceptionibus §. 1. & per l. 3. §. si ad diem ff. de re mil.* Cæterum de probatione infirmitatis vid. *Bertr. cons. 144. lib. 5.*

Quòad paupertatem denique iustam esse causam restitutionis in integrum
353 communiter affirmant DD. quorum Cathalogum recenset *Odd. d. q. 10. art. 9.* quos & refert *Cassador. decis. 6. tit. de appellat.* plenè *Bellam. decis. 44. in fin. Benincas. de paupertate quæst. 4. num. 18. Text. est clarus in l. si procuratorem §. ignorantes ff. de mand.* quem omnes allegant. Nec non in *cap. ex ratione, de appell.* ibi: *per impotentiam.*

Nec refert vtrum paupertas casu, vel
354 propria culpa contigerit. Ità *Io: Andr. & Imol. in cap. quæ in Ecclesiarum de Const. Felyn. in cap. si quis testium num. 11. de Test. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. de Causa Pia num. 71. gloss. in cap. Sacrorum 12. q. 2. Benincas. plenè Tract. de paupertat. q. 4. n. 46.* Et est optimus text *in cap. quiescamus dist. 42.* Et quidem nec carceratis ob
355 proprium crimen restitutio denegatur. Discedendum ergò ab opinione contraria, quam tuentur *Bald. in d. cap. quæ in Ecclesiarum num. 3. Mantua sing. 31. nu. 5. Ant. Trig. sing. 33. num. 4.* quam solum credo veram, vbi culpa fuisset præordinata ad ca-
356 sum, vt per *Dec. in d. cap. quæ in Ecclesiarum nu. 137. & 138. Benincas. d. q. 4. num. 48. cum concordant per eum relat.* Vt tamen verum fatear non satis intelligo quomodò casus dari possit, quòd quis ex proposito, & con-
357 sultò velit esse pauper, vt beneficium restitutionis in specie habeat, stolidi etenim hominis esset tale de-

tale desumere consilium, quinimò &
ex hoc dignus esset restitutione, quia
ita faciens parum à furioso di-
staret.
Verum si de impedimentis à persona
ipsius aduersarij prouenientibus ser-
mo sit. Dico ex impedimento dolo
aduersarij proficiscente, ex generali
358 clausula in integrum restitutionem
competere *cap. ex literis de rest. in integrum l. diuus ff. eodem.* Etità sine
scrupulo tenendum affirmat *Odd. dicta part. 1. q. 12. num. 3. vers. sed contra.* Quam conclusionem ampliat
Fulgos. in l. si maior num. 2. C. de dolo,
non solum aduersus damnum emer-
gens, sed etiam aduersus lucrum
cessans, & facit not. *l. fin. in princ. ff. de eo per quem fact. erit.* Et quidem
ex hac causa doli non solum aduersus
maiores, sed & aduersus minores,
359 ipsosque pupillos, si ipsi vel eorum
administratores sint in dolo ex gene-
rali clausula restitutio datur *Text. est in l. auxilium ff. de minor & in l. 3. C. si min. se mai. dix. Mauric. cap. 416.*
Tam aduersus omissa, quam aduer-
360 sus male gesta causa doli aduersa-
rij *Text. est, & ibi Bart. in l. fin. C. de test. mil.* Probatur etiam argum.
Bald. in l. 1. num. 1. C. ne fil. pro patre,
361 vbi docet quòd homines simplices
aduersarij suasionibus soluentes, re-
petunt, quod alias non repeterent.
Clarius etiam patet attenta regula *Bart. in l. non solum §. morte num. 36. ff. de nou. oper. nunc & in l. 1. §. dolum ff. de eo per quem fact. erit,* videlicet quan-
do quis alicui viro fallaci aliquod in
362 se verisimile credit, si ex facto inde
secuto, aliquid in damnum eredentis
resultat, restitutio datur ex *d. l. 1. §. dolum.* Quapropter contractus ad-
uersarij dolo à maioribus perperam
363 facti, rescindi possunt, hac tamen
adhibita cautela, quòd ipse dolus
contractui causam non dederit, alias
locum non haberet restitutio, quia
contractus ipso iure esset nullus *l. 2. vbi DD. communiter C. de fid. min.*
Nec refert vtrum dolus fuerit in com-
364 mittendo, aut in omittendo, quia
scilicet per subterfugia, & latitatio-
nem aduersarij, quis cum eo agere
non potuit, vnde tempus perijt, text.
est in *l. Ait prator §. fin. ff. ex quib. caus. mai. & in l. seq.* vbi omnes com-
muniter pleno calamo, affirmat *Odd. d. q. 12. art. 2. per tot.*
Quinimò vbi ex persona ipsius aduersa-
rij etiam sine eius dolo impedimen-
365 tum procederet, restitutio ex ge-
nerali clausula competit, text. est *in l. 1. vers. secumue agendi potestatem non faceret ff. eodem, & in l. ait prator & in l. item ait §. 1. ff. ex quib. caus. mai.*
Hine est quòd qualibet siuè iusta, siuè
366 iniusta aduersarij absentia in inte-
grum restitutionis iustissimam causam
ex generali clausula præbet, text. est
in l. 1. ff. ex quib. caus. mai. ibi: *aut absens non defenderetur;* patet etiam
ex notatis *in l. item ait §. quam clausulam ff. eodem.* Clara est etiam ratio,
quia sicut qui abest non debet senti-
367 re incommodum, ita nec commo-
dum *d. l. 1.* ibi: *nec prosit vel obsit & l. videlicet ff. eodem & l. eum qui ff. de iur. iuran.* Ita etiam nullo contradi-
cente determinant Iuristæ, quos ple-
no calamo refert *Odd. d. q. 12. art. 4. & 5. per tot.* Et quidem quòad quam-
libet aduersarij absentiam, *est text. ad literam in l. item ait prator §. 1. ff. eodem vbi I. C.* hoc notandum dicit:
quod in absentia Rei non distinxit
368 Prætor personas, vel causas, sed in-
distinctè omnes absentes comprehen-
dit; & ideò gloss. ibi: verbo *absentes*
& post eam ibi etiam *Bald.* quem
sequitur *Mysing. in §. rursus num. 13. Inst. de act. dicit,* quod in hoc casu,
absentię non distinguuntur. *Vid. Gomes. in §. rursus num. 12. vbi respondet ad textum in l. prafectus C. de ann. except.*
Aliud verò ius esset si aduersarius licet
369 absens, qui ipsum defenderet in
ciuitate, vel loco reliquisset. Non
enim in casu datur restitutio præsenti,
qui habuit, quem conueniret, &
cum quo ius suum prosequeretur,
Text. est ad literam in *d. l. item ait prator §. hac autem restitutio ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Et ita si nemo eorum erat defensor. Nam si fuit procurator eum habueris quem conuenias non debet inquietari &c.* Est etiam text. in *l. is qui reip. ff. de rest. in integr.* Nota
370 igitur quòd, qui præsens est, vtrum
absens procuratorem reliquerit inue-
stigare

ſtigare tenetur, alias ſi dicat ſe neſci-
uiſſe, quod reliquerat, non excuſa-
tur *l. ergo in princ. ff. ex quib. cauſ.
mai.* Quinimò inueſtigare debet ami-
cos, & conſanguineos abſentis, an
371 ipſum abſentem defendere velint
alias reſtitutionis beneficio priuatur
*Text. eſt expreſſus in l. item ait Prætor
& in l. ſeq. ff. ex quib. cauſ. mai. & in
l. hac autem ff. ex quib. cauſ. in poſſ.
eatur.* Sufficit tamen per quiſitionem
372 hanc amicorum, & parentum apud
acta generaliter facere per publi-
cum præconium, quòd nempe ſi quis
Titium abſentem defendere inten-
dat, ſe iudicialiter offerat intra tot
dies, alias habebitur pro eo, qui ſui
copiam non facit. Hanc communem
praxim docent *Bart. in dicta l. ergo
Bald. in d. l. item ait, & ibi Alber. n.1.
Idemque Bart. in l. hac autem num.4. ff.
ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur ait, quod
ita de conſuetudine ſeruatur.* Idem vult
*Abb. in cap. cauſam num.14. de dolo, &
contum. & Innoc. in cap. ſi aduerſarius,
de eo qui mitt. in poſſ.*

Verum ſi reus contumaciter abeſſet hu-
373 iuſmodi diligentia perquiſitionis
per præconium neceſſaria non eſſet,
vt not. *Alber. in d. l. ergo num. 2. eſt
gloſſ. in cap. perlatum verbo parentibus
qui fil. ſint legit. eſt etiam gloſſ. in l. 2.
ff. quib. cauſ. in poſſ eat. & gloſſ. in cap.
conſultationibus de Off. deleg. Abb. in
cap. cauſa num. 14. de dol. & contum.*
Publicum tamen edictum ad valuas
domus ipſius abſentis affigendum
eſſet, iuxtà doctrinam Decij in *d. cap.
conſultationibus num.21. de off. deleg. et
eſt text. clarus in cap. quoniam §. porrò.
Vt lit. non conteſt.*

Quæritur ſi tam Actor, quam Reus Ro-
374 mæ adeſſent, dici poſſet quòd reus
copiam ſui non faciat, & conſequen-
ter cum actor reum in patria commu-
ni conuenire poſſit, vtrum excuſetur,
ſi quamcumque diligentiam faciat in
Patria. Et negatiuè reſpondeo per
text. *in l. ſi cum in prouincia ff. ex quib.
cauſ. mai.* qui hoc apertè probat,
quod cum is, qui Romæ eſt non di-
catur abſens, ſed præſens, non dice-
tur ſui copiam denegare, quod eſt
notabile.

Si de impedimentis prouenientibus à
375 perſona ipſius Iudicis loquamur in-
dubitabile eſt iuſtam præbere cauſam
in integrum reſtitutionis ex generali
clauſula *Text. eſt expreſſus in l.1. §.1.
verſ. ſiuè cui per Magiſtratum ff. ex
quib. cauſ. mai. & in l. ſed & ſi per præ-
torem ff. eodem*, refert exempla *Mau-
ric. de reſt. in integr. cap. 354. & 403.*

Et hoc procedit ſiuè Iudex in odium
actoris, ſiuè in gratiam aduerſarij,
376 ſiuè per ſordes iudicium differat,
vndè actor damnum paſſus ſit. *Text.
eſt in d. l. ſed ſi per prætorem §. ait præ-
tor ff. ex quibus cauſ. mai. & ibi Bart.*
allegantur etiam *l. ſeruo inuito §. cum
prætor ff. ad Trebell.* Prout etiam ſi
Iudicis impedimentum ex eius negli-
gentia ſiue vera, ſiue ſimulata pro-
377 ceſſit *Text. eſt in d. l. ſed et ſi per
prætorem §. ait prætor.* ibi: *ſi per dila-
tiones Iudicis.* Et ibi: *Alber.* conſulit
Roman. conſ.58. n.4.

Cæterum vbi impedimentum à Iudice
378 ob eius imprudentiam, & imperi-
tiam procederet, quia Iudicis impe-
ritia errorem ſupponit, differendum
erit, an aduerſus errorem Iudicis, ex
quo quis damnum ſentit, ex genera-
li clauſula ei reſtitutio detur. Dico
igitur quòd ſi iudex ſcienter errauit,
ideſt per dolum præuaricatus ſit, re-
ſtitutio dari debet, eſt *ſing. gloſſ. in l.
ſeruo inuito §. cum prætor ff. ad Trebell.*
quam omnes ibi communiter ſe-
quuntur *Bart. Ang. Paul. Alb. et alij
Bald. in l.1.C. quo mod. et quand. Iud.
Butr. conſ. 27. ad fin.* Si verò iudex
ſine dolo, vero, vel præſumpto, ſed
379 ex ſimplici imperitia in errorem
lapſus ſit reſtitutio non datur ſecun-
dum doctrinam *Bart. in d. §. cum Præ-
tor, et in l. diuus num. 2. ff. de re iud.
poſt Innoc. in cap. quoniam contra de
probat.* læſus enim hoc caſu appella-
380 re poteſt, ſibi ergo imputet ſi non
appellauit, *l. non enim ff. ex quib cauſ.
mai.* vti enim conſtitutus in lata cul-
481 pa excuſationem non meretur.
Contrarium apertè ſentit *gloſſ. in d.
§. cum Prætor. verbo maximè, quam
ſequitur Bal. in l. 1. C. quom. et quand.
Iud. ſed Bart.* ſententia eſt verior, vbi
ſaltem præſumptiuè non interuenit
dolus Iudicis. Aut pars læſa non per
382 negligentiam, ſed propter neceſ-
ſarium impedimentum appellare
omiſit, & ei reſtitutio datur, ità di-

stinguit *Paul. in d. §. cum Prætor n.7.*
Si verò impedimentum non dolo, vel
383 negligentia, aut imperitia Iudicis,
sed casu proueniat, puta, quia
ipse Iudex adeò breuem ad agendum
dilationem constituit, vt intra hoc
tempus actor propriam intentionem
deducere nequierit, restitutio danda
esset *Mauric. de rest. in integ. cap.355.*
vbi respondet ad text. *in d. l. ait prætor.* quòd ibi loquitur in casu, quo
partes sint negligentes; & hanc sen-
tentiam vti æquissimam sequor, &
ità in Romana Curia passim seruatur,
384 vbi quadriennij lapsus non attendi-
tur de stylo Rotæ ex supra deductis
in cap.1. Et præsertim obseruatur in
Sacris Congregationibus, à pluribus
etenim S. R. E. Sapientissimis Cardi-
nalibus per sæpè audiui, se ob tempo-
rum, & dilationum angustias nun-
quam pati petire causas.
Si denique Iudex ob culpam ipsius par-
385 tis copiam sui non fecit, restitutio
locum non habet, & pars quæ ità fa-
ciendi Iudici causam dedit sibi impu-
tet est text. expressus *in l. sed & si per prætorem §. ait prætor ff. ex quib. caus.*
multa refert exempla *Odd. d. q. 13. art.6. per tot.*
Quòad verò instantiam iudicialem, re-
386 gulariter restitutio non competit *l. properandum in fin. C. de Iud. Bart. in auth. quæ supplicatio num. 3. C. de appell. & in l. arbitrio §. si dolo ff. de dolo.*
Et communis DD. resolutio est, quòd
si actori aliter subueniri non potest
387 restitutio ex hac generali clausula
ei in subsidium detur. Si verò aliter
succurri potest, secus, ità testatur
Alex. Salyc. in auth. si tamen in 2. oppos. C. de temp. appell. Rom. cons. 220. num. 9. Et nota quod postquam est
388 conclusum in causa, si Iudex intra
duos menses causam non expediat, &
de hoc pars instantiam faciat per Iu-
dicem stare dicitur, quò minus causa
expedita fuerit *Io: de Anic. cons. 149. num.7.*
Quæstio remanet circa impedimentum
389 Aduocati, Procuratoris, Notarij,
Executoris, vel baiuli, verum nimi-
rum sit iusta causa in integrum resti-
tutionis ex generali clausula; ad quam
omissis superfluis affirmatiuè respon-
deo, & est clarus text. *in l. ais prætor.*
& ibi gloss. ff. ex quib. caus. mai. vbi
notat *Fulgos.* quod non interuenire
Aduocatum est iusta causa restitutio-
nis aduersus temporis lapsum. Sic
igitur si ex impedimento Notarij,
390 quis Instrumentum habere non po-
tuit, restitui debet *Innoc. in cap. præterea de dilat. Bart. & communiter DD. in l. argentarius §. cum autem ff. de edendo Cuman. cons. 156. num.4. Paul. de Castr. cons. 135. lib. 2. Anton. Nicellus tract. de concord. gloss. nu.362.* si
Aduocatus, non obstante diligentia
391 partis, tempestiuè non interue-
niat, iustam restitutionis in integrum
causam præbet *Fulgos. dicta l. ait prætor §. deinde ff. ex quib. caus. mai.* Si
392 deputatus ad testes examinandos
sua desidia opportunè examen non
perfecit, læsus ad perficiendum exa-
men debet restitui *Mauric. de restitut. cap. 408. vbi plenè.* Et generalis sit
regula quod iustum impedimentum
393 Aduocati, Procuratoris, vel alte-
rius ministri iudicialis, sine quo causa
expediri non potest, iustam restitutio-
nis causam præbet; ita determinat
Oldrad. allegat. ab add. ad Alex. in l. quæsitum ff. de re indic. Fulgosius verò in l. 1. num.2. C. de rep. bon. poss. non
aliud vult dicere, quod ex impedi-
mento Aduocati Notarij &c. Non
propterea restituatur reus ad totam
causam, sed ad dilationem consequen-
394 dam intra quam fiat expeditio, quæ
nisi tale impedimentum obstasset, fa-
cta fuisset.
Quòd si impedimentum ab aliquo ter-
395 tio procedat, cuius persona nihil
commune habeat in causa, neque re-
quiritur ad eius expeditionem; nihil-
hominus iustam in integrum restitu-
tionis causam præbet. Et quidem
iniquum esset, quòd non succurratur
ei, qui absque vlla eius culpa in
damnum incidit *l. sed & si per prætorem §. si feria ff. ex quib. caus. mai.*
Quod intelligas, si non sit soluendo,
396 vel si sit soluendo, non tamen con-
tra ipsum læsus facilem regressum
habeat, ita *gloss. in l. arbitrio §. si cuius dolo ff. de dolo,* & ibi omnes *gloss. in auth. si appellatione C. de temp. appell. Paul. de Castr. in l. vnus §. si fons n. 5. de seru. rust. præd. Bart. & alij in dicta auth. si appellatione.* Est text. *in l. fin. ff.*

de eo

de eo per quem factum erit. Et singulariter *in cap. ex literis de rest. in integr.* Quòd si tertius, qui impedi-
397 mentum causauit sit soluendo, & contra eum sit facilis regressus, in integrum restitutio cessat, & læso datur actio in facto aduersus ipsum *d. l. arbitrio §. si cuius dolo ff. de dolo*. Præterquam aduersus Procuratorem, quod nota, vt idoneum, & diligen-
398 tem eligas, qui ex ignorantia actorum dominum læsit *Benintend. decis. 26. num. 7.*

Si denique sermo sit de impedimentis, quæ casu fortuito, Iuris, aut Naturæ necessitate contingunt. Videndum remanet qualiter in casu, ex generali clausula in integrum restitutio detur. Dico igitur, quòd vbi ex casu fortui-
399 to, vel ex consimili impedimento damnum resultat iustam in integrum restitutionis ex generali clausula causam præbet. *Text. est expressus in l. si cui*. ibi: *Et cæterorum, quæ casu contingunt*. Et est clara iuris Regula *in l. non enim ff. ex quib. caus. mai.* Verum requiritur, quod impedimentum præuideri, & euitari non potuerit,
400 aliter restitutio locum non habet. *Text. est in l. sed & si per Prætorem §. si feria ff. ex quib. caus. mai. et in l. non enim ff. eodem*.

Nec obstat opinio contraria, quia debi-
401 li, imò falso nititur argumento. Nimirum quòd magis hoc maiorum edictum, & restitutio, quæ indè datur priuilegiata esset, quam edictum & restitutio minorum; eò quòd minor aduersus damnum in quod casu, & fortuitò incidit non restituatur, vt
402 est expressum in *l. verum §. sciendum ff. de minor.* & dictum est supra *de rest. min.* Nam respondeo quòd, eò quòd minor aduersus damnum fortuitò contingens, ex edicto, & causa minoris ætatis non restituatur, ex hoc non bene inferri, quin restitui nequeat, vt quilibet maior. Et ratio est, quia læsio fortuitò proueniens non lædit minorem, vt minorē, magis quam quemlibet maiorem, quia quemlibet etiam maiorem casum fortuitum euitare non potuisse supponitur. Quinimò nota, quòd si
403 præsupponeretur minorem casum fortuitum euitare, & præuidere potuisse, nec fecisse, ex capite minoris ætatis ei restitutio competeret, quia inconsultò, & imprudenter se gessit, vt not. *Bald. in d. l. verum §. si locupleti ff. de min. Natt. cons. 548. num. 1. cum alijs relat. per Mauric. cap. 178. in fin.*

Ex his ergo colligas quòd mors Procu-
404 ratoris est iusta causa restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam causantem læsionem, vt habetur in *decis. diuers. decis. 271*. Et datur etiam
405 in spolio, & executionem impedit, vt dicit *Cotta decis. 289*. Quod dictum est de morte procuratoris ex identitate rationis verificatur in casu consi-
406 mili, vel vbi actuarius amisisset libellum, aut instrumentum, vel processus incendio perijsset, vt concludit *Mauric. cap. 364. 378. et 399.*

Dico secundo quòd si Iuris necessitate,
407 vel Statuti, aut Principis dispositione impedimentum proueniat, ex causa talis impedimenti restitutionem itidem dari *Text. est expressus in dicta l. sed et si per prætorem §. si feria ff. ex quib. caus. mai.* ibi enim constat ferias esse iustam causam restitutionis in integrum.

Hinc colligas quòd si is, qui pecuniam
408 in promptu, & paratam habebat, vt prædium redimeret, hanc verò pro necessitate Reip. Principis iussu expendit, ac propterea ipsum prædium redimere tempestiuè nequiuit, aduersus tempus redimendi hac de causa lapsum, ei ope restitutionis ex generali clausula succurritur *Mauric. cap. 398. et 332.* Quod à fortiori procedere puto si quis pecuniam ad fundi redemptionem paratam, in redemptionem filij, vel patris ab hostibus expendisset, vt plenè docet *Odd. de rest. part. 2. in quæst.* An aduersus præscriptionem conuentionalem detur restitutio.

Quòad impedimentum feriarum, an sit
409 iusta causa restitutionis ad euitandas difficultates cum distinctione est procedendum, vel loquimur de ordinarijs ferijs, quæ singulis annis statis temporibus indici solent, vtpotè sunt feriæ Messium, Vindemiarum, Paschatis &c. Et in casu restitutio non datur *dicta l. sed et si per Prætorem §. feria*

feriæ ff. ex quib. cauſ. mai. vbi DD. communiter, ait enim expreſſa *litera text. in dicto* §. *feriæ*, quod actor ſibi imputet, qui in eas incidit. Et eſt generalis iuris regula, quòd non ex-
410 cuſatur, qui non proſpicit id quod proſpicere potuit, & debuit *l. ſi quis domum* §. *idem quærat ff. loc.*

Aut loquimur de ferijs extraordinarijs,
411 repentinis nimirum. Et in caſu reſtitutio datur, vt colligitur *ex d.* §. *feriæ*, *vbi paſſim DD. Abb. in cap. fin. num.*8. *de fer. Bal. in cap. ex ratione num.*3. *de appell. & ibi Francus nu.*55. *Præpoſ. Alex. num.* 25. *Boich. in cap. transmiſſa num.*2. *de præſcript. Ferret. de Gabell. num.*306. & nemo diſcrepat etiam in caſu, quo feriæ fuiſſent in-
412 ductæ ab eo, qui ipſas inducere non poterat, ita *Alb. in d.* §. *feriæ*. Vel ſi inciderent in vltimam dilatio-
413 nis diem. *Spec. Tit. de fer.* §. *fin. ad finem*, quod intelligas, iuxtà diſtinctionem *Odd. de reſt. part.*1. *quæſt.*27. *art.*6.

Quòad impedimentum verò proueniens
414 ex prærogatiua, aut priuilegio aduerſarij, ſi ex cauſa talis priuilegij damnum immediatè reſultet, datur reſtitutio, alias non, ità docet *Bart. in l.*1. §. *nunciatio ff. de oper. nou. nunc. & DD. in cap. auditis, de reſt. in integr. Soc. tract. de Teſt. n.*126.

Dictum eſt de impedimentis iure ipſo prouenientibus, videndum de his, quæ naturæ neceſſitate contingunt. Et quidem naturale impedimentum,
415 ſeù ex vi cæleſti, quæ maior vis dicitur, proueniens, eſt iuſta cauſa reſtitutionis ex generali clauſula, vt patet ex text. cum exemplo *in l. Atilicinus ait, & ibi gloſſ. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & in l. ſi boues* §. 1. *ff. quem adm. ſeru. amit. & ibi, Alber.* Quare ſi quis ex inundatione fluminis, quæ fontis hauſtum, vel alteram ſeruitutem occupauit, ipſa vti non potuit,
416 poſt fluminis receſſum ex generali clauſula ei per reſtitutionem ſuccurritur, ità vt vſus, & quaſi poſſeſſio ſeruitutis interrupta non dicatur *gloſſ. in l. hoc iure* §. *ſi aquam verb. interrupta ff. de aqua quot. & æſt. Cepol. de ſeruit. ruſt. præd. cap.* 4. *nu.* 38. *Rip. in l. quominus num.*119. *ff. de flum. Menoch. de retin. poſſ. remed.* 6. *num.* 147. & 149.

Ampliationibus, & Limitationibus hanc concluſionem exornat *Odd. de reſt. p.*1. *q.*14. *art.*5.

Dubitatum fuit vtrum læſio enormis eſ-
417 ſet iuſta cauſa in integrum reſtitutionis ex generali clauſula, ſed quid, quid aliquid in contrarium ſenſerint, minime obſtante, ita determinant communiter DD. *in l. in contractibus C. ex quib. cauſ. mai.* dicentes: maioribus licitum in contractibus
418 vſque ad dimidiam iuſti prætij ſe decipere, quod intelligas de Iure Ciuili, nam Iure Canonico, & in foro Poli ad reſtitutionem etiam vnius quatrini tenentur. Si autem vltra
419 dimidiam læſio contingat, eſt introductū remedium iuris ordinarium, de quo *in l.* 2. *C. de reſcindenda vendit.* quod facit ceſſare reſtitutionem, quæ eſt remedium ſubſidiarium, & extraordinarium ſecundum aliquos. Sed non ceſſare tenent *Bal. Salij in l.* 1. *C. ſi adu. fiſcum Abb. in cap. cum dilecti num.* 4. & 5. *extr. de empt. & vend. Iac. de S.Georg. in dicta l.* 1. *num.* 5. vbi hanc ſententiam communem dicit, & quidem pro hac ſtat argumentum validiſſimum, quod vbi remedium ex-
420 traordinarium eſt pinguius ordinario, non ceſſat extraordinarium ob concurſum ordinarij *Bart. Ang. Cum. Alb. & alij in l. prouinciali ff. de oper. nou. nunc Abb. in d. cap. cum dilecti n.*5. approbantes hoc remedium reſtitutionis plenius eſſe. Concludo igitur quod ſit in arbitrio ipſius læſi, tenta-
421 re vel remedium extraordinarium reſtitutionis ex generali clauſula, vel ordinarium *l.*2. *C. de reſcin. vend.* plenè hanc materiam pertractat *Odd. de reſt. p.*1. *q.*17. *art.*3. & 14.

Circa ſpecialem dotis fauorem vtrum
422 ſit iuſta cauſa in integrum reſtitutionis. In contrarium ſtat text. expreſſus *in l.*1. *C. ſi adu. dotem, & in l. ſi ex cauſa* §. 1. *ff. de min.* Ex quibus iuris locis certò deducitur, non ità in reſtitutionis materia fauorabilem eſſe cauſam dotis, ſicut cauſa minoris ætatis. Non tamen exindè poteſt inferri, quod cauſa dotis per ſe non ſit fauorabilis, & ſaltem ex generali clauſula reſtitutionem mereatur, quod intrepidè dici poſſe puto, vbi iuris aliqua manifeſta deciſio nō repugnat:

Ex

Ex generali enim clausula solo fauo-
423 re dotis Iudex restitutionem concedere debet, ne scilicet, vel pereat in totum, vel diminutionem patiatur cum lucro alterius. Et quidem vbi quilibet etiam maior in conuentionibus circa res dotales, & in præiudi-
424 cium ipsius dotis factis, grauiter læderetur, licet de aduersarij dolo non constet, restitui ex generali clausula debet, vt probatur *in l. iure ff. de Iur. dot. Bald. nouell. de dot. priuil. 53. in fin. Ruin. consf. 26. num. 20. lib. 3: Paul. de Citad. de Iur. patr. part. 3. cans. 2. num. 33.* vbi hoc extendit ad dotes, & iura patronatus Ecclesiarum Mulieri itidem maiori, quæ cum sui
425 præiudicio, debitorem dotalem nouauit succurritur ex hac generali clausula. *Text. est expressus in l. si cum dotem §. si mulier ff. solut. matrim. vbi gloss. & DD. Bald. nouell. de dot. priuil. 53. num. 35.* Quod de vxore
426 dicitur militat in marito. Et hæc quòad causas, ex quibus tam ex edicto minorum, quam maiorum in integrum restitutio competit.

Mulieres, Milites, & Rusticos, vbi peritiores consulere non potuerunt in integrum restitutione dignos esse; non tamen excusationem mereri, si minus expendendi gratia Aduocatunculum consulant, malumque consilium repottent satis euidenter patet ex dictis; cum legi peritiorum consilium exposcenti solum satisfactum dicatur, si peritiorum, idest illorum, de quibus fama sit, quod sint periti, Iudicium, & consiliũ quæsitum fuerit. Vt equidem dixi Causidicorum plenæ sunt Curiæ, sed Iuris Peritorum steriles, nec omnium consilio propria sunt credenda negotia aliter, si res nostræ malè se habent, nobis ipsis vti
427 incautis, & nostrarum litium, & malorum causam tribuamus. Quod vt de facili euitare possimus, prout supra pollicitus fui, illorum nomina recenseo, qui Romæ vti Aduocati de Iure respondent, & quorum consilium est omni exceptione maius. Inter igitur Romanæ Curiæ Aduocatos speciali prærogatiua pollent, qui di-
428 cuntur Consistoriales, Collegium à cæteris distinctum constituentes. Vndè Alex. VII. decreto ptiuatiuè quòad alios Cappæ perforatæ, seù mantelloni vsum habent, condignumque fuit speciali prærogatiua fulgentibus à cæteris Curialibus distinctum habitum decernere. Quamuis enim verum sit, quòd habitus non facit Monachum, & consequenter delatio Cappæ perforatæ non faciat Aduocatum. Negari tamen non potest, quòd habitus distinguat Monachum à Monacho, & mantellonum Aduocatum ab Aduocato. Cæterum de Aduocatorum Consistorialium Collegij Origine, Antiquitate, Nobilitate, Iurisdictione, & Officio tam disertè scripserunt *Carol. Carthar. in Syllab. Aduoc. Consist.* & de Rubeis in *Defensore Rediuiuo*, vt alijs nihil dicendum reliquerint. Hoc autem Insigne Collegium in presenti constituunt.

Carolus Cartharius Vrbeuetanus, eius-
429 dem Collegij Decanus, Archiuij Apostolici Arcis S. Angeli Præfectus, clara nominis fama, non minus Iuris prudentiæ, quam Historicæ eruditionis professor; summus veritatis, & rei literariæ cultor, ab omni fuco, & mendacio alienus, supremæ integritatis vir, Genitoris sui Iuliui Cartharij Atauorumque suorum doctissimorum laborum, & operum testimonio vniuerso Orbi præclarissimorum, hæres, doctrina, & sapientia Insignis, qui in *Aduocatorum Sacri Consistorij Syllabi* præclara editione tantam, quaqua versum laudem promeruit, vt multis ex obscura vetustate in lucem prolatis, fidelis antiquitatis obseruator appellari possit: cui
430 similem agnoscas *Antonium Stephanum*, filium Nobilissimæ Intrecciatorum Accademiæ Principem virtutis fastigium in Patris, & Aui vestigijs faustissimè conscendentem.

Carolus Montecatinus Ferratiensis, vir
431 accertimi Iudicij, & præstantissimi ingenij, quem ab Aduocatione Consistoriali ad res maximas euocatum, inter vtriusque Signaturæ Referendarios ab Alexandr. VII. cum Aduocationis retentione adscriptum, ne Aduocatum quæras: nam æditioribus Ecclesiasticæ Ditionis muneribus, & gubernijs perfunctus, Excelsi animi Præsul, incomparabili integritate Perusij guberniio inuigilans non iura

iura scrutatur, sed dicit; non lites parrocinatur, sed dirimit.

Marcus Antonius Burattus Romanus
432 Varicanæ Basilicæ Canonicus, Bibliothecæ Romanæ Vniuersitatis Præfectus eximia rerum ciuilium cognitione præstantissimus, quem Alex.VII. beneficientia ex Aduocato Consistoriali inter Vtriusque Signaturæ Refendarios, cum Aduocationis retentione adscriptum, Prælatitia dignitate fulgentem, ne causarum patronum quæras; nam à Clem. IX. Prolegatus Apostolicus Bononiam missus, ibi etiam in difficilimis per obitum eiusdem Clem. IX. temporibus naturali sua morum amenitate Bononiensibus suaue, Sedi verò Apostolicæ integerrimum, atque fidele ministerium præstitit; mox à Clem. X. Congregationi Boni Regiminis addictus, audiendis Ecclesiastici Status negotijs præest.

Nicolaus Seuerolus Fauentinus, qui
433 inter primarios Vrbis Aduocatos semper floruit, Iuris peritorum eloquentissimus, Iuris eloquentium peritissimus, & exactissimus, Causarum Patronus eximius; consilio, integritate, humanitate, & Iustitia, inter Vrbis, & Orbis Iurisconsultos, omnium sententia consultissimus; Collegij Aduocatorum Consistorialium decus, Vir grauis nedum iuris, sed & omnigenæ eruditionis multiplici lectione versatus: cuius fama, necnon proprijs virtutibus eminet
434 R.P.D. Marcellus Seuerolus Filius ingenij acumine nemini secundus, ab Alex.VII. Aduocatione Consistoriali vti patris Coadiutor decoratus, à Clem. IX. inter V. S. Referendarios relatus, mox à Clem. X. Congregat. Boni Regiminis addictus, vtilissimarũ dissertationũ operi actualiter intentus.

Eusebius de Eusebijs Reatinus, Paupe-
435 rum Aduocatus Vir animi probitate, amenitate ingenij, & suauitate morum omnibus vbique carus; qui tanta nominis claritate semper Aduocationem exercuit, vt Sacri Romanæ Rotæ Areopagi elogio vsque de Anno 1637. dignus factus, prout colligirur ex *Romana Alimentorum inter recent. p. 7. decis.* 194. vberiori elogio non indigeat.

Iulius Cæsar Fagnanus, Iuris, scientia
436 consilio, & prudentia laudabilis, in Aduocationis munere nemini secundus, & in responsis reddendis Antesignanus meritissimus, proprijs virtutibus, & R. P. D. Prosperi Fagnani Patrui meritis Clarus, qui nunquam intermissis vigilijs catentatisque laboribus summa integritate, & prudentia maiora Sedis Apostolicæ munera gessit, & nunquam interitura gloria inter cæteros Romanæ Aulę sapientes eminet ob Aurea in v. Decretal. lib. edita Commentaria, cuius vestigijs insistens Ioannes Franciscus
437 Fagnanus Iulio Cæsari Patri à Clement.X. in Aduocatione Consistoriali Coadiutor datus, virtutis & ipse fastigium conscendet.

Iacobus Gregorius de Rubeis Romanus
438 Vir singularis ingenij, qui ab Alexandro VII. Sapientum fautore Petro Francisco Patri in Aduocatione Consistoriali Coadiutor statutus, à Clem.X. V. S. Referend. Prælatura decoratus, & Contradictarum, cum retentione Aduocationis officio præfectus, propria dignitate, & nunquam interitura Patris sui gloria clarescit. Petri enim Francisci de Rubeis è Sabinis oriundi die 12. Settembris labentis Anni 1673. e viuis sublati quanta fuerit iactura, ne dum Romani, sed exteræ quæque nationes agnoscent. Vir etenim fecundus memoria, fa-
439 cundia redimitus, vtriusque Iuris Scrutator diligentissimus maxima nominis celebritate clarescens recun. ditas leges, & ignotas iurium materias illustrando, verus Iuris prudentiæ Pater, veritatis Doctor, & Romanæ Curiæ Oraculum vocari dignus fuit, suæque doctinæ fama non modò Italiam, sed remotas quoque Prouincias implens eius opera, atque consilio, veluti viri integerrimi, & super omnes Sapientissimi in maximis, & arduis Sedis Apostolicæ negotijs Paulus V. Vrb.VIII. Innoc.X. Alex.VII. Clem.IX.& Clem.X., sub cuius fælicissimo Pontificatu Christiana Respublica respirat, vsi fuere, quodque mirum fuit in Viro nunquam intermissa laborum, & librorum contrectatione elaborato, in extrema Senectute constitu-

stituto, corporis viribus destituto, octogenario maiore, Sapientiæ amor, animi acies, memoriæ virtus, & ingenij acumen nunquam consenuisse omnibus satis compertum est.

R. P. D. Prosper Bottinus Lucensis, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, Vir
440 oculati Iudicij, ingenij fælicitate, doctrina, & integritate præstans, qui dum magna nominis celebriate Consistorialis Aduocati officio fungebatur, ea suæ prudentiæ, & virtutis fecit auspicia, vt Clemens X. proborum Fautor, ipsum de Republica benemeritum, doctrina, iudicio, & rerum vsu præfulgentem Pontificij Auditoratus munere, quod integerrimè ius dicendo gerit, ac Prælatitia simul dignitate cohonestauerit, & R. P. D. Franciscо de Rubeis Sapientum Oraculo, è viuis sublato in Aduocatione Fiscali, & Fidei Promotoratu dignum Successorem statuerit: cui non absi-
441 milem agnoscas *Ioannem Bapt. Bottinum* Nepotem, à Clem. IX. ei in Aduocatione Consistoriali Coadiutorem statutum, Virum in amænioribus literis, Philosophia, & Theologia præstantem, vtriusque Iuris cognitione Illustrem, & causarum patronum oculatissimum.

Alexander Capraria Bononiensis, eru-
442 ditionis elegantia, Ingenij fælicitate, & in consulendo prudentia nemini secundus; qui à gloriosæ memoriæ Cardinali Sacchetto Viro Sapientissimo, & Constantissimo Signaturæ Iustitiæ Auditorio præfectus, eiusdem contubernio vsus, ab ipso veritatem, animi magnitudinem, & prudentiam sedulo didicit; adeòque illius virtutes semper diligenter imitatus fuit, vt Alexandri VII. beneficentia inter Sacri Consistorij Aduocatos adscriptus, Iuris scientia, & prudentia laudabilis inter primarios Vrbis Aduocatos habeatur.

Vrbanus Spretus Rauenatensis, cuius
443 egregias animi dotes, vel simplex nomen indicat, qui postquam Summa laude, & prudentia, gloriosæ memoriæ Cardinalis Imperialis tunc Vrbis Gubernatoris, spectatæ integritatis, incomparabilis Iustitiæ, & virtutis Herois à nemine satis vnquam laudati, Auditoris munus gerens Romæ ius dixisset, à Clem. IX inter Consistoriales Aduocatos adscriptus singularis probitatis, sani consilij, præstantis doctrinæ experimentum præbet.

Alexander de Vecchis Senensis eximia
444 vtriusque Iuris cognitione Illustrismorum elegantia, ingenij fælicitate, actionum grauitate, gratia in consulendo, super omnes nostri Eui Iuris consultos præstans, qui in Patria non exigua sui nominis fama Iura publicè professus, Romam se recipiens, causarum patrocinio summa integritate, doctrina, iudicio, ingenio, atque consilio insistens à Clem. X. Sapientum Altore, Sacri Consistorij Aduocati munus sibi delatum accipiens, Romanæque Vniuersitatis Rectoratum vigilantissimè gerens, Iuris prudentia, & eruditione præstantissimus, sicut Iura in celeberrimis Senarum Academijs publicè interpretatus, ita de Iure Romæ in foro respondendo, & Aduocationis Consistorialis munus gerendo, inter excellentiores locum obtinet.

Federicus Caccia Mediolanensis, in-
445 comparabili integritate, morum Suauitate, diligentia, Historiarum cognitione, & vtriusque Iuris Scientia adeò insignis, vt virtus, & gratia, in eo certatim primum locum contendant, vtraque Amoris, vtraque singularis æstimationis illicium, qui à Clem. X. ingeniorum Fautore celebri eius virtutum fama per moto inter Aduocatos Consistoriales relatus. Vir sanè doctissimus maiorum suorum splendore illustris, præclaris tamen ingenij sui dotibus supra genus ipsum emicat; & vt verum fatear in Iuris difficultatibus enucleandis, in opportunis consilijs præstandis, vt alia eius ornamenta sileam, ei æquales dari, cautiores verò adinueniri non posse arbitror.

Præter Curiæ Aduocatos, qui Consisto-
446 riales vocantur, alios habemus laudatissimos viros, causarum patronos oculatissimos singularis famæ, æstimatione prælarissimos, quorum nomina

Ordine Alfabetico refero.

Alexandrum Brugiottum.

Aloysium Iacobellum.

Ange-

Angelum Ridolfinum.
Antonium de Philippo.
Antonium Pintum.
Carolum de Comitibus.
Carolum Ferratium.
Ciriacum Lancetta.
Cosmum Carbonum.
Dominicum Stanghelinum.
Franciscum Ptolomeum.
Franciscum Stanchum.
Franciscum Farinellium.
Gabrielem Philippuccium.
Gregorium Ridolfinum.
Hieronymum Francefchinum.
Horatium Bataglia.
Iacobum Bernardinium.
Ioannem Baptistam de Luca.
Ioannem Baptistam Arighum.
Ioannem Thomam Sabatinum.
Ioannem Tauernarinum.
Ioannem Vrsum.
Ioannem Baptistam Quarantam.
Ioannem Ianium.
Ioannem Rasponum.
Ioannem Franciscum Capellium.
Ioannem Scipionē de Bl'Santronchetū.
Iosephum Sabellicum.
Iosephum Antonium Pilaia.
I. P. Quintilium.
Iulium Caccialupum.
Lanfranchum Zachia.
Marium Finium.
Marcellum Antonium Lunarium.
Nicolaum Compagnum.
Nicolaum Grapellium.
Petrum Ceretanum.
Petrum Paccionum.
P. P. Salamonium.
Serafinum Maffinium.
Siluium Torellum.
Thomam Prouenzales.

Nec desunt alij prædictis Scientia, & Ingenio pares, quorum ætas, & occupatio nimium florens, magis facundum præconium à fœliciori calamo expectabit. Inter præfatos verò, vt alias Io: Baptistæ de Luca virtutes
447 silentio præteream, ipsum de Republica benemeritum agnoscas ob luculentos Tractatus in lucem editos, in quibus non minus Bartoli, quam Baldi eruditio fulget, at meus sistat calamus, vbi in veritatis Theatro tot eruditissimi discursus ab eo prælo dati *de Feudis, de Regalibus, de Iurisdittione, de Seruit. Emphit. & Locat. de Vsuris, de Dote, de Donat. de Credit. & Debit. de Testam. de Fideicom. de Legat. de Benef. Eccl. de Iur. patr. Regul. & Monial. de Matrim. Sponf. & Diuort. de Decim. Oblat. & Elemof. de Immunit. Eccl. & de Iudic.* quasi tot aureæ linguæ eximias eius virtutes, vndequaque celebrant.

ARGVMENTVM

Per quos, contra quos, & coram quo in integrum restitutio peti possit. Vbi exponitur, qui nam sint Iudices Ordinarij Romanę Curię, eiusdēque Praxis deducitur, nec non explicantur verba cap. 50. Stat. Vrb. in quo agitur de causis restitutionis in integrū etiam maiorum, & quomodò in illis procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Sine partis instantia Iudex in integrum restitutionem concedere non potest.*
2 *Causa cognita solum conceditur restitutio.*
3 *Restitutio non datur inuitis, si sit principaliter concedenda.*
4 *Papa, & Imperator sine petitione partis, principaliter in integrum restitutionem concedere possunt.*
5 *Supremi Principes Superiorem non recognoscentes, etiam non petenti restitutionem concedere possunt principaliter.*
6 *Iudex etiam non petenti in integrum restitutionem concedere potest incidenter.*
Tacitè restitutionem petit, qui principale negotium agit. ibid. n.6.
7 *Minor per se ipsum restitutionem petere potest, cum authoritate Curatoris.*
8 *Minor sine Curatore in iudicio stare non potest.*
9 *Filius familias minor in petenda restitutio-*

tutione Patris consensum adhibere debet.

10 *Excommunicatus restitutionem per se ipsum petere nequit.*

11 *Reijcitur ambiguitas Rotæ in nouis* decis.7. de except.

12 *Excommunicato non est restitutio deneganda, sed per se non potest petere.*
Excommunicatus si sit reus per viam exceptionis etiam per se restitutionem potest petere. ibid. num.12.

13 *Excommunicato restitutionem per se petere licet si non principaliter, sed incidenter faciat in causa, in qua ab initio in iudicio stare potuit.*
Communis opinio stat in contrarium. ibidem num.13.

14 *Regula est quòd excommunicatus solum incidenter per viam exceptionis in integrum restitutionem petere potest.*

15 *Bannitus non potest per se petere restitutionem.*
Restitutio est remedium iuris positiui à quo Banniti sunt exclusi. ibid. n. 15.

16 *Banniti nec incidenter possunt restitutionem petere.*

17 *Impeditus à lege, vel per se ipsum, restitutionem petere nolens, per alium petere potest.*
Pupillus per Tutorem, minor per Curatorem restitutionem petit. ibidem num.17.

18 *Per quemlibet legitimum administratorem restitutio peti potest.*

19 *In Tutore, Curatore, vel legitimo administratore ad petendam restitutionem speciale non requiritur mandatum.*

20 *Simplex Curator bonorum sine speciali mandato restitutionem petere potest.*

21 *Minor vt restituatur in criminalibus personaliter comparere tenetur.*

22 *Maiores per Procuratorem in integrum restitutionem petere possunt.*

23 *In* Criminalibus *per se restitutio peti debet.*

24 *Reus admissus in criminalibus ad se defendendum per procuratorem per eumdem restitutionem petere potest.*

25 *Procurator ad petendam restitutionem speciale mandatum habere debet.*

26 *Mandatum generale cum clausula ad agendum, defendendum, supplicandum sufficit in Procuratore, vt restitutionem petere possit.*

27 *Item generale mandatum cum clausula quod possit facere omnia, quæ facere possunt qui habent mandatū speciale.*

28 *Item generale mandatum cum libera.*

29 *Regula* §. fin. in l. illud ff. de min. *raro locum habet. Et quomodò.*

30 *Ad petendam restitutionem de stylo Regni generale mandatum sufficit.*

31 *In Procuratore de rato promittente non requiritur mandatum speciale:*

32 *Procurator Fisci sine speciali mandato, eius nomine restitutionem petere potest.*

33 *Procurator Vniuersitatis absque speciali mandato eius nomine restitutionem petere potest.*

34 *Deputatus ad vniuersitatem causarum propriè dicitur Syndicus, seu Procurator Vniuersitatis.*

35 *Procurator cum mandato ad causam sopitam reintegrandam, potest restitutionem petere ad illam suscitandam.*

36 *Mandatum generale cum clausula ratihabitionis sufficit pro petenda restitutione.*
Sententiam contrariam sequitur Couar. quæ est verior. ibid. n.36.

37 *Speciale mandatum non requiritur in Procuratore, qui excipiendo restitutionem petit.*

38 *Idem in Procuratore restitutionem petente aduersus sententiam latā in causa, in qua ipse fuit procurator.*

39 *Non requiritur mandatum speciale in restitutione petenda pro minore prodigo.*

40 *Non requiritur speciale mandatum, si agatur contra petentem restitutionem.*

41 *Idem si restitutionem incidenter petat.*

42 *Reijcitur illorum sententia, qui ad petendam in integrum restitutionem mandatum in indiuiduo exigi asserunt.*

43 *Specialiter mandatum, etiam dicitur nominatim mandatum.*

44 *Mandatum generale ad petendam in integrum restitutionem contra quamcumque personam non sufficit, secundum Bart.*

45 *Mandatum speciale ad petendam restitutionem contra certam personam licet sit generale quòad causas sufficit, ex doctrina Bart.*

Communis DD. Opinio indistinctè procedit, quòd in Procuratore ad restitutionem petendam speciale mandatum sufficiat, nec aliter iudicandum. ibidem num. 45.

46 *Pater restitutionem pro filio petere potest, vbi de filij voluntate tacita, vel expressa constat.*

47 *Pater est legitimus administrator bonorum filij, & plusquam Tutor, & Curator.*

48 *Pater pro filio ipso inuito restitutionem petere non potest secundum aliquos.*

49 *Communis Opinio stat in contrarium.*

50 *Ecclesiarum, & Ciuitatum Administratores restitutionem petere possunt sine speciali mandato.*

51 *In Prælatis, & Oeconomis Ecclesiarum restitutionem petentibus non exigitur speciale mandatum.*

52 *Prædicta procedunt tam in restitutione ex edicto minorum, quam ex edicto maiorum.*

Speciale Capituli mandatum exigitur aduersus restitutionem actus cum consensu totius Capituli. ibidem num. 52.

53 *Consanguinei, & Affines sine speciali mandato non admittuntur ad petendam restitutionem.*

54 *Coniuncti pro adolescente simplicis vita, etiam illo inuito, & sine speciali mandato ad restitutionem petendam admittuntur.*

55 *Consanguinei, & Affines si ex beneficio restitutionis interesse prætendant, admittuntur sine speciali mandato.*

56 *Idem dicendum respectu cuiuslibet extranei.*

57 *Restitutio datur contra eum, à quo processit læsio.*

Peti potest contra hæredem illius aduersus quem capit competere. ibidem num. 57.

58 *Contra singulares successores restitutio datur.*

Procedit conclusio tam in restitutione minorum, quam in restitutione maiorum. ibid. n. 58.

59 *Contra tertios possessores restitutio in subsidium competit.*

60 *Restitutio in integrum in rem scripta dicitur.*

61 *Perpenditur distinctio text.* in l. in causæ la 1. §. fin. ff. de min.

62 *Contra tertium possessorem restitutionis beneficium indistinctè competit si minoris intersit rem venditam potius habere, quam pretij supplementum.*

63 *Contra secundum, tertium, vel etiam vlteriorem possessorem datur restitutio si rem ab initio à minore venditam fuisset.*

Non attenditur in casu, an primus emptor sit soluendo, nec ne. ibid. n. 63.

64 *Contra tertium possessorem minori restitutio competit, si primus emptor non est soluendo.*

65 *Quæ dicta sunt de restitutione contra tertium possessorem fauore minoris, procedunt etiam in restitutione maiorum.*

66 *Minor petens restitutionem aduersus primum emptorem tertium quoque possessorem citare debet, vt sibi pro suo interesse prospiciat.*

67 *In Gallia minor contra primum emptorem, & tertium possessorem solet literas impetrare.*

Ex consuetudine Galliæ in eodem iudicio, rescindens, & rescissorium cumulatur. ibid. n. 57.

68 *Minor aduersus tertium possessorem restitui petens, non auditur nisi refectis expensis, in re illa factis.*

69 *Limita in expensis adeò grauibus, pro quibus reficiendis minor res maiores, vendere cogeretur.*

70 *Contra patrem, vel dominum illius à quo læsio processit restitutio competit.*

71 *Limita quatenus in rem Patris, vel domini aliquid versum sit, vel de eius peculio aliquid habeat.*

72 *Contra fideiussorem tam suum, quam aduersarij, minori datur restitutio.*

73 *Contra mandatorem non datur restitutio.*

74 *Contra creditorem, & contra fideiussorem simul, Tutius est minori restitutionem petere.*

75 *Supremus Princeps restitutionem concedit.*

Habentes ordinariam iurisdictionem in integrum restituere possunt. ibid. num. 75.

76 *Aduersus sententiam latam à Procuratore Principis, solus Princeps restituit.*

77 *Item*

tutione Patris debet consensum adhibere.

77 *Item adversus sententiam Vicarij Principis, vel Delegati à Principe.*

78 *Ubi læsio, vel ætas est semiplenè tantum probata, solus Princeps restituit.*

79 *Solus Princeps dat restitutiones ex mera gratia.*

80 *Iudices non habentes administrationem Iurisdictioni coniunctam, restituere non possunt.*

81 *Limita in casu, quo ex privilegio hanc facultatem expressam habeant.*

82 *Limita etiam, si partes consentiant.*

83 *Hodie abrogato Iure Digest. de Iure Cod. Magistratus municipalis restituere potest.*

84 *Delegatus à Principe restituere potest.*

85 *Delegatus à Iudice Ordinario, solam incidenter restitutionem concedit.*

Limita in causa restitutionis ei specialiter commissa. ibidem n.85.

86 *Refertur opinio Vacon. asserentis causam restitutionis quomodocumque delegari posse.*

87 *Iudices Ordinarij tam de Iure veteri, quam novo possunt delegare causas restitutionis.*

88 *Iure Veteri causa restitutionis sub generalitate aliarum causarum delegata, à Iudicibus delegatis cognosci non poterat. Secus hodie de Iure novo.*

89 *Præfata procedunt tam in restitutione minorum, quam in restitutione maiorum.*

Delegati non possunt restituere principaliter, & de Rescripto Signaturæ Iustitiæ. ibidem num.89.

Quilibet Iudex potest incidenter restituere, & quomodò dicatur incidenter petita restitutio. ibid. n.89.

90 *Subdelegatus à Delegato Ordinario in integrum restituere non potest.*

91 *Subdelegatus à Principis delegato in integrum restituere potest.*

92 *Causa restitutionis in integrum non potest voluntariè compromitti.*

Arbiter, seu Arbitrator non potest in integrum restituere. ibidem n.92.

93 *Iubente statuto causas inter Cives esse compromittendas, causa restitutionis in integrum etiam compromitti debet.*

94 *Arbiter deputatus à statuto habet iurisdictionem, & censetur delegatus à iure.*

95 *Restitutio adversus sententiam, & rem iudicatam petenda est coram iudice à quo, vel ad quem, prout iure cautum est.*

96 *Restitutio ad dissolutionem contractus petenda est coram Iudice rei.*

Actor sequitur forum rei. ibidem num.96.

97 *Restitutio ad observantiam contractus peti debet coram Iudice loci contractus.*

98 *Adversus reum, qui non est in loco contractus, sed alibi ex proposito latitantem aut vagabundum in integrum restitutio peti potest.*

99 *Sive agatur ad rescissionem, sive ad observantiam contractus, actor semper sequitur forum rei.*

100 *Adversus reum stantem in loco contractus, coram Iudice loci contractus petenda est restitutio.*

101 *Ecclesia coram Ecclesiastico Iudice restitutionem petere potest, quamvis non sit forus rei conventi.*

102 *Clericus restitutionem petens adversus laicum, potest illam petere coram Iudice Ecclesiastico, quamvis agatur de rebus sui patrimonij.*

Reijcitur Sententia Covar. in contrarium. ibidem num.102.

103 *Ex consuetudine Franciæ actor habet in electione utrum velit Regias impetrare literas coram Iudice domicilij defensoris, vel ubi sita est res adversus quam petitur restitutio.*

104 *Ecclesia adversus alteram restitutione petente, adeundus est Iudex Ecclesiæ, quæ rei vices sustinet.*

105 *Reijcitur Sententia* gloss. in l. 2. ff. de eo quòd cert. loc. *quæ tradit in decidenda causa restitutionis in integrum, attendi debere ius loci, ubi iudicium agitur.*

106 *Locus contractus non iudicij inspicitur, in his quæ spectant ad causæ decisionem, non verò iudicij ordinem respiciunt.*

107 *Iudex Ordinarius adversus propriam sententiam restituere potest.*

108 *Delegatus ab Ordinario regulariter contra sententiam propriam restituere non potest.*

109 *Limita in casu quo generaliter, vel spe-*

specialiter expressum esset, quòd restituere posset.

110 *Delegatus à Principe potest restituere contra propriam sententiam.*

111 *Delegatus à Principe, respectu illius causæ, est quolibet Iudice Ordinario maior.*

112 *Refertur Anch. sententia, quòd à Sententia sui Delegati solus Princeps restituat.*

113 *Concordantur opiniones inter se diuersæ. An delegatus Principis aduersus propriam sententiam possit restituere.*

114 *Iudex inferior aduersus Superioris Iudicis sententiam restituere non potest.*

115 *Iudex minor restituere non potest aduersus contractum in cuius celebratione maioris Iudicis auctoritas intercessit.*

116 *Siuè appellatio petatur incidenter, siuè principaliter.*

117 *Iudex æqualis legitimè restituit contra Sententiam alterius æqualis.*

118 *Episcopus à Sententia Vicarij, Vicarius à Sententia Episcopi restituere potest.*

119 *Episcopus, vel eius Vicarius aduersus propriam Sententiam restituere potest.*

120 *Vicarius Foraneus aduersus prolatam Sententiam restituere non potest.*

121 *Rei restitutio, seù causa expeditio coram illo iudice peti debet, coram quo petita est restitutio in integrum.*

122 *Ex Statuto Vrbis non solum minores, sed & maiores in integrum restitui debent.*

123 *Minoribus absque legitima causa, maioribus non nisi ex iusta causa beneficium restitutionis conceditur.*

124 *Qui vigesimum ætatis Annum excedunt ex Statuto Vrbis pro maioribus habentur in omnibus, & per omnia.*

125 *Iura loquentia de maioribus Annorum vigintiquinque locum sibi vindicant in maioribus annorum viginti.*

126 *Dispositio Statuti Vrbis in terminis maioris ætatis non comprehendit forenses, sed solum originarios, vel domicilium habentes in districtu iurisdictionis Statuti.*

127 *Cap. 50. Stat. Vrbis vti decisorium non extenditur ad forenses.*

128 *Maior viginti annis ex Stat. Vrb. excluditur à petitione restitutionis in integrum, ac si esset maior annorum 25.*

129 *Maiori viginti annis non est prohibita in integrum restitutio ex clausula generali, etiam attenta dispositione Stat. Vrbis.*

130 *Statutum Vrbis contra dispositionem Iuris Communis maiores 20. annis, vult maiores per omnia, ac si compleuissent annum 25.*

131 *Ficti maiores, in alienatione rerum immobilium regulariter non habentur pro maioribus, nisi hoc sit in Statuto expressum.*

132 *Miores viginti annis ex Stat. Vrbis etiam quòad alienationem immobilium habentur pro verè maioribus.*

133 *Sub Romano Cælo pueri citius adolescunt.*

134 *Romæ facillimum est proficere in studijs, & rerum vsu.*

135 *Ex Statuto Vrbis maiores annorum 20. liberam rerum suarum administrationem habent.*

136 *In integrum restitutio coram Iudice Ordinario, qui reo sit competens duntaxat peti potest.*

137 *Qui sit Iudex Ordinarius designatur.*

138 *Iudex Ordinarius ad effectum concedendi restitutionem in integrum, iurisdictionem administrationis habere debet.*

139 *Cardinalis Camerarius est Iudex Ordinarius Vrbis.*

140 *Cardinalis Camerarij Iurisdictio restringitur ad ea, quæ respiciunt interesse Cameræ Apostolicæ.*

141 *Bis in hebdomada fit Camera.*

142 *Cameræ Clerici iurisdictionem habent in concernentibus interesse Cameræ.*

143 *Cameræ Apostolicæ Clerici iurisdictionem non habent vti singuli, sed Collegialiter.*

144 *Sac. Romanæ Rotæ Auditores non habent iurisdictionem vti singuli, sed Collegialiter.*

145 *Tribunali Cameræ Signatura Iustitiæ non solet rescribere, sed ipsa Came-*

Camera causas per Turnum distribuit, & quomodò.

146 *Cameræ Clerici particularia officia habentes, vti singuli in eorum officijs iurisdictionem habent.*

147 *Auditor Cameræ in Vrbe iurisdictionem habet ordinariam.*

148 *In Romana Curia A. C. iurisdictio vbicumque extenditur, & inhibet omnibus alijs Iudicibus, exceptis Basilicarum.*

149 *Auditor Cameræ, & Auditor Contradictarum sunt Iudices Ordinarij à Papa substituti.*

150 *Cardinalis Vicarius est Iudex in Vrbe Ordinarius Clericorum, Religiosorum, Piorum locorum, & eorum bonorum.*

151 *Si agatur vigore obligationis Cameralis contra Clericum, vel alterum de iurisdictione Vicarij, Vrbis, est locus præuentioni inter ipsum Vicarium, & A.C.*

152 *Cardidalis Vicarius est Iudex hebreorum in causis Ciuilibus inter ipsos, & contra eos.*

153 *Si agatur vigore obligationis Cameralis contra hebreum A. C. priuatiuè, quoad alios est Iudex competens.*

154 *Hebreorum Bancheriorum Iudex est Cardinalis Camerarius.*

155 *Gubernator Vrbis est Romanæ Curiæ Iudex Ordinarius.*

156 *Gubernatoris Vrbis spectat cognitio causarum mercedis, neque ab eius Sententia datur appellatio.*

157 *Si appellatum sit in causa mercedis à Sententia Gubernatoris Vrbis Signatura rescribere solet cum clausula,* sine præiudicio legitimæ executionis, vel non retardata executione.

158 *In causis mercedum non auditur pars nisi facto actuali deposito, vel data idonea cautione in forma depositi.*

159 *Senator Vrbis est etiam Iudex Ordinarius.*

160 *Ciues Romani solum in Curia Capitolina conueniri possunt, si tamen non agatur ex obligatione Camerali, quo casu esset locus præuentioni inter Curiam A.C. & Capitolinam.*

161 *Quoad priuilegium fori nulla est differentia inter Ciues, & incolas.*

162 *Vrbis incola ad instar Ciuis Romani conueniri debet in Curia Capitolina.*

163 *Limita in Incola Curiali, vel Campsore.*

164 *Thesaurius Cameræ est Romanæ Curiæ Iudex Ordinarius, & Spoliorum in Italia, nec non locorum montium &c.*

165 *Marescialllus, & Soldanus Vrbis sunt Iudices Ordinarij, & quomodò.*

166 *Iudex Burgi in prima instantia iurisdictionem habet in causis habitantium in Burgo, nisi agatur ex obligatione Camerali.*

167 *Iudices Ordinarij Romanæ Curiæ possunt in integrum restitutionem concedere.*

168 *In Rota omnes causæ cognoscuntur, vti commissariæ.*

169 *Iudex Fabricæ S. Petri habet iurisdictionem ordinariam in causis Fabricæ, quas summariè cognoscit priuatiuè quoad alios.*

170 *Iudices Orphanorum, Neophitorum, & Fatuorum cognoscunt causas dictorum locorum, quoad alios priuatiuè.*

171 *Iudices Basilicarum S. Petris S.Ioannis in Laterano, & S.Mariæ Maioris habent facultates amplissimas.*

172 *Facultates Iudicum S. Petri, S.Ioannis in Laterano, & S.Mariæ Maioris restrictæ sunt, vbi agitur de interesse ipsarum Basilicarum.*

173 *Pro remissione causarum in facultatibus Iudicum Basilicarum comprehensarum sit recursus ad Præfectum Signaturæ Santissimi.*

174 *Præfectus Signaturæ Iustitiæ, vbicumque est contentio de iurisdictione ad Iudices suos causas remittit.*

175 *Senator Vrbis est Supremus, & Ordinarius Iudex inter Capitolinos.*

176 *Collaterales Capitolini in foro ciuili omnia facere possunt, quæ sunt permissa Iudicibus Ordinarijs.*

177 *Restitutio in integrum à Procuratore sine speciali mandato peti principaliter nequit.*

178 *Sufficit mandatum datum ad principalem causam ad hoc vt Procurator restitutionem in integrum impetrare possit.*

179 *Ampla vbi in mandato procuræ adessent clausulæ,* Ad agendum, defendendum &c.

180 *Vbi primum iudicium est ordinarium in cognitione causæ restitutionis in integrum ordinariè proceditur, ex Stat. Vrb. si tamen esset summarium, summariè esset procedendum.*

181 *Restitutio in integrum principale negotium subsequitur.*

182 *Causa semel summaria in quacumque instantia, & coram quocumque* Iu*dice semper talis remanet.*

183 In *integrum restitutio non retardat executionem obligationis Cameralis.*

184 *Ex Stat. Vrb. Duę sententiæ conformes habent vim trium, & faciunt rem indicatam.*

185 *Restitutio in integrum petita aduersus duas conformes earum executionem retardat, si tamen executio non sit capta, vel petita.*

186 *Statutum loquens de duabus conformibus nō extenditur ad vnicam sententiam, quæ transijt in indicatum.*

187 Statutum *Vrbis dirimit quæstionem quando per petitionem restitutionis in integrum retardetur executio.*

In *terminis Statuti Vrbis executio capta dicitur vbi decretum, & relaxatum esset mandatum. ibidem num.* 187.

188 Item *vbi decreta essent literæ executoriales.*

189 Item *vbi ad debitoris carcerationem deuentum fuisset.*

190 *Statutum Vrbis de duabus conformibus in omnibus Vrbis Tribunalibus locum habet inter Ciues, & Incolas, & Districtuales.*

191 In *terminis Statuti Vrbis petita dicitur restitutio, vbi petitum est decerni monitorium de parendo sententię, & rei indicatæ.*

192 In *Foro* Capitolino *in causis ordinarijs per sententiam executio non dicitur capta.*

193 In *Foro* Capitolino *in causis Summarijs, nec capta, nec petita executio dici potest per relaxationem primi mandati contenti in decreto, quòd est loco sententiæ. Et quando petita dici possit explicatur.*

194 In *Foro Capitolino, vbi causæ essent executiuæ idem dicendum, quòd in Summarijs.*

195 *Excipiuntur causæ in quibus agitur in vim obligationis Cameralis.*

196 *Vbi executio iure esset nulla præuentum dici non posset.*

197 Executionis *actus non est necessarius, sed petitio sufficit, & sola partis citatio, vel decreta à* Iudice *executio.*

198 *Restitutio per viam exceptionis, vel replicationis petita, incidenter petita dicitur.*

199 Item *vbi ante rem iudicatam licet post sententiam.*

200 *Ex dispositione Stat. Vrbis in iudicio restitutionis in integrum* Libellus *non requiritur.*

201 *Aliundè etiam, quam ex eiusdem causæ actis fieri potest iustificatio, in terminis Stat. Vrb. cap.* 50.

202 *Nomen probationis includit omnes modos probandi.*

203 *Sententiæ executionem reus ex nouiter deductis impedire potest.*

Actor ex ijsdem Actis sententiam iustificare tenetur. ibid. n. 203.

204 *Ex disposit. Stat. Vrb. petita restitutione supersedendum est in executione.*

205 Intellige *si* Iudici *supersedendum videbitur.*

206 Iudex *suum arbitrium dirigere debet secundum regulas iuris, & æquitatis.*

207 Iudex *sine causa non potest prolongare terminum præfixum per statutum ad docendum de causis petitæ restitutionis.*

208 In *retardatione executionis graue actori damnum infertur.*

209 Iudicis *arbitrio decernere pertinet, an per calumniam restitutio petita sit.*

210 *Reo non probante in termino præfixo,* Iudex *procedere debet ad vlteriora.*

211 *A decreto procedendi ad vlteriora non datur appellatio.*

212 *Dictio* omninò *omnem exceptionem excludit.*

213 *Reus probationes facere debet intra terminum præfixum,* Iudex *tamen intra eundem causam restitutionis expedire non est obligatus.*

214 Iudex *examinando causam restitutionis in integrum summariè procedere debet.*

215 *Exponitur quando in articulo restitutio-*

tutionis in integrum Consultor dari debeat.

216 *Reus post decretum procedendi ad ulteriora in eodem articulo, coram altero Iudice Capitolino restitutionem principaliter petens, audiri debet, & ita seruatur in praxi.*

217 In *iudicijs possessorijs remedium in integrum restitutionis competit.*

218 *Rota restituere non solet super possessorio, quia est modici praiudicij ex* decis. Put.

219 *Reprobatur conciliatio* Contar. in l. vnic. C. si de mom. possess.

220 *Quidquid dicat* Put. decis. *Non est recedendum à communi opinione super restitutione concedenda etiam in possessorio.*

221 *Decis. Rot. de non danda restitutione in possessorio, locum habent solum in summarijssimo possessorio.*

222 *Summarijssimum possessorium minimi praiudicij esse censetur, & quomodò.*

223 *Mandatum de manutenendo in summarijssimo possessorio nunquã transit in iudicatum, & semper à Iudice retractari potest.*

224 *Mandatum de manutenendo non admitit exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

225 *Minoribus cæterisque æquiparatis solum in possessorio restitutio conceditur; non verò maioribus.*

226 *Maioribus in possessorio etiam ob instrumenta nouiter reperta restitutio non conceditur.*

CAPVT IX.

IVdex in aliquibus ex officio procedit, in aliquibus verò non nisi ad partis instantiam, nec leuis fuit DD. Controuersia, an Iudex ex officio, sine aliqua partis instantia in integrum
1 restitutionem concedere posset; affirmantibus *Io: And. in cap. cum venissent extr. de Iust.* quem refert, & ibi sequitur *Abb. nu. 9. Grat. cons. 91. n. 55. lib. 1. Bero. q. 40. per tot.* Sed negatiua sententia est magis communis, quã docent *Imol. in dicto cap. cum venissent Zabarell. Clem. 1. num. 2. de rest. in integr. Vital. d. clem. 1. num. 31. Roman. sing. 462. Rebuff. de rest. in integr. art. 1. gloss. 3. num. 27. Gabr. & Sarayn. addit. ad Roman. d. sing. 462.* Ratio
2 est euidens tum quia restitutio solum causa cognita potest concedi *l. 3. vbi DD. ff. de rest. in integr. l. 1. §. causa cognita ff. de min. l. verum §. sciendum ff. eodem.* Tum quia non conceditur
3 inuitis *l. si Iudex ff. de min.* Si verò concedi posset absque eò quòd peteretur, quandòque inuitis concederetur. Ab hac vltima Sententia discedendum non puto, vbi agitur de restitutione in integrum principaliter
4 concedenda, ipsam limitando, quòad Papam, & Imperatorem, qui possunt sine petitione partis in integrum restitutionem concedere *Roman. d. sing.*
5 *462.* Quinimò in quolibet Supremo Principe non recognoscente Superiorem, vt in specie docet *Bart. cum alijs in l. 1. §. qua de re ff. de postul. & in l. fin. C. de sent. pass. Alex. cons. 114. lib. 4.* Nam si ageretur de restitutione
6 concedenda, incidenter, puto etiam non petitam à Iudice concedi posse, quia tacitè petitur ab eo, qui principale negotium intentat, & agit.

Dico igitur non nisi legitimam perso-
7 nam gerenti, & petenti in integrum restitutionem concedendam esse, potest autem quis ipsam petere per se ipsum etiam si minor sit *l. illud §. fin. ff. de minor.* cum authoritate tamen Tutoris, vel Curatoris, ita *gloss. in d. §. fin. C. de auth. præstand.* Minor enim
8 sine Curatore in iudicio stare non potest, alias iudicium est nullum *l. de his vbi DD. C. de adim. Tut.* Et vbi minor esset filius familias, secundum
9 magis communem opinionem patris consensus requiritur *Io: Ign. in rep. l. 1. num. 21. C. qui adm.*

Hæc autem conclusio limitatur in ex-
10 communicato, qui per se ipsum restitutionem petere non potest *Imol. in Clem. 1. num. 26. vers. sed an excommunicatus de rest. in integ. & ibi Card. num. 11. Abb. in cap. significauerunt, & in cap. cum inter num. 19. de except.* vbi *Anch. num. 5. & Felyn.* reiecta ambi-
11 guitate *Rota in nouis decis. 7. de excep. Duen. Reg. 270. Signorol. in l. nam & postea §. si minor num. 7. de iure iuran.*
12 Aduerte tamen quòd non dico in integrum restitutionem esse excommunicato denegandam, sed quòd per se in Iudicio illam petere non potest,

sed

ſed per alium, niſi forſan eſſet reus,
& per viam exceptionis reſtitutionem
peteret Anch. cap. cum inter num. 8. de
except. vbi & illam petere excommu-
nicato licitum affirmat ſi non princi-
13 paliter petat, ſed incidenter in cau-
ſa, in qua ab initio in iudicio interue-
nire potuit; quòd & ſentire videtur
Card. in dicta Clem. 1. num. 11. & ibi
Imol. ac propriè tenuit Rot. d. deciſ. 7.
de except. refert Duen. d. Reg. 270. ſed
vt ipſe Duen. teſtatur poſt Abb. & Fe-
lyn. cum alijs ſupra allegatis commu-
nis opinio ſtat in contrarium, & in ſpe-
cie tenet Signorol. d. §. ſi minor n. 7. ff.
de iur. iur. eò quòd iſta propriè non
ſit exceptio, vt aduertit Cyn. in l. quo-
niam C. de adult. Et Regula ſit, quòd
14 ſolum per ſe ipſum poſſet excommu-
nicatus reſtitutionem in integrum pe-
tere, ſi ipſam incidenter petat per
viam exceptionis. Quæ dicta ſunt de
excommunicato regulariter proce-
dunt in bannito, reſtitutio enim eſt
15 remedium iuris poſitiui, à quo ban-
niti ſunt excluſi Fulgoſ. in l. Papinia-
nus num. 4. ff. de minor. Nell. de ban-
nitis part. 1. nu. 69. Odd. de reſt. part. 1.
q. 7. art. 3. in fin. Quinimò nec banni-
16 tos poſſe incidenter reſtitutionem
petere affirmat Signorol. de Homod. in
l. nam poſtea §. ſi minor num. 7. ff. de
iur. iuran.

Vbi autem quis aliquo legis impedimen-
to, vel per ſe ipſum in integrum re-
ſtitutionem petere non vult per alium
17 petere poteſt. Pupillus enim per Tu-
torem, minor per Curatorem Specul.
de reſt. in integr. §. 2. num. 21. Bald. in
l. 1. C. etiam per procur. reſt. in integr.
agi poſſ. & ibi Paul. de Caſtr. num. 2.
Fulgoſ. l. 2. num. 1. C. ſi ſæpe reſt. poſt.
Innoc. Abb. Bellam. Anch. in cap. ſuſci-
tata num. 6. de reſt. in integrum Iacob.
de Arena in dicta l. 1. C. etiam per proc.
Io: Firmanus de Epiſc. lib. 4. p. 5. n. 38.
18 dicens idem eſſe in quolibet legiti-
mo adminiſtratore Couar. var. reſol.
lib. 1. cap. 6. Capell. Tholoſ. deciſ. 55.
Nec requiritur in illis ſpeciale man-
19 datum, ità Spec. Bald. & alij com-
muniter allegati, Text. eſt in l. 1. C. de
Off. eius qui vic. alter. ger. & in l. mu-
nerum §. defenſores ff. de muner. & ho-
20 nor. Militat etiam in ſimplici cu-
ratore bonorum. Odofr. tract. de Cu-
rat. bon. dand. num. 81. & 95.

Nota tamen quòd ſi minor aduerſus cõ-
21 feſſionem in criminali factam, in qua
perſonaliter comparuit, reſtitui vel-
let, perſonaliter comparere debet,
ità Bald. in l. 1. §. penult. ff. de poſtul.
Aretin. in cap. veniens num. 72. de ac-
cuſat. Marſil. ſing. 221. Menoch. conſ.
100. n. 294. & ſeqq.

Maiores per procuratorem. Text. eſt
22 expreſſus in l. 1. C. etiam per procurat.
reſt. & communiter hic docent DD.
Quinimò, & ipſi minores ad reſtitu-
23 tionem in integrum petendam pro-
curatorem conſtituere poſſunt, præ-
ter quam in criminalibus, vbi per ſe
ipſos petere debent, vt præter alle-
gat. tradit Ruben. Alexandr. de poteſt.
procur. in crimin. num. 110. Et ſingu-
lariter in practica notandum dicit
Rub. in l. penultima §. ad crimen. n. 64.
ff. de publ. Iud. Reſtitutio enim pri-
mæ cauſæ naturam retinet; & in cri-
minalibus quis perſonaliter compare-
re debet. Quòd ſi reus ad ſe defen-
24 dendum in cauſa principali per pro-
curatorem admiſſus eſſet, ſi reſtitu-
tione indigeat per procuratorem
etiam petere poteſt. Vt notat Odd.
de reſtit. part. 1. q. 31. art. 2. limit. 2.

Speciale verò mandatum requiritur, vt
25 procurator in integrum reſtitutio-
nem petens in iudicio audiatur. Text.
eſt in l. illud § fin. ff. de minor. ibi:
cui ad ipſum nominatim mandatum ſit,
& per hunc text. firmant vbique
communiter DD. Petr. Cyn. Bart. Bal.
Ang. Paul. Alb. Fulgoſ. & alij Dec. cap.
cum M. Ferrarienſis num. 45. de conſt.
& in cap. præterea num. 51. de offi. de-
leg. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 6. Bero.
conſ. 151. num. 18: lib. 1. Bellam. deciſ.
32. num. 2. Caſſad. deciſ. 1. num. 3. de
procur. Capell. Tholoſ. deciſ. 55. Fen-
zon. ad Stat. Vrbis lib. 1. cap. 50. nu. 8.
Rot. deciſ. 33. num. 3. p. 3. recent. Fe-
rentill. ad Buratt. deciſ. 190. n. 8.

Hanc tamen concluſionem, quòd in
26 Procuratore requiratur mandatum
ſpeciale limita ſi generale mandatum
vallatum eſſet clauſula, ad agendum,
defendendum, ſupplicandum, quæ
verba importare ſpeciale mandatum
tradit Caſſad. deciſ. 1. de procur. Rolan.
conſ. 26. num. 18. lib. 2. Vel clauſula.
27 Poſſit facere omnia, quæ poſſunt facere
illi

illi qui habent speciale mandatum. Abb.
in cap. coram num. 5. de rest. in integr.
Couar. Var. resol. lib. 1. cap. 6. num. 3.
Cassad. dicta decis. 1. & videtur text.
notab. faciendo inductionem à speciali
in Clem. 2. de Procur. Fenzon. ad Stat.
Vrb. lib. 1. cap. 50. num. 8. Mantic. decis. 11. *num.* 2. Vel vbi in generali
28 mandato procuratori libera facultas
data esset ea gerendi, quæ ipse Dominus agere posset, & esset mandatum generale cum libera *Bald. in dicta*
l. illud §. fin. ff. de min. vbi ait, quòd
cum ferè omnia instrumenta procuræ
habeant de stylo clausulam importan-
29 tem generale mandatum cum libera
Regula §. fin. rarò locum habet, quod
& testatur *Felyn. in cap. nonnulli §. 1.*
de Iud. Ias. in l. indebitam ff. de condit.
indeb. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6.
num. 3. vers. quinto, vbi subdit, quòd
quamuis ista clausula alias parum
operaretur, eò quòd stylo potius notariorum, quam mandantis voluntate
apponi soleat, in casu tamen semper
operatur, quia principalis vtilitatem
respicit.

Limita etiam vt non habeat locum in
30 Regno Neapolitano, vbi ad petendam in integrum restitutionem generale sufficit mandatum *Gram. Const.*
Regn. de rest. Re p. num. 1. Gabr. in
add. ad Roman. sing. 127.

Limita quoque in procuratore, qui de
rato promittit text. est expressus in
31 *l. quod si de speciali ff. de min. Azo. in*
rubr. C. etiam per procur. Abb. in cap.
coram de restitut. in integr. Io: Firm. de
Episc. lib. 4. part. 5. num. 40. *Couar. d.*
32 *cap. 6. num.* 4. In Procuratore Fisci,
qui sine speciali mandato eius nomine in integrum restitutionem petere
potest. *Afflict. Consi. Regn. lib. 2. Rubr. 39. num. 2.* Nec non in Procura-
33 tore Vniuersitatis, qui dicitur Syndicus *Bald. in dicta l. illud §. fin. nu. 4.*
ff. de minor. & in l. 1 nu. 3. C. etiam per
procurat. vbi Alber. *Paul. & Fulgos.*
Abb. in cap. suscitata num. 6. & ibi Hostien. & Anch. num. 3. de rest in integ.
Angel. in l. Ciuitas num. 36. ff. si cert.
pet. Et aduerte quod vt quis vere di-
34 catur alicuius Vniuersitatis Syndicus
debet esse deputatus ad vniuersitatem causarum, alias si ad aliquam
specialem causam, diceretur potius
procurator, & in casu procederet opinio *Corn.* negatiua, de qua in *cons.*
144. *lib.* 4. In Procuratore habente
mandatum ad causam iam sopitam
reintegrandam, tunc enim & posset
in integrum restitutionem petere ad
35 illam suscitandam *Rom. sing.* 644. vbi
dicit esse proprium casum *l. qui proprio §. item quæritur ff. de procur. Card.*
Alb. in lucubr. ad Bart. in l. 2. nu. 11.
ff. de iurisd. omn. Iud. Et secundum
aliquos, vbi in mandato generali ap-
36 posita esset clausula rati habitationis,
ita *Bern. Abb. in cap. per tuas, de arbitr. Bart. in l. procurator cui ff. de procur.* Sed magis aridet opinio contraria, de qua testatur *Couar. var. resol.*
dicto cap. 6. num. 4. Et communem esse
37 ostendit in Procuratore, qui non
agendo, sed excipiendo restitutionem peteret *Ant. & Butr. in dicto cap.*
suscitata num. 4. de rest. in integr. Et
consequenter non principaliter, sed
incidenter restitutionem in integrum
petente *Gloss. in dicto cap. suscitata,*
vbi & Abb. num. 5. Marches. de Commis rest. in integr. part. 2. §. 1. nu. 56.
Luc. Pet. Prax. lib. 7. cap. 1. num. 13.
Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 50.
num. 8. Nec non in Procuratore petente restitutionem aduersus Senten-
38 tiam latam in causa, in qua ipse fuit
procurator, ita *Barbat. in cap. Studuisti num. 7. de off. deleg. plenè Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 80. num. 82.*
Bart. in l. inuitum num. 2. C. de procur.
Bald. in l. 1. ff. de postul. Mantua
sing. 644.

Limitanda denique est prædicta con-
39 clusio, vbi restitutio petenda esset
pro minore prodigo, tunc enim sine
mandato speciali peti posset. *Text.*
est clarus in l. patri ff. de minor. Rom.
sing. 227. Vel vbi procurator non
habens mandatum speciale ageret
40 pro defensione sui principalis contra
petentem restitutionem in integrum.
Cassad. decis. 2. de Procur. per tot. vbi
ita decisum, & obtentum testatur.
Innoc. Io: Andr. & Card. in d. cap. suscitata, vbi & Abb. Couar. var. resol.
lib. 1. d. cap. 6. gloss. in l. qui proprio §.
item quæritur ff. de procur. Vel ipse re-
41 stitutionem incidenter peteret. *Text.*
est secundum omnes DD. in l. qui proprio §. item quæritur ff. de procur. Rot.

in antiq. de rest. in integr. decis. 1. *Bel-*
lam. decis. 32. *num.* 2. *Cassad. decis.* 2.
num. 2. *de Procurat.* est etiam *text. in*
l. fin. C. vbi & apud quem. Commu-
niter docent DD. nemine prorsus di-
screpante, quos pleno calamo refert
Odd. d. q. 31. *art.* 13.

Dictum est speciale mandatum regulari-
ter requiri in procuratore petente
in integrum restitutionem, vndè iam
quæritur vtrum sufficiat speciale tan-
tum, an verò requiratur etiam in in-
diuiduo. Nimirum vtrum sufficiat,
quòd in mandato specificè dictum sit,
ad restitutionem in integrum peten-
dam vbicumque opus fuerit, vel in
indiuiduo nominari debeat causa, in
qua petitur restitutio. Ad quod re-
42 spondeo, quòd licèt quamplures
DD. mandatum in indiuiduo exigi
doceant per text. *in l. si quis mihi bo-*
na §. sed vtrum ff. de acquir. hared.
quos congerit *Io: Firm. de Episc. lib.* 4.
part. 5. *num.* 40. *versic. dic autem Re-*
buff. de restitut. art. 1. *gloss. fin. num.* 3.
Bero. cons. 130. *num.* 42. *&* 52. *lib.* 2.
Magis tamen communis opinio stat in
contrarium *text. est in l.* 2. *ff. de liber.*
& posth. l. non solum, & l. seq. ff. de
43 *procur.* vbi specialiter mandatum,
dicitur etiam nominatim mandatum,
& sic istæ voces confunduntur, facit
l. qui duos cum l. seq. ff. de procur. & est
fortis textus *in l. illud in fin. ff. de mi-*
nor. vbi mandatum de vniuersis ne-
gotijs excluditur non verò de aliqua
negotiorum specie, docent *Bart. An-*
gel. Rom. Paul. de Castr. in l. filius fa-
milias ff. de donat. Bal. in dicta l. illud
§. fin. num. 3. *& in dicta l.* 1. *C. etiam*
per Procur. vbi Ang. nu. 1. *Alber. n.* 1.
Paul. num. 2. *Fulgos. num.* 2. *Alber. in*
dicta l. illud n. 7. vbi in iudicijs, ità
seruari testatur. *Curt. Iun. in l. cum*
iudices §. fin autem num. 10. *C. de iur.*
cal. Rubeus in l. sed & si quis §. quæsi-
tum ff. si quis caut. vbi ab hac senten-
tia recedendum non esse affirmat, latè
Abb. in cap. coram de restit. in integr.
Mauric. de rest. cap. 24. *Conar. var. re-*
sol. lib. 1. *cap.* 6. *num.* 2. *&* 26. *Roland.*
cons. 26. *num.* 8. *lib.* 2. *vbi num.* 19. con-
cordantes adducit, & communem
dicit.

Pro concordia tamen est valdè notabile
44 dictum *Bart. in d. l. si quis mihi bona*
§. vtrum; quod nempè si mandatum
sit generale tā quòad personas, quàm
quòad causas, videlicet ad petendam
restitutionē in integrū contra quam-
cumque personam hoc mandatū non
non sufficiat, & in his terminis proce-
dit prima opinio. Sufficiat autem si
sit speciale quòad personas, nimirum
45 ad in integrum restitutionem contra
Titium petendam, licet sit generale
quòad causas, quia non exprimitur
in qua causa satisfactum sit legibus
speciale mandatum requirentibus.
Indistinctè tamen communem sen-
tentiam tenendam puto.

Pater etiam pro filio in integrum resti-
46 tutionem petere potest, & hoc est
indubitabile, vbi constat de volun-
tate filij tacita, vel expressa. Pater
enim est legitimus bonorum filij ad-
ministrator, & plusquam Tutor, &
Curator, quarè si in Tutore, & Cu-
ratore mandatum non requiritur mul-
tò minus in Patre. Et est *text. ad li-*
teram in l. Patri ff. de minor. Abb. in
cap. suscitata de rest. in integr. num. 6.
Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. *cap.* 50.
num. 8. *Ridolfin. in prax. part.* 1. *cap.*
13. *num.* 431. Difficultas ad hoc re-
ducitur, an Pater filio inuito restitu-
tionem pro ipso possit petere. Et
48 quidquid dicant aliqui, eò quòd cū
pater ratione proprij interesse semper
pro filio restitutionem in integrum
petat, si admitteretur sequeretur,
quòd restitutio non in commodum
filij minoris, sed patris maioris pete-
retur, & redundaret, quod non ap-
probatur à lege per text. expressum
in l. 3. *§. sed vtrum ff. de min.* Dico Pa-
trem etiam inuito filio pro eo restitu-
49 tionem petere posse. Text. est ad li-
teram *in l. Patri ff. de minor.* ibi: *Pa-*
tri pro filio omnimodò præstanda resti-
tutio est, licèt filius restitui nolit: quia
patris periculum agitur, qui de peculio
tenetur. Idem & alibi docent DD.
Azo. in rubr. C. de filio fam. num. 2.
& 3. *Card. Anch. Io: Andr. Bellam.*
Card. in cap. suscitata de rest. in integ.
Bart. in l. 1. *C. etiam per procur. nu.* 3.
vbi & Bald. num. 1. *Marc. decis.* 53.
num. 2. *Capel. Tholos. decis.* 55. Quod
50 & simpliciter etiam in Oeconomo,
Prælato, alijsque Administratoribus
Ecclesiarum, & Ciuitatum tenet *An-*
gel.

gel. in l. ciuitas ff. si cert. petat. & specialiter in terminis Oeconomi, vel
51 Prælati, quòd absque speciali mandato Ecclesiam in integrum restituendam petere possint concludunt *Bald. in l. 1. num. 3. C. etiam per procur. & in l. illud §. fin. ff. de min. Alber. in dicta l. 1. num. 2. C. etiam per procurat. vbi Paul. num. 3. Fulgos. num. 3. Capell. Tholos. decis. 55. de procur. Aym. cons. 238. num. 2. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. de rest. in integr. §. num. 2. Gloss. Paul. de Leaz. & Card. in Clem. 1. de rest. in integr.* Quæ quidem procedunt tam in restitutione ex edicto
52 maiorum, quam ex edicto minorum. Vbi tamen actus contra quem petitur restitutio cum Capituli consensu celebratus fuisset, in integrum restitutionem aduersus illum nisi cum speciali totius Capituli mandato Prælatus petere posset, quod nota. Et docet *Alber. in l. illud num. 4. ff. de minor.*

Consanguinei tamen, & cæteri affines,
53 pro consanguineo sine speciali mandato restitutionem petere non possunt. Text. est expressus *in dicta l. Patri ff. de min.* ibi: *Ex quo apparet, cæteros adgnatos, vel affines alterius esse conditionis, nec aliter audiri oportere, quam si ex voluntate adolescentis postulent: aut eius vita sit ille adolescens, vt meritò etiam bonis ei debeat interdici.* Docent communiter DD. *Iacob. de Aren. in l. 1. C. etiam per procur. Host. Card. Bellam. in d. cap. suscitata Couar.* qui de communi testatur *lib. 1. var. resol. cap. 6. n. 5.*

Collige ex verbis text. *in d. l. patri,*
54 quòd vbi adolescens esset vitæ simplicis, & talis vt ei bonis interdici deberet, sine speciali mandato, & illo inuito quilibet coniunctus ad restitutionem in integrum petendam admitteretur, quod & communiter docent *Canonistæ Host. Io. Andr. Bellam. Card. in d. cap. suscitata.* Vbi tamen consanguineus, affinis ex huiusmodi beneficio restitutionis interesse præ-
55 tenderet aliter dicendum est, vt notat *Card. in cap. constitutus de rest. in integr. & Card. Alban. in Lucubr. ad Bart. in l. Patri ff. de minor.* quod &
56 ad quemlibet extraneum extendit *Odd. de rest. part. 2. q. 26. art. 3.*

Patet ex dictis, quæ nam sint personæ per quas in integrum restitutio peti potest, nunc videndum sequitur contra quos detur, & quoniam sine difficultate procedit conclusio, quòd datur contra eum à quo læsio proces-
57 sit. Iam quæro an peti possit contra hæredem illius, aduersus quem competere cæpit, & Resp. affirmatiuè per text. *in l. cum miles ff. ex quib. caus. mai.* ibi: *Cum miles, qui vsucapiebat, decesserit, & hæres impleuerit vsucapionem: æquum est rescindi, quod postea vsucaptum est, vt eadem in hæredibus, qui in vsucapione succedunt seruanda sint &c. Gloss. & Bart. in d. l. cum miles Petr. de Bellapert. in l. si intra C. de restitut. in integr. Cephal. cons. 162. num. 31. lib. 2.* qui procedere docet etiam contra singulares successores.
58 Et hoc est verum tam in restitutione minorum, quàm in restitutione maiorum, vt communiter affirmant *DD. in d. l. miles.*

Contra verò tertios possessores non nisi in subsidium competere videbatur
59 per ea, quæ tradit *Aymo. cons. 7. nu. 14.* sed in contrarium, est text. ad literam *in l. minor. ff. de euict.* vbi datur posse minorem intentare in integrum restitutionis remedium contra tertios possessores. Quod & clarè
60 probatur ratione, cum restitutio in integrum in rem scripta esse dicatur, ità generaliter *Bart. & Bal. in l. in causæ §. fin. ff. de min.* Idem *Bart. in l. Aemilius num. 4. ff. de minor. Gozad. cons. 44. in fin. Bertrand. cons. 89. n. 10. lib. 2. Cassan. cons. 22. n. 58. Simoncell. de decret. lib. 3. Tit. 7. n. 21.*

Sed ad euitandas omnes difficultates
61 recurrendum est ad distinctionem text. *in l. in causæ la 1. §. fin. ff. de minor. vbi Bal. & Alb.* tres casus notant, in quibus contra tertium possessorem in integrum restitutio datur, docet *Alex. cons. 67. num. 7. lib. 5. Rebuff. de rest. in integr. num. 33.* Primus igitur casus est, si potius minori interesset rem
62 venditam habere, quam prætij residuum, puta quia illam non vendidisse interest, quamuis iusto prætio vendita fuerit, hoc enim casu beneficium restitutionis etiam contra tertium possessorem indistinctè datur. *Gomez var. resol. tom. 2. cap. 13. n. 17.*

Secundus casus erit, vbi secundus, ter-
63 tius, vel vlterior rei emptor, & possessor illam ab initio à minore venditam fuisse sciuisset. Nam & hoc casu absque altera discussione, an primus emptor sit soluendo nec ne, minori aduersus tertium possessorem indistinctè succurritur *Azo. in Rubr. C. de restitut. in integr. num. 15. Aym. cons. 7. num. 15. lib. 1.*

Tertius denique casus est, quando primus emptor non est soluendo; mino-
64 ri enim contra tertium possessorem restitutio competit. Ita *Azo. d. n. 15. Fulg. l. Titia num. 3. ff. de iur. dot. Cephal. cons. 162. n. 30. & 31. lib. 2.* plenè *Borgn. de Tut. & Cur. n. 154.*

Et hæc in restitutione etiam maiorum
65 procedere tradunt *gloss. Rayn. Alber. & Bart. in dicta l. cum miles ff. ex quib. caus. mai.* & in terminis *Bero. cons. 122. n. 13. lib. 3.*

Duo autem in praxi sunt aduertenda circa modum conueniendi tertios possessores, vel primum emptorem. Sic igitur primò si minor aduersus primum emptorem in integrum se re-
66 stitui petat, tertium quoque possessorem citare debet, vt sibi pro suo interesse prospiciat. Ità *Paul. de Castr. cons. 3. Bart. in l. creditores vers. secundo casu C. de pignor. Aemilian. cons. 51. num. 2.* Et est notabilis Praxis, & consuetudo Galliæ, vbi minor contra primum emptorem, & contra tertium possessorem literas impetrare
67 solet, & ita in vno eodemque iudicio rescindens, & rescissorium cumulatur, vt refert *Rebuff. de rest. in integr. num. 34.*

Secundò vbi minor aduersus tertium
68 possessorem in integrum restitutionem petit, non auditur, nisi prius ipsi tertio possessori refectis expensis in re illa factis. *Text. est in l. intra §. vendentibus ff. de minor. vbi gloss. & DD. excludentes expensas voluptuosas.*

99 Tu verò etiam limita in expensis adeò grauibus, vt pro ipsis reficiendis res alias meliores minor vendere cogeretur, præcipuè, quæ prætium affectionis recipiunt, quod & innuit *Alber. in dicta l. intra §. vendentibus*, & probatur per text. *sing. in l. in fundo ff. de rei vindic.*

Contra patrem itidem, vel dominum,
70 illius à quo læsio processit in integrum restitutionem intentari posse, clarum est per *Text. vbi DD. in l. quod si minor §. si seruus ff. de minoribus.* Hoc autem intelligas, quatenus in rem patris, vel Domini aliquid ver-
71 sum sit, vel de eius peculio aliquid habeat, vt patet ad literam ex *d. l. quod si minor. §. si seruus.* ibi: *Si seruus, vel filius familias minorem circumscripserit: pater dominusue, quòad eum peruenerit restituere iubendus est: quod peruenerit ex peculio eorum præstare.*

In integrum denique restitutio contra
72 fideiussorem etiam competit, & dic, quod minor non solum contra fideiussorem aduersarij, sed & contra fideiussorum sui ipsius in integrum restitutionem petere potest. Text. est expressus *in l. in causa la 1. ff. de minor.* ibi: *In summa perpendendum erit pretori, cuius potius subueniat, vtrum creditori, an fideiussori. Nam minor captus neutri tenebitur.*

Quæritur an quod de fideiussore dicitur
73 procedat in mandatore, & negatiuè respondeo per text. *in d. l. in causa.* ibi: *Facilius in mandatore dicendum erit non debere ei subuenire: hic enim velut adfirmator fuit, & suasor vt cum minore contraheretur.*

Cæterum nota non solum posse mino-
74 rem aduersus creditorem, vel aduersus fideiussorem restitutionem in integrum petere, sed & contra vtrumque, quin imò hoc facere Tutius putat Vlpianus *in d. l. in causa.* ibi: *Vndè tractari potest: minor in integrum restitutionem vtrum aduersus creditorem, an & aduersus fideiussorem implorare debeat; & puto tutius contra vtrumque.*

Ex his iam videndum remanet de Foro
75 competenti in causis restitutionis in integrum, idest coram quo Iudice peti debeat. Et regulam pono quòd non solum supremus Princeps, sed & inferiores ab ipso habentes ordinariam Iurisdictionem in integrum restituere possunt. Est text. expressus *in l. in causa §. fin. ff. de min.* ibi: *Nunc videndum, qui in integrum restituere possint. Et tam præfectus Vrbi, quam alij Magistratus pro iurisdictione sua restituere in integrum possunt, tam in alijs causis, quam contra sententiam suam.*

suam. Est etiam *text. ad literam in l. cum scimus* C. vbi & apud quem &c. ibi: *Sancimus non solum apud iudices pro tribunali huiusmodi causæ cognitionem proponi: sed etiam apud eos iudices, quos Augustalis dederit maiestas, aut nostræ reipublicæ administratores, vel in hac regia vrbe, vel in prouincijs &c. Luc. Pet. in prax. lib. 7. cap. 1. num. 3. Saec. de appell. q. 19. remed. 2. num. 28. 50. & 56. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 50. n. 5.*

Hanc tamen generalem Regulam limita
76 in sequentibus casibus, in quibus solus Princeps restituere potest. Puta si sententiã ab ipso Procuratore Principis lata sit. *Azor. in rubr. C. vbi, & apud quem*. Si Delegatus Principis sententiã tulerit. Si Princeps ipse
77 vel eius Vicarius sententiauerit, si læsio, vel ætas semiplenè tantum
78 probata sit. *cap. ex literis de rest. in integr.* Si ex mera gratia restitutio
79 concedenda veniat, quæ omnia plene notat *Odd. part. 1. quest. 32. art. 3.*

Exclude etiam ab hac Regula quosdam
80 Iudices, qui vocantur cartularij vtpotè sunt notarij, & similes non habentes administrationem iurisdictioni coniunctam *Gloss. in l. fin.* C. *vbi & apud quem &c. verb. Iurisdictionem vbi Bart. nu. 7. Fulg. num. 4. Paul. de Castr. num. 2. Alber. nu. 3. Abb. in cap. penult. n. 7. de rest. in integr. Zas. in l. nam postea §. si minor nu. 6. & 7. ff. de iur. iuran.* Quod intelligas dummodò
81 in priuilegio hanc quoque facultatem non habeant, ità *Bart. in d. l. fin. num. 7.* Vel dummodò partes non
82 consentiant, vt colligitur ex *Paul. de Castr. d. l. fin.* sed vide, quæ dicam infra de Arbitro, & Arbitratore.

Olim quoque iure Digestorum Magi-
83 stratus municipalis in integrum restituere non poterat, vt patet per *text. ad literam in l. ea quæ ff. ad municip.* Sed hodiè de iure *C. potest*, ità communiter concludunt *DD. eum gloss. in l. Præfecti ff. de minor. dicit Azor. in rubr. C. vbi & apud quem. Alex. in l. nam postea §. si minor. num. 6. ff. de iur. iuran. Vacon. lib. 6. declarat. Iur. ciuil. declar. 81.*

Quoàd Iudices verò delegatos, & sub-
84 delegatos vtrum in integrum restituere possint, cum distinctione est procedendum. Aut sermo est de delegato à Principe, & sine dubio potest in integrum restituere, text. est expressus *in d. l. fin. C. vbi & apud quem*. ibi: *sed etiam apud eos iudices, quos augusta dederit Maiestas*. Et ibi: *Multò magis si à nostra maiestate delegata sit eis causarum audientia*. Et ità docent *Alber. in l. minor. num. 2. ff. de minor. Abb. cons. 87. lib. 1.*

Aut de delegato à Iudice Ordinario.
85 Et iste non principaliter, sed solum incidenter. nisi specialiter causa restitutionis ei commissa sit, in integrum restituere potest. Ità pro communi determinat. *Io. Bapt. Ferret. cons. 43. num. 1. & seqq. Card. in cap. eum causa de rest. in integr.* vbi pari-
86 ter de communi testatur, contrarium determinat *Vacon. lib. 6. declarat. iur. ciuil. decl. 81. num. 1.* vbi vult, quòd causa restitutionis in integrum quomodocumque delegari possit. In hac tamen opinionum diuersitate ex communi Doctorum intentione, & inspecta veritate iuris, ità distinguendum puto. Vel quærimus vtrum Iudices Ordinarij possint delegare cau-
87 sas restitutionis in integrum, & possunt, siue inspiciatur ius vetus, siue nouum *dicta l. fin. C. vbi & apud quem &c.* ibi: *quod & veteribus non fuerat incognitum &c.* Et ita post longam disputationem concludit *Alciat. in l. Imperium num. 204. ff. de Iurisd. omn. Iud.* & affirmat *Ferret. d. cons. 43. num. 1.*

Vel an possit causa restitutionis in inte-
88 grum delegari in genere, idest sub generalitate aliarum causarum delegata, à Iudicibus delegatis cognosci. Et aduertas quod iure antiquo non poterat *l. ea quæ ff. ad municip.* De iure verò nouo Iustiniani potest, vt patet ex *d. l. fin.* ibi: *vel si generaliter dati sunt Iudices*: Communiter quoque docent *DD. Cyn. in l. aduersus C. si adu. rem iud. Fulgos. in l. in causæ §. fin autem ff. de min. Io. Andr. Boich. & alij in cap. pen. de rest. in integr. Bertrand. cons. 28. lib. 1. Grat. cons. 119. num. 29. lib. 1.* vbi de communi *Villalobos. com. opin. verb. restitutio num. 54.* Et hæc procedunt tam in restitutione maiorum, quam in resti-

restitutione minorum, ità *Dec. in l. omnia num.6. in fin. & in dicta l. Imperium num.56. Text. est ad literam in d. l. fin. C. vbi & apud quem &c.* ibi: *siue minores 25. annis, eam petierunt, siue maiores.* Praxis tamen est, quòd delegati non possint principaliter in integrum sine speciali commissione restituere, vndè Signatura Iustitiæ passim committit causas restitutionis in integrum, prout de iure, & Delegatus procedit. *Scacc. de appellat. q.19. remed. 2. num.44. & 52. Ridolf. prax. p.1. cap.13. n.423.*

Incidenter verò coram quocumque Iudice, siue Ordinario, siue Delegato
89 restitutio peti potest *l. fin. C. vbi & apud quem. Scacc.* qui de communi testatur *d. remed.2. num.45. Ridolfin. d. cap. 13. nu. 424. & 425.* vbi tradit regulam, tunc incidenter peti quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis. *Marchesf. de Commiss. resti. in integr. part. 2. §.1. n. 57. Aegid. decis. 602. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap.50. num.45.*

Respectu autem subdelegati vtrum in
90 integrum restituere possit. Cum distinctione itidem est procedendum. Vel loquimur de subdelegato, a delegato ab Ordinario, qui in multis casibus subdelegare potest, quos notant DD. *in l. fin. ff. de Off. eius, & in l. à Iudice C. de Iudic.* Et causam restitutionis in integrum cognoscere, & consequenter neque in integrum restituere potest, ita communiter concludunt DD. & est text. expressus *in d. l. fin. C. vbi & apud quem.* ibi: *Sed ne quid penitus dubitandum relinquatur: & hoc addendum esse censemus, vt his tantum, quos supra enumerauimus, liceat de in integrum restitutione disceptare.*

Aut loquimur de subdelegatis à dele-
91 gatis à Principe. Et affirmatiuè concludit *Fulgos. in dicta l. fin.* Sed contrarium docet *Paul. de Castr. ibi n. 4. Alex. in l. 1. nu. 53. ff. de off. eius.* Et hæc sententia est tutior attenta *d. l. fin.* quæ secundum explicationem *gloss.* ibi: *dicit quod non possunt restituere in integrum ij, qui delegati sunt à non habentibus iurisdictionem propriam, qualis est etiam delegatus à Principe.*

Quòad Arbitrum, seù Arbitratorem, quoniam causa restitutionis in inte-
92 grum voluntariè compromitti non potest; consequenter sequitur nec ipsos de causa restitutionis in integrum principaliter cognoscere, & in integrum restituere posse. *Text. est ad literam in dicta l. fin. C. vbi & apud quem.* ibi: *Sed ne quis ita effusè intellectum nostræ constitutionis audeat esse trahendum, vt etiam apud compromissarios iudices, vel arbitros ex communi sententia electos &c. hos tantum generaliter volumus tales causas dirimere, qui vel certæ administrationi cui iurisdictio adhæret præpositi sunt &c.* Ità & docet *Natta cons. 66. num. 27.* vbi alios refert, quos allegare superfluum ad iudico, vbi iura sunt aperta, vt latè demonstrat *Odd. de rest. part. 1. q.32. ab art.7. vsque ad 11. per tot.*

Dixi causam restitutionis in integrum
93 voluntariè compromitti non posse, quia iubente statuto causas inter ciues compromitti debere, & causa restitutionis in integrum posset, quin imò compromitti deberet, hoc enim casu Arbitri dicuntur habere iurisdi-
94 ctionem vigore legis municipalis, & censentur à iure delegati, vt notat *Petrus de Monte Sperello in d.l. fin.C. vbi & apud quem relat.ad Odd.ad Bart. ibi, & signanter dixit Corn. cons. 121. lib. 1.* Contrariam sententiam sequitur *Bart. in l. prætor ff. de Tut. & Curat. dat. ab his Bapt. à S. Blas. de Arbitr. q.20. vers. sed quæritur;* hac moti ratione quòd statutum loquens de causis compromittendis, intelligitur de compromittibilibus, cuius naturæ non est causa restitutionis in integrum. Sed facile tollitur argumentum, ideò enim causa restitutionis in integrum non est compromittibilis, quia arbitri non habent iurisdictionem, quod cessat in casu, cum dicantur iurisdictionem habere vigore legis municipalis, facit etiam distinctio data per *Odd. d. quæst.32. art.11. vers. ego puto.*

His præmissis iam quæritur, an coram Iudice actoris, vel rei in integrum restitutio peti debeat; Quapropter di-
95 stingue inter restitutionem; quæ petitur contra sententiam, & rem iudicatam, & restitutionem, quæ petitur contra

contra contractum, præscriptionem, vel alterum factum. Primò casu restitutio petenda est coram Iudice à quo, vel ad quem prout de iure cautum reperitur, iuxtà distinctionem DD. *in l. præses C. de appell.* Nam vel agitur de restitutione aduersus aliquid malè actitatum in primo Iudicio, & conclude, quòd coram Iudice à quo restitutio peti debet ex nec per *Bart. Cyn. & Bald. in dicta l: præsis Roym. cons.* 120. *num.* 17. *lib.* 5. Vel petitur restitutio aduersus aliquid malè gestum, aut omissum in secunda instantia, & hoc casu coram Iudice, ad quem restitutio peti debet *le: Fabr. in dicta l. præses Card. in cap. ex ratione, de appell. vbi Franc. n.* 57. *Præpos. n.*34. *Ruin. d. cons.* 120. *nu.*17. *lib.* 5. concludit *Odd. d. rest: part.* 1. *q.*32. *art.*16. *per tot.*

Secundò casu iterum subdistinguendum,
96 aut in integrum restitutio ad contractus dissolutionem petitur, & consequenter ad distractum, & peti debet coram Iudice rei, per Regulam iuris satis vulgatam, quòd actor sequitur forum rei; vt communiter docent *DD. Bart. Bald. Ang. Paul. de Castr. Fulgos. Alber. & alij in l.* 2. *C. vbi & apud quem*, qui text. hoc dicit ad literam ibi: *Consequens est, si de his repetendis per in integrum restitutionem, vel quamcumque aliam causam putaneris agendum: eius adire te Prouinciæ præsidem, in qua domicilium habent, quos conuenis.* Itâ etiam tradunt *Couar. var. resol. lib.*1. *cap.* 4. *cum concord.* hic per eum adduct. *Card. in Clem.*1. *num.* 13. *de rest. in integr. vbi Imol. num.*27. Et hæc fuit sententia *gloss. in l. in causa* §. *nunc videndum ff. de minor. vbi Fulgos.* testatur de communi *Ferr. de appell. lib.*4. *cap.*7. *n.*304. *Rol. à Vall. cons.*24. *n.*9. *lib.*4.

Aut pro contractus obseruantia petitur
97 restitutio; & hoc casu coram Iudice loci, vbi contractus celebratus fuit peti debet, & hanc fuisse mentem *Bald. & Paul. de Castr. in d. l.*2. *C. vbi & apud quem*; tradit. *Mauric. de rest. cap.* 36. vbi contrarium tenet. Sed non benè *Bald. & Paul.* mentem ponderat. Non enim ipsi coram Iudice loci, vbi est celebratus contractus in integrum restitutionem petendam dicunt, & quòd si reus in loco sui domicilij se vult defendere, cum ibi existat, ad forum suum actorem trahere non possit. Sed quòd si reus
98 reperiatur in loco contractus, ibi conueniri possit, prout etiam si alibi ex proposito latitet, vel si sit vagabundus, vt *per l. hæres absens* §. 1. *ff. de Iud.* quod & notat *Azor. in rub. C. de iurisd. omn. iud. n.*23:

Dic igitur, quòd vel ad contractus re-
99 scissionem, vel obseruantiam ope restitutionis in integrum agatur, actor forum rei regulariter sequi debet; & in hoc concordant DD. nullum siquidem quòad hoc in integrum restitutio priuilegium habet, sed standum est regulæ *l. actor C. de iurisd. omn. iud.* Quæ tamen sequentes limitationes recipit, quarum prima est si reus
100 reperiatur in loco contractus; nam aduersus ipsum contractum, tam rescindendum, quàm obseruandum, coram Iudice loci, vbi contractus celebratus fuit, restitutio in integrum peti potest *Couar. var. resol. lib.*1. *cap.* 4. *num.*1. *Rol. à Vall. cons.*26. *num.*28. *cum seqq. lib.*2. quorum vterque multis rationibus plures concordantes etiam refert.

Secunda, quòd Ecclesia coram Eccle-
101 siastico Iudice restitutionem in integrum petere potest, quamuis ille non sit forus rei conuenti. *Innoc. in cap. cum sit generale, de for. comp. cum concord. Couar. var. resol. cap.*4. *nu.* 2. *Marant. part.*6. §. *& quandoque appellatur num.*113. *Fed. de Senis cons.*385. *num.*2. *Rodoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. de rest. in integr.* §. 7. *per tot.* & allegatur commuuiter *cap.* 1. *de rest. in integr. & cap. penult. de reb. Eccles. non alien.* Quod & notandum indubitanter procedere fauore Clerici in
102 integrum restitutionem petentis aduersus laicum, etiam in rebus spectantibus ad suum patrimonium tradunt *Roman. & add. ad ipsum sing.*113. *& Felyn. in cap. constitutus, de rest. in integr. & in cap. cum sit generale de for. compet.* Contraria tamen opinio in praxi est verior, vt patet ex deductis in Comment. *ad cap. requisiuit* 1. *de in integr. restit. à num.* 134. *vsque ad* 137. *infr.*

Ex consuetudine Franciæ est in electione actoris

103 actoris Regias impetrare literas, vel coram Iudice domicilij defensoris, vel rei petitæ, vbi nimirũ sita est, vt aduertit *Rebuff. de rest. in integrum n.19. & 20. & art.1. gloss.1. num.40.*

Vbi autem Ecclesia ageret contra al-
104 teram Ecclesiam, conclude quod coram Iudice Ecclesiæ, quæ sustinet vices rei in integrum restitutio peti debet, vt determinat *Fed. de Sen. cons. 285. num. 2. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 4. n.2. Bero. cap.1. n. 162. de rest. in integr.*

Quod autem ius in decidenda causa re-
105 stitutionis in integrum attendi debeat; An scilicet municipale actoris, vel rei, vel loci vbi contractus fuit celebratus, vel vbi sita res est, contra *gloss. in l. 2. ff. de eo quod certo loc.* quæ dicit attendi ius loci, vbi iudicium restitutionis agitur. Communiter determinant *DD. antiqui, quos sequitur Bart. cum Bald. Ias. Fulgos. & Saly. in d. l. 2. & in l. 1. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cath.* & ab hac sententia, vti communi non discedendum aduertit *Ias. in d. l.2. sub num. 4.* Et ità regulariter teneas per iuris regulam, quòd in ijs, quæ causæ deci-
106 sionem respiciunt, non verò spectant ad ordinem iudicij locus contractus, non iudicij inspicitur *l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. l. si fundus ff. de euict. vbi omnes DD.*

Et quoniam satis expressum fuit supra *in cap.1.* quemlibet Iudicem Ordina-
107 rium contra sententiam propriam restituere posse *per text. ad literam in l. Praefecti ff. de minor.* videndum remanet. An idem iuris sit quòad Iudicem delegatum. Dico igitur quod
108 regulariter delegatus ab Ordinario contra propriam sententiam restituere non potest, quia lata sententia eius Iurisdictio expirauit, ita *Bellam. in cap. causa num.6. & 7. de rest. in integ.* Quod intellige nisi delegato specia-
109 liter, vel generaliter commissum esset, quòd & restituere posset, quod & ipse *Bellamera* notat.

Delegatus verò à Principe contra pro-
110 priam sententiam restituere potest, iuxta magis communem *DD. sententiam*, quam indistinctè docent *Bart. Bald. & alij in l. minor. ff. de minor. Petr. Cyn. Fulgos. in l.3. C. vbi & apud quem. Paul. de Castr. in l. 1. C. & Abb. in cap. ex literis num. 11. de rest. in integr. Boich. in cap. causa n. 6. eodem*, & generaliter facit *text. in l. in causæ §. fin.* Delegatus enim à Principe æquiparatur Iudici Ordinario,
111 quinimò in illa causa maior est, quolibet Iudice Ordinario secundum DD. *in rubr. ff. de Off. eius*, & secundum *Bart. in d. l. minor. §. penult.* facit *l. fin. C. vbi & apud quem.*

Verum quia contraria opinio, quod
112 scilicet à sententia sui delegati solus Princeps restituat docet *Anch. in cap. ex literis de rest. in integr.* quòd & affirmat *Alber. in l. fin. n. 3. C. vbi & apud quem. Aret. in l. aduersus C. si aduer. rem iud. Barbat. in cap. Studuisti num.67. ff. de off. delegat. Socin. Iun. cons. 40. num. 23. lib. 2.* validis nititur argumentis.

Pro concordia dic cum communi DD.
113 quòd prima opinio procedat, quòad sententiam interlocutoriam. Secunda verò quòad definitiuam, quam distinctionem post *Gul. & Aud. de Pis.* adducunt *Bart. Bald. & Aug. in d. l.3. C. si adu. rem iud.* & exornat *Odd. d. q.32. art. 18. à num. 139. vsque ad fin.*

Et nota quòd Iudex inferior contra
114 superioris sententiam restitutionem concedere non potest, vt omnes vbique concludunt in specie *Alex. in l. nam postea §. si minor. num.6. ff. de iur. iuran. Abb. in d. cap. ex literis.* Et est textus expressus *in l. minor. ff. de min.*

Quod dico de sententia militat respectu
115 contractus, in cuius celebratione maioris Iudicis auctoritas interuenit, vt pulchrè colligitur ex *Bart. in d. l. nam postea §. si minor. ff. de iur. iuran.* vbi *Alex. num.4. Fulgos. & Socin. Sen. ibidem num. 4. Curt. Iun. in l. more nu.43. ff. de iurisd. omn. Iud.*

Nec reuelat vtrum appellatio principa-
116 liter, vel incidenter petatur, vt ex *Bart. & alijs aduertit Odd. d. quæst. 32. art. 19. num. 146. & seq.* vbi multis limitatibus hanc conclusionem explicat.

Verum si Iudex, à cuius sententia resti-
117 tutio petitur esset æqualis Iudici, cuius officium pro restitutione imploratur, ipse restituere posset, ita tenet

gloss.

gloss. in dicta l minor autem ff. de minor. gloss. in l. quamuis C. de reb. eorum. Probatur etiam *per text. in l. quamuis, & in l. iure nostro ff. de testam. tut. quibus addo text. in d. l. praeses ff. de minor.*

A' Vicarij sententia Episcopus restituit,
118 prout aduersus sententiam Episcopi Vicarium restituere posse, post *Innoc. in cap. dilecti de priuileg.* docet *Marant. in 6. part. §. & quandoque appellatur num.* 382. *Io: Firman. de Episc. lib.4. part.7. num.37. Lancell. in templ. Iud. lib.2. cap. 6. §. 2. num. 10.* Quod à fortiori procedit in sententia
119 propria, ità; *Bero. cap. ex literis nu. 27. de rest. in integr. Innoc. & Io: And. in cap. Romana de appell. in 6. Abb. in d. cap. ex literis num.* 15. Et haec sententia est verior, quia Vicarius Episcopi habet iurisdictionem ordinariam, quae per prolationem sententiae non extinguitur, quòad praesentem
120 materiam. Secus tamen in Vicario foraneo. *Abb. in cap. pen. num.7. de rest. in integr.* neque aduersus Episcopi sententiam Metropolitanum in integrum restituere posse nota, cum solum per viam appellationis adiri possit. *Abb. cap. vlt. in fin. de rest. in integr. Scacc. de appell. q.19. remed. 1. concl.6. num.85. & remed. 2. num. 61. vers. ad quartum Barbos. Iur. Eccl. lib. 1. cap.7. num.68.*

Quaestio remanet. An coram eo Iudice
121 rei restitutio, siue principalis causae expeditio peti possit, coram quo petita est in integrum restitutio. Et affirmatiuè respondeo cum *Io: de Anan. consf.48. num.4. per l. 1. & auth. ibi C. si vt ab hared. se absti. & per l.1. C. si adu. rem iud. & l. fin. C. vbi & apud quem*.

Caeterum de modo & forma, quibus restitutio in integrum in iudicio proponi, & implorari debet, de causae cognitione, & partis citatione, de Libello, & litis contestatione, & de probatione eorum, quae in hoc iudicio probari debent. Vid. *Odd. de rest. p.1. q.33. 34. & 35. per tot.* vbi pleno calamo hanc materiam explicat; Ego verò supra breuiter tetigi *in cap.* 1. de euidentialibus ad hunc tractatum. Nouissimè etiam de hac materia, vbi & apud quem Iudicem restitutionis in integrum causa agitari debeat per integram quaestionem pertractat *Calà de rest. in integr. minor. denrg. q.* 25. vbi loquitur de remedio rescindente, & rescissorio. Vt autem, quae veram & exactam Romanae Curiae praxim respiciunt, distinctè exponam, reasumo quae in Superioribus dicta sunt, ea digerens, iuxtà dispositionem *cap.50. Statuti Vrbis*, vbi agitur: de causis restitutionis in integrum, etiam maiorum, & quomodò in illis procedatur.

Habemus ergò ex Statuto Vrbis, quòd
122 non solum minores, sed etiam maiores in integrum restitui debent, iure enim communi respectu minorum habemus *Tit. ff. de min. & C. de in integr. restit. min.* Respectu verò maiorum, itidem *Tit. ff. & C. ex quibus caus. maior.* Hac solum inter minores, & maiores quòad praesentem materiam data differentia, quòd minoribus laesis propter solam aetatem
123 absque altera legitima causa, beneficium restitutionis conceditur *l. 1. ff. de minor. l. verum §. fin. in fin. ff. eod.* Maioribus verò non nisi ex iusta causa, vt tot *Tit. ff & C. ex quib. caus. maior.*

Habemus etiam ex *cap.47. Statuti Vrbis,*
124 maiores dici, qui vigesimum aetatis annum excedunt, qui proindè in quolibet contractu, actu, & negotio tam iudiciali, quàm extraiudiciali, in omnibus, & per omnia pro maioribus habentur, adeò vt attento Statuto Vrbis, omnes dispositiones, & iura loquentia de maioribus annorum
125 viginti quinque, locum sibi vendicent, & seruentur in maioribus annorum viginti. Quae tamen dispositio non comprehendit forenses, quia Statuta Ciuitatum disponentia circa personam legitimandam ad aliquem actum, non porriguntur ad personas, quae non sunt Iurisdictionis, sed ad eas tantum, quae sunt originatiae, vel quae domicilium habent in districtu iurisdictionis talis Statuti, licèt secus sit in Statutis disponentibus circa solemnitatem actus, ex doctrina *Bart in l. 1. n.8. ff. de tut. & cur. dat. & in l. 1. n.26. C. de Sum. Trin. & fid. Cath.* passim recepta, & canonizata per *Rot. decis.709. n.5. p.2. recent.*

Z Omnis

Omnis verò difficultas cessat in terminis
127 huius Statuti, quod cum sit deci-
sorium consequenter non compre-
hendit forenses *Caputaq. decis. 283.
p. 1. Rot. in Tudertina, seù Romana
nullitatis obligationis 4. Iulij 1614. co-
ram Buratt. impress. per Pic. ad Stat.
Vrb. decis. 63. n. 17.* habet enim ver-
ba directa in personas *Rot. in eadem
Tudertina 1. Iunij 1615. coram Buratt.
impress. apud eumd. Pic. decis. 64. n. 6.*
Quare sequitur, quòd maior viginti an-
128 nis, licet minor vigintiquinque ex
Stat. Vrbis à petitione restitutionis in
integrum exclusus remaneat, ac si ve-
rè esset maior vigintiquinque, si ta-
men restitutionem in integrum pe-
tendi iustam causam non habeat,
quod vtique tenendum aduertit *Fen-
zon. ad d. cap. 57. Stat. Vrb. n. 5.* per-
pensis verbis eiusdem Statuti ibi: *in
quolibet contractu, actu &c. in omnibus,
& per omnia.* Nam attenta communi
conclusione DD. secus dicendum es-
set, vbi Statutum loqueretur simpli-
citer, admittendo minores ad certos
actus tanquam maiores, & legitimam
personam habentes, vt pluribus re-
latis probant *Boer. decis. 350. num. 4.
Barbat. add. ad Bald. in l. vnic. C. si de
momen. possess. sub lit. B. Contar. d. l.
vnic. limit. 8. num. 17. Cald. l. si cura-
torem C. de rest. in integr. n. 49.* Qui-
quid dixerit *Odd. de rest. in integr. p. 1.
q. 15. art. 9. num. 75.* Quapropter no-
129 ta non ex hoc maioribus viginti an-
norum censeri prohibitam restitutio-
nem in integrum ex clausula generali;
Si qua mihi iusta causa videbitur, de
qua dictum fuit *in cap. præcedenti.*
Neque extra rem quærendum opinor de
ratione, quare Statutum Vrbis con-
tra dispositionem Iuris Communis
130 maiores viginti annis, per omnia
velit maiores, ac si vigesimum quin-
tum compleuissent, adeò vt licet ge-
neraliter, qui à statuto finguntur
maiores, in alienatione immobilium
131 non habeantur pro maioribus, nisi
hoc sit expressum, sed cum Iudicis
decreto alijsque solemnitatibus statu-
tarijs contrahere debeant *Rol. cons. 7.
nu. 17. vol. 3.* Et pluribus relat. *Scacc.
de appell. q. 17. remed. 1. num. 23.* vbi
132 de veriori, & receptiori opinione
testatur. Attamen ex Statuto Vrbis
etiam quòad alienationem immobi-
lium maiores viginti annis, habean-
tur pro verè maioribus, vt dixit *Rot.
coram Seraph. decis. 746. & 751. & de-
cis. 431. p. 1. diuers. in recent.* Et quam-
uis nulla per statuentes ratio afferatur, quod tamen sæpè ab ijs factum
constat, hanc vnicam rationem esse
133 opinor, quòd sub fælici, augusto-
que Romanorum Cælo pueri citius
adolescant, vt experientia docet, ce-
terisque Romana sempet ingenia
præstitisse scribit *M. Tullius, ex not.
per Cal. Rhodig. lect. antiquar. lib. 18.
cap. 24. lit. C.* Quam quoque ratio-
nem confirmat *Mandos. ad Regul.
Cancell. 18. q. 14. n. 3.* ibi: *Non abs-
que magna ratione Stat. Vrb. lib. 1. cap.
65. cautum est maiores viginti annis in
quolibet actu, ac negotio prò maioribus
haberi; adeò enim sapere, & iudicio
pollere Romanum viginti annis maio-
rem, sicuti quemuis alium vigintiquin-
que.* Climati subtilitati, vndè homi-
134 num ingenia præclariora euadunt,
accedit, quòd Romæ facillimum est
in literarum studijs, prudentia, & re-
rum vsu proficere, nec non peritiores
consulere, cum Romæ Sapientum
infinitus sit numerus, quare ipsam Or-
bis Epitomen dixit *nobilis Auctor Græ-
cus.* Hinc iure merito Statutum fuit
maioribus viginti annis liberam re-
135 rum suarum administrationem re-
linquere, eò quòd in ipsis fragilis,
atque infirmi iudicij ratio cesset, com-
muniter considerata in Prætorio Edi-
cto, de quo in *l. 1. ff. de minor.* De
Romanis equidem adolescentibus di-
ci potest, quòd ingenij præstantia
vel vt melius dicam, quòd malitia
ætatem suppleat, sicuti iure commu-
ni consideratum reperitur in *l. si alte-
rius C. si min. se mai. dix.*
His autem præmissis examinando verba,
quæ consideratione digna se exhibent
in *dict. cap. 50. Stat. Vrbis*, descendo
ad primam partem eiusdem ibi: *Prin-
cipaliter in iudicio petatur.* Et noto,
136 quòd in integrum restitutio dun-
taxat coram Iudice Ordinario, qui
reo sit Iudex competens, vel coram
Delegato à Principe principaliter pe-
titur *l. fin. C. vbi & apud quem cap.
causa restitutionis de in integr. rest.* vbi
omnes. Et patet ex latè deductis su-
pra

pra *hoc eodem cap.* Ordinarius autem Iudex ille dicitur, cui à Lege, Con-
137 suetudine, Populo, seu Vniuersitate, vel Principe, aut legitima præscriptione iuris dicendi potestas competit, vt vna voce declarant DD. *in l. more, & in l. quia ff. de iurisd. omn. Iud. Vant. tract. de nullit. tit. de nullit. defect. iurisd. num. 31.* pluribusque relatis *Scacc. lib. 1. de Iudic. cap. 16. num. 5.* Qui tamen Iudex Ordinarius,
138 vt supra dixi, ad effectum concedendæ restitutionis administrationem iurisdictionis habere debet. *cap. causa restitutionis, de in integr. rest. Bart. in l. fin. num. 8. C. vbi, & apud quem. Innoc. in d. cap. causa num. 4. Scacc. de appellat. q. 19. remed. 2. nu. 29.* Quandò verò restitutio principaliter peti dicatur, & quando inciditer satis patet ex supra deductis, & declarat *Luc. Pat. lib. 7. cap. 1. de rest. in integr. n. 5.* vbi communem DD. sententiam refert.

In Vrbe autem plures sunt Iudices Or-
139 dinarij iurisdictionis administrationem habentes. Nimirum Eminentissimus Cardinalis S.R.E. Camerarius, de cuius ordinaria iurisdictione scribit *Gloss. in Clem. ne Romani §. eo tamen prouiso in verb. expirare de elect. & electi potest. Hostien. in Sum. Verb. Ordin. Vant. tract. de nullit. rubr. coram quo possit &c. num. 18.* Cuius tamen iurisdictio restringitur ad ea, quæ
140 interesse Cameræ respiciunt, vt ad literam colligitur ex *Const. Vrban. VI. Constit. I. Apostolica Cameræ. Pij IV. Const. 55. Romanus Pontifex. secund. nouam impress.* Hinc est, quod bis in hebdomada, ipsismet diebus, quibus
141 fit Rota, fit etiam Camera. Cameræ verò præsunt duodecim Clerici, *March. de Commiss. in partic. part. 1. cap. 3. num. 67.* qui in quibuscumque interesse Cameræ concernentibus iu-
142 risdictionem habent. *Innoc. VIII. Const. 4. Cum sicut*, notat *Vestr. in Prax. lib. 2. cap. 11.* Secus in non concernentibus interesse Cameræ. *Pius IV. const. 70. Romanus Pontifex. Paul. V. const. 71. Vniuersi agri.* Nec ha-
143 bent Apostolicæ Cameræ Clerici iurisdictionem vti singuli, sed collegialiter tantum, adeòut omnes vnum Tribunal constituant. *Pius IV. d. const. 70. §. Clerici. Paul. V. d. const. 71. §. Clerici.* Quod & de Sac. Rom.
144 Rotæ Auditoribus testatur *Put. decis. 339. nu. 2. lib. 3. Seraph. decis. 318. num. 2. Greg. decis. 369. num. 2. Caual. decis. 33. num. 5.* Cameræ Tribunali
145 Signatura Iustitiæ rescribere nunquam solet, sed ipsamet Camera causas per Turnum distribuit, vndè si à sententia Eminentissimi Camerarij, aut Thesaurarij, vel alterius Clerici, appellare contingat, ipsa eadem Camera alteri Clerico appellationis causam demandat *Marches. de Commiss. in partic. part. 1. cap. 3. num. 66. & 68.* Propositiones verò scribuntur à Clerico Mensario, à quo, & leguntur, ac successiuè in plena Camera à Decano fit distributio. *Pius IV. const. 110. cum inter cæteras.* Et nota quòd cum inter Cameræ Apostolicæ Clericos
146 adsint, qui particularia habent Officia, prout Annonæ Præfectus, Archiuij Præfectus, Præses Grasciæ, Præses Carcerum, Præses Riparum, Præses Dohanarum, Præses Zeccarum, Præses Viarum, eorum singuli in dictis Officijs iurisdictionem habent.

Auditor Cameræ, de cuius ordinaria
147 iurisdictione scribit *Gloss. in Clem. ne Romani §. eo tamen prouiso verbo expirare de elect. & elect. potest Mandos. tract. de Monitor. q. 44. n. 3. tom. 3. part. 2. Marches. de commiss. p. 2. de commiss. rest. in integr. cap. 2. num. 49. Scacc. de appell. lib. 1. cap. 22. nu. 5.* Et quoàd Iudices Ordinarios Romanæ Curiæ vbicumque A. C. iurisdictio
148 extenditur, & iuxtà suas facultates causas reassumit, & inhibet omnibus, exceptis Basilicarum Iudicibus, vbi de ipsarum Basilicarum interesse agitur, ob eorum amplissima priuilegia. *Vrb. VIII. const. Quamuis edita die 23. Decembris 1642.* tradit *Ridolfin. in prax. part. 1. cap. 7. num. 112.* Quòd-
149 que Auditor Cameræ, & Auditor Contradictarum sint Iudices Ordinarij non à seipsis, sed à Papa substituti, scribit *Vestr. in prax. lib. 3. n. 4.*

Eminentissimus Cardinalis Vicarius, est
150 etiam in Vrbe Iudex Ordinarius Clericorum, Religiosorum, & Piorum locorum, bonorumque eorumdem priuatiuè quoàd alios. *Clem. VII. const.*

const.23. Licet. Paul. III. *const. 37. Licet.* Vbi autem ageretur vigore obli.
151 gationis Cameralis, est locus præuentioni inter Vicarium, & A. C. vt expresse disponunt Summorum Pontificum Constitutiones *B. Pij V. const. 117. Paul. V. d. const. 71. Vniuersi Agri* Hæbreorum quoque in causis
152 Ciuilibus inter ipsos, & contra eos Eminentissimus Cardinalis Vicarius est Iudex Ordinarius priuatiuè quòad alios. *Iul.* III. *const.2: Cum sicut. Paul. V. d. const.* 71. Vbi verò agitur vigo-
153 re obligationis Cameralis A.C. priuatiuè quòad alios est Iudex competens, præterquam in litibus ab alijs Tribunalibus dependentibus; *Paul. V. d. const.* 71. Hæbreorum autem Ban-
154 cheriorum Iudex est Eminentissimus Cardinalis Camerarius *B. Pius V. const.* 139. *Cum sicut. Greg.* XIII. *const.43. Cum sicut Paul. V. d. const.71.*

Item Illustrissimus D. Gubernator Vr-
155 bis, est Romanæ Curiæ Iudex Ordinarius, & in criminalibus latam iurisdictionem habet, in Ciuilibus verò est Iudex in causis mercedum, quos
156 alij Iudices ab eius Tribunali reassumere non possunt, neque ab eius sententijs datur appellatio. *Leo X. const.7. Etsi pro cunctarum.* Hinc est, quod si à sententia Gubernatoris Vr-
157 bis in causa mercedis appellatum sit, Signatura rescribere solet cum clausula, *Sine præiudicio legitimæ executionis*, aut, *Non retardata executione.* Nec aliquis auditur nisi facto
158 actuali deposito, vel data idonea cautione in forma depositi. *Marches. de Commiss. appell. in caus. alim. p. 1. §.1. n.55. & seqq.*

Senator similiter Vrbis est Iudex Ordi-
169 narius, vt disertè tradit *Vant. tract. de nullit. rubr. coram quo possit &c. num.18. Scacc. de Appell. q. 19. remed. 1. concl.5. sub num.79.* Tribunal constituit in Curia Capitolina, in qua Ciues Romani ex *Stat. Vrb. lib. 1. cap.*
160 *41. de foro compet.* solum conueniri possunt. Vbi tamen ageretur in vim obligationis Cameralis esset locus præuentioni inter Curiam A. C. & Capitolinam. *Pius IV. const. 73. Dilectos B. Pius V. in reform. Trib. A. C. const. 117. Inter illa. Paul. V. const. 71. Vniuersi agri. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. cap.41. n.1. & 2.*

Et nota qualiter quòad priuilegium Fo-
161 ri nulla est differentia inter Ciues, & Incolas. *Pius IV. const.73. Dilectos B: Pius V. d. const. 117. Paul. V. d. const. 71. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 41. num. 8. Penia in eius Vot. impress. apud Fenzon. d. cap.41. num. 21.*
162 Vndè Vrbis incola ad instar Ciuis Romana in Curia duntaxat Capitolina conueniri potest, si tamen non sit
163 Curialis, vel Campsor. *Iul.* III. *const. 13. Decet, latè Fenzon. ad Stat. Vrb. d. cap.41. n.26. & seqq.*

Illustrissimus pariter Thesaurarius est
164 Romanæ Curiæ Iudex Ordinarius, & Spoliorum in Italia, nec non locorum Montium, & aliorum, de quibus in eius facultatibus priuatiuè quòad alios. *Sixt. V. const.* 100. *In conferendis. Vestr. in Prax. lib. 2. cap.5:*

Marescialllus quoque Vrbis, & Depu-
165 tatus ab eo, dictus Iudex Curiæ Sabellorum, prout Soldanus Vrbis, qui dicebatur Iudex Turris Nonæ olim habebant iurisdictionem ordinariam, vt ex *Gloss. in d. §. eo tamen prouiso. Vantio, & Vestr.* vbi supra notat *Scacc. de appellat. q.19. remed.1. concl.6. sub nu.79.* de quibus loquens *Rudolph. in prax. p.1. cap.7. num.* 101. dicit quod Soldanus in Ciuilibus iurisdictionem non habet, nisi in causis à decem scutis infra. *Pius IV. const. 85. Cum ab ipso. Paul. V. d. const.* 71. Marescialllus verò est solum Iudex Curialium humilioris conditionis, & inferioris ordinis *Vestr. in prax. lib. 2. cap.13. num.2.* eius facultates habentur in *const.30. Greg.* XIII. *Dum rectè.* Eiusque Curiam reformauit *Paul. V. d. const.71.*

Iudex itidem Burgi in causis habitan-
166 tium in Burgo, priuatiuè quòad alios iurisdictionem habet in prima instantia, nisi agatur de obligatione Camerali, aut altera executiua, quo casu causa ab A. C. reassumi potest. *Pius IV. conf. 85. Cum ab ipso.* Nota tamen quod Tribunal Burgi à Clem. IX. supressum fuit, & hodie iurisdictio, quæ Iudicibus Burgi, tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus competebat, exercetur per Gubernatorem Vrbis, in quem & translatæ

fuerunt

fuerunt facultates Burgi Iudicibus ex Diplomatibus Apostolicis olim competentibus.

Hi sunt Iudices, quos in Vrbe Ordinarios numerat *Scacc. d. remed. 1. n. 79.*
Et quos idcircò posse proprias sen-
167 tias nullas reuocare, & ex integro pronunciare tradit cum *Vant. vbi sup. num. 18. Scacc. d. quaest. 19. remed. 1. concl. 6. num. 79.*

Nec aliqua de Sac. Rotæ Auditorio fit
168 mentio, quia in Rota omnes causæ sunt commissariæ, & per speciale Signaturæ rescriptum commissæ. *Vestr. in prax. lib. 2. cap. 17. num. 3. latè Ridolf. prax. part. 1. cap. 7. num. 108. cum seqq.*

Præter allegatos sunt & in Vrbe alij
169 Iudices. Nimirum Iudex Fabricæ S. Petri, qui iurisdictionem habet Ordinariam, & causas ad Fabricam pertinentes summariè cognoscit priuatiuè quoad alios, haberque amplissimas facultates. *Clem. VII. const. 8. admonet. Cherub. comp. Bullar. tom. 1. super ead. const.*

Iudices Orphanorum, Neophitorum,
170 Fatuorum, & similes, qui dictorum locorũ sunt Iudices priuatiuè quoad alios. Si tamen lis sit inter ipsos, priuilegia conquassantur, & actor Rei forum sequitur, iuxtà formam Iuris communis. *Ridolf. prax. p. 1. cap. 7. num. 104.*

Iudices Basilicarum S. Ioannis Lateranii
171 S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Maioris, quorum facultates olim amplissimæ, hodiè declaratæ sunt per *Const. Vrb. VIII. Quamuis edita die 23. Decemb. 1642.* vt benè procedant
172 quando agitur de interesse Basilicarum, & Piorum locorum Protectorem habentium, in reliquis verò causis, in quibus agitur de interesse priuatæ personæ standum sit iuri communi.

Cæterum in casibus in dictis facultati-
173 bus comprehensis pro remissione causarum non adeundum Signaturæ Iustitiæ Præfectum, sed Præfectum Signaturæ Sanctissimi aduertit *Ridolf. in prax. d. p. 1. cap. 7. nu. 107.* Quamuis regulariter Præfectus Signaturæ
174 Iustitiæ, vbicumque est contentio de iurisdictione iudicet inter Tribunalia Vrbis, & ad Iudices suos causas manu regia remittat, quacumque appellatione, & recursu remoto, sic disponente reformatione Tribunaliũ Vrbis, vt colligitur ex *const. 71. Pauli V. Vniuersi agri.*

Ex Capitolinis huius Tribunalis Supre-
175 mus, & Ordinarius Iudex est Vrbis Senator. *Scacc. d. q. 19. remed. 1. concl. 6. num. 79. & lib. 1. de Iudic. cap. 34. Tant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisd. num. 14. & 43. Fenzon. Annotat. ad Stat. Vrbis cap. 50. n. 6.*

Collaterales quoque Capitolini, omnia
176 facere possunt, quæ in foro ciuili Iudicibus Ordinarijs sunt permissa, & præsertim de in integrum restitutione principaliter cognoscere, quod expressum habetur *in cap. 9. primi lib. Stat. Vrb.* sub verbo *petatur* ex ibi notat. per *Fenzon.*

Opportunè quoque hic illius articuli declaratio cadit ad Capitolini Fori praxim frequenter pertinentis; An
177 scilicet, & quando requiratur mandatum speciale ad petendam in integrum restitutionem. Et quoniam indubitati iuris regula est, quod in integrum restitutio à procuratore sine mandato speciali principaliter peti non potest, vt patet ex supra præmissis *in princ. huius cap. & ex l. illud §. fin. ff. de min.* Incidenter verò peti potest ex mandato generali, *l. qui proprio §. item quæritur ff. de procur.* Hinc aliqui hoc ità strictè intelligunt, vt nouo, & speciali mandato omninò opus sit; verum largius, intelligi debet, quòd nimirum sufficiat
178 mandatum ad principalem causam antea datum, ad hoc vt procurator causam restitutionis in integrum pariter agere possit, cum hæc sit de appendicibus primæ causæ, vt inquit *Bart. in l. inuitus C. de procur. Mant. sing. 644. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. num. 3. Cald. ad l. si curatorem verb. implorandum num. 3. vers. contrarium tamen C. de in integr. restit.* Quod & multò magis procederet, vbi in man-
179 dato appositæ essent clausulæ, quæ communiter in mandatis procuræ à Tabellionibus apponi solent; *ad agendum scilicet defendendum &c. & ad faciendum ea, quæ mandatum speciale requirunt Mantic. decis. 11. num. 2.* & pluribus probat *Odd. de restitut. q. 31. art.*

art. 12. *num.* 51. *&* 52.

Consideranda quoque se offerunt ex
180 verbis dicti *cap.*50. *Stat. Vrbis* verba illa. *Procedatur, prout in Ordinarijs procedi debere mandauimus*. Quæ equidem verba ita intelligi debent, si primum iudicium ordinarium fuerit, nam si summarium, vtpotè in summarijs procedi debet, ex not. per *Odd. de rest. q.*35. *art.* 8. *num.* 53. vbi *Bellam.decis.*266. notabile dictum refert, quòd scilicet si ab vno ex collitigantibus in principali negotio obtentum sit, quòd procedatur summariè, postea verò ab altero obtineatur mandatum de restituendo in integrum prout de iure, in hoc articulo restitutionis in integrum procedendum sit summariè, quamuis in commissione hoc dictum non fuerit: ea autem est ratio, quòd restitutio causam suble-
181 quitur, seu negotium principale, quod ita passim *Doct. & decis. Rot.* appellant ad differentiam restitutionis in integrum. Et in specie quòd causa semel summaria, in quacum-
182 que instantia, & coram quocumque Iudice remaneat semper talis, probat *Rot. diuers. decis.*785. *part.*3. & plenè *Scacc. de appell. q.* 11. *sub num.* 17. *& num.*59.

Hinc est, prout supra dixi, & notabile
183 dignum est, quod licet restitutio executionem retardare soleat, per *text. in rubr. & nigr. C. in integr. rest. postul. ne quid nou. fiat*. Non tamen executionem obligationis cameralis retardat, vbi in eo iudicio petita, vel etiam concessa fuerit *Rot. decis.* 32. *num.*1. *&* 15. *& decis.* 134. *num.* 4. *in Collect. per Zacch. ad Galles. de oblig. Camer.* qui & hoc ipsum not. apud eundem *Galles. q.* 37. *num.* 58. *Greg. decis.*120. *n.*17.

Consideratione itidem digna se offerunt
184 verba illa eiusdem *Stat.Vrb. cap* 50. ibi: *Aduersus duas conformes*, nam cum eodem Stat. *cap.* 180. Duæ sententiæ conformes habeant vim trium, & rem iudicatam faciant, vndè quæ de tribus conformibus iure communi decreta reperiuntur; Romæ in duobus locum sibi vendicant, quod præsertim in hac materia restitutionis in integrum tradit *Paris. cons.*109. *n.*17. *part.* 4. *Luc. Pat. de iudic. form. Capit. for. lib.*8. *cap.*7. *de cau. rest. in integr. num.*24. *Lancellot. de Attent. perd.rest. in integr. cap.*18. *num.* 86. Hic statui-
185 tur, quòd restitutio in integrum aduersus duas conformes petita earum executionem retardet, vbi tamen executio cæpta non fuerit, vel petita, quod & in restitutione petita aduersus tres conformes iure communi constitutum habemus. *Rip. in l.* 4. §. *condemnatum num.* 30. *in fin. Alex. cons.*123.*num.*6. *lib.*6. *Put. decis.* 277. *lib.* 2. *& decis.* 10. *de in integr. rest. Rot. in Cornetana pecuniaria coram Cad. Pamphilio* 4. *Iunij* 1601. *impress. apud Salustr. Tib. prax. iud. lib.* 2. *cap.* 11.

Quòd autem statuitur de duabus con-
186 formibus non habet locum in vna tantum sententia, quæ transiuit in iudicatum, quia statutum loquitur de duabus tantum conformibus, vndè ad vnicam sententiam eius dispositio extendi non debet *Mascard. de Probat. concl.* 1280. *num.* 23. & pluribus docet *Fenzon. loc. cit. num.* 17. *Idem Mascard. de gen. Statut. interpr. conclus.*4.

Perpendi etiam debent verba ibi: *Exe-*
187 *cutione cæpta, seu etiam petita*. Nam ex hac Statuti dispositione cessat opinionum controuersia, quæ non leuis est inter Iur. Ciuil. Interpretes; An petita, vel etiam cæpta executione, quando per postulationem restitutionis in integrum retardetur, vt videre est apud *Benint. decis.* 85. *n.* 15. *Scacc. de appell. q.*19. *remed.* 2. *num.* 109. *& seqq.* Quapropter difficultas ad hoc restringitur, quandò in terminis Statuti Vrbis executio cæpta, seù petita dicantur, cæptam autem opinor, vbi decretum,& relaxatum esset mandatum, vt patet ex late deductis supra *in cap.* 1. *& ex cit. decis. apud Salust. Tib. pract. Iud. lib.* 2. *cap.* 11. *alijsque decis.* in ea relatis. Vel vbi
188 decretæ essent literæ executoriales pro sententia, & re iudicata *Rot. decis.*138. *nu.*2. *part.* 2. *diuers. in recent.*
189 Vel vbi ad debitoris carcerationem deuentum fuisset *Rot. decis.* 77. *nu.* 5. *part.* 2. *diuers. in recent. Adden. ad Greg. decis.*458. *num.*10. Neque hæc ad notasse superfluum adiudicetur, cum dilertè de Curiæ Praxi, quòad subie-

subiectam materiam dixerim in *cap. 1. huiusmet Tract.* cum quæ vtilia sunt pluries repetita efficacius prosint, præsertim, quòd in ipso *Sacr. Rot. Trib.* & præsens materia contingere possit, quia Vrbis Statutum de duabus conformibus in vim rei iudicatæ exequendis in omnibus Vr-
190 bis Tribunalibus locum habet, inter Ciues, & Incolas, & Districtuales *Rot. decis. 647. num. 1. & decis. 662. num. 2. p. 2. diu. in recent. Caualer. decis. 387. n. 2.*

Petita verò dicetur restitutio in causis
191 Ordinarijs, vbi petitum fuerit, decerni monitorium de parendo sententiæ, & rei iudicatæ; tunc enim verè executio petitur, vt vsus, & praxis docet.

Circa autem causas Fori Capitolini, vi-
192 dendum est vtrum sint Ordinariæ, vel Summariæ, aut Executiuæ; si Ordinariæ non per sententiam executio cæpta dici potest, quia mandatum executiuum non relaxatur in sententia, neque per monitoriũ de parendo sententiæ, sed per relaxationem ipsius mandati executiui, quæ ex *Vrbis Stat. cap. 87.* fit post octo dies elapsos à monitorio, vt benè declarat *Luc. Pet. lib. 9. cap. 2. de execut. rei iud. in ordin. n. 13. & 14.*

Si summariæ, vt optimè aduertit *Fen-*
193 *zon. annot. ad cap. 50. Stat. Vrbis num. 28. & 29.* Nec cæpta, nec petita executio dici potest per relaxationem primi mandati contenti in decreto, quod est loco sententiæ, sed petita dicitur, vbi post primum decretum relaxationis mandati, sequitur petitio actoris ad videndum illud exequi, sibi enim imputet reus, quòd audito primo decreto non petierit restitutionem; cæpta verò censetur per primum actum executionis ad effectum deductum.

Si denique causæ sint executiuæ eadem
194 quippe obseruanda est regula supra exposita, & considerata in causis summarijs, quando scilicet cæpta, vel petita sit executio, quæ quidem regula, vt testatur *Fenzon. loc. cit. n. 30.* pari ratione benè aptatur causis executiuis iuxtà formam *Stat. Vrb.* in quibus non est hæsitandum, quòd ad executionem impediendam, restitutio etiam competat ex diffusè notatis per *Odd. de restit. q. 42. art. 6.* probat *Luc. Pet. lib. 3. cap. 2. de execut. instr. num. 28. & lib. 8. cap. 3. num. 1. de exec. rei iud. in execut.* Et solum excipiun-
195 tur causæ executiuæ in quibus procedit in vim obligationis Cameralis, quæ habent specialem dispositionem à *Stat. Vrb. cap. 179.* Quæ profectò infallanter procedunt, vbi exe-
196 cutio iure esset valida, nam si nulla esset, præuentum dici non posset *Rot. decis. 111. num. 8. part. 1. rec.* Prædictis subnecto executionis actum non esse necessarium, sed petitionem suf-
197 ficere, quin neque oportere videtur, quòd per Iudicem decreta sit executio, sed solam partis citationem sufficere, vt dixit *Rot. in Ferrarien. bonorum de Zanaleis 26. Iuny 1615. coram Pamphilio*, refert *Fenzon. loc. cit. num. 31.* qui & *num. seqq.* dubitationes quasdam soluit, quæ sæpè in Foro Capitolino, in hoc puncto contingere solent.

Ex verbis quoque præfati *cap. 50. Stat.*
198 *Vrbis*, ibi: *Si verò incidenter petatur.* Noto generalem regulam, quòd vbi per viam exceptionis, vel replicationis in integrum restitutio petitur, incidenter petita dicitur; Item vbi
199 ante rem iudicatam licet post sententiam, latè patet ex his quæ supra dixi, tradit *Luc. Pat. de caus. rest. in integr. num. 7.* Libelli formam exponens in huiusce restitutionis petitio-
200 ne; sed aduertas in hoc iudicio libellum non requiri, nam in eo summatiè proceditur, ex dispositione Statuti in hoc met *cap. 50.* ibi: *quo casu summariè procedi volumus.* Nec de facto libellus dari solet, vel datum vnquam vidi; si tamen dari contingat, non ideò processus vitiatur, vel irritandus erit, quod & in causis summarijs generaliter decernitur per *Clem. sæpe, de verb. signif.* ibi: *libellum necessariò non exigat*, vbi & gloss. in verbo *non exigat*.

Animaduersione etiam digna sunt verba
201 illa eiusdem Statut. ibi: *Iustificare teneatur intra dies vtiles decem.* Ad quorum intelligentiam, quæro nunquid ex eiusdem causæ actis tantum, an etiam aliundè iustificare possit. Dico igitur, quod etiam aliundè,

tum

tum quia nullibi contrarium cautum inuenio, tum quia generalis est iuris regula, quòd probationum facultas non coangustari, sed ampliari debet *l. quoniam C. de haeret. l. generaliter ff. de reb. cred. cum alijs citat. à Pacian. de probat. lib. 1. cap. 5. num. 9.* qui & probat *num. 10. & 11.* hoc procedere tam quòad modos probandi, quàm quòad tempus. Nam probationis
202 nomen modos omnes probandi includit *Bart. in l. si duo patroni §. Item Iulianus num. 3. ff. de iur. iuran.* disertè *Fenzon. vbi supra num. 46. & seqq.* Euidenti quoque ratione probatur, quòd scilicet Reus ex nouiter dedu-
203 ctis sententiae executionem impedire potest, quamuis Actor ex ijsdem actis sententiam iustificare teneatur, vt ad rem nostram, quando in integrum restitutio executionem retardet optimè explicat *Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 121. num. 20.* Reus autem restitutionem in integrum petens incidenter, sententiae duntaxat executionem impedire intendit, quia hoc remedium, quo vtitur, est rescindens, non rescissorium, vt notat *Luc. Per cap. de caus. restitut. in integr. sub num. 5.* Quapropter Statutum Vrbis post petitam eiusmodi restitutionem in executione supersedendum decer-
204 nit, vnde iustificare, & probare potest, quod intendit, etiam aliundè quàm ex actis eiusdem iudicij. Et ità seruatur in Praxi.

Nota tamen quod statutum non mandat
205 superstederi in executione simpliciter, sed si Iudici supersedendum videtur, ibi: *Sed si sibi supersedendum videbitur*, quae verba, supersederi, arbitrarium Iudici esse demonstrant, qui tamen suum arbitrium dirigere
206 debet secundum regulas iuris, rationis, & aequitatis *Menoch. de arbitr. Iudic. q. 13. num. 15.* Quare non debet, neque potest Iudex sine causa
207 inhibere ad alios quinque dies vtiles, si nimirum reus in termino decem dierum, sibi praefixo ad docendum de causis petitae restitutionis nihil probauerit, contra eum siquidem calumniae praesumptio insurgit, & consequenter executio retardari non debet *Lancellot. de attent. cap. 18. num. 73.* Et hoc est aduertendum, cum alias facili negotio reis dilationem eiusmodi Iudices concedere so-
208 leant, in retardatione siquidem executionis alias iure debitae graue actori damnum infertur. Caeterum regulariter ad Iudicis arbitrium decernere pertinet, an per calumniam
209 restitutio petatur, vt de communi DD. testatur *Lancell. d. cap. 18. n. 75. Scacc. de appellat. q. 19. remed. 2. n. 86.* Iudicis verò arbitrium regulandum arbitrio boni viri tradit *Menoch. de Arbitr. Iud. in claus. si sibi videbitur q. 8. num. 1. & 2.* vbi hanc conclusionem ab omnibus communiter receptam dicit.

Dico igitur, quod vbi reus in termino
210 sibi praefixo non probauit, Iudex debet proferre decretum, quo ad vlteriora procedi mandet, & ab hoc decreto, vti decreto de exequendo non datur appellatio, vt communi-
211 ter docent DD. *Felyn. in cap. quòad consultationem num. 13. de re iud. Capic. decis. 1. num. 17. Veral. decis. 40. part. 1. Gabr. concl. 4. de appell. num. 1.* Quod & in praxi seruatur, & in terminis dicti *cap. 50. Statuti Vrb.* per verba eiusdem omnis omninò dubitatio cessat, ibi: *omninò ad vlteriora in negotio principali procedatur.* Dictio
212 enim *omninò*, qua statuentes vsi fuerunt, omnem exceptionem excludit *gloss. in cap. fin. de off. deleg. in 6. Ioan. And. in cap. dudum ad gloss. 1. de conuers. coniug. Tusch. concl. tom. 2. lit. D. concl. 322. n. 1. Barbos. dict. 206.*

Memoriae autem retineas, quòd reus
216 intra terminum sibi praefixum probationes facere tenetur, Iudex verò intra eundem terminum, causam huiusce restitutionis expedire non est obligatus, quinimò ipsam diligenter examinare debet, procedendo vt in
214 summarijs, quare durabit instantia ipsi Iudici iuxta dispositionem *cap. 81. Stat. Vrb.* quod loquitur de omnibus causis ciuilibus etiam summarijs, & executiuis, vt notat *Scacc. de appell. q. 15. num. 282. lib. 2. & de Iudic. cap. 2. num. 710.* Vndè si alter ex collitigantibus in articulo restitutionis in integrum incidenter Consultorem petat, solum dari debet si ex causa
215 rationabili Iudex, vt suspectus recusetur, vt ad literam colligitur ex

cap.

cap. 186. *eiusdem Stat. Vrb.* pluribus docet *Fenzon. annot. ad cap.* 50. *Stat. Vrb. à num.* 59. *vsque ad* 64. vbi ait: quod si coram Capitaneo, appellationum aduersus duas conformes incidenter postulata sit restitutio, quod & plerumque fieri solet, ille verò iuxtà formam Statuti per decem dies supersederi mandet, hoc termino pendente, coram Senatore, vel altero ex Collateralibus, restitutio principaliter etiam postulari nequeat. Verum tamen est, quod postquam emanauit decretum, vt ad vlteriora
216 procedi debeat, si Reus in eodem articulo coram alio Iudice Capitolino competenti, restitutionem principaliter petere velit, audiri debeat, & ita seruari in Foro Capitolino testatur idem *Fenzon. à num.* 72. *vsque ad* 75. vbi contrarium concludit, si prius petita fuisset, & denegata restitutio principaliter, ipsaque sententia denegatoria confirmata, peteretur restitutio incidenter.

His positis noto in iudicijs possessorijs
217 competere remedium restitutionis in integrum *Menoch. retin. possess. remed.* 3. *nu.* 85 t. *Pacif. de Salu. interd. inspect.* 4. *cap.* 3. *num.* 40. *Mastrill. decis.* 134. *num.* 1. *Capic. decis.* 13. *Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap* 2. *q.* 19. *remed.* 2. Et hæc est communis DD. Sententia contra quam stat *Rotæ decis. apud Put. decis.* 34. *lib.* 1. *num.* 1. vbi expressè
218 dicitur, quòd Rota restituere non solet super possessorio, quia est modici præiudicij, cum grauamen ab eo illatum reparari possit in petitorio, & apud *Cas. de Grass. decis.* 10. *de prob. num.* 14. vbi regula est, quòd in integrum restitutio non datur in possessorio; Quod idem & voluit *Achil. decis.* 5. *de in integr. rest.* quam decisionem vti contrariam regulæ, & communi DD. opinioni miratur *Can-*
219 *tar. ad l. vnic. C. si de mom. possess. lim.* 8. *num.* 24. *& seq.* vbi ad conciliationem deuenire nititur, sed eius dictum mera est diuinatio, nec ipse pro certo meminit aliarum decisionum, quas nec alter quisquam ex scribentibus ad hunc articulum considerasse inuenio præter *Fenzon. loc. cit. num.* 77. A communi tamen regula, & DD. opinione recedendum non puto, siquidem ratio adducta in
220 *Put. decis.* quòd possessorium sit modici præiudicij est insubsistens, vt disertè aduertit idem *Fenzon. d. n.* 177. Et solum in summarijssimo posseso-
221 rio citatæ decisiones locum habere possunt *Couar. pract. qq. cap.* 17. *nu.* 4. *vers. Ad hac. Menoch. retinen. possess. remed.* 3. *num.* 85 t. *& seq. Scacc. de appell. lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 19. *remed.* 2. *n.* 24. *Mastrill. d. decis.* 134. *Capic. d. decis.* 13. Summarijssimum etenim possessorium
222 minimi præiudicij esse censetur, cùm in eo Iudex partium iura tam in ordinario possessorio, quàm in petitorio reseruare debeat, vt benè considerat *Contar. d. num.* 22. Idem etenim possessorium solum durat quantum ipsa lis.

Quapropter mandatum de manutenen-
223 do in tali iudicio secum executionem trahit, & nunquam in iudicatum transit, sed semper à Iudice retractari potest, si Aduersarius de sua possessione melius doceat *Seraph. decis.* 1295. *num.* 2. *cum seqq.* Vndè mandatum de manutenendo vti Summarijssimi possessorij, exceptionem
224 requirentem altiorem indaginem non admittit. *Rot. decis.* 583. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Et hæc est singularis limitatio in praxi frequentissima ad conclusionem prædictam, quam procedere duntaxat intellige fauore minoris, Ecclesiæ, Vniuersitatis, & si-
225 milium, quibus solis in possessorio huiusmodi restitutio conceditur. Maioribus enim non datur *Cas. de Grass. decis.* 2. *num.* 3. *de restitut. in integr. Pacif. de Salu. interd. inspect.* 4. *cap.* 3. *num.* 40. *&* 41. Et in his terminis supracitati DD. loquuntur.

Adeò vt neque ob instrumenta nouiter
226 reperta maioribus concedi debeat *Cas. de Grass. d. num.* 2. licet ex legitima causa maioribus etiam dari voluerit *Odd. d. q.* 68. *num.* 49. Et hæc ad praxim Fori præsertim Capitolini ex ampla, atque difficili restitutionum materia delibasse sufficiat, in reliquis consule, quæ vberrimè ad eius explicationem in hoc tractatu exposui.

ARGVMENTVM

De effectibus restitutionis in integrum ipsa pendente, petita scilicet, & non obtenta; nec non postquam fuerit obtenta. Et an regulariter in integrũ restitutionis beneficium ad alia vltra sortem extendatur; ad fructus nimirum, vsuras, & interesse. Profit verò litis consortibus, & Fideiussoribus. Vendi denique beneficium restitutionis, vel cedi possit.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutione in integrum pendente nihil est innouandum.*
2 *Pendente restitutione nihil alienari potest.*
3 *Alienatio facta restitutione pendente ipso iure est nulla, & reuocari potest per Iudicem de facto.*
4 *Lis dicitur introducta per petitionem restitutionis.*
5 *Pendente restitutione subhastatio fieri potest.*
6 *Causa subhastationis est possessoria.*
7 *Pendente restitutione impedita remanet executio instrumenti, aduersus quod restitutio petitur.*
8 *Procedit etiam in instrumento publico, & guarantigiato.*
Limita in casu quod instrumentum alias executioni demandatum fuisset, & creditor esset in possessione exequendi. ibidem num.8.
9 *Petitio restitutionis ad appellandum impedit sententia executionem.*
10 *Amplia etiam in casu quo Iudex restitutionis, non inhibuisset Iudici executori, ne ad executionem procederet.*
11 *Procedit etiam quòad reuocationem attentatorum.*
12 *Petitio restitutionis ad appellandum, executionem inceptam, vel factam ante petitionem restitutionis reuocabilem reddit.*
13 *Per petitionem restitutionis ad appellandum, non impeditur executio sententia excommunicationis interim lata.*
14 *Non reuocatur executio facta pendente petitione restitutionis ad appellandum, si restitutio non obtineatur.*
15 *Item vbi qui ad appellandum restitutionem petijt non appellauit.*
16 *Item vbi Sententia de sui natura non est appellabilis.*
17 *Pendentia restitutionis in integrum quemlibet actum suspendit.*
Pendentia restitutionis aduersus rem iudicatam illius executionem impedit. ibidem num.17.
18 *Petitio restitutionis aduersus rem iudicatam Sententia Supremi Principis eius executionem non impedit.*
19 *Per viam supplicationis à Sententia Principis Supremi restitutio petitur.*
Supplicatio non impedit executionem sententiæ. ibidem num.19.
20 *Rota Romana variauit circa petitionem restitutionis aduersus tres conformes.*
Per petitionem restitutionis aduersus tres conformes non impeditur executio, iuxtà Bald. sententiam. ibidem num.20.
Contrarium docet Salyc. & eius Opinio est magis communis. ibidem n.20.
21 *Remedium restitutionis negari non potest, vbi cætera iuris remedia cessant.*
22 *Conciliantur.* Opiniones Bald. & Salyc.
Rota Opinionem Salyc. vti aquiorem sequitur, Baldi verò solum in casu fraudis, vel probata calumnia. ibidem num.22.
23 *Bald. Opinio procedit, vbi damnum est reuocabile, Salyc. vbi est irreuocabile.*
24 *Idem iuris est in duabus sententijs habentibus vim trium.*
25 *Sufficit si sententiæ sint conformes quòad*

quoad illud, de quo quaeritur.

26 *Executio consumata impediri non potest, neque suspendi, vel petita restitionis praetextu retractari.*

27 *Idem iuris est in executione ante petitam restitutionem tantum incapta.*

28 *Restitutio id totum reponit quod laesio obstulit.*

29 *Restitus in integrum, in pristino statu repositus dicitmr.*

30 *Restitutio aduersus temporis lapsum, datur pro tempore quod lapsum est.*

31 *Proprietas restitutionis est ne laesio obsit, non quod prosit.*

32 *Ad totum tempus restitutio datur, si modici temporis impedimentum totius temporis affectum obsorbuisset.*

33 *Restitutio in integrum Iustitia ius alteri plenè, & perfectè quaesitum aufert.*

34 *Restitutio gratiosa aufert ius alteri imperfectò quaesitum.*

35 *Restitutio in integrum iustitia extenditur ad alia vltra rem, & sortem principalem.*

36 *Sententia restitutionis fructus comprehendere debet.*

37 *Sententia restitutionis loquens de fructibus comprehendit perceptos.*

38 *Restitutio, quae mera principis gratia datur ad fructus non extenditur.*

39 *Possessor in foro fori tenetur ad omne lucrum, quod laesionis causa percipit ex re minoris.*

40 *Restitutio tam ex edicto minorum, quam ex edicto maiorum ad fructus extenditur.*

41 *In actione rescissoria fructus etiam veniunt.*

42 *Impensa vtiles, & necessaria sunt proportionaliter cum fructibus compensanda.*

43 *Restitutio comprehendit fructus, vbi ex illis possessor factus est locupletior.*

44 *Reijcitur opinio Alber. limitantis conclusionem, quod restitutio fructus comprehendat, ad oxtantes, secus in consumptis à possessorem bonae fidei.*

45 *Quae procedunt fauore minoris in materiam restitutionis militant fauore Ecclesiae.*

46 *Bona fidei possessor tenetur ad restituendum, restituto fructus omnes etiam consumptos, si factus sit locupletior.*

Bonae fidei possessor ius quoque suum in integrum recuperat, tam respectu melioramentum, & expensarum factarum in re restituenda, quam respectu pretij, considerato lucro cessante, & damno emergente. ibidem num. 46.

47 *Lucrum cessans, & damnum emergens non consideratur in eo, qui suam pecuniam mortuam retinere solet.*

Pecunia non parit pecuniam. ibidem uum. 47.

48 *Ex consuetudine Galliae si adsit bona fides; & absit laesio enormis non restituuntur fructus nisi à die mota litis.*

49 *Reijcitur limitatio Hostiensis, vbi rescinditur contractus defectu solemnitatum.*

50 *Vbi contractus est ipso iure nullus restitutio locum non habet.*

51 *Restitutio ex priuilegio speciali post transactum qaadriennium non extenditur ad fructus.*

Intellige de restitutione ex mera gratia, non ex iusta causa, quae in multis casibus à restitutione non excludit. ibidem num. 51.

52 *Restitutio in integrum vsuras licitas comprehendit.*

Aduersus vsuras illicitas in vtroque foro ius Canonicum seruatur. ibidem num. 52.

53 *Restitutio concessa respectu capitalis non extenditur ad vsuros.*

54 *Per restitutionem sicut sors, ita vsura etiam recuperantur.*

55 *Intellige si petatur ratione lucri prouenientis ex interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.*

56 *Per restitutionem non recuperantur vsura promissa in paenam non factae solutionis.*

57 *Restitutio non datur ad lucrum, quod ex paena, vel iniuria alterius prouenit.*

58 *Interesse comprehenditur in restitutione, prout dictum est de licitis vsuris.*

59 *Non semper neque vniformiter beneficium restitutionis ad litis consortes extenditur.*

60 *In integunm restitutio prodest litis consortibus minoribus in re indiuidua.*

61 *Idem iuris est, si eadem restituendi vigeat ratio, respectu rei diuidua:*

62 *Restitutio non pradest litis consortibus* maio-

maioribus, vbi res est diuidua.

63 *Prætor minoribus non maioribus auxilium dare intendit.*

64 *Vbi causa restitutionis à minori obtenta est maiori litis consorti communis, ei restitutio minori concessa prodest.*

65 *Restitutio prodest litis consortibus in re indiuisibili, quando alias non prodesset:*

66 *Oppositam sententiam communiter docent* DD.

67 *Adducitur distinctio Bart. in re tam aperte controuersa.*

68 *In seruitute iam constituta defendenda, vel extinguenda fauore minoris eius beneficium litis consortibus etiam maioribus prodest,*

69 *Ex rei, vel causa indiuiduitate non priuilegiatus, priuilegiati iure, & beneficio vtitur.*

70 *In seruitute constituenda maiori, minoris ætas non prodest.*

71 *Regulariter ætas vnius prodest alteri etiam maiori, ratione rei, vel causæ indiuiduæ.*

72 *Respectu indiuisibilitatis rei, vel causæ vbi restitutio non potest vni prodesse, quin & omnibus litis consortibus prosit, beneficium restitutionis etiam maioribus debet esse commu-nis.*

73 *In causa alias indiuisibili, si vtilitas & restitutionis effectus diuisibilis considerari potest, rei indiuisibilitas non prodest litis consortibus maioribus.*

74 *In re diuidua quoad commodum vtendi, si ex restitutione minor illam vtilitatem non sentiat, quam sentiret; si restitutio omnibus litis consortibus esset communis, omnibus prodest.*

75 *Res indiuidua datur in casu, vbi in integrum restitutus plenum restitutionis effectum non sentit, nisi beneficium restitutionis sit omnibus commune alias dicitur diuidua.*

76 *Seruitutes regulariter excepto vsufructu sunt indiuiduæ.*

77 *Res dicitur indiuidua vbi fratres, quorum aliquis erat minor communi fideicommisso renunciarunt.*

78 *Item vbi ex duobus, qui successerunt in feudo alter erat minor.*

79 *Ius Hypothecæ est indiuiduum.*

80 *Bonis obligatis diuisim possessis, ipsa quoque hypotheca remanet diuisa.*

81 *Restitutio quæ conceditur fratri minori aduersus inconsultò aditam hæreditatem, & non confectum inuentarium, prodest maioribus.*

82 *Restitutio concessa minori, qui pro alio gessit, ei non prodest pro quo gessit.*

83 *Restitutio minoris non prodest his pro quibus fideiussit.*

84 *Intellige si minor pro maiori fideiussit, secus si pro minori.*

85 *Restitutio concessa minoribus regulariter illorum fideiussoribus non prodest.*

86 *Creditor non debet damnum pati, vbi sine minoris detrimento fieri potest.*

87 *Fideiussor minoris tacitè aduersarium ipsius minoris in casu restitutionis assecurat.*

88 *Restitutio Ecclesiæ eius fideiussori non prodest.*

86 *Fideiussor tenetur, quamuis eum pro quo fideiussit maiorem putasset.*

90 *Mandator tenetur vt fideiussor.*

91 *Fideiussor minoris tenetur etiam si minor restitutus non sit, sed conueniri non possit.*

62 *Restitutio minoris prodest eius fideiussori, qui minor sit.*

93 *Restitutio minori concessa ob dolum Aduersarij, prodest eius fideiussori.*

94 *Restitutio concessa minori aduersus læsionem enormissimam prodest eius fideiussori.*

95 *Amplia etiam, vbi minor non aduersarij dolo, sed tertij qui non esset soluendo, læsus fuisset.*

96 *Restitutio minoris prodest fideiussori eiusdem hæredi.*

97 *Intellige si minor obtenta restitutione decessit, secus si ante petitam, & obtentam.*

98 *Explicatur duplex negatiua* Text. in l. Stichum §. quod vulgò ff. de solut.

99 *Restitutio minoris prodest fideiussori, contra ipsum habenti regressum.*

100 *Restitutio minoris prodest fideiussori, vbi alias minor hoc beneficium non consequeretur.*

101 *Restitutio ex persona minoris fideiussori prodest, vbi plenè ei succursum non dicitur, nisi & fideiussori subueniatur.*

102 *Restitutio minoris prodest fideiussori in*

CAPVT X.

Generalis est regula quòd in integrum restitutione pendente nihil
1 innouetur, vt patet ad literam tam in rubro, quam in nigro C. *rest. in integr. postul. nihil nou. fieri*, quod &
2 vno ore fatentur *DD.* asserentes nihil alienari posse *gloss.* Azo. *Bal. & Paul. de Castr. in l. vnica* C. *de rest. in integ. post.* Si verò aliquid alienatum re-
3 periatur alienatio iure ipso sit nulla, & de facto per Iudicem reuocari valeat, facit *l. chirographis* §. 1. *ff. de adm. Tut.* per petitionem enim resti-
4 tutionis in integrum lis introducta dicitur *Ferret. cons.* 11. *num.* 15. & 17. Quod dico de alienatione, non militat
5 in subhastatione, vt concludit *Corn. cons.* 3. *lib.* 1. *Mauric. de rest. cap.* 423. *per tot.* Causa enim est possessoria, &
6 consequenter modici præiudicij, vnde non attenditur restitutio.

Procederet tamen in executione instru-
7 menti contra quod petita esset in integrum restitutio; eius enim executio interim impedita remanet, ità regulam firmat *Benintend. decis.* 85. *Guid. de Suzza. in tract. de Guaren. instrum. sub num.* 13. cum alijs relat. *per Odd. q.* 42. *art.* 6. qui & huie sententiæ adhæret, & melius fundatam dicit,
8 quam sententiam contrariam, & ampliat etiam in instrumento publico, & guarantigiato, dummodò tamen vigore huius instrumenti iam alias executio facta non fuisset, vnde creditor esset in possessione exequendi, quod pluribus allegatis explicat *dicto art.*

art. 6. num. 24. & 25. cum seqq.
Executio quoque sententiæ per petitio-
9 nem restitutionis in integrum ad ap-
pellandum impedita remanet *Rot. in nouis decis.51. alias 379. de appell. Cassad. decis.1. nu.5. Vt lit. pend. Canar. de execut. instrum. q. 21. ad fin. Vestr. in prax. Rom. Curia lib.8. cap. 3. n.15. 17. & 18. Rober. Lancell. de attent. q.14. num.17.* Et hoc procedit etiam si Iudex restitutionis non inhibuisset
10 Iudici executori, ne exequeretur.
Ita *Lancell. d. cap.14. nu. 20.* Et quidem vt ipse considerat si inhibitio requireretur, restitutionis pendentia nihil operaretur. Procedit etiam
11 quoàd reuocationem attentatorum.
Lancell. præallegat. vbi allegat *Aegid. decis. 217.* Et ampliat etiam quoàd
12 executionem iam factam, vel inceptam ante restitutionis petitionem ad appellandum, nam licet alias non esset reuocabilis, quando tamen petitur restitutio ad appellandum reuocari debet, ita *Rot. d. decis. 62. de appell. in nouis.*

Limitanda tamen sunt prædicta primo in
13 sentẽtia ex communicationis interim
lata, quæ statim secum executionem trahit, ita *Rota d. decis. 62. Lancellot. d. cap.14. num.22.*

Secundò, vbi petens restitutionem, ip-
14 sam non obtinuisset, nam executio
interim facta non reuocatur *Rot. decis. 15. de appell. in nouis Lancell. d. cap.14. num.27. & 28.*

Tertiò, vbi qui restitutionem ad appel-
15 landum petijt non appellauit *Felyn.*
cum concord. in cap. quòad consultationem n.38. de re iud. Lancell. n.30.

Quartò, vbi sententia talis esset naturæ,
16 quòd ab ea appellare licitum non
sit, vt pluribus rationibus probat *Lancell. d. cap.14. num.33.* ad quem me remitto, etenim omnia, tam præclarè explicat, vt nulla additione, vel declaratione indigeant.

Regula denique generalis sit in hac ma-
17 teria, quòd pendentia restitutionis
in integrum quemlibet actum suspendit; adeòut si pendeat aduersus rem iudicatam illius executionem impediat, ita originaliter tenet *Gloss. in l. vnica C. in integr. rest. postulat. & ibi Bart. Bald. Petr. de Bellapert. Ang. Alber. Cyn. Paul. de Castr. Fulgos.* & alij communiter *Spec. Tit. de execut. sententia §. postremo num. 2. Gloss. & omnes fere Canonistæ in cap. suscitata de rest. in integr. Marant. part. 6. act. vlt. num. 58. Couar. pract. quæst. cap. 25. num.7. Socin. Senior cons.269. n.5. lib.2. Riminald. cons.404. lib.3. per tot. Dec. cons.436. Cefal. cons.116. num.5. Guid. Pap. decis.215. Franc. Marc. decis. 53. per tot. Cassad. decis. 13. de rescript. Vestr. lib.8. cap. 3. nu. 17. Lancellot. de attent.cap.14.* vbi varias DD. opiniones seriatim refert, & eleganter reprobat, ipsumque imitatur *Odd. d. part.1. q.42. art. 1. per tot.* vbi conclusionem hanc varijs ampliationibus, & limitationibus exornat.

Verum tamen est, quòd si Sententia à
18 Supremo Principe lata esset per peti-
tionem restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam, eius executio non impeditur iuxta magis communem DD. opinionem, quam originaliter tenet *Innoc. in cap. suscitata, & in cap. constitutus de restitut. in integr. Bart. in l. 1. C. de temp. in integr. rest. Alex. Rip. & alij in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Bal. in l. prætor nu. 2. ff. de Iud. Bald. in l si causa cognita n.2. C. de transact. Ias. in auth. quæ supplicatio num. 4. C. de precib. Imp. offer. Marant. in spec. part. 6 §. & quandoque appellatur num. 109. Vitall. tract. claus. Tit. nil nou. appell. pend. Capyc. decis.53. Gabr. concl. Tit. de appell. conclus.2.num.7. Couar. pract. quæstionum cap.25.num.7. Menoch. de adip remed. 4. num. 831. consuluit latè Ruyn. cons. 61. num. 9. lib.5.* Et ità practicari in Tribunalibus testatur *Capyc. d. decis. 53. Capel. Tholos. decis.54. Boer. decis. 65. num.7. vbi concord. Benintend. decis.85. num.3. Marc. decis. 54. num. 3. Cefal. cons.116. num. 16. lib. 1.* Nam per viam supplicationis à Supremi
19 Principis sententia restitutio petitur.
Supplicatio verò sententiæ executionem non impedit.

Quid iuris verò sit, quando aduersus
20 tres conformes restitutio petitur, in
tanta DD. & ipsiusmet Rotæ Romanæ varietate, quæ alias vni opinioni prudenter, & firmiter adhærere solet, non sine difficultate determinare agredior, quòd vbi restitutio aduersus tres sententias conformes petitur,

tur, executio non impediatur cum *Bald. in l. vnica num.* 10. *C. ne lic. tertio prouocare Alex. in l.4. § condemnatum ff. de re iud. num.*27. *& ibi Rip. nu.* 23. *cum Zas. in fin. Couar.* *prac. quaest. cap.* 25. *num.* 7. *Bard. de temp. util. & cont. cap.*5. *num.*2. *cum concord.* quam sententiam sequitur *Delph. decis.* 53. *num.* 14. *& is Cassad. decis.* 1. *n.* 111. *num.*4. *lib.*1. *Paris. cons.* 109. *num.* 17. *&* 18. *lib.*4. *Theb. cons.* 68. *n.*9. *&* 10. *Tit. de rest. in integ. Palleot. decis.*126. *seu* 22. *Cotta decis.* 161. Testatur *Benintend. Rotam Bald. & Alex.* opinionem per saepè secutam fuisse, & patet ex *Rot. decis.* 28. *alias* 517. *in antiquis & decis.*2. *alias* 173. *de re iud. in nouis* aduertit *Lancell. de attent. cap.* 18. *nu.* 82. Et pro hac ipsa sententia allegatur *Clem. vt calumnijs de re iud.* arguendo à nullitate ad restitutionem in integrum.

Contrariam sententiam magis communiter docent DD. *Salyc. in d. l. vnica C. ne lic. tert. prouoc. Marant. in Spec. part.*6. *§. & quandoque appellatur nu.* 112. *Ruyn. d. l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iud. num.*41. *Franc. in cap. ex ratione num.*70. *de appell. vbi* Bald. opinionem fantasticam dicit, ipsamque etiam reprehendit *Salyc. & idem vult Corn. cons.*111. *num.*4. *lib.*1. *Milius in repert. Verb. Executio. Vers.* Executio trium sententiarum. *Mysing. obser.*84. qui licet, vt refert Camera Imperialis quandoque vnam, quandoque alteram opinionem sit secuta, ipse tamen *Salyc. opinioni se subscribit, dicens in practica esse seruandam. Grauet. in add. ad Vestr. lib.* 8. *cap.* 1. *n.*28. *Vestr. ibi cap.* 3. *num.* 15. *Menoch. de arbitr. lib.*2. *cent.*1. *cas.*9. *num.*3. magis communem sententiam esse dicit *Lancellot. d. cap.*18. *num.*93. & idem tenentes allegat *Capell. Tholos. decis.* 54. *Gabriel. lib.*2. *tit. de exec. rei Iud. conclus.* 1. *num.* 17. Restitutionis enim in integrum remedium, vbi caetera alia
21 iuris remedia cessant denegari non potest, iuxta *gloss. & DD. in l. postquam liti C. de pactis.*

Pro concordia igitur dicas, quod Opi-
22 nio *Bald.* & sequacium procedit, vbi fraudis praesumptio adest *Salyc.* verò, & sequacium quando fraudis suspicio non adest, ità notat *add. ad Capell. Tholos. decis.* 54. *& idem in terminis Vestr. lib.*8. *cap.*3. *num.*15. vbi testatur re vera Rotam *Salyc.* opinionem vti aequiorem secutam fuisse, & quando *Baldi* opinionem approbauit ob subsistentem calumniae probationem fecit.

Dici etiam posset *Bald.* opinionem pro-
23 cedere quando damnum est reuocabile *Salyc.* verò vbi esset irreuocabile, ita *Zas. in d. l. condemnatum ff. de re iud.*

Quae de tribus conformibus dicta sunt,
24 sine dubio procedunt in duabus, vbi ex forma statuti, prout cantat Statutum Vrbis inter Ciues, & Incolas vim trium haberent. *Paris. cons.*109. *n.*18. *lib.* 4.

Vbi conclusionem extendit etiam si non
25 essent conformes quòad omnia, sed solum quòad illud, de quo quaeritur *Lancell. d. cap.*18. *num.* 94. cum alijs per ipsum relat. quem & vide *nu.* 55. vbi difficilem quaestionem, an praefata conclusio locum habeat, quando contra petentem restitutionem calumniae praesumptio adest, idest quod id ad differendam executionem maliti0sè faciat; caeteris facilius absoluit, adeò vt vix super hoc dubio scribendi locum deserat; ipsumque de verbo, ad verbum ferè transcripsit *Odd. d. q.*43. *art.*5. *per tot.*

Caeterum praedicta cessarent si antequam
26 in integrum restitutio peteretur executio consumata fuisset. Vti enim iam facta impediri non potest, nec minus suspendi, vel praetextu petitae restitutionis retractari, ita *Anton. & Abb. in d. cap. suscitata num.* 9. *de rest. in integr. Delphin. decis.* 53. *num.* 18. *Benintend. decis.*83. *num.*12. *Cotta decis.*161. *Crot. cons.* 344. *num.* 9. *lib.* 3. *& secundum Alber. est text. in l. si ex causa ff. de min.* Quinimò idem iuris esse scias in executione ante petitam
27 in integrum restitutionem tantum incæpta. *Bald. in l. fin. C. si ex fal. Mauric. de resti. cap.* 423. *Bero. cons.* 119. *num.* 1. *Lancell. de attent. d. cap.* 18. *num.*131. *Cotta decis.* 161. *Rota in Cornetana pecuniaria* 4. *Iunij* 1601. *coram Pamphil. impress. apud Salust. prax. Beltram. ad Greg. decis.* 258. *nu.* 10. *Ferentil. ad Buratt. decis.*267. *n.*6. *lit. C. Buratt. decis.* 597. *num.* 4. vbi quod

quod ita passim est in Rota receptum,
& patet ex latè. deductis supra *cap.* 1.

Dictum est huc vsque de effectibus re-
stitutionis in integrum ipsa penden-
te, videndum modo de eisdem ipsa
obtenta eiusque singularis, atque
præcipuus effectus est, de quo & obi-
28 ter dixi supra in *cap.* 1. id totum re-
ponere quod læsio abstulit *l. fin. ff. de*
rest. in integ. l. qui proprio §. *item quæ-*
ritur ff. de Procur. Bart. in l. 1. *num.* 9.
C. si adu. rem iud. & in l. fin. C. de
sent. poss. & rest. Bald. in l. 1. *n.* 1. *C. de*
repud. Paul. de Castr. in l. cum quidam
num. 2. *ff. de acquir. hæred. Bertrand.*
cons. 251. *num.* 9. *lib.* 2. *plenè Tiraq. de*
vtroque retract. §. 1. *gloss.* 14. *num.* 74.
Hinc est quòd in integrum restitutus
29 in pristino statu repositus dicitur
quòad actum tamen, quod principa-
liter agitur, non quòad alia. Quare
si aduersus temporis lapsum restitutio
30 detur, puta vnum fatale, datur pro
tempore, quod durante impedimen-
to lapsum est, non de toto fatali.
Text. est in l. sed & si per Prætorem §.
si feriæ ff. de rest. in integr. ibi: *sed*
cum feriæ tempus eximunt, ipsorum enim
dierum restitutio facienda est, non to-
tius temporis. Restitutionis etenim in
31 integrum hæc est proprietas efficien-
di, læsio obsit ne nō quod prosit *l.* 1. *&*
l. videlicet ff. ex quib. caus. mai.

Hoc autem intellige dummodò impe-
32 dimentum modici temporis totius
temporis effectum non absorbuisset,
alias totum tempus restituendum es-
set; alias minus daret restitutio,
quam læsio abstulit, vt in terminis
docet *Aug. in l. si ita stipulatus num.* 1.
ff. de verb. oblig. quod esset contra na-
turam restitutionis in integrum *l. quod*
si minor §. *restitutio ff. de min. plenè*
Barbat. cons. 9. *num.* 12. *lib.* 1. *Aug.*
cons. 255. *num.* 3.

Quinimò tanta vis est restitutionis in in-
33 tegrum, quæ dicitur Iustitiæ, de qua
hic loquor, vt ius alteri etiam plenè,
& perfectè quæsitum auferat; resti-
tutio verò gratiosa id solum operatur
34 in iure imperfectè quæsito *Paul. de*
Castr. in l. Gallus §. *& quid si tantum*
num. 14. *ff. de liber. & posth. vbi Alciat.*
num. 74. communem dicit, *& Fortun.*
Garzia num. 235. *in fin.* conclusionem
hanc nullam difficultatem pati, &
omnes in ea concordare testatur.

Nec non generaliter, & regulariter ex-
35 tendatur ad alia accessoria vltra
rem, & sortem principalem *l. ait præ-*
tor §. 1. *ff. de min. facit l. videamus* §.
fauiana ff. de Vsur. Sententia enim
restitutionis ne implicet essentiæ, &
naturæ restitutionis in integrum de-
36 bet omnia comprehendere, conse-
quenter etiam fructus *l. restituere ff.*
de verb. signif. vbi gloss. in verbo om-
nem, & Alc. ibi: *in summariò l. in con-*
demnatione §. *cum nulli ff. de reg. iur.*
vbi latè Dec. explicat Odd. de rest. part.
1. *q.* 45. *art.* 2. *num.* 4. *& seqq.*

Vndè comprehendit etiam fructus inte-
37 rim ab aduersario perceptos; Quod
intellige de restitutione in integrum,
quæ dicitur Iustitiæ, quales regula-
riter sunt restitutiones datæ minori-
bus, vel maioribus, ex causa ætatis,
vel altero iusto impedimento. Vt
communiter concludunt *DD. Bald. in*
l. post aditam num. 1. *C. de impub. Soc.*
Sen. post Bart. in l. 1. *num.* 52. *ff. de*
vulg. & pup. Alber. in l. qui res §. *ar-*
cam num. 2. *ff. de solut. Ias. in d. l. gal-*
lus §. *quid si tantum ff. de liber. & posth.*
& ibi Alciat. num. 74. *Garz. num.* 235.
Couar. var. resol. lib. 1. *cap.* 6. *num.* 6.
Cassan. consuet. Burg. rub. 3. §. 2. *vers.*
Adde tamen num. 20. *Bald. cons.* 64. *n.* 1.
lib. 5. *Crauet. de antiq. temp. part.* 4.
num. 65. *cum concord. Crat. cons.* 198.
num. 20. *lib.* 1. *Ruyn. cons.* 26. *n.* 23. 24.
lib. 3. *Bellam. decis.* 743. *num.* 9. *Gram.*
decis. 102. *num.* 129. *Pedem. decis.* 159.
num. 3. *Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 7.
num. 14. Et hæc est communis opi-
nio expressè probata *in l. si sine* §. *quod*
Papinianus ff. de minor. & in l. fin. C.
de repet. hæred. in l. quod si minor. §.
restitutio ff. de minor. in l. patri §. *si*
pecuniam ff. eodem in l. videmus §. *in*
Fauiana ff. de minor. & per l. si ex cau-
sa ff. eodem, per l. nec non §. *fin. ff. ex*
quib. caus. mai. per l. ait prætor §. 1. *ff.*
eodem per l. quod si minor §. 1. *ff. de*
min. & facit regula gloss. & DD. in l.
restituere ff. de verb. signif.

Nam quòad restitutionem, quæ ex mera
38 Principis gratia, & misericordia
conceditur, qualis est regulariter in
integrum restitutio Bannitorum, exu-
lum, rebellium &c. *communis DD.*
conclusio, stat in contrarium, ita om-
nes

nes in *d. l. gallus* §. *& quid si tantum ff. de Lib. & posth. Gram. decis.* 102. *num.* 119. de communi testatur *Boss. Tit. de remed.* Ex sola Clem. Prin. & plenè de hoc pertractat *Odd. de rest. p.2. q.99. art.14.*

Et adeò vera est proposita conclusio de
39 restitutione in integrum, quæ dicitur Iustitiæ; quòd nimirum extendatur ad alia vltra sortem. Vt etiam procedat in foro poli; Possessor enim tenetur ad omne lucrum, quod læsionis causa ex re minoris percipit, vt singulariter docet *Couar. in cap. peccatum* §.3. 2. *part. num.8. de Reg. Iur. in 6.*

Locum etiam sibi vindicat tam in resti-
40 tutione ex edicto maiorum, quàm minorum, vt colligitur ex *l. quod si minor* §. *restitutio ff. de min. l. nec non* §. *fin. l. ait prætor* §.1. *ff. ex quib. caus. mai.* Nec non procedit in actione
41 rescissoria, in qua, quòd fructus etiã veniant; dicit *text. expressus in d. l. nec non* §. *fin.*

Ad euitandos verò circuitus, si in re ad-
42 uersus quam restitutio petitur, possessor, vtiles, & necessarias impensas fecisset, cum ipsis fructibus proportionabiliter compensari deberent. *Abb. in cap. ad nostram num.4. & 8. de reb. Eccles. non alien.* quatenus tamen ex illis possessor locupletior factus es-
43 set, & non vlterius *Couar. var. resol. lib.1. cap.3. num.4. & fuit opinio Gulielmi de Cun. quem sequitur Alber. in d. l. nec non ff. ex quib. caus. mai.* vndè limitat propositam conclusionem ad
44 fructus extantes, secus determinans in consumptis à bonæ fidei possessore. Sed contrarium est verius, vt docet expresè *Abb. in cap. ad nostram nu.8. de reb. Eccles. non alien.* patet quòad restitutionem minorum *ex l. patri* §. *item ex diuerso ff. de minor.* idemque
45 dicendum esse de Ecclesia, clarus mihi videtur text. *in l. minor.* 41. *ff. minor.* & retinendo verum intellectum *d. cap. ad nostram*, probatur ex eius litera. Dico igitur in integrum
46 ex iustitia restituto, bonæ fidei possessorem teneri ad fructuum etiam consumptorũ restitutionem; quatenus tamen ex illis factus est locupletior, quod intellige, vt etiam ipse ius suum integrum penitus recuperet, adeò quòd si rei possessæ fructus consumptos refundere debeat, omnes quoque expensæ, & labores, quòad rem ipsam excolendam, & meliorandam, ac manutenendam, refundantur, vna cum interesse lucri cessantis prætij pro re comparanda exbursari. Nam si constet, quòd talem pecuniam in aliorum prædiorum emptionem conuersurus erat, ei debetur interesse lucri cessantis, prout communiter in loco, vbi sita res est annui prædiorum fructus æstimari solent. Si verò possessor vti mercator, vt ipsi minori satisfaceret pecuniam, quam in mercium emptione conuersurus erat in prædij emptionem bona fide conuertisse constiterit, iniquũ dici nõ posset, si fructus ab illo percepti, & consumpti, cum interesse lucri cessantis amisso, per Iudicem compensarentur. Et in his terminis benè procederet opinio *Gulielm. de Cun. Alber. & Couar.*

At si probetur, quòd iste bonæ fidei pos-
47 sessor suam pecuniam in capsa mortuam retinere solitus erat, nec ad lucrum aliquod ponere solebat, vel volebat, hoc casu fructus etiam consumptos refundere debebit, nulla habita ratione ad interesse lucri cessantis, cum nullum sit, quia pecunia non parit pecuniam, per text. expressum *in l. minor. ff. de min.*

Et nota quòd ex consuetudine, in Gallia
48 quando adest bona fides, & enormis non adest læsio, fructus vsque ad litis contestationem percepti non restituũtur, vt testatur *Cassan. Consuet. Burgon. Rub.* 7. §. 12. *vers. considerari ad fin.*

Limitatur præfata conclusio secundum
49 *Hostien. in d. cap. ad nostram relat. per Couar. var. resol. cap.3. num.9.* quando defectu solemnitatum à minore, vel ab Ecclesia contractus rescinditur. Sed reijcienda est præsens limitatio, quia quoties contractus in solemnitatibus deficit ipso iure est nullus, & vbi contractus ipso iure est
50 nullus in integrum restitutio locum non habet, vnde contrarium in terminis post *Anch. in d. cap. ad nostram* docet *Rodoan. de reb. Eccl. non alien. in quæstione de restitut. in integr.* §. 4. *num.7.*

Ad notatione verò dignam existimo Li-
51 mitationem *Couar. var. resol. cap. 3. num. 10. & 14.* quòd nempè non pro-
cedat, quando ex speciali priuilegio
post quadriennium transactum resti-
tutio petitur. Quam tamen intellige
si ex speciali gratia in integrum resti-
tutio penitus concedatur; nam si ex
iusta aliqua causa, quæ in multis casi-
bus etiam post quadriennium à resti-
tutione in integrum non excludit, vt
plenè tradit *Odd. de rest. part 1. q. 19. art. 7. 8. 9. 10. & 11.* secus dicendum
Vid. not. supra cap. 1. vbi de lapsu qua-
driennij.

Nec non comprehendit etiam vsuras,
52 quæ tamen non sint de malæ promis-
sis, vel solutis, nam in his hodiè non
est necessaria restitutio, quia de iure
Canonico, in materia vsurarum, in
vtroque foro seruando, condictio ex
canone datur, vt per *gloss. & DD. in l. 1. C. de Sum. Trinit. & Fid. Cath.* Sed
de permissis nomine interesse, vel
census, vel fructuum, vt hodiè in spe-
cie in Societatibus officiorum, cen-
suum impositione, contractu cambij,
& inter mercatores ratione lucri ces-
santis vsitatur.

Quinimò etiam quòad has vsuras, quas
53 communis vsus licitas recepit cum
distinctione est procedendum; aut
quæritur vtrum restitutio in integrum
respectu capitalis facta ad vsuras ex-
tendatur, & conclude quod non, ità
Abb. cons. 35. vol. 2. quem refert, & se-quitur Card. Alb. ad l. qui proprio §. item quæritur ff. de procur. & in l. fin. §. fin. ff. de cond. indeb. quem textum
DD. omnes allegant.

Aut quæritur an vsuræ prædictæ per in
54 integrum restitutionem recuperari
possint, sicut sors principalis, &
quòad hoc duo iura inter se pu-
gnare videntur. Nam quòd recupe-
rari possint colligi videtur *ex l. ait prætor §. fin. ff. de minor.* quòd non
possint *ex l. cum quidam §. si pupillus ff. de vsur.*

Hoc autem modo conciliari posse putò.
Aut ratione honesti interesse lucri ces-
55 santis, vel damni emergentis petun-
tur vsuræ, & hoc casu siuè promissæ
sint, siuè non ope restitutionis in in-
56 tegrum etiam recuperari possunt. Et
ita procedit sensus *l. ait prætor §. fin. ff. de minor.* Aut petuntur duntaxat
ratione moræ, & sic in pœnam non
factæ solutionis stipulatæ, & promis-
sæ, & in casu per restitutionem in in-
tegrum non recuperantur, & in his
terminis procedit *d. l. cum quidam §. pupillus ff. de vsur.* & ibi colligitur
elegantissima ratio, huiusmodi enim
vsuræ in pœnam, & odiũ non soluen-
tium peti dicuntur; quod repugnat
restitutioni in integrum, quæ non
57 datur ad lucrum, quod prouenit ex
pœna, & iniuria alterius, vel in de-
bitoris odium constitutum reperitur.
l. sciendum ff. ex quib. caus. mai.

Quæ dicta sunt de licitis vsuris militant,
58 quòad interesse iuxta supra dicta de
læsione propter lucrum, vel interesse
amissum.

His positis reliquum est, vt videamus
59 an beneficium restitutionis in inte-
grum ad litis consortes, & fideiusso-
res ipsius restituti extendatur. Et sæ-
pè numero eis prodesse docent DD.
quia tamen hoc non semper, neque
vniformiter accidit cum distinctione
ad huius materiæ cognitionem proce-
dendum est. De litis ergò consorti-
bus in primis loquens consideran-
dum propono, quòd vel isti sunt in si-
mul minores, eademque ratio resti-
tuendi adest, & res est indiuisibilis,
vel res est diuisibilis; vel sunt maio-
res, & agitur de re diuisibili, vel res
est indiuisibilis.

Sic igitur, vbi litis consortes ipsi quo-
60 que sunt minores, eademque resti-
tuendi militat ratio, & res est indiui-
sibilis, certi iuris est in integrum re-
stitutionem illis prodesse, vt in sim-
plicibus terminis indiuisibilitatis rei
magis communiter firmant *DD. Glos. in l. vnic. C. si in comm. eademque caus. verbo patrocinari, & ibi Fulgos. Paul. de Castr. Bart. sub illis verbis, & vna est ratio defensionis vtriusque nu. 7. Ias. in l. si mater num. 10. C. de inoff. test. Castr. in l. qui separatim num. 2. ff. de appell. Alber. in l. 2. C. si vnus ex plur. Ang. in l. si communem in princ. ff. quemadmodum seruit. amit. Afflict. Const. Regn.* vbi latè firmat hanc di-
stinctionem de causa diuidua, & indi-
uidua, & ponit exempla. *But. in cap. auditis num. 20. de rest. in integr.* vbi
Abb. nu. 17. Affl. in cap. sancimus. Tit.

quo

quo tempore miles num. 94. vbi notabile exemplum affert. *Mauric. de rest. in integr. cap.* 185. *& seq. vsq. ad cap.* 192. vbi communem dicit *Socyn. Sen. de Test. num.* 129. *Syluan. de feud. recogn. q.* 58. *Villab. com. opinion. verb. restitutio num.* 52. *Menoch. de recup. possess. remed.* 15. *num.* 131. *Borgn. de vsufr. mul. relict. num.* 165. *cum concord. Simoncel. de decret. lib.* 3. *Tit.* 9. *num.* 3. Et consulendo etiam docent *Paul. de Castr. cons.* 323. *lib.* 2. *Grat. cons.* 100. *num.* 34. *lib.* 2. *Calcan. cons.* 3. *Curt. Iun. cons.* 53. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. *Paris. cons.* 100. *num.* 73. *lib.* 1. *& cons.* 13. *num.* 31. 73. *&* 74. *lib.* 2. vbi dat exemplum de indiuiduo, & *cons.* 65. *num.* 59. *lib.* 3. *& à Sac. Neapol. Concil.* ita pluries iudicatum testatur *Afflict. decis.* 213. *Benintend. decis.* 4. *Anfr. in add. ad. Cap. Tholos decis.* 55. *num.* 6. *& aduertit Rip. cons.* 1. *Titulo si in communi eademque causa*. Sed esto quod ista Sententia in se aliquam difficultatem inuoluat propter rationes, & DD. auctoritates contrarium sentientium, quod infra explicabo, inter se pugnantia iura, & opiniones concordando, omnis difficultas cessat in casu, vbi & ipsi litis consortes sunt minores, & patet *per l.* 1. *C. si in com. ead. caus.* à contrario sensu, & à fortiori. Quinimò per hunc textum docent DD. in integrum restitutionem prodesse minoribus litis consor-
61 tibus etiam quando res est diuisibilis; & probatur etiam *ex cap. constitutus de rest. in integr.* vbi fratri minori pro se, & fratre minore conceditur restitutiò in causa communi, licet nil ibi dicatur de speciali mandato, in quo consistit præcipuum argumentum opinionis contrariæ, quam tenet *Bal. in cap. pen. num.* 1. *& Bellam. in cap. fin. num.* 15. *de rest. in integr.* Et quidem collecta opinione DD. audacter dicere possum propositam sententiam esse magis communem, quia aceruus DD. disputantium articulum de litis consortibus minoribus, & maioribus, hoc argumento, & ratione vtitur nemiuorum beneficium, maioribus alias ab illo exclusis profit; quæ siquidem ratio cessat in casu, vbi litis consortes sunt minores. Erit à veriorem, & æquiorem puto Sententiam *contra Bald. & Bellam.*

Quòad alteram verò quæstionem
62 Vtrum restitutio in integrum litis consortibus maioribus prosit, vbi res est diuidua communis DD. calculus negatiuam conclusionem firmat per text: expressum *in dicta l. vnic. C. si in comm. eademque caus.* Et ratio est euidens, quia vt colligitur *ex l.* 3. *§. sed vtrum ff. de min.* Prætoris intentio
63 fuit minoribus, & non maioribus præstare auxilium. Et ità vno ore confirmant præallegati DD. qui sicut concordant ad fauorem minorum, discordant in casu maiorum. Et ita in specie scribit *Crot. cons.* 344. *n.* 12. *&* 13. *lib.* 3. *Riminald. cons.* 87. *lib.* 1. Nec obstat huic sententiæ dictum *Mauric. de rest. cap.* 368. *vers. erant etiam hi fratres &c.* quia ibi præsupponit, quòd illi fratres litis consortes eodem impedimrnto detenti fuissent, quare non mirum si eadem ratione restituendi veniebant. Vnde nota quòd vbi causa restitutionis à
64 minore obtente, esset communis maiori litis consorti, & pariformis in ipso maiori ratio militaret, puta quam minor ob legitimam absentiam, infirmatatem &c. restitutionem obtinuit, quod impedimentum ipsi maiori fuit etiam commune; limitanda esset proposita conclusio; & licet hoc specialiter, & præcisè nullibi determinatum inueniam præter quam ab *Odd. de rest. part.* 1. *q.* 46. *art.* 3. *nu.* 8. tamen cum ipsò fateor æquissimum esse, & hoc bene consideret prudens Iudex in iudicando, Aduocatus in patrocinando, quia licet nouum sit, est tantò magis rationabile, hocue est quod intendunt verè, & realiter DD. affirmantes in integrum restitutionem prodesse maioribus litis consortibus etiam in re diuidua *per l.* 1. *C. si vnus ex plur. appell. & per cap. pen. de appell.*

Vbi autem res est indiuisibilis, vtrum
65 restitutio in integrum litis consortibus maioribus prosit, quando alias non prodesset, acriter inter se contendunt DD. affirmatiuè concludunt omnes DD. supra relati in terminis minorum litis consortium, respectu rei indiuiduæ. Et pro hac adducitur etiam text. *in l. si communem ff. quemadm.*

adm. seruit. amit. vbi videtur casus,
quamuis DD. text. hunc pluribus
modis euitare nitantur, vt aduertit
Iacob. de S. Georg. in d. l. vnica. Ad-
ducitur etiam *l. loci corpus §. si fundum
ff. si seruit. vend.* vbi pariter ponitur
casus. Et hanc sententiam, vti ma-
gis communem à *Neapol. Concil.* ap-
probatam fuisse, & in iudicando se-
cutam testatur *Afflict. decis.* 213. vbi
affert exemplum *Rot. decis.* 132. *nu.* 4.
part. 2. recent.

Negatiuam sententiam sequuntur, &
66 docent communiter etiam DD. *Petr.
de Bellapert. in l. 1. C. si comm. eademq.
caus.* & ibi *Paul. Gomes. var. resol. n. 2.
cap. 13. num.* 10. vbi testatur de com-
muni, & dicit hanc esse sententiam
*Bart. Ang. Paul. Salyc. & Iacob. in d. l.
vnica Bellam. in cap. fin. de rest. in in-
tegr. Natan. stat. exclud. fam. quæst. 3.
num.* 74. vbi de communi, & allegat
*Florian. in l. loci corpus §. si fundus ff.
comm. præd. & add. ad capell. Tholos.
decis. 55. num.* 9. idemque vult *Ber-
trand. cons. 266. n. 5. lib.* 1.

Quid igitur in tanta opinionum varieta-
67 te dicendum sit pro certo ignorarem
ni *Bart.* lucerna iuris lumen daret in
d. l. vnica C. si in commun. eadem caus.
vbi distinguendo; prædicta iura, &
opiniones ita concordat. Inquit enim,
vel agitur de seruitute iam constituta
68 defendenda, vel extinguenda fauo-
re vnius qui sit minor, & eius benefi-
cium in casu etiam alijs litis consorti-
bus maioribus prodest *d. l. si commu-
nem, & d. §. si fundum*. Et ratio est
euidens, nam cum necessum sit, quod
minori ius suum illibatum, & inte-
grum seruetur, nec seruitus vel defen-
sa, vel extincta quòad vnum remane-
69 nere possit, quin propter eius in-
diuiduitatem quòad omnes extincta
remaneat, pernecesse sequitur quòd
beneficium restitutionis minorum, ad
ipsos maiores extendatur, nec est
nouum in iure, non priuilegiatum
multoties vti iure, & beneficio priui-
legiati, ratione indiuiduitatis rei,
causæ &c. vt latè per *Ias. in l. mater.
num.* 10. *C. de Inoff. test.*

Vel agitur de seruitute inducenda, & de
70 nouo constituenda, & in casu ætas
minoris, maiori non prodest *d. l. per
fundum ff. de seruit. [illegible] præd.* quæ in
in istis terminis loquitur secundum
Bart. ex cuius distinctione, si bene
ponderetur, apertè colligitur, quòd
regulariter ætas vnius prodest etiam
71 maioribus litis consortibus, ratione
indiuisibilitatis rei, vel causæ *d. l. si
communem d. §. si fundum*. Aequitati
ergò, & iuri consonum puto dicere,
quòd vbicumque res, vel causa est
72 taliter indiuidua, vt si in integrum
restitutio ipsis litis consortibus maio-
ribus non prosit, neque ipsi minori
prodesse possit, tunc & ipsis maiori-
bus beneficium restitutionis debeat
esse communis alias ætas minoris,
maiori litis consorti non prosit. Sic
igitur vbi causa alias connexa, & in-
diuisibilis quòad vtilitatem, & effe-
73 ctum restitutionis in integrum posset
considerari diuisibilis, & ipsi minori
integraliter prodesse, quamuis non
prosit maioribus habebit locum sen-
tentia negatiua. Aliter affirmatiua
est magis communis, & probabilis,
& ipsam amplia etiam in casu rei in
74 se diuisibilis, quòad commodum
vtendi, quæ tamen sic diuisa minori
restituto eamdem vtilitatem in parte,
quòad partem non afferret, quam
præberet si omnibus in totum pro-
desset, iuxtà regulam Doctorum
*in l. stipulationes non diuiduntur ff. de
verb. oblig.* hoc enim casu iuxta sub-
iectam materiam consideratur, ac si
penitus esset indiuidua, vt singulari-
ter aduertit *Rip. cons. 1. Tit. si in com-
mun. eademque causa num.* 2. quod
tene carum, quia & honorem, & vti-
litatem pariet, si aduertas eueniente
casu.

Quando verò res dicatur diuisibilis, vel
75 indiuisibilis ad nostrum propositum
melior regula dari non potest, quàm
quæ desumitur ex supradictis, videli-
quòd si in integrum restitutus, resti-
tutionis effectum plenè sentire non
potest, nisi beneficium restitutionis
litis consortibus sit etiam communis,
quamuis alias restitutio illis minime
competeret, tunc res, & causa di-
catur indiuidua; alias dicatur di-
uidua.

Cæterum quædam singularia exempla
76 recenseri possunt, quæ ad Iudican-
tium, & Aduocantium commodum
notant etiam DD.

In

In seruitutibus primum afferri potest,
quæ excepto vsufructu sunt indiui-
duæ *Azo. in rubr. C. si in comm. ead.
caus. Bart. in d. l. vnic. C. eodem*. Se-
cundum notat *Paris. cons. 12. nu. 73.
& seq. lib. 2.* cum scilicet fratres,
77 quorum aliquis erat minor communi
fideicommisso renunciarunt. Tertium
colligitur ex *Affl. in cap. sancimus nu.*
78 *64. Tit. quo temp. miles*, quando scili-
cet ex duobus filijs, qui successerunt
in feudo, & infra annum inuestitu-
ram non petierunt, alter illorum erat
minor, Auxilium enim minoris con-
tra præscriptionem; vt ipse ait com-
79 petit etiam maiori. Quartum patet
in iure Hypothecæ, quòd est indiui-
duum, vnde beneficium minoris ad
maiores litis consortes extenditur,
ita in terminis *Affl. decis. 213. dicens
ita à Neapol. Cons.* bis fuisse iudica-
tum, in casu tamen quòd litis consor-
tes, vti cohæredes bona obligata pro
indiuiso possidebant, nam si diuisis-
80 sent, ipsum quoque ius hypothecæ
effectum fuisset diuiduum, & conse-
quenter beneficium vnius indiuidui-
tatis prætextu ad alios extendi non
potuisset. Alterum exemplum notat
81 *Paris. cons. 65. num. 55. lib. 3.* Cum
scilicet plures filij, ex quibus aliquis
minor extat se inconsultò hæreditati
immiscuerunt; restitutio enim qua mi-
nori succurritur aduersus immixtio-
nem, vt nihilhominus inuentarium
conficere possit, extenditur ad fratres
etiam minores.

Si autem minor aliquid pro alio gessit,
82 & in integrum restiturus sit, restitu-
tio in integrum non prodest ei pro
quo gessit, per Text. *in l. cum manda-
to, vbi Bart. & alij ff. de min.* vbi re-
fert exempla, quod declarat *Odd. de
rest. part. 2. in quæstione de rest. in in-
tegr. aduersus mandatum, & negotia
gesta*.

Vnde & alteram conclusionem pono,
83 quòd in integrum restitutio non pro-
dest principalibus pro quibus minor
fideiussit *l. minor se in id ff. de min.* &
nullam dubitationem patitur per ra-
tionem *l. 3. §. sed vtrum ff. de minor.*
ibi: *Prætor enim auxilium minoribus
promisit non maioribus &c.*

Hæc tamen intelligi debent si minor
84 mandato maioris se ingessit, fideius-
sit &c. tunc enim ei imputatur, ex
not. *in d. l. cum mandato ff. de min.* Se-
cus verò vbi sponte sua interuenit, &
aliquid gessit *l. quam si minor. in princ.
ff. eodem*.

Quòad fideiussores minorum regula sit,
85 quod restitutio concessa minori, non
prodest fideiussori. Text. est expres-
sus *in l. 1. & 2. C. de fideiuss. min.* con-
cludunt vbique DD. & in specie pro
regula ponit *Duen. reg. 330. con con-
cord. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 13.
nu. 9.* Creditor enim nunquam dam-
num pati debet, quando hoc sine ip-
86 sius minoris detrimento fieri potest
l. in causæ la 1. ff. de min. Et in tan-
tum aduersarius fideiussorem exegit,
vt se eximeret à priuilegijs, quibus
ius adsistit minoribus, quare qui pro
87 minore fideiubet excusationem non
meretur, cum tacite aduersarium mi-
noris in casu restitutionis assecurare
voluerit; scire siquidem debet fi-
deiussor pro quo, & in quo casu pro-
mittat, vnde ipso casu eueniente do-
nandi animo fecisse videtur *l. donari
ff. de reg. iur.*

Quod dictum est de minore procedit re-
88 spectu Ecclesię, cuius restitutio eius
deiussori non prodest *Euerar. in sua
Centenaria in loco à min. ad Ecclesiam,
& piam causam vers. quinto istud*.

Nec refert si fideiussor suum principa-
89 lem maiorem putauit cum pro eo fi-
deiussit, vt post *Odofr. in l. 2. tradit
Alb. in l. 1. num. 1. C. de fideiuss. min.
per l. iniquissimum ff. de iur. & fact.
ignor.* Vel si non fideiussoris, sed
mandatoris solum personam gessit,
90 *text. est clarus in d. l. in causæ in princ.
ff. de min.* Quinimò & fideiussor mi-
noris tenetur etiam in casu, quo ipse
91 minor conueniri non posset non quia
in integrum restiturus, sed quia non
ciuiliter, sed naturaliter tantum obli-
gatus *l. si pupillus ff. de arbitr. & ibi
Alb. nec non in l. 2. C. de fideius. min.*

Quoniam verò text. *in l. 3. §. sed vtrum*
92 *ff. de minor.* dicit, quòd interdum
prodest restitutio etiā fideiussori, nota
singularē esse casum *d. l. 3.* quando ni-
mirū ipse fideiussor minor esset. *Text.
est in l. min. vlt. ff. de minor.* alios casus
notant DD. sed plures patiuntur diffi-
cultates, iuxta not. per *Odd. de rest.
p. 1. q. 48. art. 1. & seq.* quem consule.

Inte-

Interim nota, quòd vbi minor propter
93 dolum aduersarij restitueretur fideiussori quoque restitutio prodest; nam ideò prodesse non debere dicitur *in l. in causæ*, ne creditor damnum indebitè sentiat, quam legis pietatem, & æquitatem cum eo qui dolum adhibuit exercendam non esse docent mox citandi DD. alias ex proprio dolo præmium reportaret *l. qui rei vbi Bart. & aly §. huic applicatur ff. de solut.* est text. expressus *in l. 2. C. de fideiuss. min. in l. exceptiones la 2. ff. de except. Azor. in sum. C. de fid. min. gloss. Bart. Cyn.* & omnes communiter *in d. l. 2. & dicta l. in causa, & in l. minor. ff. de procur. & ibi Bart. nu. 4. Bald. num. 3. Angel. in l. Marcellus ff. de fideiuss. Cuman. in l. exceptiones nu. 6. de except. Afflict. consi. Regn. lib. 2. rubr. 40. num. 26. Rebuff. de rest. in integr. art. 2. gloss. 3. num. 8. Duen. reg. 330. cum concord.* nec est qui alicubi contrarium attentet. *Etiam vbi dolus,* non esset expressus, sed præsumptus
94 tantū dummodò, minor aduersus læsionem enormissimam restituatur. Ita eleganter colligitur ex *Ioseph. de Ludouic. in Decis. Perus. decis. 27. num. 4. lib. 2.* Et hoc est notabile pro extensione *l. 2. C. de fid. min.* Et hoc etiam sing. tenuit *Bald. in cons. 227. num. 2. lib. 2.* Quod & ampliant *Petr. & Bald. in d. l. 1.* etiam quando non dolo ad-
95 uersarij, sed alterius tertij minor læsus fuisset, & ille tertius non esset soluendo. Quin imò *Fulgos.* idem vult ibi: etiam si tertius esset soluendo.

Nota etiam quòd restitutio minoris pro-
96 dest fideiussori, si sit hæres eiusdem. Ità communiter concludunt DD. per sing. Text. in *l. stichum §. quod vulgo ff. de solut. & ibi Bart.* de communi testatur *Alber. in l. 1. num. 1. C. de fid. min. vbi & Paul. de Castr. num. 1. Bart. in l. in causa §. Pomponius num. 1. ff. de minor. Bald. in d. §. quod vulgo Alex. d. l. 1. num. 2. Bellam. cap. auditis n. 15. de rest. in integr. Duen. reg. 330. in limit. Rebuff. de rest. in integr. art. 2. gloss. 3. num. 7.* & omnes vno ore affirmant adeò vt nullus discrepet. Hoc enim casu non vt fideiussor restitutionis beneficio iuuari vult, sed vti hæres minoris eiusque personam repræsentans. Et placet limitatio *Paul. de Castr. in d. §. quod vulgo in verbo. ratio est*, quod nempe ista conclusio non procedat si minor ante petitam restitutionem decesserat, secus si ipsa
97 petita, & obtenta, & hunc dicit idem *Paul.* subtiliter ratiocinando esse casum in *d. §. quod vulgo*. Secundum intellectum *gloss.* & certè in hoc sensu bene procedunt verba obscura illius text. & hic intellectus videtur necessarius stante duplici negatiua, ibi: *non potest dici non tolli obligatio-*
98 *nem*, quarum secundam tollendam dicit *Rogerius*, sed diuinando. Et quidem quòd *text.* loquatur solum in casu, quo minor viuens non petijt, vel non obtinuit restitutionem in integrum, patet ex litera ipsius *text.* ibi: *& decessit minor intra tempora restitutionis &c.* & ibi: *fideiussori auxilium restitutionis intra tempus constitutum saluum erit.*

Nota quoque fideiussori minoris resti-
99 tutionem prodesse, vbi fideiussor regressum contra ipsum habiturus esset. Ità docet *Bart. in dicta l. stichum §. quod vulgo ff. de solut. Imol. in l. si cum procurator ff. de re iud. relat. ibi per Ias. num. 5. Ang. in l. 1. num. 1. C. de fideiuss. min. Bart. in l. Marcellus ff. de fideiuss. & in l. fideiussor. ff. de re iud. vbi Alex. Soc. & Cyn.* ita tenendum affirmant, quidquid dicat *Alex. in d. l. 1. C. de fideius. min.* idem tenet *Rebuff. sub generaliori regula, de rest. in integ. art. 2. gloss. 3. num. 9.* videlicet, quòd restitutio minoris prodest fideiussori
100 quoque, quando alias minor non plenè, & in pace beneficium hoc consequeretur. Idem *Duen. reg. 330. in 4. fallent. cum concord.* consuluit *Natta cons. 658. num. 6. lib. 4.* Et hæc est magis communis opinio, quæ confirmatur ex regula supra posita quod quando minori plenè succursum non dicitur, nisi & succurratur maiori liti consorti, beneficium restitutionis in
101 integrum ex persona minoris prodest etiam ipsi maiori. Neque ab hac sententia discedendum est in casu, quo intersit minori non molestari à fideiussore per reg. *l. minoribus ff. de min. & l. si in emptionem ff. eod.* quod prudens Aduocatus perpendere, & deducere debet, & adde *sing. text.*

in

in l. fin. in fin. C. *de vsur. rei iud.*

Quæ omnia procedunt tam in extraiudi-
102 cialibus, quam in iudicialibus, & in specie quoad iudicialia, siue minor vti defensor alterius in iudicio interueniat, & fideiussorem dederit, iuxta casum *l. minor. ff. de procur.* Siue interuenerit pro semetipso, & fideius-
103 sorem dederit de stando iuri, & iudicatum soluendo quòd restitutio minoris prosit fideiussori determinant communiter DD. nam in casu, quo minor vti alterius defensor in iudicio interuenit, habemus text. expressum in *d. l. minor.* vbi dicitur, *quod si succurratur minori ope restitutionis in integrum, eius quoque fideiussori succurritur*, per quem text. dicit *Bart.* quòd
103 in iudicialibus restitutio minoris prodest ipsi fideiussori, ita *in l. 2. C. de fid. min. vbi & Bald. num. 3. Alber. & alij Afflict. Const. Regn. lib. 2. Rub. 40. num. 25.* vbi elegantem rationem reddit, videlicet quòd tunc fideiussor obligetur ex processu minoris principalis vnde &c. *l. fin. in fin.* C. *de vsur. rei iud.*

In secundo etiam casu dico cum Bartolo
105 restitutionem minoris prodesse fideiussori, alias non diceretur minor plenè frui beneficio restitutionis cum adhuc fideiussori contra ipsum minorem regressus competeret, & quòd hoc casu ipsi quoque fidessori subueniatur voluit singulariter *gloss. magna in d. l. minor. vers. tu ergo dic.*

A' fortiori etiam dicendum, quòd be-
106 neficium restitutionis minoris prosit ipsi fideiussori, in casu quo minor est tutus iure communi, cò quod eius obligatio sit ipso iure nulla. Ita *Bart. in l. in causæ la 2. §. Pomponius nu. 1. ff. de minor. Ang. in l. 1. num. 1. C. de fid. min. Bald. in l. ea qua C. eodem Cesal. cons. 437. num. 22. & 81. lib. 3.* Hinc est, quod si minor sine decreto præ-
107 dium alienauerit, & fideiussorem dederit, cò quòd alienatio est nulla, fideiussor non tenetur de euictione in casu, quo minor prædium suum repetat, de manu possessoris. Quod idem dicendum in omnibus casibus, quo
108 statutum actum minoris annullet, & illi actui accedat fideiussor, vt in terminis Statuti Vicentini concludit *Cesal. d. cons. 437.*

Quòd si obligatio minoris esset valida,
109 & ei remedium ordinarium competeret, puta *l. 2. C. de rescind. vend.* distinguendum esset in casu. Vel minori succurritur remedio *d. l. 2.* & hoc remedium etiam prodest ipsi fideiussori, quia solum iure communi tunc res dicitur euinci, in quem casum fideiussio facta non dicitur. Vel ope restitutio-
110 nis minori succurritur ad supplementum prætij, & tunc secus, quia eò quòd speciali iure succurratur, res euinci dicitur *l. si seruus §. 1. ff. de euict. Bellap. in l. 1. C. de fideiuss. min. vbi & Iacob. de S. Georg. num. 2. & 3. Duen. reg. 330. in fin.*

Quoniam verò varijs modis, diuersis
111 verbis, & clausulis extra, & præter fideiussionis formam creditores assecurari solent, opportunum puto ad plenam huius materiæ cognitionem explicare, an minore in integrum restituto, Laudator, vel Approbator, vel Promissor, qui minorem pro idoneo, & securo approbauit, aut de rato pro illo promisit, teneatur vt fideiussor.

Dico igitur primò, quòd qui promisit, quòd minor non veniet contra aliquo modo, occasione, vel ingenio, vel causa &c. alias vult teneri de suo &c. tenetur vt fideiussor in casu, quo minor restitutionem in integrum obtineat *Tiraq. de vtroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 18. num. 54. qui & in §. 35. gloss. 4. num. 40.* hanc conclusionem amplians quando assecurator promisisset, quòd minor nullam molestiam, & inquietudinem ipsi creditori inferet.

Dico secundò, quòd, qui promisit, quòd
112 minor promissum ratum habebit, alias vult teneri de suo &c. Non tenetur vt fideiussor in casu, quo minor in integrum restituatur per *Text. in l. 3. ff. rem rat. hab. vbi omnes DD. Rom. sing. 557. Anch. in cap. mandatum n. 5. de procur. & cons. 330. num. 9. Iason. in l. si pacto, quo pœnam in fin. C. de pact. Aret. cons. 100. num. 1. Fulgos. in l. minor. ff. de euict. Alban. in lucubr. ad Bart. dicta l. 3.* Et ratio est euidens, quia qui de iure contrauenit ratum
113 habere dicitur vt post *Aret. cons. 29. notat Alban. cit.* Hinc est quòd, qui vult se tutiorem reddere etiam in casu

petitæ

petitæ in integrum restitutionis hac vtatur cautela, vt specificari faciat,
114 quòd minor in integrum restitutionem non petet, nam si petat, tunc promissor vt purus fideiussor tenetur, ita *Paul. de Castr. in dicta l. 3. Fulgos. cons. 233. per totum Aretin. cons. 100. num. 1.*

Dico tertiò Laudatorem, & Approbato-
115 rem minoris fideiubentis pro alio, pro fideiussore idoneo, & secuto, si ipse minor in integrum restituatur, non teneri vt fideiussor. *Text. est in l. si vero §. 1. ff. qui satisd. cog.* ex quo patet, quòd verba laudatoris approbantis minorem pro idoneo fideiusso. re intelligi debent respectu faculta-
116 tum, quòd nempe sit solnendo, non verò respectu priuilegij personalis, ætatis, vel fori. Facit text. *in l. si Titius, & scia ff. de fideiuss.* ex quo colligo, quòd si vnus ex pluribus con-
116 fideiussoribus in integrum restituatur, alij pro eo non teneantur, quamuis regulariter confideiussores teneantur in solidum *l. si plures, & ibi Bart. ff. de fideiuss. l. fin. ff. de const. pecun.*

Et quidem verbum idoneus, regulari-
118 ter refertur ad opes, vt nempe sit soluendo, text. est *in l. si vero §. 1. ff. qui satisd. cog.* vbi dicitur, quòd satis idoneum fideiussorem dedisse dicitur, qui vel euidentissimè locupletum dedit, vel approbatum, & *gloss.* hic subdit, *approbatum quòad diuitias, & quod sit soluendo.*

Sed quid dicendum, vbi minor restitu-
119 tionis in integrum beneficio, quod & ipsi fideiussori prodesset vti recusat; An scilicet ipso minore inuito sibi succedere debeat. Respondeo affirmatiuè, quamuis regula sit quòd minor cogi non potest, vti beneficio restitutionis *l. si Iudex circumuento ff. de minor.* Et ita communiter concludunt DD. *gloss. in dicta l. minor. ff. de procur. gloss. in l. 3. §. sed vtrum ff. de minor. gloss. in l. 2. C. de fid. min. vbi Cyn. in fin. Bart. num. 8. Bald. num. 6. Bald. dicta l. minor. num. 4. Io: Fabr. in l. 1. in fin. C. de fid. min.* Sed quia dicunt aliqui, quod superfluum videtur hoc auxilium fideiussori, dum minor non vult restitui, & consequenter, quod debet vult soluere, & creditori satis-
facere, propositam conclusionem cum hoc temperamento intellige. Vel minor conuentus vt soluat, non
120 vult restitui, sed soluere, & in casu fideiussori omnis restitutio superflua redditur, quia per solutionem minoris eius obligatio extinguitur. Vel minor non conuenitur, & quod debet soluere detrectat, & ab obligatione
121 se liberare negligit, & quia periculum est ne efficiatur non soluendo, aut ne tempora eius restitutionis labantur, postquam fideiussor ipsum conuenit, vt vel soluat, vel ipsum à fideiussione liberet, aut si neutrum facere vult in integrum restitutionem petat; si minor horum quidquam facere recuset, æquissimum est prout affirmatiuè concludendum dixi, vt ipsi fideiussori subueniatur, adeòut nomine minoris restitui valeat, in quibus terminis intelligi debent præallegati *DD.* Et hæc est propriè illa æquitas considerata per *Rebuff. de rest. in integr. art. 2. gloss. 3. num. 12. & 13.* vbi inquit, *non competere exceptionem hanc fideiussori antequam minor restitutus sit, nisi æquitas suggerat, quod Iudicis officio ei subueniatur.*

Ad coronidem præsentis materiæ viden-
122 dum remanet; An beneficium restitutionis in integrum vendi, vel cedi possit; Et vtrumque fieri posse dico. Nam quòd in integrum restitutio cedi possit, & cessa cessionario prosit, communis est DD. conclusio, varijs legibus expressè probata singulariter *in l. quod si minor. ff. de min. in l. si minoris ff. de admin. tut. in l. si alterius §. 1. ff. de Tut. & rat. distr. facit l. creditor §. penult. ff. de act. empt.* Proba-
123 tur etiam ratione, quia quod ad hæredes transmitti potest, potest etiã cedi *l. ex pluribus ff. de adm. tut.* Sed regulariter beneficium restitutionis
124 in integrum est transmissibile ad hæredes *l. non solum ff. de rest. in integrum, erga &c.* Docet *gloss. in l. ex pluribus ff. de adm. tut. gloss. in l. si minoris, & ibi Bart. num. 5. ff. eodem gloss. & Arch. in can. hinc est 16. q. 1. Alb. in rubr. ff. de Tut. & rat. distr. & in l. si alterius §. fin. ff. eod. & in l. fin. n. 5. C. de here. vel act. vend. Bald. in Margarita verbo cedere, & dicta l. si alterius §. fin. Mauric. de restit. in integr.*

cap.

cap. 17. Guid. Papa sing. 972. & decis. 141. num. 2. Barbat. cons. 9. num. 21: cum concord. lib. 4. Aym. cons. 127. n. 15. Tiraq. de utr. retr. part. 1. §. 26. gloss. 3. num. 13. & 14. Rebuff. de restit. in integ. art. 2. glos. 6. n. 5. ergò &c. Et con-
125 clusio procedit, siue restitutio in integrum sit petita, & obtenta; siue petenda, & obtinenda.

Quòd & possit vendi, patet eisdem ra-
126 tionibus, quibus conclusum est, quòd cedi valeat, & in specie hoc docent *Tiraq. de vtroq. retract. part. 1. §. 32. nu. 71.* vbi allegat *gloss. in l. pluribus ff. de ad min. Tut. Bart: in l. non solum ff. de rest. in integr. per text. in l. quod si minor. ff. de min. & in l. si minores, vbi gloss. & DD. ff. de ad min. Tut.* quibus iuris locis probatur posse beneficium restitutionis in alios transferri.

His ergò firmatis conclusionibus secun-
127 dum magis communem, & legalem DD. sententiam. Dubitatio exoritur an dato casu venditionis beneficij restitutionis in integrum, Ius retractus municipalis locum habeat; & breuiter dico *cum Tiraq. de vtroq. retract. part. 1. §. 23. num. 71.* habere locum ius retractus adeòut consanguineus minoris possit retrahere hoc ius ad recuperandam rem à minore alienatam, quando aliter iure sanguinis retrahere non possit, quod nota vti singulare.

Hæc sunt, quæ de integrum restitutionibus tam ex Edicto minorum, quàm ex Edicto maiorum; hine & Ecclesiæ, Mulieribus, Militibus, ac Rusticis competentibus, Cæsarea Iura *in C. & ff.* registrata determinant non sine graui labore expleta, diuturna, licet leui infirmitate interrupto, alijsque tum domesticis, tum forensibus occupationibus distracto, quòdque magis est grauiori studio intento.

Et quoniam indignum videbatur me virum Ecclesiasticum, in Ecclesiæ Catholicæ Regia, & S. Congr. Indicis Librorum Prohibendorum Consultoris munere fulgentē, & in Sacrorum Canonum interpetratione, in Vrbis Vniuersitate per plures Annos publicè versatum de Iuribus per Sanctiones Ecclesiasticas in hac met, in integrum restitutionis materia promulgatis obiter tantum pertractasse.

Quæ Ius Pontificium de in Integrū Restitutione determinat, tam *in Decretalibus* inclusa, quàm in *Sexto, Clementinis, Extrauag.* alijsque Pontificijs Constitutionibus in *Bullario* registratis expresa, sequentibus Commentarijs ad Canones de hac materia tractantes, expleta atque completa in vtroque foro vtilissima, ad maiorem SS. Triadis, & Deiparæ Virginis gloriam, Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum vtilitatem expono; eadem seruata forma, qua Romanæ Ecclesiæ Canones, cæterasque Pontificias Constitutiones vim legis habentes, publici officij sollicitarus studio quamprimum prælo committenda exponam, congestis omnibus, quæ ad rem Ecclesiasticam tam Iuridicam, quam Historicam pertinent, in Opere, quod præ manibus habeo, & in quo septem ab hine annis insudo, *Pontifices Legislatores*, inscripto, cuius Methodum habes infra in litera ad Lectorem in princ. Comment. quam vt attentè percurras præcor, quidque vtilius ad eius perfectam Editionem arbitraberis, vt admoneas enixè flagito:

Finis Tractatus de Restitutionibus in Integrum.

In Deo inueniemus Virtutem.

DOMINICI
GALESII

Sacræ Congregationis Indicis Consultoris, & in Inclyta Romanæ Sapientiæ Vniuersitate, olim Sacrorum Canonum, nunc Pandectarum Interpretis.

COMMENTARIA

In singulos Textus sub Rubrica de in integrum Restitutione collectos, inter Decretales Gregorij IX. in Lib. VI. Decretalium Bonifacij VIII. nec non inter Clementinas à Clemente V. registratos, vnà cum Notis ab Historia, & Chorographia desumptis.

Addita Constitutione Sanct. Memoriæ Vrbani VIII. super præseruatione Iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, Personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiudicialibus, vberrimis itidem Notis illustrata.

Quibus accedit Commentarium ad Cap. Quidam cedendi. De Renunc. vbi agitur de renunciatione Episcopatuum. Soluitur Quæstio; An petita, & obtenta Cathedralis Ecclesiæ renunciandæ licentia, sit amplius locus pænitentiæ, aut Beneficium Restitutionis in integrum locum habeat. Vetustissima etiam, & inconcussa, de Episcopatibus, præuio scrutinio conferendis, licet diuersa pro temporum varietate, Apostolicæ Sedis obseruantia exponitur; necnon hodierna Romanæ Ecclesiæ in Episcopatibus conferendis, & promouendorum examine, praxis traditur.

Singulis Sacrarum Congregationum Decretis, & Sac. Romanæ Rotæ Decisionibus confirmatis.

Opus in vtroque Foro versantibus vtilissimum.

ROMÆ, Typis Nicolai Angeli Tinassij. M.DC.LXXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

AVCTOR LECTORI.

NE Superiori Tractatui inscriptas Rubricas de in integrum Restitutione ex Edicto Minorum, ex Edicto Maiorum, & ex Clausula generali Edicti Prætorij, in quibus de rebus profanis tantùm agitur, cum rebus Ecclesiasticis confunderem; De beneficio restitutionis in integrum, quatenus respicit Ecclesias, & Pia loca, sequentibus Commentarijs, ad omnes Ecclesiasticas Sanctiones, de hoc beneficio loquentes agere opportunum duxi. In ipsis verò interpretandis, & concordandis eamdem tibi, Amice Lector, formam exhibeo, qua Vniuersos Romanæ, Ecclesiæ Canones, nec non Pontificias Constitutiones nouo scribendi, & interpretandi genere expono, in Opere, quod præ manibus habeo, *Pontifices Legislatores* inscripto, cuius perfectioni non ex Decretalium, & Bullarum explicatione tantum, sed etiam historica, & Chorographica narratione opere insumpto, septem ab hinc Annis insudo: eiusque Editioni, rem licet magnam polliceri videar, Deo dante, quamprimum insistere posse spero. Vt autem, prout enixè peto, antequam ad ipsam deueniam, vestra Ecclesiastici Iuris, & Historicæ Obseruationis Amatores, audiam vota, & vtpotè Eruditissimi, ea mihi communicetis, ex quibus mei ingenij tenuitatem augere possim, & quicquid ex priuatis studijs colligere fas fuerit, vberius ad exitum perducere, & in commune bonum conferre valeam, eiusdem consilium propono.

Romanorum Pontificum Vitam, Gesta, Decreta, Decretales Epistolas, Sacros Canones, cæterasque Ecclesiasticas Sanctiones in Decreto, Decretalibus, Sexto, Clementinis, Extrauag. & Bullario registratas, nec non omnia Vniuersalia, & Oecumenica, atque Prouincilia Concilia, à Binnio Sirmondo, Spelmanno, & nouissima Editione, atque ingenti eruditione à Philippo Labeo relata; Ecclesiasticam quoque historiam, in qua post veteres, tam Sacros, quam profanos Scriptores gloriosæ Memoriæ Card. Baronius, & post ipsum Pauli V. iussu Abrahamus Bzouius, nec non ex S. Philippi Nerij instituto eius filij successiuè insudarunt, maximi, quod molior ædificij fundamentum substerno. Et diuersorum Insignium, atque Piorum Scriptorum sudores in vnum coagulans, iuxta Annorum seriem Regnantis Pontificis singulari studio, & accuratissima emendatione, nec infructuosis obseruationibus, & notis ipsos distribuens; quæ ad rem Ecclesiasticam tam Legalem, quam historicam pertinent, eruditorum licet virorum studio desiderata, hactenus tamen excussa, hinc inde non negligenter conquisita, suis locis, & tempore infero. Singulisque Romanorum Pontificium Gestis, & Constitutionibus periocundas, & fideles annotationes subiungo, non quidem dogmaticas laciniosis tractatuum Theologicorum dissertationibus turgescentes, satis abundè à Sancto Viro Card. Bellarmino exageratas in suis Controuersijs; sed criticas duntaxat non iniucunda breuitate succintas, ad Sacrorum Canonum, aliarumque Ecclesiasticarum Constitutionum, & Sacrorum Conciliorum notitiam, Historiam, Chronologiam, Geographiam, Ritus & Ceremonias sacras, ac similia illustranda pernecessas. Quod quidem arduum, atque immensum opus fateor,

teor, omnibus tamen veritatis Ecclesiasticæ studiosis, pænitus necessarium. Præcor igitur vos omnes Ecclesiasticæ Antiquitatis studiosos, vt calamos aptetis, quæque in aluearibus vestris delitescunt mella expromatis, & vt quidquid in literarijs Thesauris absconditum asseruatis, non in singularem mei, sed totius Catholici Orbis vtilitatem effundatis. Omnium operam, vigilias, Lucubrationes, & manuscriptos Codices continentes aliquid nondum in publicam lucem editum imploro, & quæ Deo fauente accipiam suis illa temporibus, & locis tamquam emblemata illigabo; ab omnium interim quoque humanitate emendatrix Consilium, & præclara quæque subsidia afflagito, spero, expecto. Vtque in omnibus opportuna subministrare possitis promissæ editionis Titulum, Operisque distribuendi rationem, & ordinem pando.

PONTIFICES LEGISLATORES.

Elucubrationes Historicolegales ad omnes Pontificias Constitutiones, Sacrorum Conciliorum Cannones in Corpore Iuris Canonici, Decreto nempe, Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauag. registratos, nec non ad omnes Ecclesiasticas Sanctiones vim legis habentes, quæ in Bullario, & extra sparsim habentur, ab exordio nascentis Ecclesiæ à S. Petro nempè ad hæc vsque tempora, Sedente nimirum Clemente X. Pontifice re, & nomine vti Maximo, ita Optimo.

Opus Legale, Symbolicum, Chronologicum, Geographicum, & Historicum.

Quidquid circa Romanorum Pontificum Vitam, & Gesta colligi potuit connectens, Concilia omnia tam Generalia, quam Prouincialia probata, & improbata à Greca, & Latina Ecclesia celebrata, quæque Sixti V. iussu, ex Vaticana Typographia prodierunt, & quidquid eruditionis pro his haberi potuit comprehendens. Omnia quoque continens Rom. Pontificum Decreta, Sacrorum Conciliorum Canones, Ecclesiasticas Sanctiones, & Bullas singularibus notis illustratas cum Collectanea DD. de ipsis tractantium, iuxta Sac. Trid. Concil. Decreta, quibus multa veteris iuris Canonici innouantur, supplentur, corriguntur, pleraque verò desuetudine antiquata restituuntur.

Quibus accedunt SS. Congregationum Concilij, Episcoporum, & Regularium, Immunitatis Ecclesiasticæ, & Sacrorum Rituum declarationes, atque Decreta vna cum exacto Epitome ad Ecclesiasticam Historiam seruatis temporum supputationibus, ad censuram, & mentem grauissimorum, tum veterum, tum nostri Seculi Scriptorum. Singulis sub cuiusque Romani Pontificis nomine distinctè, & ordinatim positis, & iuxta Annorum seriem eorum Sedis coordinatis, atque digestis.

IN-

INDEX
CAPITVLORVM.
De quibus in præsentibus Commentarijs agitur:

DE

De Mandato Reuerendissimi Patris Capizucchi S. Palatij Magistri. Ego Nicolaus Compagnus Romanus, & in eadem Curia Aduocatus, ac Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Aquauiuæ Aragonia Auditor perlegi alteram partem Commentariorum Reuerendissimi D. Dominici Galesij in textus de restitut. in integrum, & vbique ne dum solidam doctrinam inueni, & in singulis explanandis claritatem singularem, nihilque reperi Catholicæ Fidei, vel bonis moribus contrarium, sed valdè perutile omnibus in foro versantibus existimo, ac propterea dignum, vt typis tradatur. Romæ hac die 18. Iunij 1674.

Nicolaus Compagnus Aduocatus.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sac. Pal. Apostolici.

I. de Angelis Archiep. Vrbini Vicesgerens.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capisucchus Ord. Præd. Sacri Palatij Apostolici Magister.

DO-

DOMINICI GALESII COMMENTARIA IN TITVLVM XLI. LIB. I. DECRETALIVM DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE

CAP. REQVISIVIT I.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia enormiter laesa in contractu venditionis, vel locationis in integrum restituitur.*

2 *Emptori, vel conductori in casu restitutionis soluitur pretium, cum expensis bona fide factis.*

3 *Verba cap. Requisiuit sunt Alex. III.*

4 *Alexander III. sedit Annis 21. mensibus 11. diebus 21.*

5 *Rolandus Bandinellus Senensis creatus Romanus Pontifex vocatur Alexander III.*

6 *Rolandus Bandinellus S.R.E. Cardinalis laudatur à Diuo Bernardo, eique Pontificatus praenunciatur.*

7 *Octauianus Cardinalis, Antipapa eligitur, & Victor III. nominatur.*

8 *Octauianus in Pontificem electus papale indumentum ab Alexandri III. collo violenter abstulit, diro schismate excitato.*

9 *Alexander III. cum Episcopis, & Cardinalibus ab Octauiani satellitibus obsidetur.*

10 *Nymphis non longè ab Vrbe Alexander in Romanum Pontificem consecratur.*

11 *Ostiensis Episcopus, ad quem Romani Pōtificis consecratio pertinet Alexandrum III. consecrauit.*

12 *Octauianus, dictus Victor III. à quibusdam Episcopis Romanus Pontifex consecratur in schismate.*

13 *Alexander III. literas mittit Episcopo, Clero, & Doctoribus Bononiae.*

14 *Alexander III. Octauiano, octo dierum terminum praefixit ad vnitatem Ecclesiae redeundi, ipsumque vti contumacem excommunicauit.*

15 *Octauianus, Victor III. dictus Antipapa, Alex. III. excommunicare audet.*

16 *Cardinales Alex. III. Canonici promotores, datis ad Imperatorem literis exitatum scisma significant.*

17 *Conqueruntur Cardinales datis ad Imperatorem literis, quod Alex. III. legitimus Pontifex vexetur.*

18 *Fridericus Imp. se propensum demonstrat erga Octauianum, & ei sedem confirmare conatur.*

19 *Fridericus Imp. Cremonam obsidione premit.*

20 *Fridericus Imp. Alexandri III. Nuntios suspendere machinatur.*

21 *Radeuicus cautè legendus, uti Sacrilegi Friderici Imp. studiosus.*

22 *Imperatores non propria authoritate, sed de consensu Romani Pontificis synodos indicebant.*

23 *Fridericus Apostolicum zelum affectans legatos ad Alex. III. mittit.*

24 *Alexander III. precepto Imp. de conueniendo Papia in Concilio ibi conuocato parere recusat.*

25 *Legati Friderici Imp. indignati de Alexandri responsis Signiam ad Octauianum se transferunt.*

26 *Legati Imperatoris ad pedes Octauiani procidentes, uti Pontificem legitimum ipsum adorant.*

27 *Fridericus Imp. magis indignatur aduersus Alex. III. & fauet Octauiano.*

28 *Octauianus sub Victoris nomine Papiensi Conciliabolo interfuit.*

29 *Papiense Conciliabolum reprobato, & excommunicato Alex. III. Octauianum schismaticum, uti legitimum Pontificem agnoscit.*

30 *Radeuicus de mendacio conuincitur.*

31 *Ligurinus Poeta rerum turpitudine sua musa ecutum in Friderici honorem echibet.*

32 Cardinalis Papiensis, eò quòd *Schismatico Conciliabolo non restitit infamia notam contraxit.*

33 *Thomas Archiepiscopus Cantuariensis Martyrij palmam consequitur, & Alexander III. Regis Angliæ Oratores recipit, de obiecta nece Thomæ Regem suum purgantibus.*

34 *Alexander III. Regem Angliæ ab obiecta nece Thomæ Cantuariensis certis conditionibus absoluit.*

35 *Alexander III. ad scismaticos insultus fugiendos in Galliam nauigat.*

36 *Alexander III. in Concilio Claromontano Fridericum, & Victorem excommunicat.*

37 *Alexander III. ad Concilium Papiense cum Rege Galliæ conuenire recusat.*

38 *Octauianus Antipapa impænitens Lucæ moritur.*

39 *Octauiani Antipapæ Cadaueri, à Catholicis Sepultura Ecclesiastica denegatur, & per vim in Monasterio extra Ciuitatem sepelitur.*

40 *Octauianus Antipapa quindecim dies ante mortem in phrenesim incidit.*

41 *Reprobatur Otto Morena, qui Octauianum miraculis claruisse asserit.*

42 *Guido Cardinalis Cremensis in locum Octauiani subrogatur, & vocatur Paschalis III.*

43 *Fridericus Imp. iurat obedientiam Guidoni Antipapæ.*

44 *Clerus, & Populus Romanus Alex. III. Romam è Gallijs euocat, & summa lætitia ipsum excipit.*

45 *Fridericus Imp. ad Alexandrum legitimum Pontificem occidendum, aut à Pontificia Sede eijciendum in Italiam exercitum ducit.*

46 *Alexander III. Beneuentum se recipit.*

47 *Cisalpinæ Galliæ populi insurgunt aduersus Fridericum Imp.*

48 *Pestilentia Friderici exercitum perdit.*

49 *Fridericus cum Romanis res, vtcumque componit:*

50 *Fridericus profugus Papiam peruenit, indeque pulsus Trans Alpes fugit.*

51 *Guido Cremensis Antipapa moritur.*

52 *Ioannes Sirmiensis Abbas in locum Schismatici Pontificis subrogatur.*

53 *Alexander III. ad euadendas Friderici Imp. iniurias Venetias se confert ibique Fridericum ipsum à Mediolanensibus deuictum, atque fugatum ad vnionem Ecclesiæ recipit.*

54 *Reijcitur hæreticorum figmentum de arroganti dicto Alexandri III. in absolutione Friderici Imp.*

55 *Venetijs in S. Marci vestibulo ab Alex. III. Fridericus Imp. recipitur.*

56 *Alexander III. Venetis multa priuilegia donat.*

57 *Alex. III. Romanis certis pactis placatis, Romam venit.*

58 *Lateranense Concilium Alex. III. celebrat.*

59 *Totidem extabant Alex. III. epistolarum libri, quot habebat Pontificatus annos.*

60 *Alexander III. suas Decretales Epistolas in vnum Volumen collegit, quod non inuenitur.*

61 *Verba cap. Requisiuit. Sunt fragmentum*

tum Decretalis Epistola Alex. III. Aliphano Episcopo directa.
Alipha Ciuitas est in Regno Neapolitano suffraganea Episcopi Beneuentani. ibidem num. 61.

62 *Ecclesia manifestè læsa sicut minor in integrum restituitur.*
63 *Ecclesia læsa in contractu in pristinum ius restituitur.*
64 *Episcopus Ecclesiæ conditionem deteriorem facere non potest.*
65 *Sumptus in rebus Ecclesiæ meliorandis bona fide facti restitui debent.*
66 *Ecclesia læsa in contractu iure minoris restituitur.*
67 *Ecclesia læsa restituitur, si de læsione manifestè appareat.*
68 *Vt Ecclesia restituatur læsionem concludenter probare debet.*
69 *Ecclesia pro restitutione consequenda ius minoris habet.*
70 *Minorum consilium est fragile.*
71 *Minor ex quocumque contractu læsus sit restituitur etiam Iudicis in contractu accedente decreto.*
72 *Minor restituitur aduersus contractum factum cum consensu Curatoris, si læsus sit.*
73 *Minor læsus aduersus donationem restituitur.*
74 *Item aduersus diuisionem, seù transactionem.*
75 *Item aduersus solutionem.*
76 *Item aduersus repudiationem, vel aditionem hæreditatis.*
77 *Item aduersus omissa, quæ acquirere poterat.*
78 *Ecclesia iure minorum fruitur.*
79 *Ecclesia vti minor restituitur.*
80 *Hospitalia, & cætera pia loca iure minorum restituuntur.*
81 *Capellæ veniunt nomine locorum piorum, idem de Confraternitatibus.*
82 *Vniuersitates iure minorum restituuntur.*
73 *Fiscus in restitutionis materia fruitur iure minoris.*
84 *Item personæ miserabiles.*
85 *Item literarum Studiosi, & Scholares.*
86 *De quo contractu textus loquatur, expenditur.*
Secundum aliquos textus loquitur de contractu emptionis, & venditionis. ibidem num. 86.
87 *De contractu locationis, & conductionis textum loqui, aliqui tradunt.*
88 *Plenum dominium in laicos translatum supponitur per text.*
Verbum redire supponit translationem præcedentem. ibidem num. 88.
89 *Textus, secundum aliquos loquitur de locatione ad longum tempus.*
90 *Verba textus peculiarem contractum designant.*
91 *Verba textus strictè accepta important locationem ad longum tempus.*
92 *Secundum gloss. textus loquitur de alienatione.*
93 *Verba textus, propriè intelligi debent de contractu census reseruatiui.*
94 *Census reseruatiuus vtroque iure est approbatus.*
95 *Dominium plenum transfertur in constitutione census reseruatiui.*
96 *Dispositio textus verificatur in quolibet contractu Ecclesiam lædente.*
97 *Vt Ecclesia restituatur læsio debet esse magna.*
98 *Ecclesia restituitur aduersus quemlibet contractum, in quo enormiter est læsa.*
99 *Super possessionibus Ecclesiæ censuales contractus iniri possunt.*
100 *Verba textus non possunt referri ad ad contractum Emphiteuticum.*
101 *Vt Ecclesia restituatur de læsione manifestè apparere debet.*
102 *Manifesta læsio dicitur, quæ per testes, vel alia legitima documenta probatur.*
103 *Detrimentum debet esse magnum, vt restitutioni sit locus.*
104 *Modica læsio, secundum receptiorem Sententiam ad restitutionem sufficit.*
105 *Ex qualibet iniustitia etiam non notoria conceditur restitutio.*
106 *Si Sententia ex nouiter deductis iniusta detegatur, restitutio in integrum conceditur.*
107 *Prælatus potest facere Ecclesiæ conditionem meliorem, secus deteriorem.*
108 *Limita in rebus acquirendis.*
109 *Limita vbi negligente Prælato Ecclesia præscriptionem pateretur.*
110 *Ecclesia, quæ ex negligentia Prælati præscriptionem patitur, eius habet contra ipsum Prælatum, & ius hæredes.*
111 *Ecclesia beneficio restitutionis iure mino-*

non sufficit si sint articulata, sed debent esse probata.

155 *Melioramentorum exceptio altiorem requirit indaginem, ideò non impedit executionem sententiæ, vel mandati de manutenen.*

156 *Vbi melioramenta saltem in genere non sunt probata, non potest cogi rem melioratam petens ad cautionem præstandam.*

157 *Melioramentis in genere probatis, per melioramentorum exceptionem non retardatur immissio, sed bonæ fidei possessori succurritur per cautionem de melioramentis præstandis facta liquidatione.*

158 *Pro melioramentis in genere probatis, rei melioratæ retentio competit secundum aliquos.*

159 *Qui mala fide melioravit, melioramenta non repetit.*

160 *Emens rem fideicommisso subiectam non repetit melioramenta mala fide facta.*

161 *Idem de eo, qui emit rem subiectam retractui.*

162 *Idem de simplici vsufructuario.*

163 *Malæ fidei possessor repetit melioramenta vtilia, & necessaria.*

164 *Explicatur verba* Text.in cap.Constitutus 6. de Relig. Domibus.

165 *Translatio pleni dominij repugnat contractu Emphiteutico.*

166 *Per cessationem solutionis pensionis Emphiteuta in Commissum incidit.*

167 *De natura contractus Census reservatini plenum dominium transfertur.*

168 *Cripta ferrata Monasterium S. Nilus in Territorio Tusculano à fundamentis erexit.*

169 *Monasterium Crypta ferratæ describitur.*

170 *Monasterium Crypta ferratæ à Pio II. erectum fuit in Commendam Cardinalitiam.*

171 *Mensam Monachorum Crypta ferratæ à Mensa Abbatis Commendatarij Gregorius* XIII. *diuisit.*

172 *Refertur Elenchus Abbatum Monasterij Crypta ferratæ à S. Nilo vsque ad præsentem diem.*

173 *Franciscus S. R. E. Cardinalis Barberinus Abbas Commendatarius Monasterij Crypta ferratæ laudatur.*

CAP. REQVISIVIT I. De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

SI in contractu venditionis, vel locationis Ecclesia fuit enormiter læsa,
1 potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum: em-
2 ptor tamen siue conductor non debet fraudari in prætio suo, vel in sumptibus per eum factis.

Commentaria cum notis Auctoris ad hanc Decretalem.

VErba præsẽtis Textus desũpta fuerũt ex Decretalibus Epistolis Ale-
3 xandri III. qui Sedit Romanus Pon-
4 tifex Ann. 21. Mens. 11. & dieb. 21. Ab Anno nimirum 1159. quo die 5. vel vt aliqui tradunt 6. Septembris in locum Hadriani IV. subrogatus fuit, vsque ad Annum 1191. die 27. Augusti, qua Imperantibus Alexio Comneno Iuniore, & Frederico Barbarossa diem extremum clausit. Vt enim tradit eius temporis Auctor anonymus in Codice Vaticano, sepulto Hadriano Papa, Episcopi, & Cardinales de substituendo ei successore acturi, in B. Petri Ecclesia conuenerunt, ibique trium dierum spatio de noui Pontificis electione pertractantes, omnes tandem, præter Octauianum Tit. S. Ceciliæ, Ioannem Tit. S. Martini, & Guidonem Cremensem Tit. S. Calisti presbyteros Cardinales, in Rolandum Bandinellum patria
5 Senensem presbyterum Card. Tit. S. Marci, Rainutij filium, Sedis Apost. Cancellarium, qui legatione ad Fridericum Imp. ob non vindicatam Londinensi Episcopo illatam iniuriam functus fuerat, vnanimiter consenserunt, reliquo pariter Clero, & Romano Populo assentiente, eumdemque Alexandrum III. nominarunt, virum vtique prudentissimum, omnibusque virtutibus ornatissimum, & in omnes beneficentissimum, diui-

narum

narum humanarumque literarum le-
ctione præclarissimum, quem ab Eu-
genio Papa S. R. E. Cancellarium
6 electum D. Bernardus egregiè lauda-
dauit, eique Pontificatum subobscu-
rè prænunciauit. Post *Alexandri III.*
creationem viginti trium Cardina-
lium concurrentibus votis solemni-
ter factam, quorum nomina recen-
sentur in *Epist. ad Frider. Imp.* quam
recitat *Radeuicus lib. 2. cap.* 53. Tres
quos dixi Cardinales contra eum in
7 schismate insurrexerunt, Ioannes si-
quidem, & Guido in Octauianum
etiam presbyterum Cardinalem na-
tione Romanum ex sanguine Comi-
tum Tusculanorum iam dudum ad
Sedem Apostolicam aspirantem in-
tendentes, ipsum in Romanum Pon-
tificem procaciter nominarunt, *Vi-
ctorem* III. appellantes, cuius electio-
nem cum reliqui negligerent, & Ale-
xandrum fugientem, atque omninò
8 reluctantem Papali manto induerent,
in tantum vesaniam ipse Octauianus
prorupit, vt veluti arreptitius idem
ab Alexandri collo violenter abstu-
lerit, & secum asportare tentauerit;
ab alijs verò ei ereptum, vt Alexan-
dro restitueretur, alterum sumpsit,
quod per Capellanum suum paratum
haberi iam ante prospexerat; & Ec-
clesiæ reseratis ianuis, quorumdam
Senatorum opera, quos ipse pecunijs
corruperat; assistentibus etiam Fri-
derici Imperatoris fautoribus, cui &
ipse Octauianus contra Romanos Pō-
tifices, & ipsam Romanam Eccle-
siam, Sacrumque Cardinalium Col-
legium, se addictissimum semper ex-
hibuit, conductos milites introduxit;
quorum metu Episcopi, & Cardina-
les in munitionem Ecclesiæ cum
9 *Alexandro* se recipientes, ibi nouem
dierum spatio ab Octauiani Satelliti-
bus obsessi fuere, donec pro ipsis vni-
uerso populo insurgente, & in Octa-
uianum conclamante, eumdemque
inuasorem, & hæreticum exclaman-
te, inde educti, rursusque per eosdem
Sacrilegos Senatores Octauiani fau-
tores in arctiorem custodiam triduò
inclusi, & ex ea itidem à Nobilibus,
& Populo erepti; cum magna Catho-
10 licorum frequentia Nymphas non
longè ab Vrbe in vigilia S. Matthæi
peruenerunt: vbi Sabinensi, Ostien-
si, Portuensi, Albanensi, alijsque
Episcopis nec non Cardinalibus, vna
cum Abbatibus, Iudicibus, Scrinia-
rijs, & Primicerio cum Schola Can-
torum congregatis, Nobilibus quo-
que, & quamplurima parte Romani
Populi interueniente, Ostiensis Epi-
scopus, (ad quem Romani Pontificis
11 consecratio pertinet;) Alexandrum
in Summum Pontificem consecrauit,
& vt moris est regno coronatus fuit.
Ex altera autem parte ipse quoque
Octauianus cum Ioanne, & Guidone
12 Cardinalibus S. Petri Ecclesiam oc-
cupans, postquam tam per se, quam
per suos, ad aliquos alijciendos Epi-
scopos, à quibus consecraretur inces-
santer laborasset; Malphitano quo-
dam Episcopo in finibus Anconæ fu-
gitiuè latitante, tandem reperto, &
Episcopo Ferentinate iam olim *Ale-
xandri* inimico, nec non Ioanne Tu-
sculano, qui ab electione Alexandri
in quam prius consenserat defecit;
Ipse Octauianus ab his potius execra-
tus, quam consecratus fuit, vt colli-
gitur *ex Vaticano Codice*, vbi hæc
omnia fusè narrantur; ijsdemque fer-
mè verbis habentur in *Epistola ab ipso*
13 *Alexandro*, Papa tunc scripta *ad Epi-
scopum, Clerum, & Doctores Bononiæ*,
quam recitat *Radeuicus lib. 2. cap.* 51.
quod literarum genus, mutatis de
more titulis ad diuersas per Orbem
Catholicum Ecclesias missum puto.
Ex eisdem *Alexandri* literis colligi-
tur, se die octauo à sua consecratio-
14 ne, quem terminum *Octauiano* ad
Ecclesiæ vnitatem redeundi præfixe-
rat, eumdem vti inobedientem, &
contumacem vna cum eius fautori-
bus de communi Episcoporum, &
Cardinalium consensu solemni ex-
communicationis vinculo obstrinxis-
se. Sicut & idipsum aduersus *Alexan-*
15 *drum Octauianum* præsumpsisse tradit
Radeuic. d. lib. 2. cap. 54. à quo & *cap.*
52. recitantur eiusdem Octauiani
quædam literæ Circulares, rursum-
que aliæ à quinque Cardinalibus ei
inhærentibus scriptæ de eius promo-
tione, sed tot patentibus mendacijs
refertæ, vt à Zinzaniarum Patre di-
ctatas fuisse occulariter pateat. Po-
tuit equidem veritas ad tempus tene-
bris

bris obscurari, non verò penitus ex-
tingui, quin clarioribus lucis suæ ra-
dijs vniuersam Ecclesiam illustrarit.
Prout his ipsis ab *Octauiano* excitati
Schismatis, primordijs, qui ex parte
16 Catholica erant S. R. E. Cardinales,
Alexandri Canonici promotores, nu-
mero superiores, probitate potio-
res, iusta causa potentiores, haud
proprio defuerunt officio, quin cun-
cta, datis ad Imperatorem literis si-
gnificarent, quæ apud eumdem *Ra-
deuic. cap.* 53. licet ex magna parte
mutilatæ recitantur, à viginti duobus
Cardinalibus ibi nominatis conscri-
ptæ, quinque nempè Episcopis, octo
presbyteris, & nouem diaconis, quot
quot tunc erant præter paucos illos
Schismaticos superius recensitos, qui-
bus itidem literis, conquerebantur
17 de eo, quod Otto Comes Palatinus
ab Imp. missus Alexandrum Papam,
& ipsos vti ei adhærentes plurimum
exagitasset, Campaniam verò totum.
que S. Petri patrimonium Octauiano
Schismatico subdere studuisset. At
18 nihilhominus erga Octauianum Fri-
dericus propensissimus nihil non mo-
liri destitit, quod ei Sedem confirma-
re posset. Quin cum Alexander Nun-
tios Apostolicos ad eum Cremonam
19 obsidione præmentem misisset; ni-
mio superbiæ inflatus fastu, ne dum
Papæ literas legere contempsit, ve-
rum furore repletus, ipsos Nuntios
20 nequiter suspendere volebat: quod
& factum fuisset nisi Duces Bauariæ,
& Saxoniæ eius furori obstitissent,
quorum quoque suasione literas po-
stea Pontificis legi, & Nuntios coram
se venire permisit, vt habetur ex ijs-
dem *Actis Alex. in Codic. Vaticano*.
Vnde agnoscas à veritate aliena, quæ
21 tradit *Radeuicus lib. 2. cap.* 14. Sui
enim Imperatoris studiosus, ait: *eum
ancipiti malo noui schismatis per mo-
tum, consilio Principum operam dare
decreuisse ne quid exindè, seu Status Ec-
clesiæ, seu Respublica Imperij detrimen-
ti caperet: ac propterea haud existimau-
tem sine iudicio Ecclesiæ eam controuer-
siam terminari posse, sed & putantem
auctoritatem congregandi Concilij,
exemplo antiquorũ Imperatorum Theo-
dosij, Iustiniani, Caroli, sibi congrue-
re; literis Circularibus Synodum Papiæ
celebrandum in Octaua Epiphaniæ in-
dixisse, & ad eam omnes Imperij, alio-
rumque Regnorum Antistites inuitasse,
& ipsos Alexandrum, & Octauianum
ad eamdem per Episcopos Bragensem, &
Verdensem citasse; Hac ille*. Qui,
quod ait de antiquis Imperatoribus
Synodos inducentibus; ita quidem
22 illi, sed non vt Romanæ Ecclesiæ
hostes, qualem se multis argumentis
Fridericus ostendit, Concilia conuo-
casse aliquando legitimè dici possunt,
nec nisi suadente parte Catholica le-
gitimo videlicet Pontifice annuente,
neque in re adeò indubirata, & perspi-
cua sicut ista Concilia congregasse
noscuntur. De auctoritate verò Im-
per. in Concilijs conuocandis. Vide
apprimè differentem *Card. Perron. in
Resp. ad Reg. Mag. Brit. lib. 1. cap. 42.*
Quod autem tradit de zelo Friderici
Imperatoris ad occurrendum immi-
nentibus Ecclesiæ, & Imperij dam-
nis, est occulariter falsum, nam vt
aduertit *Vvillelmus Neubrigensis* illius
temporis Scriptor fidelissimus; & ac-
curatissimus; Poterat sanè scissura
ista citò resarciri, poterat multitudi-
ni paucitas cedere, atque vniri, nisi
Fridericus veteri odio Rolandi *Ale-
xandrum* non ferens, partem Octa-
uiani fouendam tuendamque su-
scepisset. Quomodò autem Episcopi
ad Alexandrum missi commissam sibi
23 legationem adimpleuerint, & quan-
ta arrogantia Imperatoris mandata ei
retulerint, in Alexandri Actis exa-
ctissimè narratur; Anagniam enim ad
Alexandrum directi cum in eius, &
Cardinalium præsentia aliorumque
plurimorum ex Clero, & populo se-
dissent, nulla ei exhibita reuerentia
Imperatoris literas protulerunt, qui-
bus Octauianus, Romanus Pontifex
dicebatur, Alexander verò tantum-
modò Rolandus Cancellarius voca-
batur, & quibus tam ipsi, quam Car-
dinalibus, qui cum eò erant Papiam
conuenire præcipiebat, cui ordina-
24 tioni cum Alexander rotundis literis
parere recusasset, Legatis respondens
non esse Imperatoris sine Romani
Pontificis consensu Concilium con-
uocare, aut ipsum Papam, qui nullius
25 iudicio subiacet, ad suam Curiam
euocare, hoc responso indignati, Si-
gniam

gniam ad Octauianum accedentes, ad eius pedes prociderunt, & vti
26 Pontificem legitimum adorarunt; Fridericus verò Alexandri responsis indignatus in Victoris partes magis
27 propensus factus est, & in Papiensi Conciliabolo quod conuocauerat, & cui ipse Victor tamquam iudicium subiturus interfuit, Alexander au-
28 tem ad euitandum præiudicium, quod ei, & Apostolicæ Sedi sub falso iudicij nomine parabatur, interesse, cautè atque prudenter recusauit, reprobato Alexandro legitimo Pon-
29 tifice, ipsoque cum suis excommunicato Octauianum Schismaticum, Canonicum Pontificem declarauit,& in clarissima luce cæcutiens præuulgandam in orbem terrarum Sententiam hanc quasi legitimi Concilij auctoritate prolatam conscribi mandauit; quæ omnia diffusè narrat post *Baron. Spond.* *Anno Domini* 1160. & distinctè refero inter *Pontifices Legislatores in Notis ad Vitam, & gesta Alexandri* III. & loquendo de Concilio Papiensi reprobato; *in Epitome Historico iuxta seriem Annorum Sedis eiusdem* Alexandri *digesto*. Cautè ve-
30 rò *Radeuicum* de Friderico loquentem legas hæc etenim omnia, sed sui Imperatoris nimium studiosus, illius potius, quam veritatis amicus, colligens, vbi ipsum Fridericum Sententia *Alexandri* anathemate iure multatum audiuit, detectisque Schismaticorum mendacijs ipsum *Alexandrum* vti legitimum Pontificem ab Ecclesia vniuersaliter recipi, Imperatoris gesta extra Ecclesiam errantis vlterius prosequi destitit. Qua etiam causa *Guntherus Ligurinus* illius æui nobilis Poeta, qui rerum ab eodem Friderico gestarum historiam, in sextum
31 vsque eius Imperij annum, decem libris conscripserat, & vlterius prosequi instituerat, rerum turpitudine cohibitus de Papiensi Conciliabolo ne vnum quidem verbum fecit. Qui tamen quantum licuit veritati consulere non desijt, nam & sua scriptione Alexandri electione approbata, Victoris intrusionem reprobauit. Nec silentio pretereundum, puto
32 qualiter Vuillielmus S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis, à patria Papiensis dictus, qui dum eiusmodi Schismaticorum conuenticulum agitabatur, apud suos ibidem Papiæ ade-
33 rat, quòd non vt par fuit sacrilego Imperatori restiterit, & Episcopis illuc confluentibus aduersatus fuerit, sed omninò tacuerit; ingentem ex hoc infamiæ notam contraxit, adeòut Thomas Cantuariensis Archiepiscopus ipsum Iudicem habere penitus recusauerit, & *Ioannes Seresberiensis in lib. 2. epist. 48. & 98. Cod. Vat.* vti immmensum crimen hanc eius taciturnitatem obiecerit, prout memoria etiam dignum est Martyrium B. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, quem & ipse Alexander miraculis clarum in Sanctorum album retulit; auditisque Henrici Regis Angliæ Oratoribus Regem suum purgantibus, quòd falsò diceretur in S. Archiepiscopi necem coniurasse, post diligentem inquisitionem ad extre-
34 mum his conditionibus Regem absoluit, vt is à Pontifice, & eius successoribus Regni titulum agnosceret, ducentos milites, qui suis impensis per annum contra Saracenos dimicarent Hierosolymam mitteret, & vt ipse triennio potenti armato exercitu contra barbaros bellum gereret, libertatem Ecclesiasticam in suo Regno tueretur, neue appellationibus in Romanam Curiam introductis aduersaretur. Quod autem ad ipsum *Alexandrum* pertinet Imperatoris armis cuncta ferè Romanæ Ecclesiæ loca schismaticis occupantibus, Iulio
35 Episcopo Prænestino Vrbis Vicario ordinato, alijsque rebus benè dispositis, Tarracinam perexit, vt inde ventis soluens carbasa in Galliam nauigaret, habet enim *Vuilhelmus Neubrigensis lib. 2. cap. 14.* quod licet Latinus Orbis, præter terras Imperatori subditas, *Alexandrum* veneraretur vias tamen obsidentibus hostibus, & vniuersa Schismaticis occupantibus, in Latio diutiùs immorari ei periculosum reddebatur, quare in Galliam se recepit, vbi Concilio in Claromon-
36 te habito Fridericum, & Victorem excommunicauit, qua de re, Fridericum ira magis, ac magis inflammatum in se commouit, præcipue, quòd ad Concilium Papiæ per ipsum Impe-

ratorem

ratorem indictum, ad quod Franciæ
37 Regem venire coegit cum monitu,
vt secum Alexandrum adduceret, hoc
facere Alexander iterum recusasset.
Proinde Victorem in Italiam mox
subsecuturus præmittit, sed qui præest
Ecclesiæ *Christus* seuerum aduersus
Schismaticorum caput iudicium confestim
exercuit. Octauianus enim
Antipapa Lucę miserrimè decedens
38 impœnitens ad inferos præceps ruit:
quamuis quidam afferant, eum in
mortis periculo constitutum Catholicum
Sacerdotem vocasse, quem Schismatici
ad eum intrare non permisserunt.
Eius mortem vitæ parem, adeò
36 vt Canonici Maioris Ecclesiæ Ciuitatis
Lucensis, & Canonici Regulares
S. Fridiani Schismatico corpori sepulturam
negassent, vnde ab Imperatoris
Satellitibus ad Monasterium extra
Ciuitatem delatum Ibi violenter
sepultum fuit, amarè defleuit *Alexander*,
eò magis quòd ipse Octauianus
40 quindecim diebus ante mortem in
phrenesim incidit, & in tantam prorupit
insaniam, vt nec Dei, nec sui
deinceps amplius memor fuerit. Quin
& Cardinales de ea exultantes durissimè
increpasse testatur post alios
Spond. Ann. Domin. 1164. *num.* 1. eò
quòd animæ iactura sit irreparabilis,
vbi culpa per pœnitentiam non deletur.
Qui tamen Schismatico Impe-
41 ratori inhærebat *Otto Morena Laudensis*,
in eius gratiam, & ad Schismaticorum
consortium consolationem,
eumdem Octauianum miraculis
claruisse asserere non erubuit; quem
ne dum impium Schisma, sed & publica
latrocinia ad inferos demersisse
certum est, toto id orbe Catholico
conclamante. Nec per eius mortem
Schisma extinctum putes. Ab obitu
42 etenim *Victoris*, Ioannes de S. Martino,
& Guido Cremensis pseudo
Cardinales eius olim promotores, ob
patrata scelera cum suis honoribus ab
Ecclesia recipi desperantes; cæteris
Schismaticis Clericis, & Laicis tam
Italis, quàm Germanis in vnum collectis,
scelera sceleribus addentes,
in eius locum ipsum Guidonem subrogarunt,
ipsumque *Paschalem Tertium*
nominarunt; & confestim per
Nuntios Imperatorem tunc in Ger-
mania existentem rogarunt, vt factam
electionem confirmaret, quod ipse
libenter præstitit, iurando etiam per
43 Sancta Dei Euangelia, se dictum
Guidonem eiusque successores, vti
Catholicos Pontifices veneraturum,
Alexandrum verò, & successores semper,
vti Schismaticos reiecturum; ad
quod impium Sacramentum, quot
quot & potuit Ecclesiasticos viros
adegit. In tanto rerum Ecclesiasticarum
amphractu cum Clerus, & Populus
Romanus, *Alexandrum* ex
44 Francia Romam per Legatos reuocassent
læto, & hilari animo ab omnibus
exceptus fuit; Quomodò hæc
autem se habuerint pluribus traditur
in *Actis ipsius Alexandri*, narrant
Ioannes Saresberiensis, *Vuillelmus
Neubrigensis*, *& Romualdus Archiepiscopus
Salernitanus*, qui Alexandrum
Salerno transeuntem debito honore
excepit. Sed cum Imperator, vt
quem promouerat Antipapam, in
Vrbem ipsamque Petri Cathedram
intruderet, *Alexandrum* verò occide-
45 ret, vel eijceret, in Italiam exercitum
duxisset; hac enim mente illam
expeditionem parasse asserit *Ioannes
Saresberiensis epist. lib.* 1. *epist.* 169.
atque ideò Vrbem deglutiturus cum
suo exercitu accurrisset. Alexander
secreta fuga technas Imperatoris eludens
Beneuentum se recepit; de qua
46 agens *Romualdus in Chronico*, ait eum
habitu peregrini cum paucis Roma
exijsse, & Caietam vsque peruenisse
ibique Pontificali habitu assumpto,
Beneuentum adijsse. Post hæc tandem
Deus in populum suum respiciens
vltionis arma aduersus Sacrilegum
Imperatorem arripiens, Cisal-
47 pinæ Galliæ populos excitauit, qui
à Friderico possessi contra ipsum arma
sumentes eius præsidia ex arcibus
deiecerunt, Mediolanum, quod Fridericus
tertiò expugnatum diruerat,
& solo æquauerat, restituerunt, Laudenses
Mediolanensium hostes in Societatem
recipientes Alexandriam
Ciuitatem apud Rouretum Taro
Amni adiacentem paribus animis, &
armis condentes Friderici machinas
prostrauerunt: Qui ne dum Vrbem
Romam potentibus armis in Italiam
introductis subigere valuit, sed tanta

subitaneæ mortis pestilentia eius
48 exercitum inuasit, vt intra septem
dies non solum immensa militum co-
pia verum vniuersi fermè Ecclesiasti-
ci, & Laici Principes, & inter ipsos
Dux Bauariæ ipsius Friderici consob-
rinus, nec non impijssimus Reginal-
dus Cancellarius electus Coloniensis
Schismaticorum Antesignanus miserè
perierint; Quapropter rebus vtcum-
49 que cum Romanis compositis ingen-
ti confusione, mortalitate comitante,
ab Vrbe cum suis Fridericus rece-
dens, à Longobardis aduersus eius
tyrannidem inter se fœdere iunctis ip-
sorum Regionem attingere prohibi-
tus tamquam profugus per aspera
50 montium cum paucis Papiam perue-
nit, sed & indè tamquam Imperia-
lium Orthodoxatum constitutionum
violator, & à Sede Apostolica ex-
communicatus turpissimè pulsus trans
Alpes fugere coactus fuit: Vt pluri-
bus constat ex eiusdem sincerissimis
Alexandri Actis ab Auctore Catholi-
co tunc viuente conscriptis; Quæ &
fidem sibi conciliant à Sciptore
Shismatico *Ottone Morena Laudensi*,
ipsi Friderico inhærente, vt videre est
ex relatis per *Baron. Anno Domini*
1167. & post ipsum per *Spondan. eo-
dem Anno*. Mortuo interim Guidone
51 Cremēsi Antipapa, in Basilica S.Petri,
quam armata manu præsidio Friderici
munitam violenter adhuc detinebat, à
seditiosis *Ioannes* quidam Sirmiensis
52 Abbas in eius locum subrogatus fuit,
Fridericus verò cum nouis ex Ger-
mania copijs receptis, Alexandri
confœderatos Mediolanenses aggredi
parasset, ipse *Alexander* in dies gra-
uius ab Imperatore vexatus, & à Ro-
manis inquietatus Venetias se contu-
53 lit, vbi Imperatorem Fridericum à
Mediolanensibus prælio deuictum,
atque fugatum, quem nulla præteri-
ta aduersitas, aut difficultas ab incæ-
pto Schismate retrahere valuerat,
post abiuratum Schisma Octauiani,
Guidonis, & Ioannis, & impertita
ab excommunicationis Sententia ab-
solutione, ad oscula pedum Pontifi-
54 ciorum se demittentem, nullo arro-
gantioris dicti, vel facti asperioris in-
teruentu, circa capitis Imperatorij
pedibus protriti conculcationem,

quam humilimo Pontifici iniuriosè
effingunt hæretici in S.Marci vestibu-
55 lo ad gratiam, pacem, & vnionem
Ecclesiæ recepit. Vnde pax quæ de-
cem, & octo Annis ab Ecclesia exul
steterat; tandem sublato Schismate
postliminio restituta fuit; post quam,
56 Venetijs multis priuilegijs donatis,
Romanisque certis pactis placatis
Alexander Romam veniens omnium
57 plausu susceptus; pro Schismaticis
extirpandis, Sarracenis impugnan-
dis, Ecclesiæ moribus reformandis
58 Lateranense Concilium coegit, quod
cum alijs multis ipso sedente celebra-
tum fuit, quæ ex integro notis illu-
strata post *Binn. refert Labbeus in nou.
Concil. edit.* & ego refero in *Epitome
Historico iuxta Annos Sedis Alexandri
digesto inter Pontifices Legislatores*, vbi
& Historiam de schismate, quo Ale-
xandri temporibus Ecclesia labora-
uit, nec non de pace inter Alexan-
drum, & Fridericum Venetijs habi-
ta, non aliunde quam ab illorum
temporum auctoribus, & iisdem pla-
nè ipsis, qui rebus gestis interfuerunt,
desumptam notato tempore, quo,
quæ narrantur contigerant, vt ex du-
plici, & magno inter se diuersa, quæ
reperitur huius historiæ narratio,
vtraquo vero in *Codice Chronicorum*
dignæ memoriæ *Cardinalis Bessario-
nis*, qui summa diligentia asseruari
dicitur in Bibliotheca Veneta, ve-
riorem exponam. Cæterum post ini-
tam cum Friderico pacem, tres annos
Alexandrum vixisse, nec quartum
expleuisse constat, obijt enim *Anno
Domini* 1181. *Sexto Chalendas Septem-
bris*, siuè vt alij tradunt, *duodecimo
Chalend. Octobris*, cum sedisset annis
21. & diebus 29. eique successit Lu-
cius huius nominis III. Quot quot
Alexandri Pontificatus notantur an-
ni, totidem libri eius Epistolarum
extabant: ex quibus à Collectoribus
59 Decretorum citatos reperimus li-
bros decimum tertium, & decimum
quartum; sed omnes perijsse dole-
mus, quamuis tam in Collectionibus
decretorum, quam in alijs diuerso-
rum Auctorum voluminibus multa
reperiri possint eiusdem Pōtificis mo-
numenta. Testaturque *Henricus de
Gandauo libro de Viris Illustribus*, da-
tas

tas à ſe Decretales Epiſtolas Alexandrum in vnum Volumen collegiſſe, quod *Conſulta Alexandri* nomina-
60 ri voluit: ſed nec ipſum inuenitur; plures tamen illarum ſeorſim diſperſas, vnde haberi poſſint poſt *Binium* refert *Labbeus in Hiſtor. Synops. & in nou. Concil. Edit.* Quod autem legitur in Collectione Decretalium *Gregorij IX.* ſub *Rubrica de in integrum reſtitut. in cap. Requiſiuit*; cuius *text.* explicationi inſiſto, eſt fragmentum Epiſtolæ eiuſdem *Alexandri* penes omnium
61 Canonum DD. vulgatiſſimum, *Alphanen. Epiſcopo*, vt importat inſcriptio ipſius *Textus*, vel vt optimè notat, & legendum credit *Gonzal. in Comment. ad hunc Text. num.* 1. *Aliphano Epiſcopo* directæ, ſumpta denominatione ab *Aliphа Ciuitate* in Neapolitano Regno poſita Beneuentani Archiepiſcopi ſuffraganea, cuius & quemdam olim Epiſcopum nomine Clarum Concilio Romano primo ſub Symmacho Papa celebrato ſubſcripſiſſe tradit *Carolus à S. Paulo in Geograph. Sacr. pag.* 55. Ab eo etenim, Papa conſultus. Quid agendum Eccleſiæ, quæ ſeruata alienationis forma, pro modica pecunia poſſeſſiones aliquas in quoſdam laicos alienauerat. Reſcripſit *Alex.* Quòd ſi Eccleſia læſa ſit, eiuſque detrimentum maniſeſtè appareat, vel etiam probari poſſit: quia Eccleſia fungitur iure minoris, & illæſa ſemper ſeruari debet, quæ taliter alienata ſunt, ad Eccleſiæ proprietatem redire debent, cum Eccleſiæ conditionem deteriorem facere Epiſcopo non licuerit: ita tamen quòd ſi emptores poſſeſſiones illas fecerint ſuis expenſis meliores, ſumptibus bona fide factis fraudari non debeant. Vnde ex hac Alex.III. deciſioue ſequentes aſſertiones communiter deducuntur. Nimirum, quòd Eccleſia læſa in contractu, de
63 cuius læſione maniſeſtè apparet eſt reddenda in priſtino iure, & proprietate, quia habet priuilegium mino-
64 ris. Quòd Epiſcopus Eccleſiam deteriorem facere non poteſt. Et quod
65 denique laicis, & colonis ſumptus, & labores in rebus Eccleſiæ meliorandis bona fide factos reſtitui debent. Ità colligunt *Abb. antiq. Innoc. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Bero. Mantu. in Comment.* ad hunc *text.* cum alijs quos pleno calamo poſt *Anton. Auguſt. collect.* 1. *Decret. lib.* 1: *tit.* 41. *cap.* 1. refert hic *Barboſ. in collect. num.* 1. & patet ad literam ex verbis ipſius textus. ibi: *Nouerітis &c.* & ibi: *cum Epiſcopo &c.* & ibi: *Prouidendum eſt tamen &c.* Hinc eſt
66 quòd vno ore concludunt cum Canoniſtis etiam Iuriſtæ. Eccleſiam læſam in contractu iure minoris reſtituendam eſſe. Ita etiam probat *textus in cap. auditis* 3. *hoc tit. in cap. cum causa* 8. *de re indic. in cap. ad noſtram, de reb. Eccleſ. & in cap.* 1. *hoc eod. Tit. in* 6. vbi vid. diſtinctè notata infrà. Argumento quoque à minore deducto, cuius priuilegia in materia reſtitutionis, Eccleſiæ eſſe communia, ad literam probat noſter text. ibi: *Et Eccleſia iure minoris debeat ſemper illæſa ſeruari*, probatur in *l.* 1. *§. minorem, & §. verum l. ais Prætor, §. non ſolum l. pactis* 28. *§. ſi pecuniam l. ſi minor §. fin. cum l. ſeq. l. ſi tutor* 48. *l. ſi res* 50. *ff. de min.* quibus in totum conſonant iura relata *ſub rubr. ff. & C. de reſt. in integr. per tot.* Illuſtrant etiam concluſionem hanc, præter DD. quos plena manu refert *Barboſ. in Collect.* ad hunc *text. num.* 4. *& in Tract. iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 183. *Caniſius ad hunc text. Morl. in Empor. tit.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 22. *Donell. lib.* 21. *comment. cap.* 19. *Hothom. conſ.* 125. *Matthæus in Collegio Pandect. diſp.* 6. *fol.* 33. *Velaſc. de priuileg. paup. tit.* 3. *q.* 8. *Gomez. lib.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 7. *Fachin. lib.* 10. *controu. cap.* 1. *Laym. in ſum. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 11. *num.* 3. *&* 4. *Gibalinus de negot. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *art.* 3. *§.* 4. eruditiſſimè more ſolito in ſuis Comment. *Fagnanus*, & de recenti itidem *in Comment. ad hunc text. Gonzal. n.* 6.

Et quidem quoàd reſtitutionem Eccle-
67 ſiæ concedendam ſi de læſione maniſeſtè appareat, clarè loquitur textus noſter ibi: *quod ſi Eccleſia læſa eſt; & maniſeſtè appareat detrimentum ipſius.* Verbum autem *maniſeſtè*, non ita intelligas, vt neceſſum ſit, quòd ocularis, & publica ſit læſio, ſed ſatis erit, ſi legitimè per teſtes, vel aliter

aliter secundum ius probetur, vt communiter docent. *Ioan. And. Host. Butr. Card. & Abb. hic*. Et est consimilis textus *in l. quod si minor. 25. §. non semper*, ibi; *Manifestè ff. de minor.* Quapropter si Ecclesia in integrum
68 restitui velit, non sufficit, si se læsam dicat, sed læsionem quam dicit concludenter probare debet, iuxtà *Menoch. consil. 114. num. 2. &* *Rot. decis. in Lunen. Sarzan. Iurispatron. 18. Maij coram Merlino*.

Quòd etiam in restitutione in integrum
69 consequenda Ecclesia habeat ius minoris, clarè patet ex verbis *text.* ibi; *Et Ecclesia iure minoris debeat semper illæsa seruari*. Docent *Euerard. in cent. Legali, loco de minore ad Ecclesiam Ricc. in prax. Eccl. decis. 103. num. 3. in 1. edit. & resol. 88. in 2. edit.* cum alijs, quos *hic num. 4.* refert *Barbos. in Collect.* Verum vt facilius huius textus rationem attingam, quo minori Ecclesia æquiparatur, breuiter ea sub compendio repetere liceat, quæ supra in *cap. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.* distinctè, & diserrè dixi, de priuilegio restitutionis in integrum ex Edicto Minorum; cuius causa est ætas; vnde
70 cum minorum consilium imbecille, fragile, infirmumque esse multisque captionibus expositum, omnibus satis abundè constet. Prætor naturalem æquitatem sequutus suo edicto, de quo *in l. 1. ff. de min.* beneficium restitutionis minoribus læsis pollicetur. Et vt benè notat *Matienzo Amaia lib. 1. obseru. cap. 9.* Vi Edicti Prætorij, si
71 ex quocumque contractu minor læsus sit, in integrum restitui debet, adeò vt omnia in pristinum statum reponantur, siue sub Curatore, siue sine Curatore extiterit, vel eius auctoritate, etiam Iudicis accedente decreto contraxerit. *l. quod si minor. §. restitutio ff. de min. l. si curatorem habens 3. C. de in integr. rest. l. siquidem 11. C. de pradys minor.* Sic ergò cum restitutionis beneficium minori competat, siue læsus sit in contractu, *l. au prætor 7. ff. de minor. siue in sen-*
72 *tentia l. 1. 4. & vult. C. si aduers. vsu. cap. & tot. Tit. C. si aduers. rem iud.* Siue in donatione, *l. 1. & 2. C. si ad-*
73 *uers. donat.* siue in diuisione, vel transactione *l. 1. & 2. C. si aduers. tran-*
74 *sact.* Siue in solutione *l. 1. & 2. C. si aduers. solut.* Siue in aditione, vel repu-
75 diatione hæreditatis, *l. quod si minor.*
76 *24. ff. de minor. l. ex contractu 44. ff. de re iudic. Pichardus de vulgari cap. 10. Pacius cent. 3. q. 3. Raguellius in l. fin. C. de repudian. Duaren. ad Tit. ff. de adquirend. cap. 10. Morla in empor. tit. 5. q. 9. Ioseph. de Retes lib. 1. opuscul. cap. 10.* siuè cum aliquid ac-
77 quirere potuit omisit *l. cum quidam §. si pupillo ff. de vsuris l. ait Prætor §. hoc iure ff. de minor.* Ecclesia verò sine
78 contradictione iure minorum fruatur; tam attenta dispositione huius *text.* quàm *cap. auditis 3. hoc tit. & cap. 1. hoc eodem tit. in 6.* vbi vide *not.* Tradunt post *text. in l. Orphanotrophos C. de Episc. & Cler. Menchaca lib. 1. vsufreq. cap. 19. Velasc. de priuil. tom. 3. q. 8.* Eodem modo restitutionis
79 remedium competit Ecclesiæ propter eius æquiparationem cum minori, vt optimè hic concludit *Gonzal. in Comment. num. 11.* varijsque ampliationibus, & limitationibus illustrant *Diaz. reg. 219. Euerard. in locis legalibus de minoribus ad Ecclesiam*.

Hac itidem ratione restitutionis in inte-
80 grum beneficium competit Hospitalibus, & omnibus pijs locis Episcopi auctoritate erectis, ex æquiparatione nimirum eorum ad Ecclesiam, de qua in *l. omnia C. de Episc. & Cler.* Docent *Marant. ord. iud. part. 6. tit. de appellat. num. 85. Tiraquel. de pia caus. priuil. 138. Valasc. consult. 105. num. 44. Garc. de benef. part. 5. cap. 5. num. 602.* Nomine verò piorum locorum veniunt Capellæ *Cabed. decis.*
81 *Lusit. 52. num. 11. p. 2.* Confratriæ *Gutier. canonic. q. lib. 1. cap. 35. n. 14. Mascard. de prob. concl. 869. num. 10. Cabed. decis. Lusit. 51. num. 2. part. 1.* Respublica, Ciuitas, & Vniuersitas
82 *l. Rempublicam C. ex quibus causis maiores l. Rempubl. C. de iur. Reip. lib. 11. Balb. de præscript. 3. p. 5. princip. q. 2. num. 5. & 6.* disertè docet *Gonzalez. in Comment.* ad hunc text. vbi
83 & contrarijs satisfacit *num. 11. per tot.* Fiscus *Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 3. §. 1. num. 18. Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 2. num. 10. Barbos. in l. si mo-*
84 *ra num. 61. ff. solut. matrim.* Nec non personæ miserabiles. *Bald. cons. 465. vol. 1.*

vol. 1. quem refert, & sequitur *Rebuff. ad leges Galliæ tr: de sent. prouision. art.*3. *gloss. vult. vers.* 10. qui & *tractatu de priuileg. Scholar.* hoc beneficium ad literarum studiosos exten-
85 dit, nam si res Scholaris in publica Vniuersitate causa studij commorantis præscripta sit, ei in integrum restitutio competit.

Patet ergò ex dictis qualiter Ecclesia, in quocumque contractu se læsam probet, in integrum restitui debeat. Vnde cessat, quod apud classicos Re-
86 petentes, aliosque iuris Interpretes valde controuersum reperitur, qui perpendentes verba huius text. ibi: *sub modico censu*, ipsum difficilem dicunt, quærentes de quo contractu textus loquatur, & in qua alienationis specie læsio intercesserit. Circa quod quinque sententias eum *Beroi. hic num.*4. *Mantua num.*23. refert *Abb. num.* 5. Quarum prima est illorum, qui putant textum loqui de contractu emptionis, & venditionis. Ita hic gloss. in verbo *sub modico censu Pinel. in l.* 2. *C. de rescind. vendit. part.*3. *cap.*1.*num.*21. accipientes verba text. ibi: *sub modico censu* pro modica pecunia, sed hæc interpretatio ex ipsis verbis textus, *sub modico censu*, de leuitate conuincitur, si enim quæstio fuisset de re vendita, Papa potius assereret, sub modico prætio rem fuisse distractam, & non vsus esset verbis, *sub modico censu*, cum in emptione soluatur prætium, & non constituatur census *l. pacta ff. de contrah. empt.* Quod & clarius patet ex verbo *text.* ibi: *concessis*, quia in venditione res traditur, non conceditur *l. traditionibus C. de pact.*

Secunda sententia est illorum, qui tradunt verba textus intelligenda de
87 contractu locationis, & conductionis, hanc deducentes ex verb. text. ibi: *coloni possessiones illas*. Sed & hæc sententia est etiam nullius momenti, quia in contractu locationis, & venditionis dominium non transfertur. *l. cum manus* 80. *ff. de contrahend. empt. l. item quæritur* §. *impleto ff. locati l. non solet l. quæro* §. *inter locatorem ff. eodem cap. fin. ne Prælati vices &c.*

Textus verò supponit plenum domi-
88 nium ad laicos translatum fuisse, vt ocenlariter patet ex verbis text. ibi: *ad ipsius conuenit ius, proprietatemque redire*. Verbum enim *redire* dominij translationem præcessisse supponit.

Tertia sententia illorum est, qui docent
89 textum loqui de locatione ad longum tempus celebrata, qua dominium transfertur *cap. ex literis de in integr. cap.* 2. *de locato cap. dilecti, de decim.* Vnde locatio ad longum tempus alienatio dicitur *l.*1.§. *quod autem ff. de superficiebus l.* 1. §. *fin. ff. si ager vectigal. cap. nulli, cap. ad aures, cap. ad audientiam, de reb. Eccles. Clem.* 1. *eodem tit. Couar. lib.* 2. *var. cap.* 16. *Valasc. de iur. emphyt. q.* 29. *num.* 12. *Sarmiento lib.*3. *select. cap.* 2. *num.* 36. Sed vt rectè considerant *Beroi. & Abb.* neque hæc sententia placet, & refellitur ex verbis text. ibi: *sub modico censu*, quæ proprium & peculiarem
90 contractum significant. His ergò & alijs omissis, quæ circa diuersam huius *text.* intelligentiam post *Abb.* hic proponunt generaliter Canonistæ, præsertim *Fagnan. in Comment.* ad hunc *text. num.* 2. vbi verba textus strictè intelligenda dicit de locatione
91 ad longum tempus, & huic lecturæ suffragari literam *textus* affirmat ibi: *sub modico censu concessis* nec non ibi: *coloni*, asserens non refragari verba *textus, ius proprietatemque redire*, quę
92 impulerunt gloss. in verb. *redire* ad credendum, quod textus loquatur de contractu alienationis, non verò de contractu locationis, in qua proprietas non transfertur; quia motiuum in simplici locatione procederet, non in locatione perpetua, seù ad longum tempus, in qua transfertur dominium vtile, & seruari debent solemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum Ecclesiæ, vt in *cap. ad Audientiam de reb. Eccl. non alien. & in Extrauag. Ambitiosa eod. tit.* notat *Rot. in recent. part.* 6. *decis.* 14. *num.*16. *&* 30. sed *Fagn.* non benè verba textus ibi: *ius, & proprietatem redire*, examinauit prout fecit *gloss.* penult. quam reprobat; Nam vt ipse ait, si per locationem ad longum tempus solum vtile dominium transfertur, Papa verò dicit, quòd possessiones alienatæ debent ad ius, & proprietatem Ecclesiæ redire, iam patet

patet *textum* loqui de alienatione, quę per translationem pleni dominij contigerat. Quare vt dixi his, & alijs circa diuersam huius *textus* intelligentiam omissis, dico verba textus propriè intelligenda esse de contra-
93 ctu censuali reseruatiuo, de quo loquitur in *cap. constitutus de relig. domib.* qui census propriè constituitur, cum quis rem vnam, vel plures alteri plenè concedit, super ijsdem rebus annua, vel menstrua pensione duntaxat sibi reseruata, quæ species con-
94 tractus vtroque iure probata reperitur in *d. cap. constitutus, & in l. vlt. ff. de contrah. empt. & in l. vlt. C. de rerum permut.* quin & vetustissima esse probatur ex *cap.47.Genesis*, vbi refertur, Iosephum cũ Aegypto præesset, ea lege agros incolis concessisse, vt quintam fructuum partem Regi soluerent. De hac etiam specie census plura tradunt *Couar. lib.3. var. cap.7. Leotard. de vsur. q. 41. Cencius lib. 1. de censibus Felicianus eodem tract. lib. 1. num. 9. & 17. Noguerol. alleg. 32.* Quapropter cum per constitutionem census reseruatiui dominium rerum
95 transferatur, ideò benè rescripsit Papa res Ecclesiæ sub modico censu concessas, ad ius & proprietatem eiusdem redire debere, vt docent plures congesti à *Barbos. in Collect.* ad hunc *text. sub num.* 1. tradit *Auendan. de censibus cap. 13. num. 8.* affirmat *Gonzal. in Comment. ad hunc text. n. 2. Valasc. de iur. emphyt. q. 32. num. 35.* Et ita retinentur verba textus in sua proprietate, & sequentibus consonant. Aliter ista quæstio redditur frustanea, quia & si lecturæ huius *textus* vt patet ex dictis variæ sint, per hoc tamen non variatur iuris effectus, nam & si textus loquatur in casu speciali contractus census reseruatiui, attamen eius dispositio verificatur in quolibet alio contractu per Ecclesiam celebrato, in quo se læsam probet per
96 testes, vel alia legitima documenta, vt benè aduertit hic *Fagnan. num. 7.* qui & notat *num.8. & seq.* quòd non solum Ecclesia læsionem probare debet, sed & quòd læsio debet esse ma-
97 gna, seu enormis, & Ecclesia debet infra tempora restitutionis ipsam petere, nec non Ordinarium iuris remedium habere non debet, quo fulciri, & iuuari possit; de quibus dicam in sequent. Quare Ecclesia non tantum
98 aduersus venditionem, & locationem in integrum restitutionem petere potest, sed etiam aduersus quemlibet alium contractum in quo enormiter læsa sit; vt communiter concludunt Canonistæ, post *Abb. Io. de Anan.* & alijs docet *Fagn. hic n.2. in fin.*

His ita præmissis multa non vulgari vtilitate referta colligenda se offerunt ex hoc *text.* Quorum primum notabi-
99 le est possessiones Ecclesiæ pro præstatione annui census locari posse, & super ipsis emphiteuticos, & censuales contractus iniri, debitis tamen seruatis solemnitatibus. Ità colligitur ex verbis huius *text.* ibi: *sub modico censu concessis*, tradit post *Butr. & Imol. Fagn. hic num.* 3. Aduerte tamen quod licet *Butrij, & Imola* dictum sit in se verum; respectu emphiteusis rerum Ecclesiasticarum, quia Ecclesia res suas in emphiteusim concedere potest, ad præscriptum tamen dictæ *Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien.* Non tamen quòd de
100 contractu emphiteutico aliqui dicunt probatur hic, cum textus dicat Ecclesiam læsam ex modicitate census in integrum esse restituendam: quod verificari non potest de contractu emphiteutico, in quo ex illius natura census debet esse modicus; sed de contractu solum locationis, vel altero consimili, in quo pensio fructibus correspondere debet. Et hæc est differentia, quam inter contractum locationis, & emphiteusis constituunt. *Bald. in cap. literæ num. 5. de dilation. Barbat. in rubr. de locato num.8.* & alij quos refert, & sequitur *Rot. part. 3. recent. decis. 14. num. 8. & 24.*

Secundum notabile, quòd Ecclesia re-
101 stituitur aduersus contractum, cuius occasione læsa fuit, si de læsione manifestè appareat. Ità colligitur ex verbis *textus* ad literam ibi: *quod si Ecclesia læsa est, & manifestè apparet detrimentum ipsius.* Satis autem ma-
102 nifesta læsio dicitur si de illa per testes, vel altera legitima documenta constet, quia interesse ex contractu proueniens per testes probari debet,

vt

vt notat *gloss. vlt.*] *in cap. Dilecti*, *de*
for. compet. docet *Fagn. in Comment.*
ad nostr. text. num. 6. & 7. & passim
Canonistæ, qui perpendentes ver-
bum illud *detrimentum*. Quæstionem
103 excitant vtrum ad restitutionem
consequendam necessum sit probare
læsionem enormem. Et attenta de-
cisione *gloss.* hic detrimentum debet
esse magnum nam pro modica causa
non datur restitutio, vnde dicendum
quòd ad restitutionem consequen-
dam necessum sit probare læsionem
enormem; prout similis notat *gloss.* in
verbo *enorme in cap. ad nostram, de*
reb. Eccl. non alien. & verbo læsa in
in cap. vlt. hoc tit. in 6. Et in hanc
opinionem descendunt *Xuar. alleg.*
21. num. 3. Couar. lib. 1. var. cap. 3. n.
10. Costa in §. & quid si tantum part.
2. num. 76. Rebuff. tom. 2. ad leg. Gal-
liæ tract. de rest. art. 1. gloss. 3. num. 11.
Sfort. de in integr. rest. q. 4. num. 105.
Flamin. de resignat. lib. 3. q. 7. nu. 27.
Fagnan. alios referens in *Comment.*
ad hunc text. nu. 8. Receptior tamen
104 sententia est modicam læsionẽ suffi-
cere, ità *gloss. in l. 2. C. si aduers.*
vendit. Tiraq. in l. si vnquam verb.
omnia num. 15. Pinell. in l. 2. C. de re-
scind. vendit. p. 1. cap. 1. num. 26. Ma-
scard. de probat. concl. 1058. num. 5.
Valasc. cons. 112. num. 2. & de partit.
105 *cap. 39. num. 38.* Quin & quamlibet
iniustitiam etiam non notoriam suffi-
cere pro causa legitima restitutionis
in integrum dixit *Rota coram Seraph.*
decis. 251. num. 2. & decis. 351. num. 5.
p. 1. diuers. & decis. 381. num. 1. decis.
635. num. 4. p. 2. recent. in Reatina bo-
norum 10. Ianuar. 1625. coram Vbaldo
Romana restitutionis in integrum 20.
Maij 1624. coram Manzanedo Cæs. de
Grass. decis. 10. num. 12. de iud. Burat.
decis. 452. num. 6. vbi Fereutil. lit. A.
106 Et quòd sufficiat si sententia ex no-
uiter deductis iniusta detegatur dixit
Rot. in Perusina Societatis coram
Vbaldo.
Tertium notabilè est, quòd Prælatus
107 Ecclesiæ conditionem meliorem
facere potest non verò deteriorem,
vt ad literam patet ex verbis *text.* ibi:
Cum Episcopo eiusdem Ecclesiæ conditio-
nem facere deteriorem non liceat. Et
consimilem textum habemus in *cap. 2.*
de donationibus gloss. fin. in cap. vlt. 16.
q. 6. gloss. etiam final. in cap. 2. de præ-
script. Hanc verò conclusionem, quòd
108 Prælatus non possit Ecclesiæ con-
ditionem deteriorem facere, sed me-
liorem, intellige sine controuersia
procedere in rebus acquisitis non ve-
rò acquirendis, vt tradit disertè *Bar-*
bos. de Offic. & pot. Episc. part. 3. alleg.
95. Sicut neque locum habet, vbi
negligente Prælato Ecclesia præscrip-
109 tionem pateretur, latè *Caguol. in l.*
non fraudantur ff. de regul. iur. Tiraq.
de iure mariti gloss. 7. nu. 76. cum seq.
Verum tamen est, quòd Ecclesia in
casu contra ipsum Prælatum, vel eius
110 hæredes agere posset, iuxta text. in
l. quicquid C. arbitrium Tutelæ gloss.
in cap. quicunque 12. q. 4. Banorm. hic
num. 8. Beroi. num. 10. Couar. lib. 3.
var. cap. 2. num. 1. Rebuff. in compend.
alienat. num. 32.
Quartum notabile est, quòd Ecclesia,
111 vt dixi supra in principio, quòad
restitutionis beneficium iure minoris
fruitur. Ità colligitur ad literam ex
ipso textu ibi: *Et Ecclesia iure mino-*
ris debeat semper illæsa seruari. Vndè
gloss. hic in verb. *Iure minoris* optimè
concludit. Sic & Ecclesia tantum
vsque ad quadriennium petit restitui
vbicumque læditur, à tempore læ-
sionis computandum.
Nota quòd stante dictione *semper* puta-
112 runt aliqui restitutionem in inte-
grum quandocumque ab Ecclesia
peti posse, & sic etiam elapso qua-
driennio. Ità docebant *Alanus*, *Gu-*
lielmus Naso, *& Goffred. hic*, *& in*
Summa huius Tit. §. sit computatio, qui
verborum corticei inhærentes, expo-
nebant dictionem hanc *semper*, qua
Papa vsus est in hoc textu, scilicet
quocumque tempore. Verum malè
interpetrabantur quod aliàs verba
textus clarè exhibent; Cum enim
text. dicat quòd Ecclesia fruitur iure
minoris. ibi: *& Ecclesia iure minoris*.
Minori autem quadriennio elapso be-
113 neficium restitutionis amplius non
competat *l. fin. C. de tempor. in integ.*
rest. Dictio *semper* non est referenda
ad tempus, quasi semper & omni
tempore, in perpetuum Ecclesiæ re-
stitutio competat, sed potius est re-
ferenda ad causas, ità vt sensus sit,
quòd

quod *semper* ideſt in omni cauſa, ſeù
quotieſcumque Eccleſia læſa fuerit
poteſt reſtitui intra quadriennium,
quo elapſo nec ipſi minores benefi-
cium reſtitutionis implorantes am-
plius audiuntur, niſi legitima cauſa
ſubſit, vt patet ex latè deductis ſupra
in cap. 1. & 2. Et hæc eſt communis
Iuriſtarum, & Canoniſtarum Senten-
tia, quam ad literam exponit citata
gloſſ. in verbo *Iure minoris* docent
Cardinal. & Abb. hic ingenioſè aſſe-
rentes, quod & ſi dictio *ſemper* refe-
ratur ad tempus, non perpetuum, ſed
limitatum tempus importabit, quod
114 ad tollendas diſputationes explica-
tum, & expeditum fuit in *cap. 1. hoc
Tit. in 6.* ad quem *text. vid. infr. not.*
hoc etenim textu *Alani Gulielmi, &
Goffredi ſententia reprobata*, approba-
ta fuit opinio *Vincentij Bernardi, Ioan.
nis Innoc. Hoſt. Abb. antiq.* Et ſanci-
tum fuit Eccleſiam poſt quadrien-
115 nium non admitti ad petendam
reſtitutionem contra contractum, vel
ſententiam, niſi manifeſtæ fraudis
commentum, vel alia rationabilis
cauſa aliud ſuadeat. Vndè patet Ec-
cleſiam reſtitui vſque ad quadrien-
nium vtile à principio, quia ſolum
incipit currere à die ſcientiæ per ea,
quæ notantur infrà in *cap. 1. hoc tit.
in 6. & Clem. 1. eod.* Docent *Anton.
Gom. var. tom. 2. cap. 14. n. 7. Menoch.
remed. 14. recuper. num. 115. & lib. 5.
præſumpt. 71. num. 2. Surd. deciſ. 136.
num. 3. Acoſta de priuileg. cred. regul. 1.
ampl. 2. num. 92. Fagnan. hic num. 12.
& 13.* Niſi tamen enormiſſimè læſam
116 fuiſſe conſtet, hoc enim caſu ſtante
læſione enormiſſima etiam poſt qua-
driennium beneficium reſtitutionis
Eccleſiæ impartitur, ità *gloſſ. in dicto
cap. 1. hoc tit. in 6.* quam vti ſingula-
rem extollit *Abb. num. 2. Gam. deciſ.
233. num. 2. Menoch. quæſt. frequent.
cap. 71. num. 7. Flamin. de reſignat. lib.
3. q. 7. nu. 84. Gratian. diſcept. forenſ.
cap. 148. num. 19.* & quo pacto conſi-
deretur hæc læſio *Gonzal. ad reg. 8.
Cancell. gloſſ. 21. num. 21. Vid. infra
not. in Comment. ad d. cap. 1. hoc tit.
in 6.* Et hoc modo intelligit *hunc
textum, & cap. ad Aures de re. reb.
Eccleſ. Caſtillo lib. 3. controu. cap. 23.*
quem refert, & ſequitur hic *Gonzal.
in Comment. num. 4. in fin.*
Cæterum dictio *ſemper* perpetuitatem
117 importat ſecundum *Bald. in l. ab eo
C. de fideicom. Pariſ. conſ. 90. nu. 42.
conſ. 92. num. 43. lib. 2. Caual. deciſ. 34.
num. 8.* Vide *Menoch. conſ. 143. n. 16.
& Barboſ. de dict. vſufreq. dict. 361.*
Quintum notabile eſt, quòd alienata
118 per Eccleſiam in contractu alias le-
gitimo, ſi Eccleſia læſa ſit, per in in-
tegrum reſtitutionem reuocantur. Ità
colligitur ad literam ex ipſo textu
ibi: *ad ipſius conuenit ius proprietatem-
que redire*. Hic excitatur, & exami-
nanda ſe affert celebris illa quæſtio;
119 Vtrum in alienatione cum læſione
celebrata competat contrahenti fa-
cultas offerendi, & ſupplendi partem
prætij, circa quam læſio interceſſit;
an verò contractus per reſtitutionem
omninò irritandus ſit. Et ad ſupple-
mentum agi dumtaxat poſſe, & con-
trahenti ſupplendi prætij facultatem
concedi, docuerunt *Abb. in cap. con-
ſtitutus in fin. hoc tit. Gomez. lib. 2. var.
cap. 14. num. 9. Bart. Bald. & Salic. in
l. ſi quidem C. de præd. min.* Et hanc
vti communem opinionem tuentur
quamplures, quos refert *Pinell. in l. 2.
C. de bon. matern. cap. 2. num. 21.* Pro
quibus expendi poſſunt, quæ haben-
tur in *l. 2. C. de reſcind. vendit. & in
cap. cum dilecti 3. de empt. & vend.* vbi
120 ſancitur etiam in caſu læſionis vltra
dimidiam non ad reſciſſionem con-
tractus, ſed ad ſupplementum prætij
agi poſſe. Faciunt etiam, quæ ha-
bentur in *l. ſi res 12. §. ſi mulier, & l.
iure ſuccurſum ff. de iure dotium*, vbi
mulieri minori læſę circa dotis æſti-
121 mationem non ad rem ipſam, ſed
eius ſupplementum reſtitutio conce-
ditur. Quin & hoc probat euidenter
ratio deſumpta ex eſſentialibus ipſius
reſtitutionis, quòd nimirum tantum
122 præſtet reſtitutio, quantum læſio
abſtulit, *l. quod ſi minor. §. vult. l. fi-
nal. ff. de minor. l. ſed & ſi §. ſi feriæ
ff. ex quib. cauſ. min.* Sed læſio prætij
partem tantum abſtulit, ergo ad ſup-
plementum tantum partis prętij abla-
ti reſtitutio competit. Contrariam
Sententiam, quòd nempè per reſtitu-
123 tionem in integrum contractus om-
ninò reſcindatur affirmant *Cinus in d.
l. ſi quidem Albar. & Paul. Caſtr. in l.
non*

non interest num. 4. C. de his, quæ vi: Pinell. vbi supra num. 21. Fulgos. in l. si res 12. §. si mulieri ff. de iur. dotium. Et pro hac sententia facit noster text. ibi: redire facit etiam l. quod si minor. §. restitutio ff. de minor. l. patri 27. §. si pecuniam l. tutor 47. §. 1. & l. penult. ff. eodem. Vbi indistinctè dicitur, quòd si minoris læsio intercedat, alienatio rescinditur. Et hac opinione retenta, pro qua vide Couar. lib. 1. var. cap. 3. num. 11. vers. tertio, & latè Mench. quæst. freq. cap. 65. per tot. Respondeo ad fundamenta contrariæ sententiæ. Non obstate text. in l. 2. C. de resc. vend. cum loquatur de
124 maiore 25. annorum, agente remedio dictæ legis, quo casu emptoris arbitrio relinquitur iustum prætium supplere, vel rem emptam restituere. Nec obstare deducta ex l. si res 12. §. si mulier ff. de iur. dot. qua
125 sancitur, mulieri in dotis æstimatione læsę ad ipsam dotis constitutionem rescindendam, restitutionem non concedi; sed marito electionem competere, vtrum iustam æstimationem, vel rem ipsam præstare velit. Nam vt benè huic legi satisfacit Pinell. in dicta l. 2. C. de resc. vend. text. in d. l. si res, non loquitur de minore, nec de eo, qui iure minoris vtitur, & cum tempore ff. non esset co-
126 gnitum remedium l. 2. C. de rescin. vend. neque ante illud maioribus læsis in prætio etiam vltra dimidium, concederetur restitutio l. in causa
127 §. idem Pomponius ff. de minor. l. item si precio §. vlt. ff. locati, ideò in ea specie marito restitutio concedi non debebat, sed ad prætij supplementum dari actio. Respondeo etiam, quò d text. in l. si res, specialiter procedit in causa dotis tam fauore vxo-
128 ris, quàm mariti, iuxtà text. in l. si circumscripta 6. C. solut. matrim. Nam cum causa dotalis maxima æquitate nitatur, in eo exuberantior bonæ fidei sinceritas, quàm in cæteris con-
129 tractibus requiritur: vndè eius fauore multa contra iuris regulas, iure introducta sunt l. eas obligationes ff. de capite minutis. Hanc rationem illustrat Cuiac. lib. 22. obseru. cap. 14. in
130 hoc etiam sensu accipienda sunt verba text. in l. iure 6. §. vlt. ff. de iur. dot. ibi: Quia bono, & æquo non conueniat. Et pluribus congestis docet Arias de Mesa. lib. 3. var. cap. 19. per tot. & acuta ratione confirmat Gonzal. in Comment. ad hunc text. nu. 13. propè finem, prosequuntur Osuald. ad Donel. lib. 13. cap. 31. litera K. Gibalinus, de vsuris lib. 4. cap. 5. art. 14. pag. 107.

Et nota, quòd si contractus esset nullus,
131 non esset locus restitutioni, quæ vti remedium extraordinarium, solum datur in subsidium, videlicet vbi remedium ordinarium, seù altera actio non competit l. in causa la seconda ff. de minor. vbi Bart. & alij cap. vlt. & ibi gloss. de Offic. indic. notant hic post gloss. in verbo redire Innoc. Ioan. And. & alij communiter, dixit Rota in recent. p. 2. decis. 731. num. 2. vbi propterea aduersus sententiam
132 nullā via ordinaria nullitatis agendum esse rescripsit, nec remedium subsidiarium restitutionis in integrum intentari posse. Ità etiam affirmat Fagnan. hic num. 16. & 17. notans num. 18. Hinc fieri Ecclesiam vltra dimidiam iusti prætij deceptam beneficio restitutionis iuuari non posse, cum experiri, & iuuari possit reme-
133 dio ordinario l. 2. C. de resc. vend. & cap. Cum dilecti, cap. cum causam, de empt. & vend. Puto tamen esse in facultate Ecclesiæ, quodnam velit ex remedijs ordinario, & subsidiario intentare; non verò vtrumque experiri.

Hinc & dubitandum occurrit coram
134 quo Iudice, contractus rescissionem, & in integrum restitutionem Ecclesia petere possit, & quoniam hanc quæstionem diffusè exploratam exhibui supra in cap. 9. ideò breuiter dico, quòd Abb. hic num. 18. & in cap. constitutus hoc tit. Socin. in cap. cum sit generale num. 13. de for. compet. Mantua ad hunc text. num. 42. & Beroi. nu. 162. Morl. in empor. tit. 5. num. 10. Odd. de rest. q. 32. art. 15. Cald. in l. si curatorem, verbo implorando nu. 32. C. de in integr. rest. Roman. sing. 112. Gutier. canon. quæst. lib. 1. cap. 34. num. 10. vnā voce ex hoc textu deducunt Ecclesiam læsam restitutionem apud Iudicem Ecclesiasticum petere debere. Expendentes etiam ad con-

firmationem huius sententiæ *text. in cap. ad nostram, de reb. Eccles. & in cap. cum causa, de re iudic.* Sed melioribus fulciti fundamentis contrariam
135 sententiam docent *Marth de iurisd. 2. p. cap. 30. per tot. Balb. in cap. sit 8. de for. compet. num. 16. Couar. lib. 1. var. cap. 4. num. 2. Barbos. in l. heres absens §. proinde num. 33. ff. de iudicijs, & in Collect. ad nost text. num. 9. Parlad.* & alij relati à *Carlenal. tom. 1. de indic. disp. 2. q. 4. num. 195.* asserentes Ecclesiam rei forum sequi debere *cap. final. de Iud. in 6.* atque ideò coram laico Iudice, in integrum restitutionem petendam esse *l. 2. C. vbi, & apud quem.* Ad *textus* verò pro contraria sententia relatos respondeo, qualiter primo loco ei non fa-
136 uet *text.* noster cum loquatur, & procedat in Ditione, & terris Ecclesiæ, vti erat Alphensis Ciuitas; & hoc etiam modo intelligendus est *text. in cap. constitutus hoc tit.* de quo infra. Minus itidem facit *text. in cap. ad aures*; cum loquatur de reo feudatario Ecclesiæ, qui cum ratione feudi coram Ecclesiastico Iudice conueniendus esset. *cap. verum de for. compet.* in integrum quoque restitutio coram eo petenda erat. *Ansald. de iurisd. p. 3. tit. vnico cap. 9.* In hac tamen quæstione aliter distinguendum putat *Cyriac. contr. 380. num. 3. & 56.* quem refert hic *Gonzal. nu. 1. in fine*, huic vltimæ sententiæ subscribens.

Sextum denique notabile est, quòd &
137 perpetuò signandum hic monet *Fagn. num. 19.* Contractu per restitutionem in integrum rescisso, emptorem de meliorationibus, & expensis rectè agere, remque ipsam retinere posse donec ei de expensis satisfactum sit. Vndè aduertendum, quòd restituta Ecclesia, non solum ei; qui
138 cum illa contraxerat, exbursatum prætium restitui debet, quamuis de illo non fiat mentio in sententia *l. vnic. C. de reputat. l. quod si §. restitutio ff. de minor.* resoluunt *Gam. decis. Lusit. decis. 74. num. 2. Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. nu. 43. Menoch. quæst. frequent. cap. 66.* Si tamen prætium in ipsius Ecclesiæ vtilitatem versum sit, quæ probatio non Ecclesiæ, prout
139 neque minori; sed aduersario incumbit *l. si sine 33. §. interposito ff. de administ. tut. Bart. in l. 1. C. si aduers. credit.* Sed etiam illud generale est, quòd ei restituantur expensæ, & me-
140 liorationes bona fide factæ, vt ad literam colligitur ex verbis text. ibi: *Prouidendum est tamen, ne si fortè coloni possessiones illas, expensis, ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bona fide fecerunt, debeant defraudari.* Et quidem cum Ecclesiæ pos-
141 sessiones restituendæ sunt; de natura ipsius restitutionis fructus etiam restitui debeant *l. quod si minor §. restitutio ff. de minor Salgad. de protect. 4. p. cap. 9. 177. Mancin. Sac. iur. contr. contr. differ. 6. cap. 16. num. 11.* Fructus verò non cognoscantur nisi de-
142 ductis expensis *l. si à patre §. fructus ff. de petit. hared.* In hoc etiam iudicio restitutionis in integrum sumptus siuè impensæ bona fide factæ restitui
143 debent *l. intra vtile §. fin. ff. de minor. l. in fundo 38. l. sumptus 48. ff. de R.V. l. Iulianus 23. §. offerri ff. de act. empt.* notant *Pinell. in rubr. C. de bon. matern. 1. p. cap. 3. Canif. hic num. fin. Cald. in l. si curatorem, verbo per quod num. 8. C. de in integr. rest.* Quapropter ille contra quem restitutio peti-
144 tur, donec debitor melioramenta, & expensas soluat prædia empta retinere potest *d. l. intra vtile §. fin. ff. de minor.* Nec interest si meliorationes perierint, dummodò sine facto possessoris contigerit *l. si necessaria 8. ff. de pignorat. l. sed an vltrò §. 1. ff. de negot. gest. Gloss. in cap. cum Apostolica §. pro futuram de his, quæ fiunt à Prælat.* dum modicæ non sint *l. si seruos ff. de pignorat. l. properandum §. & siquidem C. de Iudic ys.*

Ad intelligentiam verò quando quis
145 possit repetere expensas, & meliorationes in re aliena bona fide factas nota, quòd duo copulatiuè probare debet videlicet tantumdem fuisse insumptum, & tantumdem fuisse melioratum. Vnde dicas, quòd si centum impensa probentur, res autem in centum quinquaginta melior facta sit: nisi centum impensa refici debent, nam in centum impensis, solum concurrunt proposita requisita tantum impensum, & tantumdem melioratum.

tum. E conuersò autem si centum quinquaginta impensa probentur, rem verò solum in centum meliorem factam constet, solum reficiuntur centum illa meliorata, quia quinquaginta in quibus impensum, melioramenta excedit, licet verificetur requisitum tantum impensum, non verificatur alterum requisitum tantumdem melioratum, quia pro summa illa nihil melioratum apparet: & hoc est quòd singulariter probat iste text. dum propter meliorationes, mandat sumptus restitui, vt benè hic per *Abb. nu.4. vers. sed dubium maius.* & est ex mente *Innoc. num. 1. verb. sumptibus*, vbi dicit Colonum repetere sumptus, quos fecit vtiliter, ac necessariò: innuens per hoc repetitioni locum non esse, nisi vtilitati, seù meliorationi sumptus æquiualeant, & vtilitas, seù melioratio sumptibus; facit ad hoc *cap. ad nostram, de reb. Eccl. non alien.* ibi: *Pro vtilitate ipsius monasterij expendisse noscitur.* Et apertius in *l. Paulus §. Domus ff. de pignor.* ibi: *sumptus in executione erogatos, quatenus res pretiosior facta est, reciperent*, & in *l. Domos ff. de legat. 1.* vbi expensæ repetuntur rei valore inspecto, & ibi notant *Bart. & DD.* communiter. Et conclusionem, quòd ad hoc vt melioramentorum impensæ debeantur hæc duo cumulatiuè articulari, & probari debeant, videlicet tantum insumptum, & tantumdem melioratum, docent expresse *Bart. in l. in fundo num. 2. ff. de rei vend.* & alijs relat. *Neguf. de pignor. in 4. memb. 5. part. in 4. concl. num. 11.* & dixit *Rot. in recent. part. 7. decis. 38. n. 15.*

Quoniam verò melioramentorum materia est quotidiana, & in foro continuis Curialium strepitis agitata notandum propono, quòd cum prædicta altera theorica coincidit, quæ colligitur expressè ab ipso textu in *d. l. in fundo vers. & si plus ff. de rei vendic.* in repetitione videlicet, seù deductione expensarum, aut melio-
146 ramentorum, id semper attendendum esse, quòd minus est, siuè sit minus impensum, siue melioratum: Vndè vt ibi ait *gloss. in verb. Plus pretio*, si impensa sunt decem, & meliorata quindecim, sola decem repetuntur. Item si impensa sunt mille, & meliorata quinque centum, sola quinque centum repetuntur, quòd & ibi communiter affirmant *Bart. n. 1. vers. secundo oppono Alber. nu. 5. Fulgos. num. 3. Card. Alban. ad Bart. ibi num. 3. Iacob. de Arena in l. Domos ff. de leg. 1. vbi Bald. & Iason. num. 4. Paul. de Castr. cons. 270. col. 3. circa remedium vers. item quod dixi lib. 2. Abb. in cap. quod quibusdam num. 9. de fideiuss. & in d. cap. ad nostram 3. not. de reb. Eccl. non alien. Felin. in cap. cum causa num. 29. verbo sumptus de Sent. & re iud. Eursat. cons. 71. nu 22. & 23. lib. 1.* vbi testatur de communi *Ioseph. Ludouic. decis. 24. num. 7. Petra de Fideicom. q. 15.* vbi latè *à num. 261. vsque ad 274.* hanc etiam sententiam sequitur *Rota apud Seraph. decis. 890. num. 1.* vbi de communi, & inter *recent. part. 2. decis. 650 num. 2. part. 4. decis. 206. num. 2. part. 5. decis. 399. num. 47. & part. 6. decis. 116. n. 1. & 2.* vbi dicitur semper deberi, quòd minus est, ratione naturali dictante, vt id scilicet solum recuperetur, quòd verè impensum fuit, & non repetatur id, quòd inutiliter fuit erogatum, & ex quo res non est facta melior, nec prætiosior.

Attentè tamen in hac materia considera, vtrum impendentis, & meliorantis bona fides accesserit. Solum etenim meliorationes, & sumptus à
147 bonę fidei possessore repeti possunt, vt ad literam colligitur ex hoc text. ibi: *quos bona fide fecerunt.* Quapropter si quis nesciat fundum esse alienum, & ibi tamquam in suo bona fide ædificet, si Dominus soli ædificium petat, impensum verò non soluat doli mali exceptione repelli potest *l. Adeò §. ex diuerso ff. de acquir. rer. domin. §. certè inst. de rer. diuis.*

Quòd & locum habet, vbi quis domum
148 refecisset, quam in certum euentum, ex causa nempè fideicommissi restituere tenetur, rei enim valore inspecto sumptus repetit *text. est in l. Domos ff. de leg. 1. vbi Bart. & DD. communiter.*

Hoc etiam rursus procedit, vbi quis in
149 solo communi ædificasset, nam

quamuis ædificium commune efficiatur, ædificans tamen sumptus bonæ fide factos à consocio repetit *l. si in area C. de rei vendic* cum multis concordantibus, de quibus *ibi gloss. vlt. consuluit Corn. cons. 222. num. 5. & 6. vol. 2.* In re autem communi bona fide ædificare censetur, si hoc communi nomine fecerit, sciente, & patiente socio, qui sibi imputari debet, si tacuit, & non prohibuit *l. Sabinus ff. communi diuidundo*, tradit *Bald. cons. 478. lib. 2. Angel. cons. 1. in princ.*

Nota verò, quòd si frater maior am-
150 plum ædificium in re communi fecerit, sumptus nulla re vrgente, sed sola voluptatis causa factos à fratre minore non repetit, est singularis *text. in l. ex duobus ff. de neg. gest.* plenè tradit *Fagn. in Comment. ad cap. Ad nostram, de reb. Eccl. non alien.*

In præfatis autem casibus bonæ fidei
151 possessor sumptus recuperare potest excipiendo ante sententiam, post sententiam verò Iudicis officium implorando, vt notat *Bald. cons. 257. lib. 1.* Et donec ei melioramenta soluantur, qui meliorauit habet retentionem rei melioratæ *l. si in area in fin. ff. de condit. indeb. l. Paulus ff. de*
152 *dol. mal. except.* tradit *Negusan. de pignor. supracit. nec non Capic. decis. 17. n. 7. Thesaur. quæst. 672. n. 10.*

Cæterum quòad hoc punctum aduer-
153 tendum se exhibet, quòd aut melioramenta non sunt liquidata neque in genere, neque in specie, & melioramentorum exceptio in casu immissionem non impedit, & quamuis fuerint articulata super illis nullum fundamentum fieri potest, vt passim rescripsit *Rota* & in specie *decis. 312. num. 5. part. 2. diuers. & decis. 610. num. 3. part. 1. recent.* Et ratio est euidens, quia cum melioramenta sint quid fa-
154 cti, non sufficit, quòd articulentur, sed probanda sunt ab eo, qui se illa bona fide fecisse dicit *Paris. cons. 33. num. 53. lib. 1. Rot. d. decis. 312. nu. 4.* Quinimò cum huiusmodi exceptio altiorem requirat indaginem, non mirum si immissionem, seù sententiæ
155 executionem non impedia, iuxta not. *in l. A Diuo Pio §. si super ff. de re iud.* & habetur *in l. 4. §. condemnatum ff. eodem Gozadin. cons. 200. n. 21.* *Benintend. decis. 77. num. 13. Rot. decis. 659. num. 1. & 2. part. 1. diuers.* hac eadem ratione multò minus retardare valet executionem mandati de manutenendo, vt censuit *Rot. decis. 604. in fin. part. 3. recent.* neque petens in casu rem melioratam, de
156 melioramentis cauere tenetur, aut de sumptibus reficiendis quamuis ad omne dubium submouendum cautionem dare possit, vt dixit *Rot. decis. 276. n. 4. part. 6. recent.*

Quòd si melioramenta in genere tantum probata fuissent, quia nimirum licet probatum sit quantum impensum, non tamen probatum est quantum
157 melioratum, vel è conuerso; hoc casu melioramentorum exceptio, vti illiquida immissionem non retardat, sed bonæ fidei possessori cauetur, & succurritur per cautionem de melioramentis restituendis facta liquidatione, vt patet ex diligenti huius articuli discussione penes *Put. decis. 471. lib. 2.* vbi de stilo testatur, quòd & colligitur ex *Rot. decis. 52. 54. 86. & 543. coram Caualerio, & in part. 7. recent. decis. 48. num. 16.* in quibus terminis intelligi debet *decis. 137. num. 3. p. 2. recent.* Idem post disertam disputationem concludit *Benintend. decis. 77.*

Nonnulli tamen classici Doctores,
158 etiam pro melioramentis, de quibus in genere tantum constat, retentionem competere sentiunt, quamuis actor de illis soluendis, vbi liquidata fuerint, fideiussionem, vel etiam cedulam banchariam offerret, inter quos gentilitius olim meus *Galesi. ad form. oblig. Cameral. 4. part. q. 2. nu. 13. & seq.* vbi ita in Rotæ Auditorio determinatum fuisse testatur, per ea quæ tradit *Capic. decis. 17. nu. 7. Ruin. cons. 84. col. fin. lib. 1.* quos sequitur *Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 569.* Quibus tamen *Ruin. & Capic.* authoritatibus optimè respondet *Put. d. decis. 471.* Quare prima sententia præsertim in Curia propter stilum Rotæ, qui facit ius, & vbi si reperiantur decisiones contrariæ adeò vt conciliari nequeant standum est vltimis, vt notat *Io: Franc. Pauin. Rot. Auditor in Proœm. Extrauag. vers. decisiones Rotæ.* Seruatur in praxi.

Eui-

Euidenter itidem ex hoc textu à con-
159 trario sensu colligitur, quòd qui mala fide meliorauit repetitionem non habet. ibi: *quos bona fide fecerunt*. Equidem si Legislatoris mens non fuisset excludere constitutos in mala fide, non dixisset quos bona fide fecerunt, sed quos fecerunt. Vnde nota quòd verba *textus* omnes meliorationes non includunt, sed solum bona fide factas, de quibus determinatè loquens, necessariò excludit, quòd mala fide melioratum probatur. Sic igitur qui mala fide ædificat in alieno solo, sumptus non repetit, & ædificatum cedit Domino fundi *l. si quis sciens C. de rei vendic. §. ex diuerso Inst. de rer. diuis.* Hoc etiam fit quòd rem fideicommissò
160 subiectam scienter emens, si in ea faciat melioramenta ipsa non repetit propter malam fidem *l fin. §. fin. C. Commun. de legat.* vbi omnes, & in specie *Paul. de Castr. in §. sed & quia num.* 10. *Igneus in l. dudum num.* 40. *C. de contrah emptione Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 24. *num.* 13. *Neguss. de pignor. in* 4. *membr.* 5. *part. nu.* 10. Idemque iuris erit in eo, qui rem re-
161 tractui subiectam emit, ipsamque meliorauit, vt ibi notat *Igneus*. Nec non in simplici vsufructuario, qui
162 meliorationum, quas in re vsufructuata scienter fecit dominium non acquirit, neque sumptus repetit, vt dixit *Rot. recent. p.* 6. *decis.* 116. *n.* 6. Hæc tamen intelligas, vbi melioramenta à malæ fidei possessore facta, essent tantum vtilia; quòd si simul vtilia,
163 & necessaria etiam malæ fidei possessor illa repetere posset *l. Domum* 6. *C. de rei vind. Ias. in l. fin. §.* 2. *not. C. commun. de legat. Ludouic. d. decis.* 24. *num.* 13. *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 537. vbi limitat in fure *num.* 538.

Cæterum ad coronidem huius *text.* No-
164 ta quòd supra tradita de censu reseruatiuo lucem præbent textui in *cap. Constitutus* 6. *de Relig. dom.* vbi cum Episcopus Albanen. Ecclesias omnes sitas in diœcesi Albanen. ad Monasterium Cryptæ Ferratæ pertinentes ipsi Monasterio, quoad dominium vtile, & directum sub annuo censu tradidisset, & ab eius solutione per aliquod tempus cessasset *Innoc. III.* decursas pensiones soluendas iussit ex rationibus in eodem textu deductis, de quibus disertè loquar *in Commentarijs ad d. cap. Constitutus Inter Pontifices Legislatores*. Quòd autem ad rem nostram pertinet est, quòd DD. communiter textum prædictum de emphiteusi loqui putant, per verba eiusdem textus ibi: *in emphyteusim sub annua octo dennariorum vsualium pensione*. Quæ tamen communis interpretatio admitti non potest; Tum quia ipse textus docet dominium tam vtile, quam directum
165 in Monasterium translatum fuisse, quòd repugnat naturæ contractus emphyteutici. Tum quoque, quia si textus procederet, & loqueretur de vera emphyteusi propter cessationem solutionis pensionis per quadra-
166 ginta annos, vt ex ipso textu colligitur Monasterium in commissum incidisset *cap. fin. §. fin. de locat. cap. hoc iure §. qui rem* 10. *q.* 1. Quapropter communi interpretatione omissa concludendum est *text. in d. cap. Constitutus*. Non loqui de vera emphyteusi, sed de censu reseruatiuo, in quo de natura contractus plenum dominium transfertur, quòd ex verbis
167 textus ad literam colligitur. ibi: *vniuersas Ecclesias ad vestrum Monasterium pertinentes, in diœcesi eius sitas: & quicquid iuris tam in Monasterio vestro, quam in eis habebat.* Quòdque reseruatio pensionis, de qua loquitur iste textus sit censualis post *Auendanno de Cens. cap.* 13. *nu.* 2. *Valasc. de iur. emph. q.* 32. *nu.* 7. *Couar. lib.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 1. disertè docet *Gonzalez. in Comment. ad d. cap. Constitutus*.

Quoniam verò de Insigni Monasterio Cryptæ Ferratæ Ordinis S. Basilij, in Diœcesi Tusculana sito, ab Vrbe non procul posito sermo incidit; Quòd
168 Monasterium *Sanctus Nilus* à fundamentis erexit in loco sibi à Gregorio Comite Tusculano concesso; Vitæque Sanctimonia illustrauit; vt disertè colligitur ex eius Vita, quæ Græcè, Latinè, & Italicè extat. Et in quo post eius obitum, qui contigit Anno Domini 1005. Sanctissimos successores habuit, vt cæteros Pijssi-

mos

mos Monachos prætercam, eiusdem Monasterij Abbates. Non inutile arbitror, quædam recensere, de eiusdem Monasterij Insigni statu, nec non de eius transitu in Commendam Cardinalitiam, vna cum serie Abbatum, tam Regularium, quàm S.R.E. Cardinalium, qui eidem Monasterio præfuere.

In agro igitur Tusculano, vetustissimum
1169 reperitur Monasterium Cryptæ Ferratæ, de quo in *Py II. Comment. lib. 11. fol.* 310. præcisa hæc verba habentur. *Cripta ferrata vetus est Monasterium in agro Tusculano situm, Marianum, quòd Marinum appellamus Columnensis familiæ Oppidum, inter & Lucullanum, quo in loco Ciceronis villam fuisse putant, & ibi quæstiones Tusculanas editas. Cœnobium Monachi Græcanico ritu barbati colunt, diuinasque laudes, & officia græcè canunt. Templum vetustum nobili opere constructum gloriosæ Virginis Reginæ Cælorum, cui dicatum est, effigiem pulcherrimam seruat in Tabula pictam Græcanicum Lucæ, vt perhibent, opus Euangelistæ, ad quam visendam septembrio mense singulis annis frequentes concurrunt populi, quo tempore, & Nundinæ fiunt. Aquam Monachi more græco in festo Pentecostes purificant, & in Ecclesiæ vestibulo vase marmoreo clausam toto conseruant anno, febricitantibusque concedunt, tamquam febris expultricem. Habitacula Monachorum, & Abbatis seorsum egregia sunt, & hortulorum pulcherrimi, & quæ cætera superat fons frigidus, ac largissimus ante vestibulum Ecclesiæ scaturiens ad omnes officinas deriuatur, & Piscinam latè patentem implet. Huic Monasterio præfuit Abbas calaber homo litigiosus, verùm, qui multa per iudicium recuperauit amissa: Romani hunc infestum habuere cum possessiones eorum vetustas perturbaret, & antiquas sopitasque dudum lites pergeret exitare: Pius eum in Siciliam transtulit, ibique fecit Archimandritam: Criptam Ferratam Bessarioni Cardinali Niceno commendauit, qui Monasterium ipsum nouis, atque pulcherrimis ædificijs instaurare capit.* Quæ de Statu Monasterij Griptæ Ferratæ in *Py II. Comment.* traduntur hisce nostris temporibus ad vnguem verificantur. Cœnobium etenim Monachi Græcanico, simulatque Latino ritu colunt, Templum Virgini Deiparæ ab initio dicatum, Virginis effigiem claudit, Lucæ opus Euangelistæ, in ipsa Deiparæ effigie cælestis quædam pulcritudo elucet, & tabula, in qua est picta nullã huc vsque edacis temporis iniuriam passa, intacta remanet. Septembrio itidem mense in festo Natiuitatis Deiparæ ad Criptam Ferratam frequentissimi accurrunt Populi, & fiunt Nundinæ. Monachi more græco, non in Festo Pentecostes, prout legitur in *Comment. Py* II. Sed in Festo Epiphaniæ aquam purificant, hac etenim die, qua Latini Adorationis Magorum memoriam recolunt; Græci Christi Baptismatis solemnia celebrant, purificatam diuinis orationibus, & per Crucis infusionem aquam, marmoreo vase clausam quot annis seruant, ad expellendam febrim antidotum mirabile. Vas autem marmoreum hodiè non in Ecclesiæ vestibulo; sed in Farnesiano Sacello, celeberrimis picturis ornato, Pictoris Egregij vulgò dicti il Dominichino, penicillo elaboratis, positum est; Perennes atque optimi fontes Monachorum habitacula, & horti olera suauia reddunt, quæ tamen hodie paupertatem potius redolent, quàm ostentationem. Pius II. Criptæ Ferratæ Monasterium, in Commendam Cardinalitiam erexit, & postquam ab eiusdem Monasterij fundatione triginta quatuor Abbates Monachi eidem præfuerunt *Sanctus videlicet Nilus*, qui diuina reuelatione Monasterium à fundamentis erexit, *Sanctus Paulus*, *S. Cyrillus*, *S. Bartolomeus*, sub quo Ioannes Papa XIX. anno Domini 1025. Monasterij Ecclesiam consecrauit, & Matri Dei semper Virgini dicauit, *Leontius*, *Arsenius*, *S. Lucas*, *Theodosius*, *Ionas*, *Mannius*, *Nicolaus Constantinopolitanus*, *S. Nilus Rossanensis*, *Theodorinus*, *Nicolaus Rossanensis*, qui Aulam construxit, & Templum renouauit anno 1141. *Conon*, qui in exilium pulsus fuit, *Meletius*, *Ignatius*, *qui abdicauit*, *Lucas expulsus*, *Ethichius expulsus*, *Ioannitius*, *Isaac*, *Blasius*,

Hila-

Hilarion, sub quo templum anno 1282. exaltatum fuit. *Blasius Secundus*, *Alexius*, *Ianuarius*, *Pancratius*, *Nephon*, *seu Nimphus*, qui Anno 1324. Auenione obijt; *Antonius Angelus Corradi*, *Iacobus*, *Hieronymus*, *Iosippus*, *seù Ioseph*, *Franciscus*, *Sabbuccius de Mellinis*, *Petrus Patellanus Calaber*, quem Pius II. anno 1462. amouit; habere tandem cœpit Abbates Commendatarios S. R. E. Cardinales, quorum primus fuit *Bessarion S.R.E. Cardinalis Nicænus*, qui Monasterium ornauit, & auxit, sacraque supellectile ditauit, eiusdemque Bessarionis Argenteum Calicem singularis magnitudinis, quem præ manibus habui, in hanc vsque diem Monachi conseruant. Secundus *Iulianus Cardinalis de Ruuere*, Iulius postea Secundus. Tertius *Pompeius Cardinalis Columna*, Quartus *Ioannes Maria Cardinalis de Monte*. Quintus *Alexander Cardinalis Farnesius*. Sextus *Odoardus* itidem *Cardinalis Farnesius*. Septimus denique interituræ nunquam gloriæ Princeps pijssimus *Franciscus Cardinalis Barberinus* Sacri Purpuratorum Senatus Decanus, S.R.E. Vicecancellarius, vir omnium sanè virtutum concentu ornatus, Vitæ Sanctimonia, doctrinæ eminentia, & singulari in Pauperes misericordia quaquauersum præclarissimus, qui bellorum motibus, nec non deplorabilis Italiæ exigentibus vexationibus in Galliam, & Hispaniam anno Iubilei 1625. Legatus à latere ab Vrbano S. M. VIII. missus, ea vbique suæ prudentiæ, liberalitatis, religionis pietatis, & humanitatis auspicia reliquit, vt verus Principis Ecclesiastici Prothotypon appellari dignus fuerit, cæterum præstantioribus ingenij monumentis prosequenda remitto, quot grauissimis curis,& sollicitudinibus pro Romana Ecclesia totaqua tẽporali Ecclesiastica Ditione Franciscus ex germano fratre Vrbani VIII. nepos meritissimus, incessanter distentus fuerit quem Sapientissimus Patruus, vti Nepotem integerrimum ad Vrbis, & Orbis Regimen Socium secum assumpsit. Quæ tamen inter *Pontifices Legislatores in Not. ad Vitam Vrbani VIII. & in Epitom. Historic.* iuxta Annos eiusdem Sedis digesto indicare, & quantum fas erit ad viuum exprimere non prætermittam. In hoc solum ex nunc insistens, quòd & Francisci Cardinalis Barberini varia pietatis argumenta Criptæ Ferratæ Monasterium, quotidiè experitur. Princeps etenim eruditissimus venerandæ antiquitatis amator optimus, varia eiusdem monumenta restituit, quòdque cæteris sempiterna memoria dignum se præbet, est æneum, atque marmoreum Ornamentum, quo Aram Magnam Ecclesiæ pretiosis ornatam Statuis ad summæ pulcritudinis decorem redegit, vbi Admirabilis effigies Deiparæ Virginis à S. Luca Euangelista depicta asseruatur, nec non quamplurimorum Sanctorum eiusdem Monasterij Abbatum Corpora, & multorum SS. Martyrum Reliquiæ quiescunt. Nec prætereundum puto qualiter à tempore, quo Monasterium Criptæ Ferratæ Septem Cardinales Abbates Commendatarios numerat, ab Anno scilicet 1462. quo Pius II. *Bessarioni Cardinali* ipsum commendauit, vsque ad præsentem Annum 1674. Romanæ Ecclesiæ viginiinouem Pontifices præfuere, incluso Regnante Pontifice Clemente X. quem Deus diù conseruare dignetur.

Pia denique Fidelium manu Monasterium Criptæ Ferratæ opulento patrimonio ditatum fuisse, omnibus historicis compertum credo, nam & Castrum, quòd dicebatur Pauli, in Territorio Marini positum, de quo loquitur *cap. Constitutus, de relig. Dom.* euius vestigia semidiruta Turris hodiè designat; annuum censum ipsi Monasterio pendebat. Quæ verò ad Monachorum Sanctimoniam alendam,& pauperum ad ipsos accurrentium famem saturandam fidelium pietas erogauerat; Abbati Commendatario postea applicata fuere, adcò vt ipsi Monachi ex manu eiusdem congrua alimenta reciperent; At cum querulæ, vt plurimum super congrua Monachorum manutentione andirentur voces, hinc Gregorius XIII. ex bonis ad mensam præfati Monasterij pertinentibus, peculiarem pin-

guem-

quemque Mensam Abbati Commendatario, & alteram Monachis constituit, vnde Abbas Commendatarius super fructibus,& redditibus quibus aluntur Monachi, nullam partem, vel administrationem habet, prout Monachi nihil commune habent cum prouentibus prouenientibus ex Mensa Abbatis Commendatarij, qui in Territorio Criptæ ferratæ iurisdictionem spiritualem,& temporalem exercet.

CAP. CVM VENISSENT II.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia procuratoris negligentia læsa in integrum restituitur.*

2 *Verba huius textus desumpta fuerunt ex Decretali* Innoc. III.

3 Innoc. III. *Sedit Ann.* 18. *Mens.* 6. *die* 9.

4 *Ioannes Lotharius ex Comitibus Signiæ ætatis annorum* 37. *Cælestini successor eligitur, &* Innoc. III. *vocatur.*

5 Innoc. III. *fuit Canonicus S. Petri.*

6 *Referuntur Libri ab* Innoc. III. *Typis editi.*

7 *Cælestinus* III. *Pontificatu se abdicare obtulit, si in eius locum* Innoc. III. *tunc Lotharium Card. Patres subrogarent.*

8 Innoc. III. *renitens Romanus Pontifex eligitur post obitum Cælest.*

9 Innoc. III. *electio visibili signo Columbæ confirmatur.*

10 *Philippum Francorum Regem ob repudiatam legitimam Vxorem, & pellicem superinductam Adulterio redarguit, ipsamque repudiare, & repudiatam recipere præcipit.*

Petrum Diaconum Cardinalem hac de causa Legatum in Gallias mittit, vt non parente Rege, totum Regnum interdicto Ecclesiastico subigeret. ibidem num. 10.

Legatus Apostolicus totam terram Regis Francorum *arctissimo interdicto concludit. ibidem num.* 10.

Cum post interdictũ octo mensium Rex pellicem à suis amplexibus separasset, & Reginam recepisset; interdicti Sententia relaxatur. ibid. n. 10.

11 *Ottoni* IV. *Germaniæ Regi coronam Imperij cum solita benedictione contulit.*

12 *Otto Imperator donationem Mathildis impugnat, Apuliam, & Calabriam vi, & armis subijcit.*

13 *Otto Imperator excommunicatur, & ab Imperio deponitur.*

14 *Fridericus* II. *Henrici* VI. *filius, e Sicilia euocatus ab* Innoc. III. *Imperator creatur.*

15 *Otto cum exercitu Friderico occurrens a suis derelictus in Saxoniam recedere compellitur.*

16 *Otto contra Francorum Regem in bellum profectus ab illo superatur, & præ mentis dolore moritur.*

17 *Vt liberior conquærentibus pateret aditus* Innoc. III. *maiorem partem Ostiariorum abiecit.*

18 *Senatori, & Tribunis Vrbis redditus, & consuetudines à suis prædecessoribus impendi solitas denegauit.*

19 Innoc. III. *Romanos in eius bona irruentes excommunicat.*

20 *Lateranensem Synodum* Innoc. III. *coegit.*

21 Innoc. III. *suas Literas Decretales in Iudicijs obseruari iussit.*

22 Innoc. III. *opera, Liuonia Christi fidem amplectitur.*

23. Innoc. III. *diligentia, Albingenses in Gallia hæretici partim fugantur; partim ad pænitentiam recipiuntur.*

24 *Almarici hæretici ossa exhumata Parisijs comburuntur.*

25 *Vna die octoginta hæretici comburuntur apud* Argentinam.

26 Innoc. III. *Sedente S. Dominicus Ordinem Prædicatorum. Et S. Franciscus ordinem minorum in* Italia *propagare cæperunt.*

27 Innoc. III. *Ordinem Hospitalariorum S.Spiritus in Gallia confirmauit, & priuilegijs auxit.*

28 Innoc. III. *Romæ proprijs sumptibus Hospitale S. Spiritus erexit, largè dotauit, & priuilegijs ditauit.*

29 Innoc. III. *Elemosinarius diligenter inuestigabat pauperes, præsertim nobiles, illosque sub veniebat, & quomodò.*

30 *Pueri Pauperes finita refectione permittebantur venire ante Mensam* Innoc. III. *& quæ remanserant Victualia recipere.*

Singulis Sabbathis duodecim Pauperum pedes Innoc. III. *lauabat eisque refectionem cum duodecim*

nummis

nummis donabat. ibidem num. 30.

31 *Portugallia Regem ob incestuosas nuptias*, Innoc. III. *excommunicavit, & Regnum interdicto supponit.*

Idem Reges Legionensem, & Castella ob incestuosas nuptias excommunicatos declarat, & eis dispensationem denegat. ibidem num. 31.

32 *Rex Legionensis incestuosa copula dissoluta ab excommunicatione absolvitur.*

33 *Rex Navarra sub pœna excommunicationis à fœdere inito cum Saracenis discedere cogitur.*

34 *Reges Castella, & Portugallia sub comminatione excõmunicationis ictũ inter se fœdus conservare coguntur.*

35 *Regem Portugallia ad persoluendum censum debitum Sedi Apostolica compellit.*

36 Innoc. III. *cum Romanus Pontifex ordinatus fuit erat solum Diaconus.*

37 Innoc. III. *in Festo Cathedra D. Petri in Antiochia Episcopus consecratus fuit.*

38 *Vrbis Præfectum* Innoc. III. *primus omnium ad ligiam fidelitatem recepit.*

39 *Item ab alijs Baronibus circumquaque fidelitatis iuramentum exegit.*

40 *Item Ecclesiastica potestati sublatas prouincias reuocauit.*

41 Innoc. III. *censuris Ecclesiasticis cunctu feliciſſimè peregit.*

42 Innoc. III. *Perusij, quò ad componendam pacem inter Pisanos, & Genuenses, se contulerat Anno Domini 1219. obijt.*

43 *Cuntius Sabellus Romanus in locum* Innoc. III. *subrogatus Honorius* III. *vocatus fuit.*

44 *Labbens iniustè censurat Bininum, quoad omissas* Innoc. III. *literas Decretales, qua alibi excussa habentur, & vbi.*

45 *Sedente, & Præsidente* Innoc. III. *varia Concilia celebrata fuerunt.*

46 *Præsens textus est fragmentum Epistola Decretalis* Innoc. III.

47 *Exprimitur qualiter corrigenda sit inscriptio huius text.*

48 *Narratur factum vnde decisio nostri textus originem habuit.*

49 *Velabrum locus est iuxtà montem Auentinum propè Circum, & vnde dicatur exprimitur.*

50 *Nannatum est Ciuitas Gallia vulgò Nantes dicta.*

51 *Procuratoris negligentia in iuribus Ecclesia exhibendis, non nocet Ecclesia.*

52 *Electio facta lite pendente, neque est confirmanda, neque infirmanda.*

53 *Ecclesia ob procuratoris negligentiam in eius iuribus exhibendis lesa in integrum restituitur.*

54 *Non est confirmanda electio lite pendente facta, neque infirmari debet si facta fit ab eo, qui erat in pacifica poſſeſſione eligendi.*

55 *Lite pendente super electione noua electio non admittitur.*

56 *Reijcitur Sententia Abb. & sequac. super electione facienda lite pendente.*

57 *Lite vertente super poſſeſſione iuris eligendi, poſſeſſor eligere, vel præsentare potest, & litis exitu non expectato, statim confirmatio fieri debet.*

58 *Pendente lite pacificus poſſeſſor non est sua poſſeſſione priuandus.*

59 *Vertente lite super quasi poſſeſſione iuris eligendi, neutrum eligere potest, si vterque in quasi poſſeſſione eligendi esse intendit, & electionis de facto facta confirmatio protrahitur vsque ad litis exitum.*

60 *Vbi vnus tantum ex collitigantibus est in quasi poſſeſſione iuris eligendi, statim eligere potest.*

61 *Qui est in quasi poſſeſſione iuris eligendi, lite pendente eligere potest.*

62 *Electio facta pendente quæstione iuris, seu poſſeſſionis confirmari, vel infirmari non debet.*

63 *Sed confirmatio, vel infirmatio in casu vsque ad litis exitum protrahitur.*

64 *Monachi per procuratorem, seu Syndicum in iudicio stare debent.*

65 *Capitulum Sede vacante iudicium instituere non potest, nec valet processus factus contra Ecclesiam Sede Vacante.*

66 *Explicatur difficultas huius textus circa constitutionem Procuratoris à Capitulo Sede vacante factam.*

67 *Sede Apostolica vacante Cardinales Pontificiam potestatem non habent.*

68 Ex-

68 *Exprimitur quomodò verba huius textus intelligi debeant.*

69 *Monachi Sede vacante procuratorem ad iudicia constituere non possunt.*

70 *Sita in Diæcesi Episcopo subiecta præsumuntur.*

71 *Clausula si non omnes in rescripto apposita quid importet explicatur.*

72 *Penes Papam Ecclesiastica iurisdictio, vti in sua Sede residet.*

73 *Causa coniunctim commissa omnes delegati causæ cognitioni, vel executioni simul interesse debent.*

74 *Coniunctim delegati vnicam iurisdictionem habent, & vnum representant personam, & vnus sine alio procedere non potest.*

75 *Causa disiunctim commissa, quilibet ex delegatis ipsam cognoscere potest, & inter ipsos est locus præuentioni.*

76 *Clausula, quòd si non omnes, vel quòd si ambo &c. quid importet exprimitur.*

77 *Explicatur quid importent notæ A. A. V. S. E. V. quibus Veteres vtebantur.*

78 *Rescripti forma est attentè seruanda.*

79 *Causa commissa cum clausula, quòd si non omnes, quando ab vno ex delegatis cognosci possit exprimitur.*

80 *Clausula quòd si non omnes refertur tam ad impotentiam iuris, quàm facti.*

81 *Procurator ad agendum tantum constitutus non admittitur ad defendendum.*

82 *Electus ante confirmationem renunciare potest absque auctoritate superioris.*

83 *Negligentia procuratoris Domino nocet.*

CAP. CVM VENISSENT II. De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

Restituitur Ecclesia læsa propter negligentiam procuratoris, qui
1 iura Ecclesiæ non produxit.

Commentaria cum notis Auctoris ad hanc Decretalem.

Verba huius textus desumpta fuerunt ex *Innocentij* III. Decreralibus Epistolis, qui Sedi Apostolicæ
2 præfuit *Annis* 18. *Mensibus* 6. *diebus* 9. à die nimirum 8. *vel* 9. *Ianuarij*
3 *Anni* 1198. vsque ad diem 16. *Iulij Anni* 1216. qua obijt Perusij, Vacante imperio Otientali per obitum Henrici, & decertantibus de Occidentali inter se Ottone IV. exauctorato, & Friderico II. Romanorum atque Siciliæ Rege. Eadem etenim die, qua *Cælestinus* obijt eius exequijs de more honorificè celebraris. Sacri Purpuratorum Senatus suffragijs, expulsis senioribus Cardinalibus mutuo concertantibus, nouo exemplo, ætate iunior annorum 37.
4 Ioannes Lotharius Trasimundi filius ex nobili genere Comitum Signię patria Anagninus Sanctorum Sergij, & Bacchi Diaconus Cardinalis, Romanus Pontifex *die* 8. *aut* 9. *Ianuarij* 1198. *creatus*, *& die* 15. *Februarij* eiusdem anni prima Dominica Quadragesima consecratus. *Innocentius* III. dictus fuit. De cuius primordijs ex eius Vita exactissimè, & fidelissimè descripta vsque ad eius Pontificatus *annum* 11. quam acceptam ex Auenionensi Archiuio testatur *Spondan. Ann.* 1198. *num.* 3. in Vrbe primum, Parisijs deinde, tandem Boloniæ Scholastica studia publicè profitendo, Philosophicis Theologicis, & vtriusque Iuris interpretationibus insudasse traditur, à Gregorio verò octauo in Subdiaconum ordinatum,
5 in Basilica S. Petri Canonicum militasse, à *Clemente* postea III. integritatis acri censore Diaconum Cardinalem creatum fuisse tanta verò dignitate fulgentem Cardinalitium titulum verbo, exemplis, literis, rebusque pro Ecclesia fæliciter gestis illustrauit, euulgatisque doctissimis in lucem libris summa eruditione, &
6 pietate refertis. *De miseria conditionis humanæ*, *de Officio Missæ*, *de Sacramento Baptismi*, *in Septem Psalmos pænitentiales*, *& Sermonum*, *quos ad* Cle-

Clerum, & Populum in Sacra Lateran. Basilica dixerat. Eam de se apud
7 omnes opinionem, & admirationem excitauit, vt & *Cælestinus* III. Romanus Pontifex summo Magistratu se abdicare obtulerit, si modò se superstite Patres Lotharium subrogarent, quo & vita functo, (vndè Typografi errore irrepsisse nota, quod legitur apud *Binnium*; altero die post obitum *Cælestini V*. *Innocentium* III. creatum fuisse, cum & inspecto ordine, ac serie Romanorum Pontificum ab ipso *Bin*. ponatur successor *Cælestini* III.) ipsum præ cæteris morum honestate, & literarum scientia fulgen-
8 tem, licèt eiulantem, flentem, & renitentem, Romanum Pontificem mirabilis omnium consensus creauit, vt ex eiusdem *Vitæ Actis* colligitur, quæ & restantur de futura *Innocentij* electione prænunciationes præcessisse per quietem ostensas; nec non eius electionem visibili signo confirmatam fuisse, cum videlicet, (*audiant legant, & confundantur hæretici*) è
9 tribus Columbis in locum, vbi Cardinales congregati sedebant volatum frequentantibus, quæ candidissima erat post *Innocentij* nominationem iuxta eius dexteram insedit. Mox verò vt *Innocentius* Pontificatum nactus fuit, innata illa animi magnitudine, qua præstabat ad maxima, ad magnorum præsertim vitia corrigenda omnem conatum adhibuit.
10 Vndè Philippum Francorum Regem cognomento Augustum de adulterio redarguit, vtque superinductam Agnerem, Mariam vti pellicem repudiaret, repudiatam verò Gelbergam legitimam coniugem reciperet, præcepit, qua de causa Petrum Diaconum Cardinalem S. Mariæ in Via lata Legatum in Gallias misit, cui iussit si Rex commonitus non pareret, totam eius terram interdicto Ecclesiastico subijceret, prout apud Viennam, vel vt rectius habent aliqui apud Diuionem coacto Concilio factum fuit, adeòut tota terra Regis Francorum arctissimo interdicto conclusa, mortuorum corpora vbilibet insepulta seruarentur, vndè plebs vniuersa clamabat. Rex verò nuntijs ad Papam missis cum ipsum nec minis, nec præcibus, nec promissis, vt interdictum relaxaret flectere potuisset, Reginam recepit, & super inductam à suis amplexibus separauit, quamuis vti prægnantem, & partui proximam à Regni finibus non excluserit. Sententia verò interdicti, quod per octo menses durauerat relaxata fuit, vt diffusè ex *Actis* narrat *Spondan*. & passim *Historici Ann*. 1198. Et extant de his plures eiusdem Innocentij literę tum ad ipsum Regem, tum ad alios datæ *lib*. 1. *epist*. 4. 171. 346. & 347. *lib*. 2. *epist*. 186. Ottoni IV. Germaniæ Regi contra Philip-
11 pum Barbarrossæ filium reclamanti, Imperij coronam cum solita benedictione contulit, & iustissima de causa vicissim abstulit. Nam cum donatio-
12 nem, qua Mathildis filia Rogerij Principis Siciliæ, Marchiam Apulię, Romanæ Ecclesiæ donauerat, vti inualidam citra consensum Imperij Principum factam post impetratam Imperij coronam Otto sibi vindicasset, ac præterea etiam contra iusiurandum paulò ante emissum, mandatis Apostolicis obedire contemnens, Apuliam, & Calabriam vi, & armis sibi subijceret: Papa Sententiam pri-
13 mum excommunicationis, postea verò priuationis, & depositionis in eum ferens, Lifrido Moguntino Archiepiscopo præcepisse tradit *B. Anton*. 3. *part. Chron. tit*. 19. & *Trithem in Chron. Hirsaug*. qualiter per totam Alemaniam Imperatorem excommunicatum, & ab Imperio depositum denunciaret, qua de re Otto Archiepiscopum persequens, cum neque de absolutione petenda, neque de transactione ineunda quicquam curaret: Innocentius Papa Fridericum II. Henrici VI. filium ex Constantia, de consilio Regis Fran-
15 ciæ, quorumdam etiam Germaniæ Principum voluntate, e Sicilia euocatum in Alemaniam misit Imperij Principibus iubens, vt ipsum in Imperatorem susciperent. Otto cum exercitu suo Friderico quidem occurrit; à suis verò derelictus loco cedere, & in Saxoniam recedere compulsus fuit, Fridericus autem in Prin-
15 cipum conuentu Aquisgrani habito ab omnibus vti Rex susceptus fuit.

Quinimò cum postea Otto vna cum
Rege Angliæ auunculo suo, & cum
Barbantiæ Duce, & Flandrię Comi-
te, contra Philippum Francorum
Regem, qui Friderico studebat, in
16 bellum profectus fuisset, apud Tor-
nacum superatus, & ab omnibus
deinde desertus, præ mentis dolore,
animique mærore infirmatus, oppu-
gnatæ Romanæ Sedis, merita mulcta-
tus pæna, in extremis constitutus an-
gustijs ex hac vita discessit. Pontifi-
catus etiam sui initio; vt tradit *Ro-
gerius*, qui sub ipso *Angl. historiam
scripsit*. Curiæ statum *Innocentius* in
melius mutare volens, maiorem par-
17 tem ianitorum, & ostiariorum Curiæ
abiecit, vt conquęrentes tam clerici,
quàm laici liberiores ad eum accessus
haberent. Quin & idem *Auctor* sub-
dit, quòd cum post illius consecra-
tionem Præfectus, Senatores, & Tri-
buni Vrbis cum cæteris Romanis,
redditus, & consuetudines à præde-
cessoribus suis Romanis Pontificibus
impendi solitas ab eo exegissent, id
se nunquam facturum respondisse:
18 quòd si faceret contra Deum, & in
Romanę Ecclesię præiudicium face-
ret. Quare Romani in eius bona
irruentes, ea dirripuerunt: Innocen-
19 tius verò ipsos excommunicauit; se-
cutusque prædecessorum suorum ve-
stigia, ad deprauatos populi mores
corrigendos, hęreticos damnandos,
& ad Terram Sanctam recuperandam
20 Lateranensem Synodum Oecume-
nicam XII. indixit eique inter 412.
Episcopos præsedit. Ad omnes Eu-
ropæ Reges, & Episcopos salubrium
consiliorum literas scripsit, quas, vt
ait *Trithemius in Chron. Hirs.* legi, &
21 in iudicijs obseruari præcepit. In-
nocentij etiam opera Liuoniam Chri-
22 sti fidem amplexam fuisse testatur
Blondus. Eius quoque mandato per
Simonem Comitem Montis Forten-
sem, auxilio Germanorum fretum,
23 Albingenses hæretici iam dudum
in Gallia exorti partim fugati; par-
tim verò per Sedis Apostolicæ lega-
tum ad pænitentiam, & vnionem Ec-
clesię recepti fuerunt. Et Almaricus
de viginti erroribus conuictus cum
24 suis sectarijs post obitum exhumatus
Parisijs combustus fuit. *Gag. lib. 6.*

Illorum verò hæreticorum, *qui Tri-
themio Auctore*, esum carnium quo-
uis tempore etiam in Quadragesima
licitum docebant; & fornicationem,
vti naturali inclinationi conuenien-
tem non esse prohibitam, vno die
25 octoginta apud Argentinam combu-
sti fuerunt. Innocentij itidem tem-
pore Sanctus Dominicus Prædicato-
rum Ordinem: & S. Franciscus Or-
26 dinem Minorum in Italia instituere,
& propagare cæperunt, hęreticorum
multos ad Christi fidem conuerten-
tes. Regularem etiam Ordinem Ho-
spitalariorum S. Spiritus, nuper au-
ctore Guidone mite cæptum erigi
apud Montempessulanum in Gallia
27 confirmauit, & priuilegijs auxit, vt
patet ex eius *epist. 96. & 98.* Vtque
ex eius *Actis* habetur, ad opus infir-
morum, & pauperum Romæ sumpti-
bus proprijs Hospitale S. Spiritus
28 apud S. Mariam in Saxia erexit:
quod & multis ædificijs, possessioni-
bus, redditibus thesauris, ornamen-
tis, libris, & priuilegijs ditauit at-
que dotauit. Pauperibusque abun-
de subueniens, faciebat, inquiunt
Acta, famelicos refici, nudos vesti-
ri, pauperculas virgines maritari,
pueros expositos enutriri: subuenie-
bat frequenter Monachis, & monia-
libus indigentibus, reclusis & eremi-
tis: domosque religiosas visitabat
multotiens, & à debitis liberabat.
Circuibat, & inuestigabat diligen-
ter eleemosynarius eius pauperes,
29 ac debiles maximè nobiles; dabat-
que illis sigilla, vt per eos, qui ipsa
referrent singulis hebdomadibus pe-
cuniam destinaret ad victum, exce-
ptis illis, qui quotidie recipiebant
aut cibos, aut nummos, aut vestes.
Permittebatque etiam pauperculos
30 pueros ante mensam suam post fi-
nem refectionis venire, & de ijs quæ
coram eo remanserant victualia ex-
hiberi. Ac denique Sabbatis facie-
bat mandatum, lauans, tergens,
& osculans pedes duodecim paupe-
rum, & singulis duodecim nummos
donans, faciensque refectionem om-
nibus impendi. Hæc ibi: Et quòd
spectat ad Innocentij vigilantiam in
ipsis Regibus Apostolicis præceptis
non obtemperantibus puniendis, il-
lud

lud accidit memoria dignum, quòd
31 cum audisset Regem Legionensem sibi filiam Regis Portugallię consobrinam suam matrimonio copulasse; ipsum Portugalliæ Regem, ipsosque incestuosè coniunctos excommunicauit, eorumque Regna interdicto supposuit, vnde penitus reuocatum fuit illegitime factum. Quoniam verò idemmet Rex Legionensis manum ad deteriora extendens Castellæ Regis consobrini sui filiam sibi copulare præsumpsisset Fratrem Rainerium virum scientia, & Religione vbique venerandum in Hispaniam misit, sed cum nihil apud eumdem profecisset excommunicationis Sententia perculsit. Cumque ijdem Reges huiusmodi matrimonij dispensationem per Legatos Romam missos obtinere non potuissent; Legionensis tandem
32 ad Cor rediens, incestuosam copulam dissoluit, & absolutionem obtinuit. Hæc pluribus habent *Innoc. Acta*, quibus consentientes extant *literæ* eiusdem *Innoc.* ad ipsum Fratrem Rainerium. *Epist. 93. & 94.* Nec non ad Archiepiscopum Compostellanum *lib. 2. epist. 72.* & Episcopos sub Regno Legionensi constitutos. Iisdemque literis Rainerio præcepit, vt Regem quoque Nauarræ
33 excommunicatione percelleret, si aduersus Christianos cum Saracenis fœdus iniret. Alijsque *lib. 1. epist. 249.* vt cogeret Castellę, & Portugalliæ Reges, sub excommunicatio-
34 nis comminatione ictum inter se fœdus conseruare. Ac denique eumdem Portugalliæ Regem ad debitum
35 Sedi Apostolicę censum persoluendum *lib. 1. epist. 451. & 452.* Nec silentio prætereundum est, quòd cum
36 Innocentius tẽpore suæ creationis in Summum Pontificem esset tantummodo Diaconus vsque ad Sabbatum eius ordinatio in presbyterum dilata fuit, qua die erant Quatuor Tempora IX. Cal. Martij, & sequenti Dominica, qua Catholica Ecclesia celebrare consueuit Festum Cathedræ
37 S. Petri in Antiochia cum multa cordis compunctione, & lacrimarum effusione apud S. Petrum in Episcopum consecratus fuit, & eadem die solemniter coronatus, à S. Petri Basilica ingenti Populi lætitia ad Lateranense Palatium processit. Postridie verò Petrum Vrbis Præfectum ad ligiam fidelitatem recepit, qui ad il-
38 lud vsque tempus fidelitatis iuramento Imperatori obligatus fuerat, & ab eo honorem Præfecturæ receperat. Ab alijs pariter Baronibus
39 circum quaque iuramentum fidelitatis exegit, atque recepit: & per totum Ecclesię patrimonium missis nuncijs fidelitatem sibi ab omnibus exhiberi fecit. Nihilque in sui Pontificatus exordio antiquius habuit, quam vt tyrannos Ecclesiæ domi-
40 nium occupantes procul abigeret, & sublatas Ecclesiasticę potestati prouincias reuocaret. Quod quamuis negotium per difficile videretur, attamen quia manus Domini fuit cum illo, primo sui Pontificatus Anno non armis, sed censutis tantummodò Ecclesiasticis cuncta fœlicissi-
41 me peregit, vt in iisdem ipsius Vitæ Actis fusè narratur, & de his eius extant literæ *lib. 1. epist. 15. 23. 27. 38. 88. 403.* Obijt verò *Innocentius* III. Pontifex laudatissimus *Anno Do-*
42 *mini 1216. die 16. Iulij* Perusij quò vt pacem inter Pisanos, & Genuenses componeret se contulerat, peractis in Pontificatu vt dixi Ann. 18. Mens. 6. & dieb. 9. Eique biduo post subrogatus fuit Cuntius Sabellus
43 Romanus, *Honorius* III. postea dictus: Huius Pontificis infinitæ propemodum extant Decretales Epistolæ, quas in suam collectionem non contulit *Binius*, malè à Labbeo, quasi eas omiserit in hac parte censuratus, quòd extent separatim excussæ,
44 & plurimas item alias recitent *Rogerius*, *& Matthæus Parisiensis*, *nec non* Papirus *Massonus*; quin & ipse *Binius* ex *Innocentij* Epistolis vnam notat ad Archiepiscopum, & Capitulum Coloniense datam, qua concessa antiquitus priuilegia confirmat Optimè verò admonet idem *Labbeus* *Innoc.* III. Epistolarum libros, ad *annos* 1198. 1199. *&* 1200. spectantium, iam ab *Anno* 1543. libros duos Romæ editos fuisse, & deindè cum eius operibus Coloniæ *Anno* 1575. apud Mattinum Cholinum. *Anno etiam* 1635. Tolosę prodijsse *Innocentij*

centij III. Epistolarum libros quatuor hoc est regesti. XIII. XIV. XV. & XVI. ex ms. codice bibliothecę collegij Fuxensis à sodalibus eiusdem collegij descriptos,& à Francisco Bosqueto Narbonensi notis illustratos, qui & eiusdem Papæ gesta licet pluribus lacunis hiantia adiecit. Quasdam etiam ex ijs epistolis decerptas suisque obseruationibus ornatas iam ab *Anno* 1625. *Paulum de Mar.* Burgundici Senatus consiliarium in 8. Diuione edidisse tradit idem *Labbeus*; qui & Tom.V. collectionis Duchesnianæ *Innocentij* III. quamplures ad Regem, & Galliæ Princeps Epistolas extare monet, cum eiusdem Pontificis rescriptis super Albingensium negotio, & Terræ Sanctæ liberatione de quibus omnibus Sacræ historię curiosi scrutatores in Annalibus *Bzouij*, *Spondani*, *Raynaldi atque Vadingi* exactam notitiam adinue-

45 nient. Varia quoque Concilia *Innocentio* III. sedente, & præsidente celebrata ex integro recitanr *Bin. & Labb.* quorum causas, locus, & tempus distinctè, & accurate noto inter *Pontifices Legislatores*, *in Epitome Historico*, iuxtà seriem Annorum Sedis eiusdem *Innocentij* III. digesto; cuius Decretalium Epistolarum plura etiam fragmenta reperiuntur inter Decretales *Gregorij* IX. iussu ex Sacris Ecclesiæ Canonibus in quinque

46 libros digestas; inter quas sub Rubrica de in integrum restitutione, clauditur noster textus. Et quatenus ad eius inscriptionem pertinet S Gregorij, & Sergij Abbatibus directam

47 fuisse deducitur; sed legendum esset *S. Georgy*, prout *in prima collectione sub hoc tit. cap.* 1. rectè legi, hic aduertit *Gonzal. in Comment.* Monasterium enim *S. Georgij* est Ordinis D. Augustini in Gallia, de quo fratres Sarmathani *tom.* 4. *Galliæ Christ.* 447. Similiter quoque Monasterium S. Sergij est Ordinis D. Benedicti in Diæcesi Andegauensi, de quo plura adducunt ijdem fratres *dicto tom.* 4. *fol.*820. Quatenus autem spectat ad ipsum textum, in eius exordio exponit Papa recursum ad Sedem Apostolicam habitum per electum, & Monachos Rothon, quòd Monasterium esse Ordinis D. Benedicti in diæcesi Venetensi satis euidenter demonstrat *Gonzal. in Comment. ad cap. Dilectus, de Off. Ordin.* Vertente etenim lite

48 super ipsius Monasterij subiectione inter Monachos eiusdem ex vna, & Venetensem Episcopum ex altera; Monasterium illud ad se pertinere, vti in diæcesi positum Episcopo asserente, & consequenter Abbatis electionem eo inscio factam irritandam esse, controuersia verò, de partium consensu coram Nannatensi Episcopo, vti Iudice delegato agitaretur, quamuis Monachi assererent Monasterium illud ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, ex priuilegijs Gregorij, Leonis; & Clementis; quia tamen coram præfato Nannaten Episcopo, & deputatis Coniudicibus allegata priuilegia non ediderunt: Episcopo Venetensi, & non Veterensi, vt legitur *in 3. collect.* qui à Venetorum ciuitate suam denominationem sumit, Vennes vulgò dicta posita in Armorica sub Metropoli Turonensi, cuius meminerunt *Plinius lib.4. cap.* 18. *Strabo lib.* 4. *Cæsar lib.3. cap.2.* & eius Præsulum seriem tradit, *Chenu in Chron. Gall.* Monasterium parere ipsi Iudices pronunciarunt. Quapropter Monachi ad *Innoc.* III. appellarunt, coram ipso proponentes eorum Monasterium ad Apostolicam Sedem immediatè pertinere, ex priuilegijs allegatis, quorum cognitio solo Romano Pontifici reseruata erat; quæ pars reperitur *in cap. Cum venissent de Iudicijs.* Innocentius autem causam commisit Cardinali G. Diacono tituli S.Georgij ad Velum Aureum, prout etiam legitur *in 3. collect.* sed malè; legendum enim esset, *ad Velabrum*, in cu-

49 ius nominis etymologia interpetres minimè consentiunt licèt non dissentiant, quòad locum. *Velabrum* locus est Romæ, iuxtà montem Auentinum propè Circum. *Plutarchus in Romulo, Bulengerus de Circo cap. 2. pag.*93. ità dictum putat, quòd cum paludinosus locus esset, volentes in Auentinum transire, ferebantur cymba, stipemque ductori soluebant; & quoniam pecunia, quæ nautis soluitur velatura vocatur, hinc velabri

nomen

nomen sortitus fuit. *F. vero Petrus Martyr in rebus mirab. Roma. Velabrum* locum esse existimat, in quo obtendebantur vela, sub quibus oleum, & similia vendebantur; ideòque à velis extensis velabrum dictum fuisse, iuxtà illud *Plauti*. *Quasi in Velabro olearij*. Quæ expositio magis veritati, & rationi consonat. Cum igitur S. Georgij Ecclesia iuxta hunc locum posita reperiretur, Cardinalis Titularis eiusdem, dicebatur S. Georgij ad Velabrum, cui Cardinali per Papam causæ cognitione commissa, ipse partibus auditis eidem causam retulit, coram quo prædicta priuilegia edentibus Monachis, quę coram Iudicibus delegatis nimirum Episcopo Naten vt referunt verba textus, vbi legendum credo *Nannaten*: Nannetum siquidem est
50 Galliæ Ciuitas, vulgò *Nantes* dicta, ad Ostia Ligeris, & eius Collegis, Abbatibus videlicet Mallensis, & de Granot, quorum Monasteria sunt Ordinis D. Benedicti in diæcesi Nannetensi, vt colligitur ex tom. 4. Galliæ Christ. culpa procuratoris omissa fuerant. Papa his cognitis Monachos ad audientiam restituit, & electioni supersedendum decreuit; Abbatibus verò S. Georgij, & Sergij rescripsit, vt in huius causæ cognitione procederent. Demum Episcopus Venetensis, & Monachi, in Nannatensem, & Briocensem Episcopos compromissum fecerunt, qui Monasterium à diæcesana lege exemptum pronunciarunt; Et *Nicolaus V.* in Bulla edita *die 22. Iuly Anno* 1450. Rothonense Monasterium Romano Pontifici immediatè parere, prædecessorum suorum decreta confirmando, declarauit, vt post *Renatum Chopinum lib.2. Sacra politia tit.7. nu. 23.* notat *Gonzal. in Comment.* ad hunc text. *num*. t. *in fin.*

Ex hoc verò textu DD. communiter asserunt nullum Ecclesiæ præiudicium
51 inferri ex procuratoris negligentia in exhibendis iuribus, & instrumentis Ecclesiæ. Asserunt etiam, quòd
52 si lite pendente fiat electio, electionem ità factam neque infirmandam neque confirmandam esse. Colligunt *Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anch. Panorm. Henric.* & alij, quos referunt *Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 24. cap. 1. Barbos. hic. in Collect. num. 1.* Vndè patet qualiter iste textus duas habet partes; Quòad primam partem attinet, ex hac *Innocentij* III. decisione sequens communiter assertio deducitur. Quòd
53 scilicet Ecclesia læsa ob negligentiam procuratoris in exhibendis eius iuribus, & instrumentis in integrum restitui debet, ità colligitur ad literam ex verbis textus ibi: *Ne ipsius negligentia in damnum tam nostrum, quam Monasterij redundaret, ad audientiam restituimus*.

Quòad secundam verò partem itidem
54 notabilis conclusio deducitur. Quòd nimirum lite pendente super quæstione principali iuris eligendi, electio confirmari non debet, quæ ipsa lite pendente, facta dignoscitur, prout neque infirmanda erit, si fit facta ab eo qui erat in quieta possessione eligendi. licèt fiat ei controuersia. Ità colligitur ad literam ex verbis textus ibi: *Electionem autem à Monachis concorditer factam, pendente controuersia, ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam*. Notat hic *gloss.* vltima in verbo. *Electionem*. Sed lite pendente super ele-
55 ne nouam electionem admittendam non esse, expressum habemus *in cap. ex literis, de iure patron.* Quapropter dicendum non solum electionem, de qua agitur in hoc textu, non fuisse confirmandam, sed statim infirmandam, atque cassandam. Et hac difficultate oppressi *Abb. & Innoc. in d. cap. ex literis. Roch. de Curte. de Iur patr. verbo competens alicui nu.42. & in cap. quoniam num. 47. vbi Beroius de Iur. patr. Gloss. penult. in cap. hac quippe 3. q. 6.* pendente lite electionem fieri posse existimarunt, dum-
56 modò eius confirmatio post litis euentum conferatur. Quæ quidem sententia quantum à veritate distet patet ex *gloss.* citata in verb. *electionem*, docet *Gonzal. in Comment. ad d. cap. ex literis*, vndè pluribus omissis, quæ in hac parte habet præcitata *gloss.* in verb. *electionem*, vbi obijcit, & soluit, solutioni opponit, & opi-

nionem

sionem ponit, cui signat contrarium,
& ibi remittit, demum perfectius re-
citat opinionem *Io.* cui coaptat hoc
cap. Dico, quòd aut lis vertitur su-
per proprietate iuris eligendi, aut
super quasi possessione eiusdem iuris.
Si lis sit super proprietate iuris eli-
57 gendi possessor eligere aut præsenta-
te potest ;& iuxta hunc sensum acci-
pienda sunt verba *text. in cap. quare-
lam, de elect. in cap. cum olim de caus.
possess. in cap. 2. Vt lite pend.* Et sta-
tim confirmatio fieri debet, litis exi-
tu non expectato *Prapos. in dict. cap.
hac quippe. Dec. in d. cap. ex literis
num.*54. *Lambertin. de Iur. patr. part.
2. q. 3 art. 9. num. 3.* Quia lite pen-
58 dente pacificus possessor, possessio-
nis suæ commodo non est priuandus.
cap. 1. *vt lit. pend.* Commodum verò
huius quasi possessionis est electio,
quæ igitur lite adhuc pendente fieri,
& confirmari potest.

Sin verò super quasi possessione iuris
59 eligendi lis agitetur, ita distinguen-
dum erit; vel vterque ex collitigan-
tibus intendit esse in quasi possessio-
ne eligendi; & hoc casu neutri ad
electionē deuenire est permissum, ne
lite pendente aliquid innouetur. *cap.
1. Vt lit. pend.* & in his terminis pro-
cedit *text. in d. cap. ex literis.* Quòd
si de facto alter illorum ad electio-
60 nem veniat, vsque ad litis exitum
confirmatio electionis protrahi de-
bet. Aut vnus tantum quasi posses-
sionem eligendi habet, & hoc casu
statim eligere potest, cum suo iure
vtatur *Gloss. in d. cap. 1. Vt lit. pend.*
Et hoc est, quòd dicit *Gloss. fin. ad
hunc text. in verb. electionem*, vbi ex
eo quod Monachi erant in quasi pos-
sessione alium eligendi, dicit, quòd
lite pendente priuari non debent,
argum. *cap. nonne 8. q. 4. & cap. vo-
lumus 16. q. 4.* Et quamuis electio,
vti post inhibitionem facta cassanda
videretur ex iuribus ibi per ipsam
allegatis attamen concludit electio-
nem non infirmandam; sed neque
confirmandam, vt ad literam probat
text. ibi: *nec confirmandam duximus,
nec etiam infirmandam.* Non infir-
61 mandam inquam, quia cum Mona-
chi essent in quasi possessione eligen-
di Prælatum, etiam lite pendente
ipsum eligere poterant, in hoc iure
suo vtentes. Non confirmandam,
donec cognoscatur, ad quos ius eli-
gendi verè pertineat; quare differri
62 confirmatio debet in litis exitum.
Et regula fit, quòd quando pendet
quæstio iuris, seù possessionis, ele-
ctio confirmari, vel infirmari non de-
bet. Vndè nota classicum errorem
in his, qui putant, electionem fa-
ctam lite pendente non esse infirman-
dam, nec confirmandam, at clausis
63 oculis tollerandam, per verba hu-
ius text. ibi: *nec confirmandam duxi-
mus, nec etiam infirmandam.* Non
enim hoc dicit simpliciter *text.* sed
infirmationem, vel confirmationem
protrahendam vult; donec cognosca-
tur, ad quem ius eligendi pertineat;
idest vsque ad exitum litis. Vt benè
explicat *dicta gloss. fin.* in verbo *Ele-
ctionem.*

Cæterum ex verbis huius *text.* multa
notanda se offerunt quorum primum
est, quòd Monachi, non per se, sed
per procuratorem, seù per syndicum
64 in iudicio stare debent, quod &
communiter probant. *Canonista in
cap. unic. de Syndico*, vbi *Gonzal. in
suis Comment.* Et ad literam colligi-
tur ex verbis huius *text.* ibi: *vt Syn-
dicum, vel procuratorem eligerent, qui
in causis Monasterij consulti ageret, &
vtiliter responderet.* Cum tamen Ca-
pitulum Sede vacante iudicium insti-
65 tuere non possit, nec processus con-
tra Ecclesiam Sede vacante factus
valeat, vtpotè quæ legitimo defen-
sore caret, vt patet ex *text. in cap. vlt.
Ne Sede vacant.* Illud in præsenti dif-
ficile est, quomodò in hoc textu Mo-
nachi Sede vacante per mortem Ab-
batis, possint procuratorem, vel
Syndicum ad iudicia constituere,
contra *text. in d. cap. vlt.* & sine au-
ctoritate Prælati, à qua eius consti-
tutio pendet *cap. causam qua 9. de Iu-
dic.* ibi: *Fratres Monasterij cum au-
ctoritate, & assensu Episcopi sui ingre-
diantur negotium.* Quàm difficulta-
tem agnoscens *Gloss.* hic in verbo
Procuratorem asserit, in præsenti agi
de causa electionis Prælati, quæ tra-
ctari licitè non potest nisi Sede va-
cante: & cum dubitaretur de iure
eligendi Prælatum, differri non po-
terat,

terat, & prius discutienda erat quàm de Prælato Ecclesiæ prouideretur. *cap. cum dilectus 6. de consuetud. vbi gloss.* 1. Quapropter cum *text.* in præsenti loquatur de speciali negotio, & causa electionis; procuratoris constitutio, quæ alias sine Prælati auctoritate nulla esset, à Monachis Sede vacante facta sustinetur. *Gloss. sequitur Panorm. hic num.* 11. *Butr. num.* 34. alijsque relatis *Barbos. nu.* 1. *vers. qui in causis Gonzal. num.* 5. *verbo Syndicum. Felin. in cap. edoceri n.* 7. *de rescript.*

Ex his tamen non videtur sublata diffi-
66 cultas, cum ex verbis huius *textus* satis expressè pateat, procuratorem non solum ad causam electionis constitui, verum & ad alias ipsius Monasterij, ibi: *qui in causis Monasterij consultè ageret.*

Hoc autem argumentum soluere nituntur Canonistæ asserentes verba *textus* causas dumtaxat comprehendere; quæ circa ipsum electionis negotium contingere possunt, & quæ tanquam accessoriæ ad negotium principale electionis, per procuratorem à Monachis constitutum agitari valent, *argum. cap. de prudentia. De donat. inter vir. & vxor.* Sic itidem quamuis Apostolica Sede vacante
67 Pontificalis potestas penes S. R. E. Cardinales non maneat, ea tamen omnia facere possunt, quæ Romani Pontificis canonicam electionem respiciunt. *Clem. Ne Romani, de elect.*

Posse etiam verba textus intelligi, de
68 causis, quæ mouentur super bonis, ad solum Capitulum distinctè spectantibus; argum. *cap. edoceri de rescript.* resoluunt *Abb. & communis in cap. vltim. Ne sede vacant.* In hac verò materia, quòad causas, quæ moueri possunt super rebus spectantibus ad ipsum Monasterium, & in quibus per se agere, neque procuratorem constituere potest. Vide *Vant. de nullit. tit. ex defectu habilitatis nu.* 47. *Mencha. vsufrequentium lib.* 1. *cap.* 16. Et conclude cum *Gonzal. in Comment. hic num.* 5. *in fin.* quòd cum Prælati electio propriè ad Monasterium pertineat *cap.* 1. *cap. sacrosancta de electione*; ideò super negotio electionis Syndicum, seù procuratorem constituere valet, hoc idem confirmat *Barbos. in Collect. ad hunc text. num.* 1. *vers. Potest*, propè medium, vbi etiam examinat, quæstionem quòad bona communia inter Prælatum, & Capitulum.

Hæc sunt, quæ ad explicationem huius textus, & ad tollendam contrarietatem cum *cap. vlt. Ne Sede vacant. & cap. causam de Iudic. ex Abb.* & cæteris Canonistis colligere potui; quæ tamen difficultatem in omnibus non superant, quinimò aliqualem oppositionem important, quamuis realiter attenta dispositione huius textus, omnis oppositionis vmbra sublata remaneat.

Dico igitur quod *Textus in dicto cap. vl-*
69 *timo, & cap. causam.* Procuratorem ad iudicia Monachis Sede vacante propria auctoritate constituere vetat. Hoc autem non repugnat Constitutioni, de qua præsens textus loquitur cum Monachi propria auctoritate Syndicum, vel procuratorem non constituerint, sed Apostolica auctoritate præcipientibus Iudicibus Delegatis ad procuratoris electionem venerint; vt colligitur ad literam ex ipso textu ibi: *Sed iudices auctoritate Apostolica Monachis iniunxerunt, vt Syndicum, vel procuratorem eligerent, qui in causis Monasterij consultè ageret, & vtiliter responderet.* Doctrinam hanc quam pro conciliatione huius *textus* cum *cap. vltim. Ne Sede vacant. & cum cap. causam quæ de Iudic.* ex ventre ipsius textus deduco, à Canonistis nullibi tactam, vel penetratam inueni; eius verò quanta sit vis, patet ex solutione obiectionum, quibus supra deducta non in totum satisfacere videbantur. Nam cum Syndicus, vel Procurator in casu huius textus, deputatus, & constitutus appareat, non Monachorum arbitrio sed Delegatorum Iudicum præcepto, qui hoc eis Apostolica auctoritate iniunxerunt; cessant quæstiones. An Monachi Sede vacante procuratorem constituere possint. Et an procurator in terminis huius *text.* esset constitutus ad solam causam electionis, vel ad omnes causas Monasterij, cum quòd Apostolica auctoritate factum est, maiori non indigeat

approbatione, nec melioris condi-
tionis considerari possit procurator
Prælati auctôritate approbatus, ab
eo, qui ex iniunctione Iudicum, eius
electionem Apostolica auctoritate
præcipientium, à Capitulo, seu à
Monachis electus reperitur, vt patet
in terminis huius *text.* ibi: *sed iudi-
ces &c.*

Secundum notabile est, quòd cum Mo-
70 nasterium Rothon situm esset in diæ-
cesi Veneten, hinc rectè arguebatur
Episcopo diæcesano subiectum esse,
cap. omnes 16. q.7. Hanc autem ge-
neralem regulam, quòd sita in Diæ-
cesi diæcesano Episcopo subiecta præ-
sumantur varijs Ecclesiæ canonibus
congestis illustrant *Bosquet. in not. ad
Innoc.III. lib.1.epist.7. Sauarus in Not.
ad Sidon. lib. 4. epist. 15. Crespetius in
Sum. verbo omnes Basilica. Balboa in
cap.1. q.1. de for. compet.*

Tertium notabile est, quomodò cum
71 literæ commissionis ad Nannaten
Episcopum, & eius collegas, Abba-
tes nimirum Mallensem, & de Gra-
not, directæ fuissent; duo tantum il-
lorum ad Monasterium accesserint;
quàm difficultatem exponit hic *gloss.*
in verbo *Duo eorum*, dicens: tertiò
eis committente vices suas, vel se
excusante, alias nihil fecissent. *cap.
prudentiam, cap. cum causa, cap. causa
matrimonij, de Officio deleg.* Quòd &
marginalis nota eiusdem *gloss.* intel-
ligendum vult, vbi in rescripto erat
clausula, *si non omnes*, per iura hic
allegata à *Io: Andr.*

At cum hæc materia Commissionum, &
72 delegationum sit frequentissima op-
portunum arbitror, quædam breui-
ter tangere, quæ hanc ipsam respi-
ciunt. Dico igitur, quòd Summus
Pontifex penes quem Ecclesiastica
iurisdictio, vti in sua Sede omninò
residet *cap. decreto 11. cap. qui scit 2.
q.6. cap. multis 3. q.6. Gonzal. ad reg.
Cancell. §. 1. proœmiali*, causam, vel
causas, vni, vel pluribus Iudicibus
delegare solet, vt patet *toto Tit. de
offic. deleg.* frequenter autem duo-
bus, aut tribus Iudicibus causam
committit, vt ità veritas melius co-
gnosci possit *cap. prudentiam 2. vers.
illa de off. deleg. cap. de quibus 20. dist.*
Facit text. *in l. vlt. C. de Fideiuss.*

Hæc verò commissio facta pluribus
Iudicibus aliquando coniunctim, ali-
quando separatim sonat: si coniun-
ctim causa committatur, quòd di-
gnoscitur, si in literis commissionis
73 adsit coniuctiua, &, vel, etiam, iu-
risdictio simul competit, & omnes
delegati causæ cognitioni, vel exe-
cutioni simul interesse debent, quia
licet quilibet eorum in solidum iuris-
dictionem habeat, attenta natura
ipsius iurisdictionis, quæ est res in-
corporalis, & indiuidua. *Imol. d.
cap. prudentiam num.14. Gratian. di-
scept. cap.396.* Alter tamen ex eis so-
lus ipsam exercere non potest, neque
vno defuncto, vel absente, reliqui
ad causæ cognitionem procedere
possunt *l. duo 39. ff. de re iudic. l. si-
cut 20. ff. de recept. facit cap. si duo 6.
de procur. in 6.* Docet *Moneta de Com.
mut. cap.8. num. 135.* Vnicam siqui-
dem coniunctim delegati, iurisdi-
ctionem habent, & vnam personam,
74 à qua illam obtinent repræsentant.
cap. Pastoralis, hoc tit. Quapropter
neuter sine alio in causæ cognitione
procedere potest. *cap. causam 16.
cap. cum causa 21. de offic. deleg.* Si
verò disiunctim causa commissa ap-
75 pareat, velutì vt duo, vel vnus eo-
rum de causa cognoscat, penes quem-
libet ex delegatis facultas causam
cognoscendi residet, & cum eis in so-
lidum competat, inter ipsos præuen-
tioni locus erit, nec non alter re in-
tegra causæ cognitioni se immiscere
potest, nisi qui cognoscere cæpit, in-
firmitate, vel altera consimili causa,
cognitionem prosequi impediatur.

Hæc autem procedunt nisi literis com-
76 missionis, adiecta sit clausula, *Quod
si non omnes*, vel, *Quod si ambo inte-
resse non possint, duo vel alter eorum
procedat.* Quæ clausula in Apostoli-
cis delegationibus frequenter appo-
nitur, vt patet ex *cap. sciscitatus 13.
de rescriptis cap. prudentiam cap. licet
duo, de officio deleg. cap. ex tenore 35.
de Testibus cap. Raynald. de testament.
cap.3. de empt. & vend.* alijsque iuri-
bus infrà citandis. Cum qua clausu-
la maximam affinitatem habet, quæ
præsentibus notis A. A. V. S. E. V.
77 apud Veteres significabatur, ab eru-
ditis ità expositis videlicet. *Ambo
alterne*

alterue si eis videbitur. Reperitur verò hæc clausula apud *Ciceronem in Anton. Philipp. 9. alias 8.* ibi: *Vtique C. Pansa, A. Hircius Coss. alter, amboue, si eis videbitur, Quæstoribus Vrbis imperent*. Apud *Iulium Frontinum lib. 2. de Aqueductu.* ibi: *E. Hellius Q. Fabius Coss. ambo, alterue, si videbitur, adhibitis Prætoribus, qui ærario præsunt*. Habetur etiam apud *Aulum Gellium lib. 1. noctium cap. 12.* ibi: *Cuius parentes alter, amboue seruitutem seruierunt*. Et facit text. *in l. 4. §. si quis C. de Aduoc. diuers.* notat *Veget. lib. 3. de re militari cap. 1.* Pluraue adducunt *Brissonius, de formul. lib. 3. Guilielm. Forner. lib. 1. select. cap. 7. Ridulphus Forner. lib. 3. quotid. cap. 3.* Nam hac commissioni clausula adiecta, quamuis vnus sine alio, ad causæ cognitionem procedere, vel ipsam terminare non possit, quia exercitium iurisdictionis, quàm habent in solidum, ita est apud omnes, vt non sit penes singulos; imò si vnus sine altero procederet, mandatæ iurisdictionis terminos excederet, vndè sententia corrueret, cum forma re-
78 scripti, sit attentè seruanda *d. cap. prudentiam, cap. super eo 15. cap. cum contingat 36. cap. venerabilis 37. de offic. deleg.* Attamen si vnus ex eis ob iuris, vel facti impotentiam, in cau-
79 sæ cognitione procedere, & sententiam proferre nequeat, hoc casu si de impedimento liquidò constet, virtute huius clausulæ, alter in causa procedere, & illam terminare potest *d. cap. prudentiam, cap. licet 30. cap. plures de off. deleg.* & in his terminis accipienda sunt verba *text. in cap. 2. de eo qui mittitur in possess.* Per impotentiam enim vnius, alterius iurisdictio non expirat, imò cum ex dicta clausula conditionalis sit, purificatur *d. cap. vno 42. Barbos. de clausul. clausula 125.* Et quòd clausula prædicata quòd si omnes; vel si ambo in-
80 teresse non possint, duo, alterue eorum procedat; tam ad iuris, quàm facti impotentiam referri debeat. Probant verba *text. in cap. prudentiam 21. §. adycimus, cap. cum super 23. cap. insinuante 25. iuncta Gloss. verbo. Iniquo cap. quoniam 14. vbi Gloss. verbo. Prefixit cap. super quastionem 27. §. si verò duo, cap. licet 30. cap. coram 34. cap. vno 41. de offic. deleg. cap. dilecte 40. de testibus cap. cum dilecti 3. de empt. & vend. cap. Raynald. de Testam. cap. si duo de Procurat. in 6. cap. si contra vnum 4. cap. cum plures 8. de offic. deleg. in 6. cap. final. de testam. in 6. cap. vt commissum, de haret. in 6.* Pontificijs iuribus, Ciuilia consonant præsertim *in l. duo 39. ff. de re iudic. l. Padius §. 1. l. item si vnus 17. l. si in tres cum sequenti. l. non distinguemus 32. §. cum in pluribus ff. de recept. arbitr. l. 2. C. quando prouocare.* Et vltra repetentes, quos pleno calamo refert *Barbos. in cap. sciscitatus de rescriptis.* Et clausula 125. hanc materiam respicientia illustrant *Petrus Gregorius, Canisius, Vranius, & Genzalez. ad dict. cap. sciscitatus.* Idem *Petr. Greg. lib. 1. de rescript. cap. 2. & lib. 5. partit. tit. 5. cap. 5. Moneta de commut. cap. 8. num. 136. Guillielmus Fornerius lib. 1. select. cap. 7. & Rodulphus Fernerius lib. 3. rerum quotid. cap. 3. Hermannus Vulterius de iudicijs lib. 2. cap. 7. n. 404.*

Quartum notabile desumitur ex verbis
81 textus ibi: *qui in causis Monasterij consultè ageret, & vtiliter responderet.* Vndè collige, quòd cum Monachi ad iudicium vocarentur vti rei, si ad agendum tantum procuratorem constituissent, non admitteretur ad defendendum, vt opportunè notat *Gonzal. hic sub num. 5.* diffusè probat *in Comment. ad cap. constitutis, de procurat.*

Quintum notabile est, quòd electus ad
82 aliquod beneficium, vel alteram dignitatem Ecclesiasticam, ante confirmationem, absque superioris auctoritate dignitatem ipsam renunciare potest. Ità colligitur ex verbis *textus* ibi: *renunciauit huiusmodi electioni*, quod & hic notat gloss. verbo. *Renunciauit*. Tradit *Flamin. de resignat. l. 7. q. 1. num. 78. qui & n. 104.* innixus verbis huius textus beneficium litigiosum, absque superioris auctoritate renunciari posse docet, quòd & *num. 107.* affirmat de intruso ad aliquod beneficium. Intrusus verò dicitur, qui post electionem, ante confirmationem administrat, ipso enim iure priuatus remanet, ex

latè deductis per Rebuff. in prax. Reg. de subrogand. collitig. gloss. 4. num. 7. Mascard. de probat. concl. 936. num. 7. Selu. de benef. part. 2. q. 7. num. vlt. & p. 3. q. 59. Gom. in Reg. de Triennali q. 43. casu 3. Ricc. prax. resolut. 224. num. 1. vers. quarto.

Sextum notabile denique est, quòd pro-
83 curatoris negligentia Domino nocet; vt ad literam colligitur ex verbis *text.* ibi: *Ne ipsius negligentia in damnum tam nostrum, quam Monasterij redundaret.* probatur *in cap. non iniustè 14. de procurat.* tradunt Gaill. *lib. 1. obseru. cap. 45. Mancius de procurat. tit. 3. num. 300.* Quapropter vt Monachi iterum audiri, & allegata priuilegia edere possent in integrum restitutionem necessariam fuisse colligitur ex ipso textu ibi: *ad audientiam restituimus*, latè etiam pluribus congestis hic probat *gloss. penult.* in verbo *restituimus*.

CAP. AVDITIS III.

S V M M A R V M.

1 *Ecclesia etiam post lapsum termini probatorij, restituitur aduersus probationem omissam.*
2 *Procedit ne dum contra priuatum, sed contra alteram Ecclesiam.*
3 *Verba cap. Auditis desumpta fuerunt ex Decretali Innoc.* III.
4 *Insula Eliensis est posita in Anglia Orientali.*
5 *Ciuitas Rophensis, vulgò dicta Rochesfer posita est in Magna Britannia.*
6 *Narratur factum vnde originem sumpsit decisio huius text.*
7 *Coenredus Rex, sceptro relicto fit Monachus.*
8 *Offa Orientalium Saxonum Rex in Britannia, Romam venit ibique attonsus cælica Regna subit.*
9 *Rex Offa Regnum suum, Romanæ Ecclesiæ Vectigal facit.*
10 *Corrigitur litera textus & pro* Cælestinus, *legendum*, Constantinus.
11 *Restitutio competit Ecclesiæ læsæ aduersus probationes omissas, etiam si agat contra alteram Ecclesiam.*
12 *Reges dare possunt priuilegia libertatis.*
13 *Scriptura declaratur per testes.*
14 *Tempus vacationis Ecclesiæ deducitur in præscriptione.*
15 *Restitutio ad producendos testes super eisdem articulis, vel disertè contrarijs,* Ecclesiæ *aut minori competit, etiam si sit conclusum in causa, & sit facta publicatio testium.*
16 *Contrarium docet* Innoc. *hic n. 2.*
17 *Concordantur inter se opiniones Innoc. &* Abb.
18 *Ecclesia, vel minor, qui ad suam intentionem probandam sufficientes testes produxit, non restituitur nisi meliores prætermisisse probet.*
19 *Ecclesia ad restitutionem sufficit, si probationem omisisse asserat.*
20 *Reijcitur opinio* Iason. & Imol. *respectu additionis verbi*, Probat, *quod non reperitur in litera textus.*
21 *Vtrum sufficiat Ecclesiæ in probatione omissa se læsam asserere remissiuè ad* Afflict. Capic. & alios.
22 *Ex capite restitutionis, post conclusum in causa Ecclesia ad probandum admittitur:*
23 *Quando dicatur conclusum in causa, remissiuè.*
24 *Ecclesia læsa ad omissam probationem restituitur.*
25 *Ecclesia vti contumax condemnata restituitur.*
26 *Item restituitur aduersus appellationem omissam.*
27 *Item restituitur aduersus omissam allegationem, vel alteram probationem faciendam ad causæ instructionem.*
28 *Item restituitur non solum aduersus damnum passum, sed etiam aduersus lucrum omissum.*
29 *Item restituitur aduersus confessionem.*
30 *Restitutio competit Ecclesiæ ob noniter contingentia.*
31 *Restituitur Ecclesia, etiam agens de lucro captando.*
32 *Minor restituitur ad lucrum.*
33 *Minor aduersus factam confessionem restituitur, & quomodò.*
34 *In materia restitutionis Priuilegiatus contra priuilegiatum suo vtitur priuilegio.*

CAP.

CAP. AVDITIS III.
De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

Ecclesia læsa, in probatione necessaria omissa, potest petere resti-
1 tutionem in integrum non obstante termino iuris probationis exclusiuo. Et restitutionem petere potest non
2 solum contra priuatum, sed etiam contra Ecclesiam.

Commentaria cũ Notis Auctoris ad hanc Decretalem.

Verba huius textus sunt fragmentum Decretalis Epistolæ *Inno-*
3 *centij Papæ* III. de quo vide notata in Comment. ad Cap. præcedens, Helien, & Floten Episcopis directæ, vt patet ex inscriptione ipsius textus, quòd & legitur in *tertia collectione* sub hoc tit. *cap. 2. & in cap. auditis de præscript.* vbi altera pars huius Epistolæ extat. Quòd autem ad textus inscriptionem attinet le-
4 gendum non esset *Heliensi*, sed *Eliensi* Eliensis enim Insula in Orientali Anglia posita tempore Augustini primi Anglorum Apostoli ad fidem venit, & in ea Ethelbertus Canciæ Rex primam Ecclesiam ædificauit, quam Etheldreda eiusdem Regis filia *Anno Christi Domini* 678. in ampliorem formam reduxit, ibique monialium Monasterium construxit, quo postea à Danis euerso, Insulaque deserta, Etheliboldus Episcopus Vuintoniensis illum locum ab Edgaro Rege emit, & ibi Monasterium Ordinis D.Benedicti constituit; opibus verò excrescentibus, cum illud regeret Richardus Abbas, annuentibus Henrico I. Rege, & Episcopo Liconiensi, de Romani Pontificis assensu in Episcopatum erectum fuit, vt refert *Polyd. Vergil. lib. 11. Hist. Angl. fol.* 183. Cæterum Eustachium Eliensem Episcopum *Innocentium III.* super varijs consuluisse apertè colligitur ex his, quæ in vnum fascem colligit *Gonzal. in Comment. ad cap. Pastoralis* in quibus omnibus legendum *Eliensi*, testatur iam notasse *Cuiacium in cap. Pastoralis, de Iudicijs*. Prout etiam rectius in dicta *tertia collectione* pro *Florensi* legitur, *Rophensi*. In magna etenim Brita-
5 nia, Rophensis etiam Ciuitas sita est, vulgò Rocheffer dicta, Cathedralem Ecclesiam habens, in qua B. Augustinus Angliæ Apostolus Iustum primum Episcopum ordinauit, vt *Beda* testatur *lib. 2. hist. Angl. cap. 3.* de hac quoque Ecclesia loquitur *Polyd. Vergil. histor. Angl. lib. 4. in princ.*

Consultus enim *Innocentius* III. super quæstione, quæ vertebatur inter Episcopum Vigorien ex Vna, & Abbatẽ de Euesca ex altera, quòad quas-
6 dam Ecclesias in Valle de Euesca constitutas, quas diæcesana lege ad se spectare dicebat Episcopus Vigorien.

Ab Episcopali verò iurisdictione esse exemptas dicebat Abbas de *Euescam*, quòd in tertia collectione legitur de *Enefcham*, sed legendum est *Euesham*. Eueshamum enim Monasterium est Ordinis D. Benedicti, à S. Equino Episcopo constructum occasione apparitionis Deiparæ Virginis in eo loco, ex relatis per *Candenum in sua Britannia pag.* 514. *Holinserum in hist. Angl. cap. 2.* & ex eis *Richardus Smitheus in floribus Angliæ lib. 2. cap. 7. fol.* 133. Quinimò & si ab Episcopali iurisdictione exemptæ non essent, se in illis ius Episcopale præscripsisse idem Abbas dicebat. Super quibus hinc inde deductis probationibus coram Iudicibus delegatis receptis; ad Apostolicam Sedem delata fuit. Videns Episcopus præfatas Ecclesias ab eius iurisdictione alicuius priuilegij titulo non esse exemptas. Abbatem tamen contra ipsum legitimam præscriptionẽ probasse, Vigoriensem Ecclesiam à tanto tempore vacasse allegauit, vt illo de medio subducto præscriptio euanesceret: & ad hoc probandum per beneficium restitutionis in integrum admitti petijt. Hoc verò audiens Abbas allegauit vallem de Euescham locum illum esse,

esse, libertati donatum à duobus
Regibus Roë videlicet, & Offa,
vt legitur in hac *Sexta collectione*, in
tertia habetur *Konrrado*. Sed vbique
malè, legendum enim est *Coenrredo*, &
7 *Offa*, qui fuerūt Reges magnæ virtu-
tis, Coenrredus Moreiorum, de quo
loquens *Beda lib. 5. hist. Angl. cap. 20.*
ait: *Anno Imperij Osfredi 4. qui fuit*
Christi 709. Coenrredus, qui Regno
Moreiorum nobilissimè tempore ali-
quanto præfuerat, nobilius multò sceptra
Regni reliquit; nam venit Romam, vbi
attonsus, Pontificatum habente Con-
stantino, Monachus factus, ad limina
Apostolorum ieiunijs, & elemosynis vs-
que ad diem permansit vltimum. Offa
Merciorum, siue Orientalium Saxo-
8 num in Britannia, de quo ait *Mal-*
mesbunensis lib. 2. cap. 6. Offa iuuenis
iucundi vultus, & animi, ætatis flori-
da, & maxima apud ciues amoris, qui
hortatu Kinesuuitha, *cuius nuptias su-*
spirauerat, calestes doctus suspirare
amores, Romam venit, ibique attonsus
suo tempore calica Regna subiuit. Quem
& Regnum suum vectigal fecisse Ro-
9 manæ Ecclesiæ, vt singulæ domus
nummum argenteum quotannis pen-
derent Ecclesiæ S. Petri, ex Veteri-
bus Ecclesiæ Anglicanæ monumen-
tis testatur *Polydorus Virgil. Histor.*
Angl. lib. 4. & post *Baron. Spondan.*
Anno 775. num. 7. De his regibus
plura *Richardus Smitheus in Floribus*
Angliæ lib. 2. cap. 7. Addebat insuper
Abbas, quòd & eumdem locum *Ca-*
lestinus Papa libertati donauit, sicut
in ipsius priuilegijs continetur, ad
quod probandum per idem beneficiū
admitti etiam petijt; sed quod in
hac *sexta collectione* legitur *Calesti-*
nus. In tertia habetur G.P. & vtro-
bique malè legendum enim est *Con-*
10 *stantinus*, qui fuit natione Syrus,
Ioannis filius Sisinnij Romani Ponti-
ficis legitimus successor, sedit verò
annis 6. mens 1. & diebus 2. à die 7.
Martij anni 708. ad diem 9. *Aprilis*
Anni 714. quo obijt, imperante
Artemio, seù Anastasio II. Philippici
Bardanis successore, de quo pleno
calamo, vide notata inter *Pontifices*
Legislatores, ex *Baronio*, *Coriolano*,
& alijs. His ex vtraque parte dedu-
ctis per Papam auditis, & huius cau-
sæ meritis gustatis, quamuis in causa
conclusum esset; quoniam vtraque
pars necessariam probationem omi-
serat, & vtraque pars iure minoris
fungitur, vtramque Ecclesiam ad
probationes omissas de nouo eden-
das, per beneficium restitutionis in
integrum *Innoc. III.* admissit, ne ex
huiusmodi negligentia altera earum
graui iactura lædatur; Ex hoc autem
Innoc. rescripto, qui æquitate pen-
sata ad huius controuersiæ senten-
tiam procedere volebat, quæ senten-
tia proponitur *in cap. ex ore 17. de pri-*
uilegijs. Communis conclusio dedu-
11 citur, quòd Ecclesia læsa ob omis-
sas necessarias probationes, etiam
quod terminus probandi lapsus sit, &
quod agat contra alteram Ecclesiam
in integrum restitutionem petere po-
test. Ità vna manu colligunt *Abb.*
antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Io.
Andr. Imol. Innoc. Anania Anchar.
Butr. Panorm. Henric. Bald. Host. &
alij, quos pleno calamo post *Anton.*
August. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 24.
cap. 2. refert *Barbos. in Collect. hic*
num. 1.

Et præmissa hac generali assertione plu-
ra etiam hinc inde Canonistæ ex ver-
bis præsentis *textus* notabilia dedu-
cunt, quæ omnia hic in vnum col-
ligo.

Dico igitur primò, quod Reges liber-
12 tatis priuilegia dare possunt, vt pa-
tet hic ex litera textus ibi: *libertati*
donatus. Et habetur *in cap. in synodo*
dist. 63.

Dico secundò, quod in actibus scriptu-
13 ram requirentibus, si de ipsius scri-
pturæ declaratione agatur, probatio
per testes admittitur, ità clarè dedu-
citur ex litera *textus* ibi: *nisi fortè*.
Et hic docent *Abb. notab. 2. Dec. in*
rubr. de Const. num. 12. vbi Felyn.
num. 6. Aymon. de Antiq. temp. part. 1.
num. 25. Flamin. de resignat. lib. 8.
q. 2. num. 25. Tiraq. de retract. tit. 1.
num. 61.

Dico tertiò, quod in præscriptione de-
14 ducendum est tempus vacationis
cap. 1. cap. de quarta, cap. auditis, & cap.
cum nobis de præscript. ità etiam aper-
te colligitur in præsenti ibi: *vt tem-*
pore vacationis subducto, quod & ad-
uertit *gloss.* in verbo *subducto*.

Dico

Dico quartò, quod etiam si sit conclu-
15 sum in causa, & sit facta publicatio
restium, Ecclesiæ, vel minori restitu-
tio competit ad producendos testes
super eisdem articulis, vel directò
contrarijs. Ità communiter notant
DD. in præsenti, inspecta litera textus
ibi: *Licet autem vtrinque sit in causa
conclusum* præsertim *Abb. hic in princ.
Felin. in cap. intimauit num.* 2. & ibi:
*Abb. de Test. & in cap. fraternitatis
eodem Tit. idem Felin. num.6. Bellam.
num.19. Abb. num.4.* Loquendo de
minore probat *text. in l. minor 37. ff.
de minor.* & ibi gloss. in verbo *allega-
tione*, tradit *Iason. in l. vbi exigitur
num. 5. ff. de edendo*, docent *Gom.
tom.2. var. cap.24. num.5. Maurit. de
restit. in integr. cap. 165. Mench. qq.
freq. cap. 31.* latè dixi supra *in tract.
de rest. ex edict. min. cap.2.*

Et ad solitam claritatem repeto quali-
16 ter *Innoc. in præsenti num. 2. Dyn. in
l. 1. §. nunciatio ff. de non. oper. nunc.*
contrariam sententiam docent. Fæ-
dere tamen distinctionis, ita concor-
dandas puto, quod nimirum senten-
tia *Abb. Felyn.* incontrouertibiliter
procedat, quando Ecclesia, vel mi-
nor nullos omninò testes produxit,
itaut elapso termino ad faciendas
17 probationes designato sine testibus
Ecclesiæ, vel minoris publicatio fa-
cta sit, eo enim ipso quòd Ecclesia,
vel minor non probauit, nec testes
adduxit, quos habebat, deceptus
iuris præsumptione ita patet, vt de
læsione constare dicatur, ac proindè
ei restitutio conceditur, quà conces-
sa ad suam intentionem fundandam
non obstante publicatione testes pro-
ducere potest, & in his terminis ac-
cipienda est communis Canonistarum
sententia, quam seruari in praxi te-
statur *Aufrer. ad Capell. decis. 53.*
Sententia verò *Innoc. & Dyn.* proce-
18 dat quandò Ecclesia, vel minor ad
probandam suam intentionem suffi-
cientes testes adduxit, qui fuerunt
legitimè recepti, hoc enim casu non
aliter minor restituitur, quam si me-
liores, & potiores testes prætermi-
sisse probet. Et in istis terminis lo-
quitur *Bart. in l. nam & postea §. si mi-
nor. nu.7. ff. de iure iur. vbi Ias. n. 19.*
& dicit communem Iuristarum *Boer.
decis. 79. num.6.* & ita sine controuer-
sia procedit *text. in cap. cum venisset,
& in cap. ex literis hoc tit.* vt aduertit
Barbos. hic in Collect. num. 4.

Nec prætereundum qualiter *Abb. in*
19 *præsenti num.7.* per verba textus ibi:
vt asserit probationem omisit, tenet
quod Ecclesia in probatione læsa
probare non cogatur, se probatio-
nem omisisse, sed sat esse, si illam
omisisse asserat; Ad quam difficul-
tatem euitandam tradunt *Iason. &
Imol.* hic adijciendum verbum *pro-
bat*, quasi dicat textus, *vt asserit, &
probat*, cum sint termini habiles,
quos textus necessariò supponere de-
bet, prout ipsos supponit *text. in cap.
suscitata hoc tit.* Sed in hanc senten-
tiam descendere nulla ratio suadet,
quin imò ipsos censura dignos puto,
20 quòd addendum asserant textui ver-
bum à Legislatore, ne quidem in
casu cogitatum, quod profectò si
Iuris Interpetribus licitum esset, ne
dum non explicarentur, sed magis
confunderentur leges, licet hoc me-
dio omnis in iure difficultas tolli pos-
se videretur. Nam cum inter duas
Ecclesia lis vigeret, & ab ipsis simul
restitutio peteretur, vt patet ad lite-
ram ibi: *quia tamen vtraque pars ne-
cessariam, vt asserit, probationem omi-
sit.* Papa considerans in petita resti-
tutione concedenda nemini præiudi-
cium fieri: vtriusque partis assertio-
ni, vti veræ probationi stetit: Cæte-
rum vtrum Ecclesię læsæ in proba-
tione, sufficiat se læsam asserere, vel
21 læsionem probare debeat, Vide
*Afflict. dec. 390. num. 5. Capic. decis.
106. num. 8. Aufrer. ad Capell. decis.
53. Rebuff. ad Leg. Gallia tom.2. tract.
de restit. art. 1. gloss. 3. num. 18. Ma-
scard. de Probat. concl. 1058. num. 14.
& concl. 1274. nu. 26. Graue ad pract.
Camer. Imp. lib. 1. concl. 143. num. 8
& seqq.*

Duas autem notabiles regulas collige
22 ex hoc text. Quod scilicet post con-
clusionem in causa ex capite restitu-
tionis Ecclesia ad probandum admit-
titur. Ità ad literam patet hic. ibi:
*Licet autem vtrinque sit in causa conclu-
sum.* Et in hoc præsentem text. no-
tabilem dicunt *Abb. Butr. & alij*,
quibus accedunt *Socin. reg. 262. Xuar.*

alleg.

alleg. 5. num. 6. 11. & 16. Felin. in cap. Fraternitatis nu.4. de test. Menoch. quaest. frequ. cap. 31. cum alijs hic relat. à Barbos. in Collect. num.5. Quan-
23 dò verò in causa conclusum dicatur ostendit Marc. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 101. Et quod Ecclesia læsa ad omissam probationem restituitur,
24 prout ad literam deducitur ex hoc textu ibi: vtramque restituimus, notat etiam hic gloss. & omnes in Clem. vnic. hoc tit. Felyn. in cap. Pastoralis num.8. de except. Ias. in repet. l. admonendi num. 58. ff. de iur. iur. Balb. de praescr. 1. part. 6. princ. num. 39. Menoch. de arbitr. lib. 1. q.34. num. 11. & cons. 188. nu. 17. Garc. de nobilit. gloss. 6. §. 1. num. 53. Mascard. de probat. concl. 1273. num. 11. & seq. Odd. de rest. part. 2. q.65. art. 11. & 12. Gratian. discept. cap. 158. num. 3. & nu. 23. cum seqq. Argumento etiam à minori desumpto patet ex traditis supra de rest. ex edict. min. cap. 2. Certique iuris est, quod in praescriptionibus, quę
25 ad statum iudiciorum pertinent, vbicumque læditur Ecclesia restituitur, vt si contumax condemnata sit l. minorem ff. de minor. cap. cum venissent
26 hoc tit. Vel si non appellauit, vel etiam si dum agit, vel conuenitur, in aliquo capta sit, vt minor l. ait praetor §. sed in iudicijs l. si fine §. item si non prouocauit ff. de minor. patet ex cap. vlt. hoc tit. Vel si omisit allega-
27 tionem, vel ea, quæ faciunt ad causæ instructionem, vt hic & in cap. coram hoc tit. habetur etiam in l. minor 25. annis ff. de minor. Item quicquid omisit non solum in damno, sed etiam
28 in lucro l. ait praetor §. vlt. & l. non omnia ff. de minor. Item in confessio-
29 ne l. certum §. penult. ff de confess. Nec non propter nouas defensiones tunc apparentes, vel nouiter contin-
30 gentes, vt patet ex cap. vlt. infra hoc tit. & argum. l. vlt. C. si saepius in integr. rest. postul.

Et nota singulariter ex dictis, quod be-
31 neficium restitutionis in integrum Ecclesię conceditur etiam quando agit de lucro captando, quod negligentia, vel facilitate Prælati amisit. Ità notat hic Abb. num. 15. & post Sanch. de matrim. lib. 5. disp. 4. nu 15. alijs relatis tradit Barbos. in Collect. num. 7. Quin & quod minor ad lu-
32 crum restituatur tenent Couar. var. lib. 1. cap. 5. num. 2. Tiraq. de retr. lig. § 35. gloss. 2. nu. 9. Flam. de resignat. lib. 3. q. 7. n. 41.

Ad propositum etiam confessionis ad-
33 uerte, quòd si minor confiteatur delictum, vel debitum, de quo aliter non poterat conuinci, absque altera erroris, vel læsionis probatione restituitur, nam cum confessio sit actus natura sua nociuus, confitendo, satis læsus censetur. Ita per text. in cap. 2. hoc tit. in 6. tradunt Clar. lib. 5. §. fin. q. 55. num. 12. & q. 60. num. 4. Hippol. cons. 26. nu. 9. & 10. Menoch. de arbitr. cas. 268. num. 2. & cons. 110. num. 283. Garc. de nobilit. gloss. 6. §. 1. n. 32. Mascard. de probat. concl. 1058. num. 22. & 23. & concl. 1273. nu. 19. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 122. num. 17.

Colligendum denique remanet ex hoc
34 textu, qualiter priuilegiatus suo priuilegio, contra pariter priuilegiatum vti potest, vt patet ad literam. ibi; vtramque restituimus, contra reliquam. Et docent Abb. Anton. Card. & Imol. Quoniam verò articulus iste indistinctè sumptus difficilis est, & pro eius vera resolutione, multiplices distinctiones DD. nostri excogitauerunt, quid ergò iuris sit vide apud Bart. & reliquos in auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Couar. in reg. possessor part. 2. §. 2. num. 4 & practic. cap. 7. num. 4. Tiraq. de priuil. piæ caus. priuileg. 26. Alex. cons. 155. num. 18. vol. 5. Decian. cons. 102 & cons. 126. num. 2. vol. 3. Feb. de iure sistendi cap. 5. num. 4. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 61. num. 13. Erasm. à Cochier de iurisd. ord. in exemptos p. 1. q. 44. Ceuall. comm. cont. com. q. 636. num. 2. Henriq. cons. 20. num. 6. latè Ottero Romanarum Lucubrat. disp. 2. per tot.

Nec magis immorandum puto in explicatione text. ibi: quod vtraque Ecclesia fungatur iure minoris. Tum quia satis hic explicat gloss. tum quoque, quia satis de hoc dixi supra in Comment. ad cap. Requisiuit 1. hoc Tit. vbi propriè Canonistæ agunt, & docent in materia restitutionis in integrum Ecclesiæ minoris priuilegia competere.

CAP. EX LITERIS IV.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio ex iusta causa maiori etiam conceditur.*
2 *Verba huius textus desumpta fuerunt ex Epistola Decretali* Innoc. III.
3 *Exponitur causa decisionis huius textus.*
4 *Restitutio in integrum conceditur in causa fauorabili licet non plenè probata.*
5 *Fauore matrimonij auditur, qui alias uti contumax repelleretur.*
6 *Sententia contra matrimonium non transit in rem iudicatam.*
7 *Iudex appellationis sententiam confirmare, vel infirmare debet.*
8 *Causa matrimonialis decisio ad Episcopum pertinet.*
9 *Inferior ab Episcopo ex delegatione causas matrimoniales cognoscere potest.*
10 *Vbi vnus ex coniudicibus alteri vices suas committit, vnus sine alio in causa procedere potest.*
Iudex appellationis potest in causa appellata altera parte absente, & lite non contestata procedere. ibidem num. 10.
11 *Vbi non admittitur appellatio supplicatio locum habet.*
12 *Vbi appellatio expresse denegatur per viam querela superiorem adire est permissum.*
13 *Supplicare est reformationem petere de eo, in quo, quis grauatus reperitur.*
14 *Appellatione interposita nihil est innouandum.*
15 *Vsque ad biennium supplicari potest.*
16 *In Regno Francia ad supplicandum biennium conceditur.*
17 *In Regno Portugallia ad supplicandum dantur duo menses.*
18 *In Regno Castella ad supplicandum dantur quadraginta dies.*
19 *Restitutio non conceditur nisi lasio plenè probetur.*
20 *Aequitate canonica fauore matrimonij conceditur restitutio, vbi alias non concederetur.*
21 *Restitutione per viam supplicationis ex gratia petita, Princeps semiplena tantum probatione praecedente restituere potest.*
22 *In Integrum restitutio necessaria fuit in terminis huius textus.*
23 *Sententia in causa matrimoniali prolata retractari potest.*
24 *Vbi ad acta praterita, & instantiam iam finitam regressus intenditur, necessaria est restitutio.*
25 *Vbi per nouam instantiam sententia retractatio petitur, remedio iuris ordinario quocumque tempore pars grauata admittitur.*

CAP. EX LITERIS IV. De in Integr. Restit.

Cuius summarium ex ipso textu desumptum est.

Restitutio ex iusta causa etiam maiori est concedenda, dummo-
1 dò iusta causa petendi probetur. Si autem non probatur plenè, vel semiplenè conceditur restitutio in causa fauorabili.

Commentaria cum Notis Auctoris ad hanc Decretalem.

Verba huius *textus* desumpta fuerunt ex Decretali Epistola *Inno-*
2 *centij* III. de quo vide notata supra in *Comment. ad cap. cum venissent* II. *hoc Tit.* directa autem legitur Priori S. Mariae ad Carceres, prout & legitur *in tertia collectione cap. 3. sub hoc Tit.* quod Monasterium est Ordinis Camaldulensium in diaecesi Paduana, de quo Ordine agit Yepes *tom. 4. Chron. Ordin. D. Benedicti anno 1009. cap. 4. & 6. num. 60.* Nam cum Papa
3 percepisset ex literis Abbatis de *Caluen*, vel vt legitur in *tertia collectione cap. 3. Cauen*. Legi tamen deberet *Caualien*, quod Monasterium est etiam Camaldulensium, ex not. *per Yepem vbi supra*, quid actū esset in causa matrimonij, quae vertebatur inter I. virum, & L. mulierem, contra quam sententia lata fuerat, quia intra terminum peremptorium statutum ad sententiam audiendam decepta non accessit: re-

scripsit Papa, quòd licet de fraude totaliter perpetrata non constet ad plenum, tamen ad fauorem matrimonij de benignitate canonica mulierem ad audientiam esse restituendam.

Ex hoc *textu* Repetentes vno ore se-
4 quentem assertionem deducunt. Restitutionem scilicet in integrum concedi incausa fauorabili licet non plenè probata, vtpotè est causa matrimonij, puta, si transacto termino mulier appellationem recognoscere velit, quia se deceptam iurat in termino. Ita docent *Abb. antiq. Innoc. Collect. Hostien. Zabarell. Bellam. Io: Andr.* Imol. *Anania Anchar. Panorm. Butr. Henric. Mantua*, & alij plena manu relati ab *Anton. August. Collect.* 3. *Decret. lib.* 1. *tit.* 24. *Barbos. in Collect. ad hunc text. nu.* 1. Hoc etiam dicit hic *Gloss.* 1. in figurat. casus;
5 vbi notat quòd matrimonij fauore auditur, qui alias vti contumax repelleretur. Notat etiam quòd sen-
6 tentia contra matrimonium in rem iudicatam non transit. Quidam tamen ex hoc textu contrarium argumentum sumunt, videlicet quòd in iudicatum transeat, ex eo quòd ista mulier vt audiretur, restitutionis beneficio opus habuit: alias si non transiret, iure communi audienda fuisset. Dicit denique citata *gloss.* quod Iu-
7 dex appellationis sententiam confirmare, vel infirmare debet.

Hinc opportunè quærunt scribentes,
8 quisnam sit Iudex competens in causa matrimonij; & quoniam sine vlla hæsitatione cautum, & certum est causarum matrimonialium cognitionem, & decisionem spectare ad Episcopum *cap. accedentibus de excess. Prælat. cap. auditis, de Præscript. Trid. de reform. sess.* 24. *cap.* 20. *Sanch. de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 17. *Basil. de matr. lib.* 5. *cap.* 11. *Barbos. de off. & pot. Episc. alleg.* 84. Iam quæritur quomodò Abbati, & Archipresbytero Paduano, causa matrimonialis committi; & ab ipsis cognosci potuit; vt ad literam constat ex verbis text. ibi: *ipsi Abbati, & Archipresbytero Paduano duxerimus committendam.* Et dicas quod licet de iure causæ matrimonialis cognitio priuatiuè quoad omnes, ad Episcopum pertineat ex iuribus præallegatis. Ex
9 delegatione tamen inferior ab Episcopo de causis matrimonialibus cognoscere potest *cap. proposuisti, de probat. cap.* 1. *Vt lit. non contest. cap. Albericus, de Test. cap.* 1. *de consang. & affinit. cap. literas, de rest. spoliat. cap. iuuenis, cap. veniens, de sponsal.* Quapropter in casu nostri textus Abbas, & Archipresbyter causam matrimonialem sibi commissam cognoscere potuerunt.

His ita præmissis ex verbis textus plura
10 summa vtilitate referta, notanda se offerunt, quorum primum est, quòd si vnus ex coniudicibus alteri vices suas cōmittat, vnus sine alio in causa procedere potest *cap. causam de officio delegati* latè probat *Gonzal. in Comment. ad cap. sciscitatus de rescript.* notat hic gloss. in verbo *Vices suas.* ibi: *Alias non tenuisset sententia, cap. causa matrimonij, cap. cum causa, de offic. deleg.* Quin & ex eadem *gloss* in verbo *confirmauit*, speciale nota priuilegium in causa appellationis, quòd scilicet Iudex lite etiam non contestata, altera parte absente procedere possit *cap. ei qui* §. *appellatore* 2. *q.* 6. *cap. per tuas, cap. interposita, de appellat. l. fin.* §. *illud C. de temp. appell.*

Secundum notabile est, quòd supplica-
11 tio locum habet, vbi appellatio non admittitur, vndè si prohibita sit appellatio locus est supplicationi, aut reuisioni. *Guid. Pap. decis.* 50. *Menoch. remed.* 4. *adipiscend. num.* 895. *de Franc. decis.* 148. *Capic. decis.* 144. *Decian. resp.* 47. *vol.* 1. *Surd. cons.* 277. *Bander. tract. reuisionum, concl.* 27.
12 *Valasc. consult.* 51. *à num.* 40. Vbi enim appellatio expressè denegatur, per viam querelę superiorem adire permissum est *Roland. à Valle cons.* 94. *num.* 2. *vol.* 1. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 70. *num.* 24. *Aldrete de religios. discipl. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 25. Verbum siquidem *supplicauit*, idem importat,
13 ac petijt, rogauit: quia supplicare est enixis præcibus reformationem petere, de eo, in quo quis grauatus reperitur *Auth. qua supplicatio C. de pracib. Imp. Offer. Vulter. lib.* 4. *de Iudicijs cap.* 3. Supplicatur enim superiori, vt grauamen ab inferiore tollat

Salgad.

Salgad. de supplicat. ad Sanctiss. part. 1. cap. 1. in princ. In hoc autem ab ap-
14 pellatione supplicatio differt, quòd
vbi appellatio non admittitur, supplicato locum habet, quòd appellatione interposita nihil est innouandum: supplicatione verò pendente præstita cautione de omnibus restituendis in casu retractationis sententiæ, sententia executioni mandatur. *Auth. quæ supplicatio C. de precib. Imp. offer. Vide Afflict. decis. 341. Magon. decis. Florent. 20. num. 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 70. num. 3. & cons. 992. num. vult. Gavalcan. decis. 14. num. 42. part. 1. Valasc. consul. 51. n. 28.* In hoc item appellatio à supplicatio-
15 ne differt, quia appellatur vsque ad decem dies: supplicari autem potest vsque ad biennium; quod verum est vt hic notat gloss. in verbo *supplicauit in fin.* si supplicatio porrigitur superiori *l. vnic. C. de sent. præfect. prætor.* Nam si porrigatur Iudici, tunc vsque ad decem dies *d. Auth. quæ sup-*
16 *plicatio*. Ad supplicandum in Regno Franciæ dari biennium referunt *Guillelm. in cap. Rainutius, verbo mortuo itaque testatore in 1. num. 273. Rebuff. tract. de reuision. in præfat. n. 75.* In Regno Portugalliæ dantur duo
17 menses per Regiam Ordinationem *lib. 3. tit. 95. §. 3.* In Regno Castellæ
18 quadraginta dies *Perez. l. 42. tit. 4. lib. 2. Ordin. Soar. à Pace in pract. tom. 1. p. 7. cap. vnic. num. 96.*

Tertium notabile est, quomodò resti-
19 tutio conceditur, nisi plenè probetur læsio, cuius probatio saltem semiplena desideratur *cap. cum Bertoldus, de re iudic. Abb. in præsenti Bart. & Ias. in l. 2. §. quod diximus ff. si quis cautionibus*, patet ex ijs, quæ diffusè trado *supra in tract. de rest. in integr. cap. 3.* Quòd autem in terminis huius textus læsio plenè non probetur, colligitur ad literam ex ipso textu ibi: *non constet ad plenum*. Quòd verò neque semiplenè probata remaneat, patet ex hoc, quòd mulieris depositio in præsenti semiplenam probationem non facit, cum integrum testimonium non contineat *l. testis 9. ff. de testibus l. parentes C. eodem Tit. cap. super eo 23. de Testam.*

Omissis itaque solutionibus, quibus huic difficultati satisfaciunt *Cardi-*
20 *nal. & Abb. hic*. Dico *Innoc.* III. Restitutionem, quę inspectis regulis iuris communis concedenda non erat, æquitate canonica fauore matrimonij, in præsenti concessisse, vt ad literam colligitur ex ipso text. ibi: *in fauorem tamen matrimonij, de benignitate canonica*. Vndè nota quod in causa fauorabili, vtpotè est causa matrimonialis, ad hoc vt in integrum restitutio concedatur semiplena probatio sufficit. Ita docet hic *Abb. num. 8. Mascard. de probat. concl. 1275. num. 11.* Nota etiam
21 quod vbi ex gratia per viam supplicationis à Principe restitutio petitur, semiplena tantum probatione præcedente Princeps restituere potest, quod huic textui innixus probat *Odd. de rest. q. 36. art. 10. n. 68. vers. Limita tertiò.*

Sed ex his non tollitur, quinimò maior
22 difficultas insurgit; nimirum, quòd cum mulier iure ordinario fauore matrimonij audiri posset, contra sententiam *cap. lator cap. tenor. cap. consanguinei de re indicata. Couar. 2. part. de matrim. §. 17. num. 2. Sanch. lib. 7. de matrim. disput. 100. per tot.* & alij, quos congerit *Barbos. in d. cap. lator.* communiter docentes, quòd sententia in causa matrimoniali nunquam transit in iudicatum ad quid necessaria fuit restitutio in præsenti? Immò nec subindè necessariam fuisse, neque competere potuisse, patet ex *l. in causa 2. ff. de minor.* Quapropter huic textui in præsenti varias interpretationes DD. assignant, vt præsertim notat *Beroi. num. 17.* Communis tamen sententia obtinet restitutionem in integrum necessariam fuisse. Et quidem licet sententia in cau-
23 sa matrimoniali prolata retractari possit, ad prædictam tamen retractationem inchoandam, siue per viam ordinariam, siue extraordinariam, aliqua iusta, & rationabilis causæ cognitio præcedere debet, quæ Iudicis arbitrio examinata, talis iudicetur, vt sit retractabilis: & tunc retractatio intendi dupliciter potest; vel pars retractationem sententię intendit, nouum processum, & nouam

 instan-

instantiam inchoando; vel ad antiqua acta, iam factum processum, & post tempus appellationis finitam instantiam, regressum faciendo; si ad acta præterita, & instantiam iam finitam regressus intenditur, prout in præsenti, quia mulier voluit, & pe-
24 tijt audiri contra sententiam ex actis antiquis, processu, & priori instantia, necessarium est restitutionis remedium, quia quòad priora acta sententia omninò in iudicatum transijt, & finem fecit iuxtà textum *in l. properandum* C. *de Iudic. cap.* 2. *de re iudicat. Butr. Abb. & alij in præsenti Couar. de spons. p.* 2. *cap. vlt.* §. *vlt. num.* 12. *vers. secundo*. Pro quibus vltra verba *text.* ibi: *audientiam*, faciunt quæ habentur in *gloss. vlt. cap. ad reprimendam de off. ordin. & in d. cap. lator.* affirmat *Sanchez de matrim. lib.* 7. *disp.* 100. *num.* 8. Si verò non ex præteritis actis, sed per nouum processum, & nouam instantiam sen-
25 tentiæ retractatio petatur, causæ cognitione præcedente remedio iuris ordinario, quocumque tempore pars condemnata admittitur; cum iure concessum sit, quod sententia lata in causa matrimoniali, comperta veritate retractari possit; ac proinde cessaret remedium extraordinarium in casu, hic tamen non est casus huius textus, quo mulier restituitur ad prosequendam appellationem, quam contra priorem sententiam proposuerat, vt colligitur ex verbis textus ibi: *de causa prioris appellationis*. Hinc conciliata remanet dispositio præsentis textus, cum *cap. lator. & cap. tenor. de re iudic.* quòd nempe præsens textus locum habeat in primo casu, disposita verò in *d. cap. lator. & cap. tenor.* in secundo casu, nimirum vbi retractatio sententiæ intenditur ex nouo processu, & noua instantia.

CAP. TVM EX LITERIS V.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia restituitur contra Papæ sententiam.*
2 *Causa restitutionis in integrum tractatur præsentibus partibus.*
3 *Verba huius textus sunt Innoc.* III.
4 *Oscensis Ciuitas est Vrbs Hispaniæ.*
5 *Ciuitas Oscensis de qua est sermo differt ab altera pariter Vrbe Hispaniæ vulgò dicta* Guescar.
6 *Bernardus Paganellus ex Monacho Pontifex creatus Eugenius* III. *dictus fuit.*
7 *Anastasius* IV. *fuit successor Eugenij* III.
8 Alexander III. *in locum Anastasij* IV. *subrogatus fuit:*
9 *Alexandro* III. *successit Lucius* III.
10 *Vrbanus* III. *fuit successor Lucij* III.
11 *Vrbanus* III. *audito nuncio Hierosolymitanæ Vrbis à Saracenis captæ mœrore animi Ferrariæ obijt.*
12 *Gregorius* VIII. *in locum Vrbani* III. *subrogatus, dies tantum* 57. *Sedi Pontificiæ præfuit.*
In locum Gregorij VIII. *subrogatus fuit Clemens* III. *ibid. num.* 12.
13 *Clementi* III. *successit Cælestinus* III.
14 *Ilerda est nobilis Aragoniæ Ciuitas.*
15 *Exponitur causa decisionis huius textus.*
16 *Vrbanus* II. *successit Victori* III. *& Ecclesiæ præfuit Ann.* 11. *mens.* 4. *dieb.* 18.
17 *Proponitur deliberatio* Innoc. III. *in casu huius textus.*
18 *Sententia Papæ per surreptionem lata in melius reformari potest.*
19 *De ardua causa, quis breui tempore plenè instructus non supponitur.*
20 *Vtraque parte præsente causa restitutionis in integrum est examinanda.*
21 *Assertione partium manifesta fiunt merita causarum.*
22 *Propter viarum distantiam in prima citatione peremptorium edictum proponitur.*
23 *Aduersus Papæ sententiam Ecclesia in integrum restituitur.*
24 *Ecclesia in integrum restitutionem intra quadriennium petere debet.*
25 *Per hanc decretalem non plene probatur post quadriennium Ecclesiæ restitutionem dandam esse.*
26 *Stante dolo, & fraude aduersarij ad restitutionem semiplena probatio sufficit.*
27 *In causa appellationis Iudex procedere potest etiam lite non contestata, & altera ex partibus absente.*

28 *Vbi*

28 *Vbi pars collitigans in partibus longinquis resides vnica citatio admittitur ad totam causam.*

29 *Distantia prorogat inducias Appellanti.*

30 *Item electo, & electoribus onus aufert.*

31 *Item aufert Domino impedimentum rapiendi seruum suum factum Monachum.*

32 *Patre absente filius sine eius licentia in iudicio stare potest.*

33 *Distantia in turbata possessione ius dominorum conseruat.*

34 *In modico tempore, quis multum discere non potest.*

35 *Bonitas ingenij tempus supplet.*

CAP. TVM EX LITERIS V. De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

ETiam contra sententiam Papæ re-
stituitur Ecclesia, hoc primò. Et
1 causa restitutionis in integrum debet
præsentibus partibus tractari, hoc se-
2 cundò. Hæc duo dicit quòad titu-
lum.

Commentaria cum notis Auctoris ad hanc Decretalem.

VErba huius textus sunt Innoc. III.
de quo vide notata supra in *cap.*
3 *cum venissent 3. hoc Tit.* desumpta
ex Decretali eiusdem Papæ Episto-
la, inscripta Episcopo, & Capitulo
4 Oscensi; Oscensis enim est peruetu-
sta Vrbs in Celtiberia Hispaniæ cite-
rioris in Regno Aragoniæ, vulgò
Guesca, cuius typographiam tradide-
runt ex veteribus *Ptolomeus lib. 2.*
tab. 2. Europa cap. 6. Plin. lib. 3. histor.
cap. 3. Strabo lib. 3. Geographia. Ex
recentioribus *Nonius in sua Hispania*
cap. 83. Didacus de Ainsa lib. 1. Histor.
Oscensis cap. 1. Quæ ciuitas à primis
Ecclesiæ temporibus Episcopali Ca-
thedra decorata fuit, eiusque Præsul
Gabinius Toletano Concilio 3. sub-
scripsit, & diuersa ab Oscensi pariter
Hispaniæ Vrbe; Osca Bæticæ dicta,
5 vulgò *Guescar*, cuius meminit *Ptolo-*
meus lib. 2. geograph. tab. 1. cap. 4. &
ibi *Ioseph. Moletius fol. 4. Hieronym.*
Vascell. fol. 85. Roderic. Caro in Not.
ad Chron. Flauij Dextri Ann. 52. lit. I.
Nam cum inter Ecclesiam Oscen
ex vna, & Ecclesiam Ilerden ex
altera coram *Eugenio* Papa huius no-
6 minis III. natione Pisano Bernardo
Paganello antea dicto ex ordine Ci-
sterciensi Abbate S. Anastasij trium
fontium, qui vniuersali Ecclesiæ
præfuit *annis 8. mens. 4. dieb. 13. à*
die 25. Februarij, quo die ob peri-
culum imminens ab hæretici Arnal-
di sectatoribus electus fuit, vsque
ad *diem 8. Iulij ann. 1153.* quo Tibu-
re obijt, vno dumtaxat mense, &
aliquot diebus ante mortem S. Ber-
nardi Clareuallensis Abbatis eius
olim magistri, quæ contigit *die 20.*
Augusti, super quibusdam Ecclesijs
agitata esset quæstio; & ipse meritis
causæ cognitis pro Ecclesia Oscen
contra Ecclesiam Ilerden senten-
tiam tulisset. Mortuo verò *Eugenio*
ei successisset Anastasius, qui fuit hu-
7 ius nominis Papa IV. natione Roma-
nus è Regione Suburra, Conradus
antea vocatus, Benedicti filius, &
sedit Romanus Pontifex à *die 9. vel*
10. mensis Iulij Ann. 1153. per ann. 1.
mens. 4. die 24. vsque ad *diem 2. De-*
cembr. anni 1154. qua Romæ obijt,
Anastasio autem Sedente Cælestinus
Papa, tunc Diaconus Cardinalis S.
Mariæ in Cosmedin in Hispania le-
gatus ex ipsius Anastasij delegatione
præfatam controuersiam cognoscere
cæpisset, sed eam non determinasset:
mortuo postmodum Anastasio, in
eius locum subrogatus fuisset Ale-
8 xander huius nominis III. de quo vi-
de notata supra in *Comment. ad cap.*
Requisiuit 1. de in integr. rest. qui &
eidem Celestino tunc in Hispania
Legato eamdem causam denuò com-
miserat, *Alexandro* item defuncto,
9 cum ei successisset *Lucius huius nomi-*
nis III. Lucensis è Tuscia, *qui sedit*
Ann. 4. mens. 2. dieb. 18. à die 29. Au-
gusti Anno 1181. quo electus fuit,
vsque ad diem 25. *Nouembris Anni*
1185. quo Veronæ obijt. *Lucio* verò
10 *Vrbanus* III. Mediolanensis, è fa-
milia

millia Cribella, qui Ecclesiæ præfuit ann.1.mens.10.dieb.25.à die 26.Nouem. anni.1185. qua electus fuit, ad diem 20. Octobris anni 1187. qua audito nuncio Hierosolymitanæ Vrbis à Saracenis captę, animi mærore Ferrariæ obijt. Vrbano, Gregorius VIII. Beneuentanus, qui dies tantum 57. Sedi Pontificiæ præfuit ab vltima nimirum die Octobris, vsque ad diem 16. Decembr. anni 1187. quo Pisis obijt.
12 Gregorio, Clemens III. Romanus qui sedit ann.3. mens. 2. & dieb. 10. à die nimirum 6. Ianuarij anni 1188. quo Romanus Pontifex creatus fuit, ad diem 25. Martij, vel vt alij tradunt 10. Aprilis anni 1191. quo Romæ
13 obijt. In locum tandem Clementis, subrogatus esset Cælestinus huius nominis Tertius, Romanus, ex nobilissima Vrsinorum familia, qui cum diceretur Hiacynthus Bobo Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, & Apostolici legati munus in Hispania gereret, ex delegatione Anastasij, vt dixi, de hac controuersia cognoscere cæperat, Christi Vices in Romana Sede gerens, vbi sedit annis 6. mens.8. dieb.28. à die 12. Aprilis, quo electus, vel 14. quo consecratus fuit, vsque ad diem 8. Ianuarij Anno 1198. quo obijt G. Sancti Angeli Diacono Cardinali hanc ipsam controuersiam sub eo tenore commisit, vt inspectis priuilegijs Ecclesiæ Ilerdensis, quæ est Cathedralis Ilerdæ, vulgò Lerida, nobilis
14 Aragonię Ciuitatis, in Prouincia Tarraconensi, quæque iam ab Anno Dominicę Natiuitatis 268. Episcopalem Cathedram habuit, vt testatur Flauius Dexter in Chron. Africanorum tamen inuasione sicut cæteræ Hispaniæ Ciuitates Pastore tamdiù Viduata remansit, vsquequò anno 1149. à Maurorum tirannide recuperata Guilielmum Perusium in Episcopum habuit. Ità referunt Zurita annal. lib.2. cap. 9. Carillo lib. 4. anno 1149. Mariana lib. 10. de rebus Hisp. cap. 8. Cæterum de Ciuitate Ilerda meminerunt Ptolemeus lib. 2. Geograph. cap.17. Plin. hist. lib.3. cap.21. Pompon. Mala lib. 2. de situ Orbis cap. 3. Eam describit Lucan. lib.4. de bello ciuili. Ab Illyricis conditam tradit Gerundensis lib. 2. Paralip. Hisp. Altius verò, ab Enea scilicet, eius originem repetunt Ludouicus Nonius in sua Hispan. cap. 84. Ferdinand. de Valdes in notitijs Lerida notitia 2. Aliqua etiam de ipsa Ecclesia Illerden. habentur apud Loaysa in not. ad Concil. Illerdens. Tamayo à Salazar.tom. 1. Martyrol. Hispan. die 23. Ianuar. Auditis quoque partium allegationibus, non obstante Eugenij Papæ sententia, diffinitiuam sententiam proferret, illamqne obseruari faceret. Verumtamen, quia per Legatum illum, & per alios, quibus hæc eadem causa sub eodem tenore commissa fuerat, licet ex parte Ecclesię Illerdensis quidam testes producti fuissent, mandatum tamen Apostolicum adimpletum minimè fuit. Magister A. Ilerdensis Ecclesiæ Canonicus, ab
15 Innocentio Papa Cælestini successore postulauit, vt dictam sententiam in melius reformaret, & contra ipsam Ilerden Ecclesiam restitueret. Vndè Innocentius deliberauit: tum quia nonnulli dicebant, quòd Cælestinus eam restituisse videbatur, ex eo, quod dicta sententia non obstante negotium illud commisserat. Quapropter eadem ratione dictæ Ecclesiæ petitionem debebat admittere: cum sententia Romanę Sedis in melius commutari debeat, quoties aliquid per surreptionem factum constat. Et iura ciuilia etiam contra res bis iudicatas, in integrum restitutionem permittant. Tum quia ex data sententiæ Eugenij Papę, considerauit primo sui Apostolatus mense latam fuisse, quo tempore non plenè de meritis causæ instructus videbatur. Huic quoque præsertim ratio ni innitens, quod priuilegium Vrba-
16 ni Papa Secundi, natione Galli, qui cum post Victoris III. mortem Romana Sedes Mens. 5. & dieb. 16. pastore viduata stetisset, Romanus Pontifex electus sedit Annis 11. mens. 4. dieb.18. à die scilicet 12. Martij anno 1088. quo in locum Victoris subrogatus fuit, ad diem 29. Iulij Ann. 1099. quo obijt, ex parte Ecclesiæ Oscensis productum, falsitati subiectum fuerat, cuius tenor in ipsius registro inuentus incorruptus habebat.

His

His inquam omnibus maturè consi-
17 deratis *Innoc.* deliberauit, vt vtraque parte præsente, vtrum contra sententiam prædictam restitutio data, vel danda sit cognoscatur. Mandat propterea Episcopo, & Capitolo Oscensi, quatenus intrà certum terminum per se, vel per legitimum procuratorem coram ipso compareant, ad ostendendum, quod dicta sententia retractari non debeat; si verò reuocanda fuerit veniant sufficienter instructi, vt in negotio principali procedi possit. Si autem ad præmissum terminum, quem vti peremptorium assignat iniuncta non adimpleuerint, in ipso negotio nihilhominus quantum de iure fuerit procedendum procedatur. Hæc dicit præsens *textus* ex quo quinque notabilia colligo cum *gloss.* hic in fine figurationis casus. Quòd nempè sententia ipsius Papę si per surreptio-
18 nem lata sit, in melius reformari valeat. Quòd breui tempore quis de
19 ardua causa plenè instructus non videtur. Quòd causa restitutionis in
20 integrum vtraque parte præsente est examinanda. Quòd partium as-
21 sertione, causarum merita manifesta fiunt. Quòd denique in prima cita-
22 tione peremptorium edictum proponi potest, propter viarum distantiam, quæ non sine magnis laboribus, & expensis recursum sæpius habere permittit.

Sequentes verò à Canonistis ex hac Innoc. III. decisione assertiones dedu-
23 cuntur; Quòd nempè etiam aduersus Papæ sententiam Ecclesia in integrum restituitur, præsertim si de surreptione timetur. Et quòd causa restitutionis in integrum præsentibus partibus est tractanda, prout si restitutio locum habet, præsentibus partibus denuò causa tractatur de iure: quarum prima habetur in prima parte textus ibi: *Nos igitur*. Secunda verò ibi: *Tandem deliberatio nostra*. Ita etiam communiter colligunt *Abb. antiq. Innoc. Zabarell. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Henric.* cum alijs, quos referunt *Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 24. cap. 4.*

Vnicam textus iste difficultatem inuoluit, quam important verba illa textus ibi: *Et contra eam restitui Ecclesiam Ilerden*. Eò quòd in integrum
24 restitutio, siue à minori, siue ab Ecclesia petatur, intrà quadriennium peti debeat, vt patet ex latè deductis supra in *tract. rest. in integr. cap. 1. & in cap. Requisiuit 1. hic in Comment.* Et clarius patebit ex deducendis infrà in *Comment. ad cap. 1. & 2. de restit. in integr. in 6.* & ad *Clem. vnic. hoc tit.* Probat ad literam *text. in l. fin. C. de in integ. rest. Morl. in empor. tit. 5. num. 19. Gomez. var. lib. 2. cap. 14. num. 7. Fachin. lib. 10. controuers. cap. 1. Osuald. lib. 21. comment. cap. 7. Layman. lib. 3. sum. tract. 4. cap. 11. num. 3. & 4. Vulteius tom. 4. cons. 32. num. 267. Narbon. de atat. anno 29. q. 1. num. 8. Cancer. tom. 2. var. cap. 1. num. 233. Zypeus tom. 1. consult. 1.* & alij, quos congerit *Barbos. in Collect. ad Clement. vnic. hoc tit. Moex. in dicto cap. 1. hoc tit. in 6. Gonzal. in Comment. ad præsentem textum sub num. 4.* vbi refert verba *Cassiodori lib. 4. var. epist. 35.* In casu autem huius textus sententia pro Ecclesia Oscen, contra Ecclesiam Ilerden ab *Eugenio* III. lata fuit, & ob læsionem ab ipsa promanantem in integrum restitutionem coram *Calestino* III. petitam fuisse constat, inter quem, & *Eugenium Papam* septem Romani Pontifices interfuerunt, nimirum *Anastasius IV.* qui sedit *ann. 1. mens. 4. & die 24. Adrianus IV.* qui Ecclesiæ præfuit *Ann. 4. mens. 8. & dieb. 29. Alexander* III. *qui sedit ann. 21. mens. 11. & dieb. 21. Lucius* III. qui in Pontificatu vixit *ann. 4. mens. 2. dieb. 18. Vrbanus* III. qui Apostolicę Sedi pręfuit *Ann. 1. mens. 10. dieb. 25. Gregor. VIII.* sedit die 57. *& Clem.* III. qui vixit in Pontificatu *ann. 3. mens. 2. & dieb. 10.* Vndè dicendum, quòd post lapsum tanti temporis in integrum restitutio amplius peti non poterat.

Hæc tamen difficultas, cui satisfacit hic *gloss.* in verbo *sententia*. Non releuat in casu; omissis enim eiusdem glossæ solutionibus, nec non deductis per *Imol. hic num. 8. Abb. num. 3.*
25 Dico quod si verba textus benè perpendantur, restitutionem verè intra qua-

quadriennium petitam fuisse, nec non vt sibi concederetur Ilerdensem Ecclesiam semper perstitisse patebit, quãuis varijs aduenientibus acciden. tibus cõcessa non fuerit: Quapropter cum intra legitimum tempus petita fuerit, benè, etiam post tot annos concedi potuit, vt & hic concludit *Gonzal.* Vide citatam *gloss.* in verbo *sententia*, vbi sapienter aduertit non plenè probari per hanc decretalem, quòd post quadriennium restitutio Ecclesiæ dari debeat, prout argum. huius textus quamplures affirmant.

Colligo ex hoc *text.* quòd vbi simul ad.
26 uersarij dolus, & fraus argueretur, in causa fauorabili ad restitutionem petendam semiplena probatio sufficit, ità ad literam etiam deducitur *ex cap. ex literis praced.* ibi: *Licet autem de fraude taliter perpetrata per huiusmodi iuramentum non constet ad plenum, in fauorem tamen matrimonij.* Et ità docent *Odd. de in integr. rest. q.36.art.10. n.67. Mascard. de probat. concl.1274. n.31.*

Secundò colligo, quòd in causa appel-
27 lationis, etiam lite non contestata, & altera parte absente Iudex procedere potest. Ità etiam notat gloss. *in cap. ex literis praced.* in verbo *confirmauit per text. in cap. per tuas, & cap. interposita, de appellat. & in cap. ei qui §. appellatore 2. q. 6. & in l. fin. §. illud C. de temp. appell.*

Tertiò colligo, quòd si pars collitigans
28 in partibus longinquis resideat, adeò vt ipsam citare laboriosum reddatur, præsertim in singulis actis iudicialibus, hoc casu vnica citatio ad totam causam admittitur. Ita patet ad literam ibi: *Quod cum propter multam locorum distantiam, non possu ad nos, sine magnis laboribus, & expensis, sapius haberi recursus*, tradit *Barbos. in l. ad peremptorium num.183. ff. de iudicijs Azeuad. cons. 25. num. 73.* notat etiam & aduertit hic *gloss.* vbi dicit, quod propter locorum distantiam, & vt parcatur laboribus, atque expensis peremptorium prima vice poni potest *cap. de illicita 24. q.3. l. nonnunquam ff. de iud. cap. 1. de dilat.* Hoc autem secundum *Hostien.* verum est, si iusta causa expressa sit, quia nimirum citatio non est facilis vt hic, & tunc tres termini in vna citatione exprimi solent *cap. 2. de test. cog.* Et quidem propter distantiam permittuntur multa, quæ alias prohiberentur, vndè illi prodiere versus.

Non facit ergò parum distantia longa viarum:
Prorogat inducias, aufert onus, impedimentum.
Cogit adire forum, conseruat ius dominorum.

Appellatori enim inducias prorogat
29 *cap. cum sit Romana de appell. Electo & electoribus onus aufert, cap. cum*
30 *longe 63. dist.* Domino seruum suum factum Monachum repetere volenti,
31 impedimentum aufert, *cap. si quis incognitus 17. q. 2.* Forum adire co-
32 git, quia filius absente patre sine eius licentia causam agere potest *l. si longius ff. de ind.* In turbata posses-
33 sione absente domino ius dominorum conseruat *l. 1. C. si per vim &c.* vbi seruus, vel amicus, ad turbatam possessionem recuperandam admittitur, qui alias non admitteretur.

Colligo denique ex litera præsentis
34 textus ibi: *videbatur instructus:* Quòd breui tempore, quis de meritis causæ instructus non præsumitur: Quòd in modico tempore, quis multum addiscere non potest, quia nemo repentè fit summus, vnde dicit *Canon. in cap. sic viue 16. q. 1.* Multo tempore disce, quæ postmodum
35 doceas. Dico tamen, quòd quandòque ingenij bonitas in studentibus tempus supplet *cap. Monachus 77. dist.* tradit *Gennen. in pract. Eccles. quast. 613. Tiraq. in prafat. primogen. num. 202.* Nec diù in Scholis fuisse sufficit, sed an quis laudabiliter vixerit inquirendum est *cap. gloria Episcopi 12. q. 2. arg. l.2. C. de ijs, qui ven. atat. impetr.*

CAP. SVSCITATA VI.

SVMMARIVM.

1 *Petitio restitutionis in integrum sententiam suspendit.*

2 *Fallit regula si in petente restitutionem est præsumptio malitia.*

3 Ver-

3 *Verba huius textus sunt Innoc.* III.
4 *Exponitur inscriptio, in qua Textui deficit.*
5 *Exponitur causa decisionis huius textus.*
6 *Decisio huius textus desumpta fuit ex Epistola decretali Innoc.* III.
7 *Zamora est Urbs per antiqua in Castella Veteri.*
8 *Legionensis Ciuitas Romanorum fuit Colonia.*
9 *Burgensis* Ciuitas *est caput vtriusque Castellæ.*
10 *Præstita cautione de restituendo, quod vi sententiæ accipitur, exequitur sententia, si restitutio ad executionem differendam malitiosè petita præsumitur.*
11 *Ecclesia conceditur restitutio contra sententiam latam à Principe, vel à Papa.*
12 *Sententia quæ in iudicatum transit ius facit.*
13 *Res indicata irritari nullo modo potest.*
14 *Reipublica expedit rem indicatam executioni mandari.*
15 *Per restitutionem res indicata retractari potest, & causa semel sopita disceptari:*
16 *Elapso termino ad appellandum præfixo nullum aduersus sententiam iuris remedium ordinarium competit.*
17 *Nec sufficit Principis rescriptum.*
18 *Restitutio in integrum conceditur aduersus sententiam ab ipso Principe prolatam:*
19 *Aduersus sententiam à Iudice inferiori prolatam, ob iniquitatem sententiæ ex iisdem actis, restitutio imperatur.*
20 *Aduersus sententiã prolatam à Principe conquerendum est de aduersarij dolo, vel de ætatis lubrico.*
21 *Ecclesia fruitur iure minoris.*
22 *In integrum restitutione postulata non est sententia exequenda.*
23 *Procedit etiam vbi restitutio altiorem indaginem requireret.*
24 *Restitutio petita aduersus tertiam sententiam, executionem non impedit, nisi læsio probetur incontinenti.*
25 *Restitutio aduersus Principis sententiam, ipsam non suspendit, sed data cautione ad executionem proceditur.*
26 *Vbi adest suspicio calumniæ non est admittendus certius executioni se opponens.*
27 *Aequitas præferenda est iuri.*
28 *Appellatione interposita nihil est innouandum.*
29 *Verba huius textus loquuntur de cautione fideiussoria.*
30 *Cautio præstanda est ab eo, qui mittitur in possessionem rei seruandæ causa.*

CAP. SVSCITATA VI. De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

PEtitio restitutionis in integrum contra sententiam suspendit regu-
1 lariter executionem sententiæ in euentu istius causæ restitutionis. Fallit si contra petentem restitutionem est præsumptio malitiæ, quòd causa differendi executionem hoc petat: quo casu executio fit præstita cautio-
2 ne de restituendo, si petens restitutionem obtinebit in causa. Hoc dicit secundum mentem, iuncta gloss. penult. & in hoc vltimo est iste textus valde singularis respectu vtriusque iuris.

Commentaria cũ Notis Auctoris ad hanc Decretalem.

VErba huius textus sunt *Innoc.* III: de quo vide, quæ dixi supra *in*
3 *cap. cum venissent* III. *hoc Tit.* desumpta verò reperiuntur ex eiusdem Innoc. Decretali Epistola Zamoren, & Legionen Episcopis directa, quæ inscriptio omissa, tam in hac *sexta collectione*, quàm in quarta sub hoc *tit.*
4 *cap.* 1. reperitur in ipsius *Innoc. epist.* 59. *lib.* 1. *regestr.* 13. & ex ipsa huic textui esset restituenda. Nam cum inter Episcopum Burgen, & Mona-
5 sterium Onien super quatuor articulis, nec non super quibusdam decimis Monasterio per quamdam transactionem acquisitis quæstio verteretur: hæc vero quibusdam iudicibus

commissa coram ipsis processum, & conclusum fuerit in causa: Tandem super eisdem ad *Innoc.* Papam causa delata ipse partibus auditis, super quatuor articulis Monasterium condemnauit, & dum super differentia decimarum suam quoque sententiam ferre vellet: procurator Monasterij tam ad probandam præscriptionem, super quatuor articulis prædictis, quàm etiam super decimis, In integrum restitutionis beneficium petijt; quod Innocentius concessit. Ne verò per excogitatam malitiam (sicut ex quibusdam præsumptionibus videbatur) sententiæ effectum in Damnum Episcopi impediri contingeret: & ne Monasterium per executionem sententiæ detrimentum pateretur. Innocentius æquitati innixus præfatam sententiam ante aliquam probationem, executioni demandandam esse decreuit; ab Episcopo tamen Burgen idonea præstita cautione, quòd si Monasterium præualuerit in causa, latæ sententiæ occasione percepta ipsi Monasterio ex integro restituantur.

Ex decretali inquam *Innoc.* III. Episto-
6 la, Dat. Laterani VIII. Kal. Maij. Pontificatus sui Anno XIII. præsentis textus decisionem desumptam fuisse patet ad literam ex *lib. 1. epist. Innoc. regestr. 13. epist. 59.* & legitur in *Comment. Gonzal. in præsenti*, vbi ipsam per extensum refert; inscriptam seù directam Zamorensi, & Legionensi Episcopis. Quorum primus suam denominationem sumit à
7 Zamora Vrbe per antiqua in Castella veteri, quam nonnulli scriptores *Numantiam* dicunt, quòd pluribus recentioribus Hispaniæ scriptoribus non placet, neque illius Ciuitatis topographiæ conuenit. Certum tamen est à Romanorum temporibus nobilissimam ciuitatem fuisse, sæpe sæpius postea à Saracenis deuastatam, quam demum Alphonsus III. Legionensis Rex instaurauit. Habuit enim ab initio Ecclesiæ Sedem Episcopalem, vt colligitur apud Marcum Maximum anno 520. & habetur in Concilio Lucensi celebrato ann. 569. vbi fines huius Episcopatus describuntur; in pluribus etiam iuris locis de hac Ecclesia, insignis habetur memoria, præsertim *in cap. ad audientiam 34. cap. cum parati 19. cap. dilecti 69. de appellat. cap. olim 16. de rest. spoliat.* De Zamorensis Ciuitatis antiquitate, & nobilitate plura tradit *Morales. Hist. Hispan. lib. 15. cap. 27. & lib. 16. cap. 18. & 45. Medin. lib. 1. Magnit. Hisp. cap. 82. & lib. 2. cap. 84. Aldret. in antiq. Hispan. lib. 1. cap. 84. Toletan. in lib. histor. Hisp. cap. 16.* vbi eius etymon refert.

Secundus verò à Ciuitate Legionensi
8 priscis seculis *Sublancea* dicta, quam à Mercurio Trimegisto primum conditam probat *Lobera En las grandezas de Leon cap. 1.* Romanorum coloniam fuisse tradunt *Florian. lib. 1. cap. 21.* post Romanos Sueuis paruit à cuius faucibus per Leouigildum ereptam Saraceni postmodum æquarunt solo; Anno vero 860. Ordonius ipsam reparauit, Anno 907. Alfonsus III. auxit. Anno 1020. Alfonsus V. regali titulo illustrauit, ibique suam Curiam collocauit; & à tertio Catholicæ Ecclesiæ seculo Cathedrali Ecclesia decoratam extitisse, probat Epistola *D. Cypriani* missa Felici presbytero Legionensi, super depositione Martialis Episcopi Emeritensis, in Legionensi Concilio facta. Patet etiam ex subscriptione Decentij eiusdem Ecclesiæ Episcopi, qui Illiberitano Concilio subscripsit. Zamorensi autem, Episcopo nec non huius Ecclesiæ Præsuli nomine Roderico, de quo, eiusque successoribus agunt *Gonzal. in Theatr. ipsius Ecclesiæ, Tamayo à Salazar Tom. 6. Martyrol. Hisp. die 10. Nouemb.* decisio præsentis textus missa fuit, vt executioni demandarent sententiam latam pro Episcopo Burgensi Pastore Ciuitatis Burgensis, quæ est caput vtriusque Castellæ
9 ab Historicis vbique commendata, & vt testatur *Gonzal. in Theat. Eccles.* in Ecclesia Burgensi à temporibus *Gregor. VIII. & Philippi* II. Hispaniarum Regis habet Ecclesiam Cathedralem Metropolitanam. Antea enim Sedem tantum Episcopalem habebat translatam ex ciuitate Aecitana, vulgò *Occa*, vt latè restatur idē *Gonz.* sentētia verò executioni demā-

dati

dari præcipitur contra Monasterium Onien, & non Ouien vt legitur in textu, quod Monasterium in diœcesi Burgensi constructum à Valle Ona, in qua situm est, vulgò dicitur S. Saluatoris de Ona, & est Ordinis D. Benedicti, vt latè tradit *Yepes tom. 5. Chron. D. Benedicti Anno 1011. cap. 1.* ibi à Comite Sancio de Castilla fundatum, vt in eo tam Monachi, quàm moniales religiosam vitam profiterentur: quod Sancius Aragoniæ Rex postea ad solos Monachos reduxit, & à diœcesana lege exemptum sub immediata Sedis Apostolicæ protectione receptum fuit; Vndè tempore electionis Abbatis Monasterium Romanæ Sedi 170. florenos auri pendebat, vt testatur *Yepes vbi sup. cap. 2. & 3.*

Ex hoc autem textu Canonistæ vna ma-
10 nu colligunt, quòd petitio restitutionis in integrum aduersus sententiam, eius executionem regulariter suspendit; nisi restitutio ad executionem differendam malitiosè petita præsumatur, quo casu, cautione præstita de restituendo totum id, quod vi sententiæ accipitur, sententia exequitur. Ità communiter docent *Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Hostien. Butr. Bald. Anch. Panorm. Henric.* & alij quos referunt *Anton. August. Collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 24. cap. 1. Barbos. in Collect. hic num. 1.*

Ex his etiam talis communiter assertio
11 deducitur; Contra sententiam, Ecclesiæ in integrum restitutio conceditur, quamuis lata esset ab ipso Principe, vel à Papa. Quam assertionem ad literam probat text: *in cap. 1. & 2. hoc Tit. in 6. cap. sententiam 35. q. 9. cap. veniens 39. q. 9.* Confirmatur *in l. ait Prætor §. sed in iudicijs, in l. minor §. 1. l. etiam 29. §. 1. l. tutor 47. ff. de minor. l. 1. 2. & 3. C. si aduers. sent. l. 2. C. si Tutor. vel curat. l. vlt. ff. de in integr. rest. l. final. C. de tempor. in integr. l. 1. C. si sæpius in integr. restit. l. si mater 11. ff. de except. rei iud. l. de ætate §. ex causa ff. de interrog. in iur. facien.* Illustrant *Manric. de in integr. restit. cap. 192. Odd. hoc tit. p. 2. q. 72. Morl. in empor. iuris part. 1. tit. 5. q. 3. nu. 11. Gomez. lib. 2. var. cap. 14. num. 5. Garcia de nobilit. gloss. 6. §. 2. Corrasco ad leg. recopil. tract. 1. de casibus Curiæ Herald. lib. 1. de auct. rei indic. cap. 4. Salgad. de protect. part. 4. cap. 7. num. 36. Pichard. in manuduct. 4. part. §. 7. n. 6. Lancell. de attent. part. 2. cap. 14. num. 21. Noguerol. alleg. 12. num. 38. Leon. decis. 169. per tot. Gibalin. tom. 1. de negot. lib. 3. cap. 4. art. 3. §. 2. num. 32.* cum alijs, quos congerit *Barbos. in rubr. C. si aduers. sent.*

Equidem licet sententia, quæ in iudi-
12 catum transijt ius faciat, & pro veritate habeatur *cap. bonæ 23. §. nos igitur, de elect. cap. in præsentia 6. de probat.* adeòut si factum infectum iudex pronunciauerit, sententiæ nihilhominus standum sit, vt in specie docet *text. in l. si patronus 12. §. si quis 3. ff. de bon. libert. l. sed si 3. §. 3. ff. de reb. eorum l. 3. ff. de liber. agnos. l. qui repudiantis 17. §. vlt. ff. de inoff. testam.* cum alijs relat. *ab Herald. lib. 2. de auct. rei iud. cap. 1. Fab. Gothofr. & Bronchorst. in l. rescindi 207. ff. de reg. iur. Treutlerus vol. 2. disput. 23. Thes. 5. per tot. Valent. tom. 2. illustr. tract. 2. cap. 5. & 8.* Res enim iudicata labefactari, aut irritari vllo modo potest, vt sic finis litibus impona-
13 tur *l. singuli 6. ff. de excep. rei iud.* quod & demonstrat *Cic. in Orat.* pro Cluentio, ibi: *Rem iudicatam labefactare conari imprudentia est. Et in Orat.* pro Sylla, vt defenderet fratrem suum, qui rem iudicatam instaurasse arguebatur ait: *Nec ego tantum fraterno amori dandum arbitror, vt quicquam de salute suorum consulat, communem derelinquat.* Docet Cassiodorus lib. 1. epist. 5. *In immensum trahi non decet finita litigia; qua enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententijs acquiescitur?* Quapropter vt pluribus tradit *Herald. de auct.*
14 *rei ind. cap. 1.* neque prætextu læsionis per restitutionem sententia infirmanda videtur, cum Rem iudicatam executioni mandari Reipublicæ expediat, vt probant *Iustus Lipsius lib. 2. Ciuil. discipl. cap. 11. Marquez. in Gubernat. cap. 8. in fin.* Plures attamen dantur casus, in quibus res iudicata retractari, & controuersia denuò agitari potest, vtque peculiares

omittam modos rescindendi rem iu-
dicatam; quos iuxta ius Atticum il-
lustratos refert *Herald. d. lib. 4. de*
Iudic. cap. 3. aliosque casus, in qui-
bus iuxta generalem, & commu-
nem *DD.* sententiam, de stylo Tri-
bunalium sententia rescinditur, quos
hic diserte refert *Gonzal. nu. 11. per*
tot. in hoc vno immorabor, qui præ-
sentis textus explicationem respicit.
Sciendum igitur, quòd per restitu-
15 tionem in integrum siuè competat
ex Edicto minorum, siue ex Edicto
maiorum, siue ex generali clausula
Edicti Prætorij, res iudicata retra-
ctari, & causa semel sopita discepta-
ri potest. Nam cum Prætor omne
quod in minorum perniciem gestum
fuerit, se restituturum polliceatur
l. ait Prætor 7. ff. de min. gestum verò
dicatur, ne dum negotium extraiu-
diciale, sed & iudiciale *l. 3. §. idem*
l. sed si noua ff. de pecul. ideò ob læ-
sionem in iudicio obuenientem re-
stitutio etiam competit *l. ait Prætor*
§. sed in iudicijs ff. de minor. & patet
ex deductis supra in *Comment. ad cap.*
2. & 3. hoc Tit. vbi actum est de re-
stit. aduers. lapsum termini, & edi-
tionem instrumentorum. Sic ergò
16 cum postquam tempus ad appellan-
dum præfixum lapsum est nullum
aduersus sententiam ordinarium iu-
ris remedium competat: non noua
probatio *l. 4. ff. de re iud.* non suppli-
catio *l. vlt. C. vt lit. pend.* Nec Prin-
17 cipis rescriptum *d. l. vlt.* fauore mi-
noris, aut Ecclesiæ ad obuiandum
damnũ proueniens ex sententia, quæ
in iudicatum trãsijt, introductum fuit
iuris remedium extraordinarium,
de quo in præsenti agitur; nimirum
vt minoribus, Ecclesiæ, cæterisque,
18 quibus in integrum restitutio com-
petit, etiam concedatur aduersus
sententiam, ne dum à Iudice, sed
ab ipso Principe prolatam *l. 3. C. si*
aduers. rem iudic. Et cum hac solum
distinctione procedendum est, vt ad-
19 uersus sententiam à Iudice inferiori
prolatam ob iniquitatem sententiæ,
ex iisdem actis restitutio impetretur
l. 4. l. Præses l. eum 46. ff. de minor. l. 2.
C. si aduers. rem iudic. Aduersus sen-
20 tentiam verò prolatam à Principe,
de dolo aduersarij minor conquera-
tur, aut se ob ætatis lubricum dece-
ptum dicat *l. minori 18. l. minor 25.*
ff. de minor. notant *Gutherus lib. 1. de*
Offic. domus, cap. 29. Duaren. Vuesem-
bechius ad Tit. C. si aduers. sent. Ratio
autem præsentis decisionis patet,
quia cum minoribus læsis aduersus
sententiam restitutio competat, vt
ad literam probant iura præallegata;
Ecclesia verò fruatur iure minoris,
21 vt constat ex dictis in *Comment. ad*
cap. requisiuit hoc tit. Sequitur quòd
ei vti minori etiam contra Papæ sen-
tentiam beneficium restitutionis in
integrum competat, quam conclu-
sionem respondendo contrarijs latè
disputat *Gonzal. in præsenti à nu. 11.*
vsque ad fin.
His præmissis plura notanda se offerunt
22 inspecta litera præsentis textus, quo-
rum primum est, quòd in integrum
restitutione postulata, non est exe-
quenda sententia, quæ transiuit in
iudicatum *Vestr. prax. lib. 8. cap. 3.*
num. 16. Gutier. pract. lib. 1. quæst. 134.
Cenal. com. contr. comm. quæst. 135. &
q. 808. num. 44. & q. 830. n. 23. Morl.
in empor. p. 1. tit. 5. q. 3. num. 18. Flor.
de mem. var. lib. 1. q. 5. num. 49. cum
seqq. Valasc. de partit. cap. 39. nu. 44.
Benintend. decis. 85. Put. decis. 456.
lib. 2. Magon. decis. Florent. 113. Ric.
Collect. decis. part. 1. collect. 188.
Et hoc procedit quamuis restitutio al-
23 tiorem indaginem requireret *Me-*
noch. remed. 4. dipisc. num. 911. Quæ
tamen intelligas nisi aduersus tertiam
24 sententiam restitutio imploretur,
quo casu non impeditur executio,
nisi incontinenti læsio probetur, vel
nisi de malitia petentis restitutionem
appareat; vt ad literam patet in præ-
senti textu ibi: *Ne verò per exagita-*
tam malitiam, effectum sententia in
damnum Episcopi contingeret impediri
tradit *Flor. de mem. d. q. 5. n. 59.*
Secundum notabile est, quod restitu-
25 tio petita aduersus Principis senten-
tiam effectum suspensiuum non ha-
bet, sed ea non obstante, data cau-
tione, sententia exequitur, quia
semper est præsumptio malitiæ con-
tra petentem. Ità post *Lancellot. de*
attent. cap. 18. nu. 101. Flor. de Mem.
d. q. 5. num. 60. aduertit *Barbos. hic*
num. 3. & apertè deducitur ex verbis
nostri

nostri text. ibi: *Nec verò &c.* ex qui-
bus etiam verbis communiter colli-
gitur, quod si adsit suspicio calum-
26 niæ non est admittendus tertius, se
executioni opponens. Ita *Ias. in l.4.
§. condemnatum num. 10. ff. de re Iud.
Mich. Graff. tom. 2. com. opin. lib. 7.
tit. 16. num. 119. Menoch. remed. 15.
recup. num. 325. Couar. pract. cap. 16.
num. 2. Valasc. de partit. cap. 39. n. 49.
Ricc. d. collect.* 188. vbi multos casus
notat, in quibus petitio restitutionis
in integrum sententiæ executionem
non impedit.

Tertium notabile colligitur ex litera
præsentis textus ibi: *æquitate pensata,*
27 quòd nimirum æquitas iuri præferri
debeat *l. placuit C. de iud.* Aduerte
tamen, qualiter hoc hic cōtingit pro-
pter iuris præsumptionem, alias enim
iure communi in integrum restitutio-
ne postulata omnia in suo statu ma-
nere debent donec restitutio finita
sit *l. vnic. C. de in integr. restit. postul.*
prout appellatione interposita nihil
28 est innouandum, *cap. ei qui. 5. appel-
latione interposita 2. q. 6. l. vnic. ff. nil.
nou. appell. interpos.*

Quartum denique notabile est, quali-
29 ter præsens textus loquitur de cau-
tione fideiussoria, vel pignoratitia
non verò de iuratoria, iuxtà *text. in
l. si mandato Titij 59. §. vlt. ff. mand.
gloss. 3. in cap. transmissa de restit. spo-
liat.* patet ad literam ex verbis huius
text. ibi: *recipiatis idoneam cautionem,*
docent *Duen. reg.* 86. *Cotta in memo-
rabil. verbo cautio idonea. Rebuff. ad
leg. Gall. tom. 1. tract. de sent. execut.
art. 1. gloss. 6. num. 31. Sanch. de ma-
trim. lib. 10. disp. 18. num. 35. Farin.
prax. crimin. part. 1. q. 33. num. 43.
Gratian. discept. cap. 147. num. 22.* Et
hoc generale est vbicumque in du-
bio aliquis admittitur, quòd semper
ille, qui admittitur cautionem præ-
stabit *l. si in fraudem C. de leg. l. vlt.
C. de pet. hæred. l. is à quo ff. de rei
vend. l. postquam §. 1. ff. vt legat. vel
fideicom. seruan. caus. cauea l. prætor ff.
de damn. infect. cap. Ecclesia S. Mariæ.
Vt lit. pend.*

Itemque ex præsenti textu argumentum
30 patet, quod cautio præstanda sit ab
eo, qui in possessionem mittitur rei
seruandæ causa, si de fructibus resti-
tuendis suspectus sit. Ità ex *cap. 2. de
sequestr.* aduertit hic *gloss.* in verbo
cautionem.

CAP. CORAM FAELICIS VII.

SVMMARIVM.

1 *Post peremptorium auditur Ecclesia per beneficium restitutionis.*
2 *Verba huius Textus sunt Honorij* III.
3 *Honorius* III. *Ecclesiæ præfuit* Ann. 10. *mens.* 8.
4 *Honorius* III. *ex gente Sabella successor fuit Innoc.* III.
5 *Honorius* III. *coronauit Robertum Imperatorem Orientis, & Fridericum* II. *Imp. Occidentis.*
6 *Fridericus Imp. profectus Roma in Apuliam, iurisdictionem Ecclesiasticam turbauit, & omnem terram cum Sicilia suo Imperio subiugauit.*
7 *Honorius* III. *Fridericum Imperat. ob vexatam Apostolicam ditionem excommunicauit.*
Fridericus Imp. ab Excommunicatione absoluitur ea conditione, vt Ecclesiæ sublata restitueret, & cum suo exercitu ad Terram Sanctam recuperandam, se conferret. ibidem num. 7.
8 *Religio Carmelitarum ab Honor.* III. *confirmatur.*
9 *Ordo Prædicatorum, & Minorum S. Francisci ab Honorio* III. *confirmantur.*
10 *Honorius* III. *exercitu aduersus Saracenos conscripto Cardinalis Columnæ Comitatu ipsū transmittit in Asiam.*
11 Gregorius IX. Honorio III. *successit.*
12 *Sedente Honorio* III. *plura Concilia celebrata fuerunt.*
13 *Honorij* III. *Decretales Epistolæ recensentur.*
14 *Verba huius Textus sunt fragmentum Epistolæ Decretalis Honor.*
15 *Bracbara est Vrbs celeberrima Lusitaniæ.*
16 *Referuntur DD. decertantes pro Primatu Hispaniæ in Ecclesia Toletana, & in Ecclesia Bracbarensi.*
17 Exponitur *causa decisionis præsentis textus.*
18 *Ecclesia post peremptorium terminum iure communi amplius non auditur.*
19 *Restituitur Ecclesia defectu probationū, vel procuratoris negligentia læsa.*

19 *Ad*

20 *Ad petendam restitutionem speciale mandatum requiritur.*

21 *Procurator ad omnia bona administranda, vniuersa negotia mandantis gerere potest.*

22 *Sine speciali mandato Tutor suspectus accusari non potest.*

23 *Ad iuramenti delationem speciale mandatum requiritur.*

24 *Item ad impetrandum rescriptum iustitiæ.*

25 *Item ad Transactionem faciendam, & Compromissum.*

26 *Item ad remissionem pignoris.*

27 *Item ad solutionem per acceptilationem.*

28 *Item ad impetrandum interdictum de liberis exhibendis.*

29 *Item ad petendam restitutionem.*

30 *Consanguineus sine speciali mandato, non admittitur ad restitutionem pro consanguineo petendam.*

31 *Petitio restitutionis, vbi res magni praiudicij mandatum speciale exigit.*

32 *Explicatur dispositio* cap. Constitutis de Procurat.

33 *Petitio restitutionis incidenter fit sine speciali mandato.*

34 *Declaratur Textus in* cap. Suscitata hoc Tit.

35 *Procurator generalis cum clausula, vt singula facere possit, qua mandatum speciale exigunt, sufficit ad petendam restitutionem.*

36 *Munimentum, inspecta dispositione Textus, id importat, quo causa munitur.*

37 *Reijcitur narratiua Barbosa de Primatu Ecclesia Bracharensis.*

38 *Martinus V. Hispania Primatum Toletano Archiepiscopo concessit.*

39 *Narrantur barbara Vastationes de Hispania.*

40 *Ad designandam Auctoritatem Archiepiscopi Toletani adducitur priuilegium Innoc. III.*

41 *Innocentius IV. curam Regni Portugallia commisit Alfonso Comiti Bononiensi fratri Regis.*

Alfonsus successit fratri in Regno. ibidem num. 41.

Ob Matildam legitimam Alfonsi Portugallia Regis vxorem ab ipso relictam, duodecim Annorum spatio Regnum interdicto suppositum extitit. ibidem num. 41.

42 *Hispania Primatus hodiè Toletano Archiepiscopo sine controuersia concessus reperitur.*

43 *Pascalis Cardinalis de Aragonia Archiepiscopus Toletanus laudatur.*

CAP. CORAM FAELICIS VII. De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

POst peremptorium non auditur Ecclesia de iure communi, auditur
1 tamen per beneficium restitutionis in integrum.

Commentaria cum Notis Auctoris ad hanc Decretalem.

VErba huius textus sunt Honorij Papæ Tertij, qui Sedi Apostoli-
2 cæ præfuit annis 10. & mens. 8. à die 17. Iulij. Anni 1216. ad diem 19.
3 Martij, qua mortalem Vitam compleuit anno 1227. imperantibus Roberto CP. & Frederico II. Altero enim die post obitum Innocentij III. *Cuntius*, quem alij scribunt Cincius,
4 Romanus ex clarissima gente Sabella natus, Haymerici filius propter eius singularem eruditionem, & pietatem, primum à Cælestino III. inter Diaconos, ab Innocentio deinde III. inter presbyteros Cardinales relatus, & S. R. E. Camerarius factus, decem nouem Cardinalium accedentibus votis, Romanus Pontifex creatus *Honorius III.* dictus fuit. Reuelatione S. Petri, vt vulgò credebatur, instructus publicè futurum prædicebat Ciuitatem Sanctam Hierusalem breui recuperatum iri, quo rumore, *ait Vrsp.* plurimi Romanorum, & Germanorum excitati, Crucem contra Saracenos sumpserunt.
5 Robertum Petri filium Orientis, Fridericum II. Occidentis Imperatores coronauit; At cum Fridericus accepti beneficij immemor, contra ius, Pontificiam ditionem vexaret;
6 & vt ait *Trithem. Chron.* profectus Roma in Apuliam cum magno suorum

rum exercitu multa ibi bella commiſiſſet, omnemque terram cum Sicilia ſuo Imperio ſubiugaſſet, pluriмiſque ibidem interfectis reliquos ſuo dominio ſubditos eſſe coegiſſet, ab *Honorio* excommunicatus fuit, deinde poſtea Ioan. Hieroſolymitani Regis interceſſione, ea lege abſolutus, & Eccleſiæ reconciliatus, vt cuncta reſtitueret, & ad Terram Sanctam recuperandam cum ſuo exercitu ſe conferret, Carmelitarum
8 Eremitarum Religionem hactenus ſparſam, & viuentem ſub Regula B. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani, Apoſtolica auctoritate confirmauit, & quatenus opus eſſet denuò approbauit. Prædicarorum quoque, &
9 Minorum S. Franciſci Ordines biennio ante mortem eiuſdem S. Franciſci, itidem confirmauit. Aduerſus Turcas, & Saracenos exercitum con-
10 ſcripſit, Cardinalis verò Columnæ comitatu; aliorumque Regum, & Principum militibus ſtipatum ipſum in Aſiam tranſmiſit. Poſt reſtauratas tandem Eccleſias S. Laurentij extra muros, & S. Bibianæ cum vt dixi, & teſtatur *Vrſp.* decem annis, & menſibus octo Romanæ Eccleſiæ præſediſſet obijt die 19. Martij feria ſexta Anno 1227. & in eius locum
11 ſubrogatus fuit Gregorius IX. de quo vide, quæ diſertè noto inter *Pontifices Legislatores*, & in *Commentarijs ad cap. ſeq.* Cæterum Sedente Honorio multa Concilia celebrata fuerunt, quæ poſt *Bin.* notis illuſtra-
12 ta refert *Labb. in noua edit. Concil. in Honor.* III. & de his diſtinctè loquor inter *Pontifices Legislatores in Epitom. Hiſtor. iuxta Annos Sedis eiuſdem Honor.* III. *digeſto*, Decretales quoque *Honorij* III. Epiſtolas recen-
13 ſent *Matth. Parif. Baron. tom.* 11. *ann.* 1030. *Bin.* & poſt ipſos idem *Labb.* tam in *Synopſ. Hiſt.* quàm in *Edit. Conciliorum*, & quod reperitur in *cap. Coram VII. de in integrum reſtit.* inter Decretales *Gregorij* IX. eſt fragmentum Decretalis Epiſtolæ
14 eiuſdem *Honorij*, quæ inſcribitur Bracharenſi Archiepiſcopo .. Brachara etenim eſt Luſitaniæ Vrbs celeberrima, re & cognomento Augu-
15 ſta, cuius meminit *Ptolomeus lib.* 2. *cap.* 10. *Plin. lib.* 4. *cap.* 6. & de qua cecinit Auſonius Epigram. 9. de Claris Vrbibus.

Quæque ſinu pelagi iactaſſe Brachara dines.

Et Henricus Coquèus *in Hiſpania*.

Brachara dines agri, Galecus nobilis olim

Conuentus retinens Auguſto nomen ab ipſo.

Iamà temporibus S. Iacobi Apoſtoli Cathedralem Eccleſia n haber, ad quam ab ipſo D. Iacobo primus Epiſcopus ordinatus fuit, vt teſtarur *Flaui. Dext. in Chron. Ann. Chriſti* 37. ibi: *Nam & Iacobus S. Apoſtolus Zebedei filius, peragratis vrbibus Hiſpaniæ, multiſque erectis Ecclesijs, & Epiſcopis creatis, Petrum Brachara primum reliquit Epiſcopum.* Nec non colligitur ex *Acuna in hiſt. Brachar.* vbi plura tradit de ipſius Eccleſiæ origine, & dignit. *Tamayo Salazar tom.* 1. *Martyr. Hiſp. die* 1. *Febr. & Tom.* 2. *die* 9. 12. *&* 16. *Aprilis*, vbi de eiuſdem Eccleſiæ Primatu loquitur.

Quod ſiquidem valde apud Hiſtoricos
16 Hiſpanos, & vtriuſque iuris Interpetres, circa Hiſpaniæ Primatum controuerſum reperiebatur, & nunquam ſublata controuerſia huc vſque contendirur, an ſcilicet à primis Eccleſiæ temporibus penes Toletanum, vel Bracharenſem Præſulem Primatus Hiſpaniæ reſideret. Pro Primatu Toletano doctè decertantibus *Loayſa in not. ad decretum Gundemani, in Concil. Hiſpal. pag.* 300. *Germon. lib.* 1. *de Sacror. Immun. cap.* 5. *num.* 8. *Franc. de Piſa hiſtor. Tolet. lib.* 4. *cap.* 17. *Ambroſ. Morales lib.* 9. *cap.* 7. *Illeſcas in hiſtor. Pontif. lib.* 4. *cap.* 75. *Berterius de attrib.* 2. *cap.* 4. *Cuiac. in cap. final. de dol. & Contum. Manriq. de praced. q.* 4. *num.* 8. *Didac. Caſtejon de Primat. Tolet. Marian. de reb. Hiſp. cap.* 19. *Durantius ad ſpeculat. Tit. de diſpenſat. S. ſunt quoque. Porto Carrero cap.* 1. *de la Vida de San Idelfonſo. Petr. Marcha de Primat. Lugd. num.* 115. *March. de Agropoly differt.* 4. *Eccleſ. cap.* 3. *Idem Marcha lib.* 2. *hiſt. Pontif. iuriſd. cap.* 2. *n.* 14. *& lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 11. *Salazar, Sandoual*, & alijs, quos laudat, & refert

p. 1.

Quintaduenas en los Santos de Toledo p. 1. cap. 1. Pro Primatu verò Bracharensi neruosè disputantibus, de *Acuna in tract. de Primat. Brachar. in cap. Prouincia disp. 99. Sebast. Cæsar de Eccles. Hierarch. disp. 4. §. 5. Barbos. in præsenti, num. 4. & de Offic. & potest. Episc. part. 1. Tit. 3. cap. 8. per tot. Azor. & Bernard. Brito laudati à Cæsare dicta disput. 4. §. 5.* coram *Honorio Papa III.* in iudicium, pro decisione deductum fuit, quòd & iam tempore *Innoc. III.* qui *Anno Domini* 1198. Romanus Pontifex electus fuit, vt videre est ex *Not. supra in Comment. ad cap. cum venissent hoc Tit.* ex *constitut. præsentis text.* factum comperimus. Nam super Primatia Hispaniarum inter Toletanum, &
17 Bracharensem Archiepiscopos lite coram *Innoc.* introducta, & contestata. Ità apertè insinuant verba huius Text. ibi: *Coram fælicis memoriæ I. Papa prædecessore nostro.* Et ita explicat *gloss.* hic in figurat. casus, ac vnanimiter fatentur cum Canonistis Historici, quibusdam Iudicibus ab ipso Papa causa commissa fuit: vt ipsam sufficientet instructam ad Sedis Apostolicæ examen remitterent, assignando partibus peremptorium terminum, in quo cum omnibus monimentis per quæ causa instrui possit, sententiam audituri Apostolicæ Sedi se præsentent, quem quoque terminum *Honor.* III. Innoc. successor confirmauit. Hoc verò elapso vtriusque Archiepiscopi procuratores cōparuerunt, alteram dilationem, seù termini prorogationem postulantes: sed Papa inter locutus fuit, quòd super hoc audiendi non erant, cum iam eis peremptorius terminus assignatus fuisset. Cum verò ad hoc per beneficium restitutionis in integrum admitti expostulassent, speciale mandatum exhibentes, *Honor.* ex indulgentia restitutionem concessit, & terminum prorogauit vsque ad Octauam Pentecostes, vt ad literam patet ibi: *Nos autem vsque ad Octauam Pentecostes per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum.*

Hinc vno Ore fatentur Canonistæ,
18 quòd licet Ecclesia post peremptorium terminum iure communi inspecto amplius audiri non debeat, per beneficium tamen restitutionis in integrum admittitur. Ità colligunt ex hoc *text. Abb. antiq. Innoc. Zabarell. Collect. Bellam. Hostien. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr.* & alij quos plena manu refert *Barbos. in Collect. hic num.* 1. Quam assertionem probant deducta in præcedentibus, vbi sancitur Ecclesiam, probationum defectu, aut instrumenti edi-
19 tione, vel procuratoris negligentia læsam, iustè in integrum restitutionem petere etiam contra aliam Ecclesiam. Ità habetur *in cap. tum ex literis sup. hoc tit. in cap. 1. & 2. infr. hoc tit. in 6. & Clement. vnic. infr. hoc eodem Tit.* Apertè colligitur *argum. textus in l. & si fine §. item, l. minoribus, l. in causa 16. §. final. l. minor 37. l. Præses 42. ff. de minor. l. si causa cognita C. de Transact.* Illustrant *Morl. in empor. tit. 5. q. 5. Macerat. lib. 1. var. cap. 54. Canisius cap. 2. & 3. hoc tit.* cum alijs relat. per *Gonzal. in Comment. à num. 6. vsque ad finem,* vbi sublatis contrarijs hanc Conclusionem sequitur.

Hoc autem speciale notandum occurrit
28 ex verbis huius textus, nimirum quòd, qui in integrum restitutionem petit, mandatum speciale exhibere debet, ità ad literam colligitur in præsenti ibi: *exhibentes super hoc ex parte vestra speciale mandatum,* consimilem habemus textum in *l. illud 26. §. si talis ff. de minor. vbi Bart.* & ita etiam intelligi debet *Text. in l. vnic. C. etiam per Procurat.* dixi supra *in Tract. de rest. in integr. cap. 9.* docent *Gutier. pract. lib. 2. q. 87. num. 3. Couar. lib. 1. var. cap. 6. Menoch. consil. 100. nu. 288. Maurit. de rest. cap. 23. Odd. de restit. part. 1. q. 31. num. 12. Iannin. de reali citat. lib. 3. cap. 21. num. 359. Morl. empor. iur. part. 1. tit. 5. num. 22. Cenall. comm. cont. com. q. 135. Grau. ad pract. Cam. Imperial. lib. 2. concl. 143. consid. 1. num. 8. Aufrer. ad Capell. decis. 55. Mantic. decis. 11. num. 1. de Amat. decis. 97. n. 6. Gratian. decis. Marchia decis. 196. nu. 4. & discept. forens. cap. 105. n. 25.* vbi quamuis non sit expressa persona, vel causa *Farinac. part. 4. decis. 54.*

Quam-

Quamuis etenim certi iuris sit, quòd ge-
21 neralis procurator ad omnia bona
administranda, vniuersa mandantis
negotia genere possit *l. in actione §. renunciare §. pro socio l. sed si vnus §. procurator ff. de iniur. l. item veniunt §. petitam ff. de petit. hared. cap. qui generaliter de Procurat. in 6.* Exci-
piuntur tamen, quæ mandatum spe-
22 ciale exigunt, vtpotè suspecti tuto-
ris accusatio *l. non solum 39. §. fin. ff.*
23 *de procurat.* Iuramenti delatio *l. iusiu-
randum 15. §. procurator.* Impetra-
24 tio rescripti iustitiæ *cap. nonnulli §.
sunt de rescript.* Transactio *l. manda-*
25 *ta 60. ff. eodem.* Compromissum
cap. per tuas de Arbitris. Pignoris re-
26 missio *l. si consenserit 7. §. videbimus
ff. quib. mod. pign. soluit.* Solutio per
27 acceptilationem *l. 3. ff. de acceptil.*
Impetratio interdicti de liberis exhi-
28 bendis *l. Pomponius ff. de Procurat.*
Et petitio restitutionis in integrum
29 *d. l. Pomponius l. illud 25. §. si talis
l. patri ff. de minor.* Adeòut licet con-
30 sanguineus alias sine mandato ad-
mittatur *l. sed hæ ff. de Procurat.* Re-
stitutionem tamen in integrum pe-
tendo speciale mandatum exhibere
debeat *l. patri 28. ff. de min. gloss. in l. èxigendi C. de procurat.* verbo *non*,
testatur de communi *Ripa in cap. cum M. num. 60. de Const. Tiraquel. de re-
tract. lig. §. 1. gloss. 10. num. 98. & gloss. 13. num. 34. Mench. quæst. freq. cap. 22. num. 12. Barbos. alios referent in præsenti num. 6.* Peritio enim resti-
31 tutionis est res magni præiudicij,
cum per illam contractus rescinda-
tur, negotium iam perfectum retra-
ctetur, iusque alteri quæsitum aufe-
ratur: quapropter vti ad arduum ne-
gotium mandatum speciale deside-
ratur, vt pluribus concludit *Gonzal. in Comment. ad hunc textum num. 4.* ver-
bo *mandatum speciale*, vbi respondet
ad *text. in cap. constitutis de Procurat.*
In casu enim dicti *cap. constitutis*, ex
quo deducunt DD. fratrem in causa
32 fratris absque mandato restitutio-
nem petere posse; Frater erat socius
litis, & qui consors est eiusdem litis,
pro alio sine mandato agere potest,
quia simul propriam causam prose-
quitur. *l. 2. C. de consort. eiusd. lit.*

Præfata autem intellige, vbi in inte-
33 grum restitutio principaliter petitur,
secus vbi incidenter, hoc enim casu
non requiritur mandatum speciale.
Bart. in l. cum procurator, & ibi Ias. num. 4. ff. de nou. oper. nunc Mynf. cent. 2. obseru. 26. Ioseph. Ludou. cons. 30. num. 10. Magon. decis. Florent. 70. num. fin. Et hoc est discrimen, quo
soluitur obiectio desumpta ex *cap. su-
scitata hoc Tit.* vt post *Couar. & Ca-
nis. hic notat Gonzal. vbi supra nu. 5.*
nam *in cap. suscitata*, restitutio in in-
tegrum incidenter petebatur, ideò
non loquitur ibi de mandato specia-
34 li. Quicquid dicat *Hostien.* qui hac
difficultate pressus, in casu *cap. susci-
tata* mandatum speciale ex facto pro-
cessisse, non autem necessarium esse
affirmat.

Quæstio est, an generale mandatum suf-
35 ficiat, si procurator constitutus sit
ad omnia, & singula, quæ ipsemet
Dominus facere posset, etiam si ta-
lia forent, quæ speciale mandatum
exigerent, & sufficere puto iuxtà tra-
dita supra *in tract. de rest. in integr. cap. 9.* quibus adde *Cassad. decis. 1. num. 3. de Procurat. Mantic. decis. 11. num. 2.* cum alijs quos refert *Barbos. in Collect. in præsent. num. 6. in fin.*

Explicat *gloss.* quid propriè importet
36 verbum illud textus *munimenta*: &
dicit munimenta dici, quibus causa
munitur, & instruitur: vt testes, in-
strumenta, confessiones, & quic-
quid aliud, quod causam adiuuet.
Hinc *Barbos. num. 4.* asserit, quòd
plura ad excludendum Toleranum
Archiepiscopum Ecclesia Bracha-
rensis adducere poterat, nisi bello-
37 rum perturbationibus tunc impedi-
retur; multa quoque ad probandum
Primatum Bracharensis Ecclesiæ re-
fert; & concludit Deum præcando,
vt illi Ecclesiæ vigilantissimum mit-
tat Pastorem, qui dormientem Pri-
matiæ causam fæliciter possit ad finē
perducere. Has attamen præces in
cassum fudit. Nec pro certo fudis-
set, si sicut agnouit *Honorium* III.
morte præuentum, causam hanc per
sententiam definitiuam non termi-
nasse; etiam agnouisset, quòd vsque
38 ad tempora *Martini V.* hac lite pro-
tracta, ipse Martinus Apostolica

Auctoritate, Ius Primatis per totam Hispaniam Toletano Archiepiscopo concessit. Ita testatur *Loaysa in not. ad decretum Gundemani in Concil. Hispal. fol. 300. Didac. de Castejon de Primat. Toletan. Spondan. anno 1413. num. 4. Marian. lib. 6. Hist. Hisp. cap. 20. Cironius ad cap. 3. de dilation. Gonzal. in Comment. ad hunc text. num. 3. in fin.* Et quamuis mei instituti non sit disputationem prosequi, cui pro veritate ex Toletana, vel Bracharensi Ecclesijs Primatum de iure competeret ante *Martini V.* concessionem. In tanto tamen Historicorum dissidio, quid mei iudicij sit referre non desinam.

39 Non igitur puto ab initio nascentis Ecclesiæ ad hæc vsque tempora penes Toletanum Præsulem Hispaniæ Primatum extitisse; nec Ecclesiam Bracharensem Sueuis deuictis Primatiæ ius amplius retinuisse. Quot etenim fuerint lacrimabiles vastationes, quibus Barbaræ Nationes Hispaniam occuparunt satis euidenter colligitur ab Historicis de rebus Hispaniæ agentibus. Cum ergò Bætica à Vandalis, Gallecia à Sueuis, Carpentania ab Alanis occupatæ fuissent, quælibet Prouincia suum Primatem habebat. Bætica Hispalensem, Carpentania Toletanum, Gallecia Bracharensem: postea verò à Gothis, Romanis deuictis, & Vandalis cum Sueuis expulsis, Toletatanus tantum Primas in Hispania remansit; & deuastatis deinde Africanis ipsa Imperiali Vrbe recuperata, in persona Bernardi eiusdem Vrbis Præsulis, ab *Vrbano II.* eiusque successoribus, quorum literas referunt *Loaysas, & Castejon loc. cit.* ius Primatis confirmatum fuit. Demum hoc ipsum ius Primatis, in Concilio Lateranen. sub *Innoc. II.* celebrato, vindicantibus Archiepiscopis Bracharensi, Hispalensi, & Compostellano, Rodericus Archiepiscopus Toletanus hoc ius non obtinuit Concilij sententia ipsi adiudicatum, vt ex *Castejon Loaysa Sabbecra tradit Gonzal. in præsenti, num. 2. in fin.* Sed cum ipse Rodericus Toletanæ Ecclesiæ Præsul vir summæ facundiæ, & auctoritatis, ad *Innoc.* Papam ab Alphonso Legionensi Rege Romam missus fuisset, vt ei significaret expeditionem, quàm contra Saracenos Christiano nomini infensos parabat, vtque peccatorum indulgentiam pro cruce signatis impetraret, quòd contigit *Anno* 1212. Bello verò fæliciter confecto, profligatisque Saracenorum copijs dictus Rodericus *Anno* 1215. ad Lateranense Concilium Romam redijsset, & in ipso de Hispaniarum Primatia inter Toletanum, Bracharensem, Tarraconensem, Compostellanum, & Narbonensem Archiepiscopos excitata fuisset, ad sententiam causa deducta non fuit; quapropter Toletanus Archiepiscopus in eo iure permansit, quo ex *Vrban.* II. concessione ante ipsum Concilium fruebatur, quin & ad designandum quantæ auctoritatis habendus esset Archiepiscopus Toletanus, *Innoc.* ei concessit, vt per decennium in tota Hispania suum Le-

40 gatum ageret, & vbi Ciuitas Hispalensis, tunc à Saracenis occupata ad Christianos rediret, Toletanæ Ecclesiæ subdita confestim remaneret: facultatem quoque eidem Archiepiscopo concessit dispensandi cum bastardis, vsque ad numerum trecentorum, nec non nominandi, & collocandi Episcopos, & Sacerdotes in Ciuitatibus, à Barbarorum faucibus ereptis, vt testatur *Franc. de Pisa. En la historia de Toledo lib. 4. cap. 17.* & deducitur ex *Annal. Hisp.*

Neque ex hoc quòd pluries cum Sarracenis tam in Castella, quam in Lusitania postea dimicatum fuerit, & sciamus Sanctium secundum è Regno pulsum, nec non pro eius restitutione Bracharensem, & Conimbricensem Episcopos missos ad *Innoc. IV.* Lugduni, Concilium ad belli sacri instaurationem commorantem, & Papæ decreto Regni curam fuisse commissam Alphonso Comiti Bononiensi, dicti Regis fratri, qui ei in Regno

41 successit, & quòd ipse Alphonsus reliquisset Matildam vxorem legitimam, cum qua Bononiensem Comitatum assequutus fuerat, aliam duxisset, Portugalliæ Regnum duodecim annorum spatio interdicto Ecclesiastico suppositum extitisset. Non inquam

inquam ex his, alijsque bellorum perturbationibus inter Portugalliæ, & Castellæ Reges excitatis benè deducitur, prout deducere conatur *Barbos. hic in Collect. num. 3.* quòd Toletanus Archiepiscopus Primatis ius vsurpasset, & quòd Bracharensis Ecclesia contra ipsum ius suum prosequi non potuisset. Nam ante hæc ab *Vrbano* II. Toletanum Antistitem ius Primatis confirmatum habuisse, deinceps verò post agitatam licet non finitam cotam *Innoc.* III. & *Honorio* III. Primatiæ Hispanicæ causam, à *Martino V.* Toletanis Archiepiscopis concessum fuisse liquet ex
42 supra deductis, & ad hominem probant, quotquot supra retuli pro Primatu Toletano decertantes; Quarè hodiè non est amplius locus huic quæstioni, tam attentis concessionibus Apostolicis, quàm dignitate, Toletani Archiepiscopi, cui Ecclesiæ, si Primatus super tota Hispania, Patriarchatus nimirum inter cæteros Hispaniæ Præsules, concessus non reperiretur, nam vt aduertit hic *gloss.* in verbo *super Primatia*. Primatia, & Patriarchatus vna tantum est dignitas licet nomina sint diuersa, *cap. 1. & 2. dist. 99.* quicquid ad sui fauorem Bracharensis Ecclesia deducere posset, ex hoc præcipuè Toletanæ Ecclesiæ concedendus esset,
43 quòd Archiepiscopum habeat, & vti Pastorem colat Eminentissimum, & Reuerendissimum Dominum meū Paschalem S. R. E. Cardinalem de Aragonia, veri Ecclesiastici exemplar, Principem Regij sanguinis splendore illustrem, præclaris tamen ingenij sui dotibus supra genus ipsum emicantem, cuius Vitæ sanctimoniam, singularem in Pauperes misericordiam, Religionis zelum, pietatis, liberalitatis, & inenarrabilis integritatis virtutes, adeòut Iustitia, & gratia in ipso certatim primum locum contendant, vtraque Amoris, vtraque singularis æstimationis illicium, admirabunda exceperit Roma, Lætabundi experti sint Neapolitani, cuius vasti prætiosique Regni habenas tanta elementia moderatus fuit, vt non Regis Vices, sed Patris mores gerere, quaqua versum faterentur; Gloriosa denique fruitur Monarchia, Hispana, quæ ipsum non Principem duntaxat inter Magnates, & dignitatis, & sanguinis prærogatiua Maximum veneratur, sed Catholici Monarchæ tutelare Numen prædicat. At meus sistat calamus, vbi totius Orbis voces, faustissimæque omnium gentium acclamationes, & plausus ipsum inter purpuratos, omnium virtutum eminentia, eminentissimum ex animo fatentur, & vti Pastorē bonum illum, Euangelico celebratum præconio ipsū Toletana agnoscit Ecclesia, sui regiminis fælicitate diù perfrui exoptans, prout à summo bonorum omnium Largitore enixè precor, & spero.

CAP. CONSTITVTVS VIII.

SVMMARIVM.

1 *Minor læsus restituitur ad id, quod contraxit, vel omisit.*
2 *Verba huius textus sunt Greg. IX.*
3 *Gregorius IX. Ecclesiæ præfuit Ann. 14. mens. 5. die 3.*
4 *Greg. IX. ex Comitibus Signiæ successor fuit Honor. III.*
5 *Greg. IX. Fridericum excommunicauit, & Imperio priuauit.*
6 *Greg. IX. à Romanis Vrbe pulsus, in Vrbem redit.*
7 *Greg. IX. contra Fridericum Imp. Vrbis manibus imminentem Romani populi arma commouit.*
8 *Sedente Greg. IX. multi hæretici extirpati fuerunt.*
9 *Greg. IX. Dominicum, Franciscum, Antonium de Padua, & Elisabetham Hungariæ Regis filiam in Sanctorum Albo retulit.*
10 *Greg. IX. prope centenarius animi mærore obijt.*
11 *Calestinus IV. Gregorio IX. successit, & sedit 18. dies, vacantique Sedes Apostolica ab eius Obitu Ann. 1. mens. 8.*
12 *Greg. IX. varias Decretales Epistolas conscripsit.*
13 *Greg. IX. Sacros Ecclesiæ Canones in quinque libris compillatos publicè proponi, & in Scholis explicari iussit.*

14 *Raymundus Generalis Ordinis Prædicatorum fuit compillator Decretalium Greg.* IX. *quem Clem.* VIII. *in Sanctorum numerum retulit.*

15 *Non constat ex hoc Texto, cui Greg.* IX. *rescripseris.*
Suppleri non potest inscriptio huius textus, quia Gregorij Epistolarum regestra non habemus. ibidem num. 15.

16 *Narratur causa decisionis huius textus.*

17 *Fauore minoris resciinditur contractus deficiens in solemnitate iuris, idem de contractu Ecclesia.*
Ecclesia, & minori succurritur per restitutionem si contractus in solemnitatibus non laborer. ibidem n. 17.

18 *Minor restituitur in retractu omisso.*
Consuetudo retractum permittens, & inducens est probata à Iure *Canonico. ibidem num.* 18.

19 *Minor lesus in contractu venditionis, beneficio restitutionis iuuatur.*

20 Ius *retractus à* Iure *ciuili sublatum fuit.*

21 *Affectio ad rem alienatam non attenditur.*

22 Ius *retractus* Iure Ciuili *hodie est permissum.*

23 *Consuetudo retractum permittens est approbata à* Iure *Canonico.*

24 *Exponitur quomodò legenda sit litera* Textus *ibi:* Parrofinen.

25 *In actione ad æstimationem rerum nostrarum, tam in iudicio bonæ fidei, quam stricti iuris, ex affectione non augetur rei æstimatio.*

26 *In actione eius, quod interest ius nostrum illæsum habere affectionis ratio locum habet præsertim in iudicijs bonæ fidei.*

27 *Nullum datur maioris æstimationis lucrum, quàm vt animi nostri affectio expleatur.*

28 *Erga possessiones maiorum datur naturalis affectio.*

29 *Veteres in domibus suis imagines collocabant, vt generis nobilitas innotesceret.*

30 *Homines naturali quadam affectione difficillimè maiorum prædia, & sepulchra alienant.*

31 *Exponitur quanta sit affectio ad bona maiorum.*

32 *Fædissimum erat apud Romanos gentilitia maiorum prædia vendere?*

33 *Patrimonij decoctores, Græci infames dicebant.*

34 *Exponitur vnde originem traxit clausula,* ne prædium de familia exeat, *frequentissimè in vltimis voluntatibus apposita.*

35 *Græci ius retractus, protomiseos appellant,* Iure *diuino probatum.*

36 Item *iure Canonico, & Ciuili.*

37 Ius *retractus Pandectarum iure cognitum non fuit.*

38 Ius *retractus capit à Constantino* Imperatore.

39 Iure *Ciuili ius retractus non solum in propinquis, & agnatis, verum & vicinis olim admittebatur.*

40 Ius *retractus à iure* Ciuili *sublatum, à Iustiniano* Imp. *denuò restitutum fuit.*

41 Ius *retractus varijs gentium vsibus statutum est.*

42 *Exponitur fundamentalis ratio huius textus.*

43 *Clerici seculares admittuntur ad ius retractus.*

44 *Clericus rem auitam, vel patrimonialem in laicum distractam ab ipso retrahere potest.*

45 Ius *retractus locum habet, vbi tam emptor, quam venditor essent Clerici.*

46 *Coniunctus pro coniuncto in integrum restitutionem petere non potest.*

47 *Ex eo, quod quis agat pro alio, vbi exigitur speciale mandatum, non supponitur.*

48 *Frater consors eiusdem litis restitutionem pro fratre sine mandato speciali impetrare potest.*

49 *Explicantur verba huius textus ibi:* Exhibita nobis.

50 Ius *retractus retractantem habet pro reo.*

51 *Filius ab intestato tam* Patri, *quam Matri succedit.*

52 *Pater habet vsufructum in bonis filij, qui in eius potestate existit, etiam si proueniant ex hæreditate materna.*

53 *Omnis bonorum aduentitiorum filij alienatio est Patri interdicta.*

54 *Filius bona aduentitia consentiente patre alienare potest.*

55 *Filius existens in potestate patris alienare, vel alias de rebus suis dispo-*

dispponere non potest.

56 *Explicantur verba huius textus ibi:* fecit eos contractui consentire.

57 *Consensus per metum præstitus contractum nullum reddit.*

58 *Libellus alternatiuè conceptus aliquando admittitur.*

59 *Libellus alternatiuus regulariter non admittitur in iure.*

60 *Alternatiua petitiò admittitur, vbi eius certitudo pendet à facto.*

61 *Pater Curator filij eius bona sine Prætoris decreto alienare non potest.*

62 *Iustin. Imp. vt minoribus læsis succurreret pro anno vtili quadriennium continuum concessit, quod completo anno 25. currere incipit.*

63 *Onus probandi maiorem ætatem aduersario competit.*

64 *Vbi ad possessionem recuperandam annus præscribitur, dies & annus assignatur.*

65 *Re patrimonij cum alia non patrimoniali simul vendita, sola patrimonialis retrahi potest.*

66 *Retractum petens pretium refundere tenetur.*

67 *Item meliorationes ab emptore factas restituere debet.*

68 *Retractum petens emptori, qui iniustum pretium soluit, iustum duntaxat soluere cogitur.*

69 *Requiritur læsio, vt restitutio aduersus omissum retractum, siuè pactum de retrouendendo minori concedatur.*

CAP. CONSTITVTVS VIII. De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

Restituitur minor in eo, quod contraxit, vel omisit, si probat ex
1 inde se læsum, & sit infra tempora restitutionis petendæ.

Commentaria cum notis Auctoris ad hanc Decretalem.

VErba huius *textus* sunt *Gregorij* IX. qui Romanæ Ecclesiæ præ-
2 fuit *Ann.* 14. *Mens.* 5. *die.* 3. ab Anno
scilicet 1227. die 20. Martij; quo
3 defuncto *Honorio* III. Romanus Pon-
tifex creatus fuit, vsque ad diem
22. *Augusti Ann.* 1241. qua Imperat.
Balduino II. C.P. & Frederico II.
Enobardo, vitam cum morte com-
mutauit. Altero siquidem ab obitu
Honorij die *Vgolinus* Episcopus
4 Ostien Vir doctissimus, patria Ana-
gninus ex Comitibus Signiæ, *Innocentij* III. ex consobrina Nepos, à
quo inter purpuratos adscitus fuerat
Romanus Pontifex electus, *Gregorius Nonus* dictus fuit, Qui & qua
de causa Fridericum Imp. excom-
municauerit, ipsumque Imperio pri-
uauerit, notatis etiam eiusdem *Fri-*
5 *derici* in Apostolicam Sedem iniu-
rijs, & cum ipso *Gregorio Papa* iur-
gijs, atque dissidijs; reprobatis quo-
que Scriptoribus, qui falsò in Pon-
tificem declamantes Fridericum ex-
tollunt; dicā infrà in Commentarijs
ad *Cap. Ecclesia* 1. *hoc eodem Tit. in*
VI. vbi & habes quomodò ipse Gre-
gorius à Romanis rebellantibus Vr-
6 be pulsus Perusium se recepit, de
dira peste, quæ Romanos veterem
Reipublicæ libertatem affectantes,
ad nihilum ferè redegit; de regressu
eiusdem Gregorij in Vrbem, & de
Oratione, qua machinantis contra
7 ipsum Romani Populi furorem, con-
tra Fridericum iam Vrbis mænibus
imminentem ad Arma commouit.
Nec non de Hæreticis eius opera
8 extirpatis, Concilijs ipso Sedente
celebratis; & qualiter Dominicum,
9 Franciscum, Antonium de Padua, &
Elisabetham Regis Hungariæ filiam
in Sanctorum Albo retulit. Nota-
tur etiam causa, qua ipse *Gregorius*
prope centenarius animi mærore
10 obierit, vt dixi *Anno* 1241. *die* 22.
Augusti. Vndè in eius locum subro-
gatus fuit *Gaufridus Castellio* Medio-
lanensis, *Cælestinus IV.* appellatus,
quo decimo octauo post eius electio-
11 nem die decedente, vacauit Sedes
ann. 1. *mens.* 8. vt discertè assero inter
Pontifices Legislatores, in *Cælest.*
IV. Cæterum quamplures à *Gregor.*
12 IX. Decretales Epistolas fuisse con-
scriptas admonet *Binius*, & post il-
lum recenset *Labbeus in nou. Edit.*
Concil.

Concil. & in Hist. Synops. Extant verò apud *Mattheum Paris. & Abbatem Stadensem* illorum temporum Scriptores. Huius etiam Pontificis opera
13 sacri Ecclesiæ Canones per *Raymundum Prædicatorum Sanctissimi Ordinis Generalem à Clem. VIII.* in Sanctorum numerum relatum, in quinque libris compillati fuerunt, quos vti iustissimas Romanorum Pontificum Decretalium sanctiones publice
14 proponi, & in Scholis explicari iussit; in his verò sub *Rubrica de in integrum restitutione* clauditur *præsens Textus*; cui tamen Gregorius in præsenti rescripserit, non constat: quòd & frequenter in eius decisioni
15 bus contigit; nec inscriptio suppleri potest, eò quòd eius epistolarum regestra non habeamus. Decisio verò huius decretalis, in hoc consistit,
16 quòd cum Magister Guill. pro se, ac fratre suo I. Canonico Parrosinen coram Gregorio Papa constitutus, exhibuisset qualiter ipsis in minori ætate constitutis, & eorum matre, cuius successores existunt, rebus humanis exempta: Guil. ipsorum pater quasdam possessiones vtrique communes vendidit, vtque huiusmodi venditio firmitatis robur haberet, ipsos emancipauit, & contractui consentire fecit. Atque ideò vel venditionem nullam nunciandam, vel beneficium in integrum restitutionis ei indulgendum quoàd portionem, quæ ex successione materna ad ipsos pertinebat supplicaret: in alia verò portione paterna per beneficium iridem restitutionis in integrum sibi subueniri petebat, eò quòd vti proximioribus, attenta consuetudine municipij Patrosinen, ius eis competat ad prætium emptoribus, vel eorum hæredibus offerendum, quod hactenus omiserunt, & quia in hoc se non modicè læsos agnoscunt, facere parati sunt. Papa rescripsit, quatenus præmissa reperiantur vera, qualiter quoàd partē ex successione materna prouenientē, venditio prædicta nulla denuncietur, si in ea iuris solemnitas omissa sit, si verò interuenerit, & eos læsos esse constiterit, tam super illa, quàm super alia portione paterna in integrum restituantur.

Ex hac Gregorij decisione, præsentem
17 textum in duas partes diuido. Ex prima cum Canonistis communiter colligo, quòd fauore minoris rescinditur contractus deficiens in solemnitate iuris, quòd idem à pari procedit respectu contractus Ecclesiæ. Si verò omnes iuris solemnitates accesserint minori, aut Ecclesiæ per in integrum restitutionem subuenitur. Ita docent *Abb. Antiq. Innoc. Collect. Host. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Henric.* cum alijs relatis à *Barbos. in præsenti Collect. num.* 1.

Ex secunda colligo, quòd minor læsus
18 in retractu omisso restituitur aduersus venditionem prædij maiorum suorum, & quòd consuetudo retractum permittens, seù inducens apud varias gentes introducta; probata est à iure Canonico, & consequenter ea ligantur Ecclesiastici. Vt latè post *Matth. de Afflict. decis.* 223. tradit *de Marinis lib.* 1. *resol. cap.* 55. *per tot.*

Quòad primam partem attinet res sine
19 difficultate procedit, minores enim in venditionis contractu læsos, restitutionis beneficio iuuari generaliter probat *textus in l. Ait Prætor* 7. §. 1. *&* 8. *l. patri* §. *prædium l. verum* 11. §. 1. *l. intra* 39. §. 1. *l. Tutor* 47. §. *item l. si res* 49. *ff. de minor. l.* 1. *C. si aduers. vendit. l.* 4. *&* 7. *C. de Præd. min.* Docent *Tiraquell. de retract. gloss.* 2. *num.* 4. *Fab. C. de rest. min. deffin.* 10. *Olea de cession. iur. tit.* 3. *q.* 2. *Corrasius lib.* 3. *Miscell. cap.* 3. *Hothoman. cons.* 25. *Boeer. class.* 3. *disp.* 22. *Thes.* 1. *Canisius in præsenti text. Zypæus lib.* 1. *de iurisd. cap.* 31. *Gibalin. de negot. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. *art.* 5. *Altasser. lib.* 3. *rer. Aquit. cap.* 8. *Fontanell. decis.* 47. *num.* 16. *Larrea decis.* 70. *num.* 3. *Giurb. decis.* 78. *nu.* 6. Et patet ex latè deductis supra in *tract. de rest. in integr. cap.* 2.

Quòad secundam partem res non sine
20 difficultate procedit, primò quia ius retractus ab Imperatoribus sublatum testatur *Cuiac. ad Tit. C. de contrah. empt. & constat ex l. dudum* 14. *C. eod. tit. qua est l.* 4. *C. Theodos. sub eodem tit.* & varijs rationibus adductis aduertit *Gonzal. in præsenti n.* 13.

num. 13. Secundò quia ne dum con-
tra ius prædia à patre alienata filij
sibi restitui petebant ex ratione
21 allegata, sed quia læsi non erant in
prætio rei venditæ, quod patet ad li-
ram ex ipso textu; affectionem enim
rantum ad prædia alienata allega-
bant, quæ non attenditur, neque
consideratur *l. cum de seruis §. 2. ff.
de oper. seruo. l. pratia 73. ff. ad leg.
Falcid.*

His tamen non obstantibus optimè pro-
22 cedit decisio huius rextus, quia li-
cet ius retractus, seu protomiseos
non omni tempore iure ciuili per-
missum reperiatur, sed aliquando
sublarum fuerit, hodiè tamen per-
missum est, prout ab specie probat
text. in l. si emptione 35. ff. de minor.
& vno ore fatentur Canonistę in prę-
senti *textu*, notat *gloss.* in verbo *con-
suetudinem* tradit plenè *Gonzal. hic
num. 1.* vbi ait ex hac Greg. Decre-
tali aperte deduci consuetudinem
23 retractum permittentem, seù indu-
centem apud varias gentes introdu-
ctam, iure Canonico esse probatam,
quam quidem consuetudinem vige-
re dicitur in *præsenti text.* in Munici-
pio Parrosinen, quod Marginalis
Gloss. legit *Paronen*, vel *Perenen*.
Dandius verò Altesserra lib. 2. de Du-
24 *cibus cap. 3.* legit *Parronensis*. At
Gonzal. hic *sub num. 3.* legendum
credit *Perusiensis*, cum in præsenti
textu referatur Ioannem fratrem
Magist. Guillel. fuisse Canonicum
Parrosin. in municipio verò *Parrosin.*
scil *Paronensi*, vt legit *Altesserra*,
quod situm est in pago Veromanduo-
rum, nulla vnquam fuerit Cathe-
dralis Ecclesia, & consequenter nul-
la ex prædictis literis retineri posse
putat, sed malè, quia non est verum
dicere, vbi non est Cathedralis Ec-
clesia, ibi non sunt Canonici; cum
hoc nomen propriè competat ne dum
vbi sunt Cathedrales, sed & vbi
sunt Collegiatæ, quinimò, extrà
Cathedrales, & Collegiatas Eccle-
sias dari Canonicos, qui dicuntur
nuncupati Praxis docet.

Nec refragatur alterum argumentum
25 secundo loco deductum ex eo, quòd
in æstimandis seruorum operibus, &
damnis datis ex lege Aquilia nulla
affectionis ratio habeatur, vt pro-
bat *Suarez lib. 2. ad l. Aquil. cap. 4.*
plurimi etenim interest, vtrum actio-
nem dirigamus ad æstimationem re-
rum nostrarum, vel vtrum agamus
in iudicio ad ius nostrum prosequen-
dum, ne quidquam depereat, siue
vt nostra recuperemus. Si enim ad
rerum nostrarum æstimationem aga-
mus, siue versemur in iudicio bonæ
fidei, siue persequamur iudicium
stricti iuris, non ex affectione æsti-
matio rei augetur, vt probant alle-
gata iura, sed ex communi vsu, &
fori tritura æstimatio fieri debet *l.
pratia rerum 63. ff ad leg. Falcid.* no-
tant *Cuiac. lib. 27. qq. Papin. & ad
l 57. ff. mandati Alciat. in tract. de eo
quod interest cap. 6. num. 13. Ferret.
ad Tit. C. de eo quod interest, & pas-
sim omnes.*

Si verò de eo tantum agamus, quod
27 interest ius nostrum illæsum habe-
re, vt patet ex litera præsentis tex-
tus, & ex *l. libertus 36. ff. de bon. li-
bert. l. pater 71. ff. de euict.* affectio-
nis ratio locum habet, & in iudicijs
præsertim bonę fidei datur actio affe-
ctus explorandi gratia *l. cum seruus
54. ff. mandati l. 7. de seruis exportan-
dis.* Nullum siquidem maioris æsti-
27 mationis lucrum datur, quam vt de-
siderium, siue animi nostri affectio
expleatur, si modò pij animi fuerit,
prout est affectio erga possessiones
parentum, & gentilitia agnatorum
prædia. Iure autem optimo in ter-
minis præsentis textus, ad retractum
rei à parre venditæ filios admissos
fuisse docent *Tiraquell. de retract.
tit. 1. §. 1. gloss. 9. num. 51. Pinell. in
l. 1. C. de bon. matern. 3. p. num. 99.
Gomez. Montaluo, Matienzo, Ci-
fruentes*, & alij, quos refert & se-
quitur hic *Gonzal. n. 17. in fin.* Nam
erga paternas, & auitas possessiones,
28 iusta quædam datur affectio, quam
& maiores nostri habuerunt, prout
admonet Constantinus Imp. *in l. lex
22. vers. Ne verò C. de administ. Tut.*
in domo in qua pater defecit, vel ip-
se creuit, vel maiorum imagines, aut
non videre fixas, aut videre reuul-
sas, satis lugubre esset. Vt enim
deducitur ex ipsa lege 22. Veteres in
29 suis domibus imagines collocabant,
ad hoc

ad hoc vt generis nobilitas innotesceret. *Tacit. lib. 2. Annal.* ibi: *Plenam imaginibus domum ostentat*, notat *Seneca lib. 3. cap. 28. de benef.* Et vt posteri earum inspectione ad maiorum gloriam inuitarentur, ait *Valer. max. lib. 5. cap. 8. in fin.* Plura ad rem colligere possumus *ex l. quæsitum 12. §. Papinianus ff. de instrum. leg. l. statua 245. ff. V. S.* Tradunt *Rosin. lib. 1. antiq. cap. 19. vbi Demsterus Sigon. lib. 2. de antiq. iur. Rom. cap. 20. Lipsius lib. 1. elect. cap. 29. Guther. de iure Manium lib. 1. cap. 22. Turturet. de nobilit. lib. 1. cap. 10.*

Hęc equidem naturalis affectio edocet,
40 ne in prædijs, Laribus, maiorumque sepulchris alienandis nos facilè inclinatos exhibeamus, quòd & neque facilè permittendum admonet *l. in fundo 38. ff. de R. V. l. libertus 36. ff. de bon. libert. l. 14. C. de contrah. empt. l. qui officij ff. eod. l. milites ff. de re milit.*

Quanta autem sit erga maiorum nostro-
31 rum bona naturalis affectio præter ea, quæ haberi possunt ex iuribus allegatis probat *Plinius lib. 2. cap. 15.* ibi: *Me prædia materna parum commodè tractant; delectant tamen vt materna.* Et *lib. 7. cap. 11.* ibi: *Ego illi ex prædijs meis, quod vellet, & quantum vellet obtuli, exceptis paternis, maternisque; his enim cedere, nec Corellia quidem possunt.* Plenè etiam colligitur ex his, quæ habentur penes *Quintil. declam. 298. & 337. Ciceron. lib. 2. de leg. in princ. Sidon. lib. 3. epist. 3. & epist. 5.* Hunc quoque affectum plenè describit *Cassiodor. lib. 1. var. cap. 21.* ibi: *Aues ipse per aera vagantes proprios nidos amant. Erratiles feræ ad cubilia dumosa festinant. Voluptuosi pisces campos liquidos transeuntes, cauernas suas studiosa indagatione perquirunt.* Ex his profluit vt ne dum apud Lacedæmones, teste *Heraclide*; & apud Locros, teste *Arist. lib. 2. polit. cap. 5.* Sed & apud
32 Romanos hæreditaria, & gentilitia maiorum prædia vendere turpissimum, atque fœdissimum iudicaretur. Quapropter obligantes possessiones à patribus relictas pæna dignos, scribit *Athenæus lib. 4. Dypnosoph.* cecinit *Horatius lib. 1. Satyr. 2. vers. 62. Rem patris obligare malum est vbicumque.* *Tribullus* etiam *lib. 1. eleg. 4.*

Quin etiam Sedes iubeat si vendere auitas,
Ite sub imperium, sub titulumque lares.

Ouidius quoque conquerens de auaritia amicæ inquit.

Illud est, illud habet, nec ea contenta rapina est,
Sub titulum ob lares nos omisit venditionis.

Vnde Cicero, ne paternas possessiones vendat Trebatium hortatur, & *lib. 2. de Orat.* & in *Orat. pro Cluent.* notat Brutum, quòd paterna bona mancipasset. Lege itidem Roscia patrimonij decoctores inter quatuordecim ordines sedere prohibebantur. Græcorum pariter institutis in-
33 fames adiudicabantur, vt tradit *Diogen. Laert. de Vit. Philos. in Vita Solonis, & Quintil. lib. 3. inst. cap. vlt. Robert. lib. 3. rer. indic. cap. 17. Corras. lib. 3. Miscell. cap. 3. Leotard. de vsur. quæst. 77. num. 49. Zypeus lib. 1. consult. 5.*

Ex hac pariter erga gentilitia prædia
34 naturali affectione, originem habuit clausula illa, qua frequenter vtuntur homines in legatis, donationibus, & fideicommissis, *Ne prædium de familia exeat*, de qua loquitur text. *in l. filius 114. §. Diui ff. de leg. 1. l. peto 69. §. fratre l. cum pater 77. §. 11. 15. 27. & 28. l. Lucius 88. §. Lucius 6. & §. instituto 15. ff. de legat. 2. l. pater 38. l. is qui 94. ff. de legat. 3. l. libertatis 108. ff. de condit. & demonstr. l. vlt. §. 1. C. de V. S. nouell. 119. Iustin. cap. final. & nouell. 159. in princ.* Pluribus illustrant *Pichard. cap. 15. de Legat. Valent. tom. 3. illustr. tract. vlt. de legat. cap. 1. & 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 2.*

Hæc itidem ad maiorum possessiones
35 naturalis affectio causam dedit iuri, quod Græci protomiseos appellant; nos verò retractum gentilitium dicimus, Diuino, Canonico, & Ciuili iure statutum varijsque gentium vsibus approbatum. Iure enim diuino, ità cautum legitur *cap. 25. Leuit:* ibi: *Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit* pro-

propinquus eius potest redimere, quod ille vendiderat. Idem legitur *Ieremiæ cap. 37. & Ruth. cap. 4.* Notat *Mancin. de triplic. iur. collat. cap. 130. lib. 1.* Iure Canonico hoc ius retractus admissum esse ex decisione præ-
36 sentis textus satis expresse constat. Quòd & itidem militat respectu iuris Ciuilis, quamuis iure Pandectarum
37 ius retractus, nec inter agnatos, nec inter socios, seu consortes eiusdem rei cognitum fuisset *l. 3. C. de commun. rer. alien.* Colligitur ex *Plin. lib. 7. epist. 11.* ibi: *Superest, vt cohæredes æquo animo ferant separatim me vendidisse, quod mihi licuit omninò vendere.* Facit *l. 26. ff. de reg. Iur.* vbi Gothofred. *& in l. 14. C. de contrah. empt.* vbi tradit ius hoc cæpisse à Constantino Imp. in *l. dudum C. de*
38 *contrah. empt.* ad quod ius referenda sunt, quæ habet *Symmachus lib. 9. epist. 27.* Nam iure nouo ciuili ius retractus, non solum in propinquis, & agnatis, verum & vicinis admis-
39 sum fuisse constat *ex l. 1. C. non licere habitationibus lib. 11.* quod etsi postea in *l. dudum 14. C. de contrah. empt. l. 6. C. Theod. eodem tit. & l. 3. C. commun. rer. alien.* Sublatum fuerit; restitutum tamen denuò *Nouell.*
40 *5. Iustiniani, cap. 3. Const. Friderici de Iure Protomiseos*, notarunt *Cuiac. ad Tit. C. de Contrahend. empt. Petr. Greg. lib. 26. Syntag. cap. 1.* Varijs
41 tandem gentium vsibus statutum reperitur, ex his quæ latè tradunt Doctores Hispani ad *l. Tauri. Matienzo, & Azeuedo ad l. 7. lib. 5. recopil. Vela lib. 1. dissert. 39. nu. 35. Olea de Cession. iur. tit. 3. q. 2. Larrea allegat. 45. & 120. & decis. 70. & 79.* vbi quotidianas apud varias nationes de hoc iure retractus controuersias illustrat, notat *Tirquel. in præfat. de retract. Christineus tom. 1. decis. 174. & 281. & 302. & 374. Marin. alleg. 127. Vander. singul. 91.*

Ex his colligitur ratio, cui præsens
42 textus innititur; nam cum non solum aduersus amissa, verum aduersus omissa, in quibus se læsum fuisse probat, in integrum restitutio minori competat; ideò Papa in *præsenti* rescripsit, quòd si in venditione prædicta, aut in omissione petitionis retractus minores se læsos probent, per in integrum restitutionem venditionem rescindere, aut res ipsas alienatas repetere possunt, vt patet ex litera huius text. ibi: *Quo circa mandamus*, & communiter docent Canonistę supracit. quibus adde *Vivian. in rational. lib. 1. iur. Pontif. fol. 549. Canis. in præsent. Alagon. compend. iur. Canon. fol. 192. Ximen. in concord. p. 1. & 2. Gonzal. hic n. 16.*

Ex pręsenti itidem textu colligitur Cle-
43 ricos seculares ad ius retractus admitti. *Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 8. num. 41.* nec non vti consuetudine, quæ facultatem præbet retrahendi rem venditam à consanguineo. Ita idem *Tiraq. de iur. primog. q. 44. num. 9. Surd. cons. 2. à num. 3.* latè alijs citat. *Gutier. pract. lib. 2. q. 256. vbi num. 1.* tradit & probat qualiter Clericus rem auitam, vel patrimonialem in laicum distractam,
44 ab ipso retrahere potest *nu. 3.* quòd ius retractus locum habet, vbi Clericus rem patrimonialem, vel auitam laico vendidisset *num. 4.* quòd ius retractus habet locum in clerico emptore, qui tamen, vt res ab ipso retrahatur conueniendus esset coram Iudice Ecclesiastico, *& num. 7.*
45 vbi denique asserit ius retractus etiam locum habere, vbi tam emptor, quàm venditor essent Clerici.

His positis multa notanda se exhibent
46 ex litera præsentis text. quorum primum deducitur ex *text.* ibi: *pro se, ac fratre suo*, quæ videntur ponere quid oppositum ab eo, quòd sancitum legitur in *cap. coram sup. hoc tit.* attenta præsertim explicatione *gloss.* hic, vbi dicit & merito, cum sit coniuncta persona. Vndè sequitur, quòd coniunctus pro coniuncto restitutionem in integrum petere potest; quòd est falsum ex dictis supra in *cap. coram, & cap. suscitata hoc tit.* tradit *l. vnic. C. eodem, & l. illud 26. §. si talis ff. de minor.* Quapropter hic Repetentes quærunt, cum restitutio in integrum sine speciali mandato, peti non possit ex iuribus præallegatis, quomodò in casu *præsentis text.* in quo non constat de mandato speciali frater pro fratre restitution is

beneficium petere posset. Et *Panorm.* hic cum alijs notat qualiter præsupponitur in textu fratrem, fratris mandatum habuisse, cum dicatur, quòd frater, fratris nomine egit,
47 ità etiam ponderat *Couar. lib. 1. var. cap. 6. num. 6.* Verum hæc solutio non placet, cum non ex eo, quòd quis agat pro alio, in ipso mandatum præsupponi possit; præsertim in his quæ speciale mandatum expostulant. Dico igitur, quòd frater vti consors eiusdem litis restitutio-
48 nem pro fratre impetrare potuit, vt patet ex *Clem. Religiosus de procurat.* probant *Felin. Dec. & Rip.* quorum meminit idem *Couar. loc. cit. licet priori intellectui magis adhæreat.* Vide *Mench. frequent. cap. 23. num. 11. & 12. Cald. Pereira in l. si Curatorem verbo implorandum num. 8. vers. non etiam obstat Gonzal. in Comment. ad cap. suscitata, & cap. coram num. 4. & 5. hoc Tit. & ad præsent. text. n. 2.*
Secundum notabile desumitur ex ver-
49 bis illis textus, *exhibita nobis.* Vndè iure quærunt Interpretes, cur cum reus in casu præsentis textus laicus esset, coram Romano Pontifice in integrum restitutio petita fuisset, & omissis quæ habet *Gonzal. hic n. 4.* vbi facta suppositione, quòd casus præsentis textus loquatur de Canonico Perusino, ait: cum Perusia Rom. Pontifici tam in spiritualibus, quam in temporalibus pareret, ideò Canonicus Perusinus coram Romano Pontifice contra laicum in integrum restitutionem petere potuit, & debuit, quòd & docent *Carlevall. lib. de iud. tit. 1. disp. 2. q. 4. à nu. 196. Marin. lib. 1. resol. cap. 44.* & si non ita hunc textum exponant. Dico in Oppido Perrosin. fuisse consuetudinem, quòd Clericus quamuis actor laicum coram Iudice Ecclesiastico conuenire posset. Ita existimat, & docet *Couar. lib. 1. var. cap. 4. num. 2. Barbos. in l. hæres S. proinde, nu. 31. de Iudic. Parlador. diff. 9. S. 3. nu. 8.* Dico etiam cum *Giurba decis. 55.* quòd cum ius retractus, retractantem habeat pro reo, in casu præsen-
50 tis textus Clericum retractantem laicum coram Ecclesiastico Iudice iure in ius vocasse ...

Tertium notabile est, quòd filius ne-
51 dum ab intestato succedit Patri, sed & Mat*ri* ex *Senat. Consult. Orficiano,* sicut & matres filijs ab intestato decedentibus ipsis succedunt ex *Senat. Consult. Tertylliano l. 1. & tot. tit. ff. & C. ad Tertyl. & Orfic.* ad quæ Senatus consulta spectat *textus in l. 3. S. si is qui 7. ff. de Carbon. edict. l. si mater 11. ff. de except. rei ind. l. si eius ff. ad Trebell. l. furiosæ 4. ff. de curat. furios. l. legitimi 5. ff. vnde cognati l. qui duos l. cum pubere 22. ff. de reb. dub. l. cum à matribus C. qui pet. tut. l. 4. S. sed etsi ff. eodem l. omnes C. ad Tertyl. l. non est S. vbicumque ff. de bonor. possess. l. infanti 18. C. vnde liberi l. Titia 14. ff. de inoffic. testam. l. sciant C. de legitimis hæred. l. generaliter ff. vnde legitimi l. final. C. commun. de success. l. quæcumque C. de bonis quæ liber. l. penult. C. de suis, & legitim. l. 4. C. de secund. nupt. l. item S. vlt. ff. de suis, & legit. l. cum pater 77. S. donationis ff. de legat. 2. l. Pannonius 86. ff. de acquir. hæred. l. Publia 26. ff. de his qui not. infam.* Ad literam quoque deducitur ex præsenti *text.* ibi: *cuius successores existunt,* quamuis vt hic benè notat *gloss.* possent successores esse, vel ex testamento, quia instituti, vel ab intestato, vbi ex *l. 1. & 2. C. de bon. matern.* optimè notat, quòd pater habet vsum fructum in bonis filij exi-
52 stentis in eius potestate, ex hæreditate materna prouenientibus: qui tamen omnem diligentiam tuendæ rei habere debet; alienare verò rem filij, vel donare non potest. Omnis siquidem bonorum aduentitiorum
53 alienatio patri est interdicta *d. l. 1. & l. cum non solum S. ipsum C. de bon. quæ liber. late Pinell. & Ludnel. in l. 1. C. de bon. matern. Galban. de vsufruct. cap. 4. Gentilis de bon. matern. cap. 5. & 18. Panciroł. lib. 2. var. cap. 219.*
54 Filij verò bona aduentitia consentiente patre alienare possunt *l. vlt. S. filys C. de bon. quæ lib. Gentil. loc. cit. cap. 28.* Quapropter vt facta vendi-
55 tio robur firmitatis haberet pater filios emancipauit, ità ad literam habetur in textu ibi: *emancipauit eosdem.* Nam vt benè hic notat *gloss.* in verbo *eosdem.* Hoc ideò dicit: quia

quia dum filius est in potestate patris alienare, vel alias de rebus suis disponere, nec pro his agere potest; neque ei tunc temporis præscriptio currit *l. 1. C. de bon. mat. l. 1. §. vlt. C. de annal. except.* Ideòque eos emancipauit: vt consentirent, & quoàd partem paternam eamdem
56 venditionem ratam haberent, vt clarè indicant verba *text.* ibi: *emancipauit eosdem, & fecit eos contractui consentire.* Ex quibus verbis licèt aliqui desumant violentiam, per verbum *fecit*; non tamen hoc vult dicere, sed quod emancipando fecit eos contractui consentire, quia si emancipatio non præcessisset, alienationi per patrem factæ consentire iure non potuissent. Nam si per metum, &
57 non voluntarium consensum præstitissent, venditio ipso iure nulla fuisset *l. fideiussor 26. ff. de pignor.* Et consequenter super vacaneum fuisset aduersus ipsam in integrum restitutionem petere.

Quartum notabile est, quòd aliquando
58 libellus alternatiuè conceptus admittitur, & specialem casum habemus in præsenti *text.* ibi: *vt vel venditionem &c.* Ea autem ratione admittitur in præsenti, quia, quòd remedium sibi competeret minores hic probabiliter ignorabant. Ità docent *Innoc. Card. Abb. & Commun. hic Ias. in l. vbi autem §. qui illud num. 5. ff. de verb. oblig. Aufrer.* ad *Capell. decis.* 469. *Cassan. in consuetud. Burgund. rubr.* 9. §. 21. *gloss. vlt. n.* 7. *Ximen. in concordant. iur. Canon. sup. hunc text. p. 1. fol.* 147. Nam licet regulariter libellus alternatiuus in iure non ad-
59 mittatur *cap. 2. de libell. oblat. l. Prætor edixit §. quod autem ff. de iniur. Marc. decis.* 807. *num. 4. vol. 1. Borell. in sum. decis. Tit. 49. de libell. nu.* 78. Alternatiua tamen petitio est admittenda, vbi eius certitudo pendet à
60 facto, seù voluntate conuenti *Gom. l. 45. Tauri num. 159. & tom. 2. var. cap. 11. num. 40. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 3. cap. 3. num.* 8. Vndè optimè docet *Marsil. cons. 49. num.* 48. si dominus rem emphyteuticam vendicare intendat, quia emphyteuta per triennium à canonis solutione cessauit, vel irrequisito domino rem emphyteuticam alienauit, quòd talis libellus alternatiuam petitionem continens iure procedat, quia vtraque pars alternatiua concludit *l. vlt. C. de iur. emphyt.* Sic igitur cum in casu præsentis textus venditio posset esse nulla vti facta sine solemnitatibus, quamuis enim
61 pater sit Curator filij eius tamen Prædia sine Prætoris decreto alienare non potest *l. si pupillorum 6. §. si pater ff. de reb. eorum l. 3. C. de prædijs eorum.* Et posset esse valida si solemnitas iuris accessit, quòd filij ignorabant, ideò alternatiuam petitionem efformarunt, quòd vel venditio enunciaretur nulla, vel quatenus esset valida aduersus ipsam in integrum restitutionis indultum petunt, allegantes se adhuc existere infrà tempora petendæ restitutionis, idest quadriennium elapsum non fuisse, nam Iustinianus Imp. vt minoribus læsis succurreret, pro anno
62 vtili quadriennium continuum concessit, quòd anno vigesimo quinto completo minoribus currere incipit *l. fin. C. de temp. in integr. restit.* vbi *Barbos.* plures allegat, & patet ex dictis *sup. in Tract. de rest. ex edict. min. cap. 1. & in Comment. ad cap. 1. hoc Tit.* & dicam infrà in *Comment. ad cap. 1. hoc tit. in 6.*

Nota quòd ex præsenti *text.* ibi: *infrà*
63 *tempus ad obtinendum beneficium restitutionis.* Nonnulli consequentiam deducunt. Ergò minor se esse intra quadriennium probare debet. Ità *Abb. & Butr. hic nu. 7. Salyc. & Alex. num.* 2. vbi hunc textum ideò commendat in *l. si minorem C.° hoc Tit. Afflict. lib. 2. const. rubr. 38. num. 21. Menoch. cons. 100. num.* 289. Verum contrarium est verius, & onus probandi maiorem ætatem aduersario competit, vt post *Imol. Coss: Curt. Cald. Pereira*, & alios aduertit hic *Barbos. in Collect. num. 9.*

Quintum notabile deducitur ex verbis
64 text. ibi: *infrà annum, & diem.* Vbi enim lege, vel statuto ad aliquid faciendum annus præscribitur, quia non exprimitur, an dies, in quo vel contractus celebratur, vel actus peragitur, in anno computari debeat, vt prorsus dubia tollantur, dici

dici solet intra annum, & diem; sic cum ad possessionem recuperandam annus præscribatur, dies & annus assignatur *cap. 1. & 2. de eo, qui mittitur cap. cum venissent eod. tit.* idem similiter præfinitur in *cap. puella 20. q. 2. & in cap. 2. de regular.* obseruat *Gothofred. in l. vbi lex 101. ff. de re iud.* & in terminis *Tiraquel. de retract. lign. gloss. 1 t. §. 1. n. 63.*

Sextum notabile est, quòd sola res pa-
65 trimonij, vel generis retrahi potest, etiam si vno, eodemque prætio cum alia non patrimoniali vendita fuerit, dolo, etiam vel fraude non probatis. Ità notat hic *Barbos. nu. 3.* post *Tiraquel. de retract. lign. §. 21. à num. 6. Gutier. pract. lib. 2. quæst. 162. per tot.* Verùm tamen est, quòd retractum
66 petentes, prætium refundere debent, quòd ad literam patet ex verbis text. ibi: *pretium sint offerre parati*; docet *Tiraquel. de retract. gloss. 16. §. 1.* Quinimò non solum præ-
67 tium, sed & meliorationes ab emptore factas restituere tenentur *Sess. tom. 4. decis. 410. Corras. lib. 3. Miscell. cap. 3. num. 6.* Memoriæ autem
68 retineas, quòd si emptor iniustum prætium præstitisset, qui retrahit iustum dumtaxat soluere cogi potest, vt latè probat *Marinis Allegat. 82.*

Vltimum denique notabile est, quòd
69 vt in integrum restitutio, siue aduersus omissum retractum, siue pactum de retrouendendo minori concedatur, de læsione constare debet, prout ad literam colligitur ex hoc textu ibi: *Et eos læsos esse constiterit*, latè probat *Larrea decis. Granat. 79. per tot. Couar. pract. cap. 26. n. 4. post Guid. & Boer. resoluit Garc. de nobilit. gloss. 6. §. 1. num. 19.*

CAP. CAVSA IX.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum postulanda est ab Ordinario administrationem habente, vel à delegato ab eo, siue hæc causa sit specialiter delegata, siue incidat in causa generaliter sibi commissa.*

2 *Restitutio in integrum non est postulanda ab Ordinario non habente administrationem, vel à delegato nisi veniant incidenter:*

Arbiter non cognoscit de causa restitutionis, nec in maioribus causis assumi potest, ibidem num. 2:

3 *Verba huius textus sunt Greg IX.*

4 *Iudices Ordinarij administrationem habentes causam restitutionis in integrum examinare, & finire possunt.*

5 *Idem dicendum de Delegatis ab ijs.*

6 *Ordinarij Iudices administrationem non habentes, & Arbitri causam restitutionis solum incidenter cognoscere possunt.*

7 *In causa Matrimoniali, Liberali, vel criminali Arbiter assumi non potest.*

8 *In hoc textu exponuntur verba* l. fin. C. Vbi & apud quem.

9 *Iure Digestorum attento omnes Magistratus in integrum restitutionem concedere poterant.*

10 *Soli Magistratus Populi Romani ex Edicto minorum restituere poterant.*

11 *Iustiniani Constitutione, omnes Iudices Ordinarij administrationem cum iurisdictione habentes, & eorum delegati restitutionem concedere possunt.*

12 *Idem dicendum de delegatis specialiter à Principe.*

13 *Delegati ab Ordinarijs, qui administrationem non habent de causa restitutionis incidenter cognoscere possunt.*

14 *Iudices pedanei, & dati ab ijs, qui notionem, non iurisdictionem habent, causam restitutionis cognoscere nequeunt.*

15 *Exponitur, quinam sint* Iudices, *qui vti Ordinarij administrationem habent.*

16 *Delegati ab Ordinarijs causam restitutionis etiam principaliter cognoscunt.*

17 *Restitutio in integrum competit iure Magistratus.*

18 *Cognitio causæ restitutionis in integrum delegari potest.*

19 *Restitutio postulanda est ab Ordinario iurisdictionem habente vel à delegato ab illo.*

20 *Assignatur differentia inter delegatum à Iudice Ordinario, qui administrationem habet, & delegatum ab Ordinario, qui administrationē non habet.*

21 Cau-

21 *Causa restitutionis solum à maioribus Iudicibus cognoscitur.*
22 *Arbiter in integrum restituere non potest.*
23 *Causa Matrimonialis non est compromittibilis.*
Item liberalis, & Criminalis. ibidem num, 23.
24 *Compromissum non debet admitti in causa matrimoniali, quæ iudicanda est ab habente potestatem iuris.*
25 *Tam super matrimonio Spirituali contracto, quam super contrahendo compromissum fieri potest.*
26 *Electio Papæ potest per Compromissum fieri.*
Ioannes XXII. electus arbiter, ad eligendum Romanum Pontificem, se ipsum elegit. ibidem num. 26.
27 *Clemens IV. & Greg. X. per compromissum electi fuerunt.*
28 *In compromisso pro Romani Pontificis electione faciendo, seruanda est Bulla Greg. XV.*
29 *Causa status non est compromittibilis.*
30 *Arbiter incidenter de causa status cognoscere potest.*
31 *Causæ criminalis cognitio per Arbitrum fieri non debet.*
32 *Causa criminalis ciuiliter, ad pœnam scilicet pecuniariam intentata per arbitrum cognosci potest.*
33 *Ex arbitri sententia non irrogatur infamia.*
34 *Compromissum fieri potest de causa criminali, quæ ordine extraordinario prosequitur.*

CAP. CAVSA IX. De in Integr. Restit.

Cuius summarium ex ipso textu desumptum est.

Restitutio in integrum postulanda est ab Ordinario administratio-
1 nem habente, vel à delegato ab eo, siue hęc causa sit specialiter delegata, siue incidat in causa generaliter sibi commissa. Ab Ordinario verò ad-
2 ministrationem non habente, vel à delegato peti non debet, nisi veniat incidenter in causa. Arbiter autem de causa restitutionis non cognoscit, nec potest assumi in maioribus.

Commentaria cum Notis Auctoris ad hanc Decretalem.

Verba præsentis textus sunt Gregorij IX. de quo vide notata *sup.*
3 *in cap. proximo*, cui tamen in præsenti rescripserit non constat, nec huius textus inscriptionem supplere possumus, cum eius Epistolarum regestra non habeamus. His autem sancitum reperitur, qui Iudices be-
4 neficium restitutionis in integrum dare valeant, rescribente Papa, quòd Iudices Ordinarij administrationem habentes causam restitutionis in integrum examinare, & finire possunt. Item determinat de delegatis ab ijs,
5 siue hoc ipsis delegatis specialiter reperiatur commissum, siue restitutionis quæstio in negotio incidat. Ordinarij verò Iudices administrationem non habentes, & Arbitri, cau-
6 sam restitutionis in integrum cognoscere non possunt, nisi coram ipsis incidenter mota sit. Et quòd in causa matrimoniali, liberali, vel criminali Arbiter assumi non pos-
7 sit, quia istæ causæ maiores Iudices exigunt. Ita communiter colligunt *Abb. Antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Hostien. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henr.* & alij, quos hic refert *Barbos. in Collect. num.* 1.

Præsens verò textus proponit, vel vt
8 melius dicam iuxtà communem interpetrum sententiam exponit verba *textus in l. final. C. vbi & apud quem restitutio in integr. pet.* Vt autem & Imp. Iustiniani, & *Gregory* decisionem clarè percipiamus, præmittendum est, qualiter Digestorum iure
9 attento, licet omnes Magistratus in integrum restitutionem concedere possent *l. omnes 3. ff. de in integ. rest. l. in causæ 17. §. fin. ff. de minor. l. Pannonius ff. de adquir. hered.* prout probat *Ioseph. de Retes tom. 2. Opusc. lib. 5. cap. 3.* Ex edicto tamen mino-
10 rum Magistratus Populi Romani restitue-

stituere duntaxat poterant, non verò Municipales; quibus quamuis mixtum Imperium datum esset, non tamen, quæ excellentioris erant Imperij obtinebant *l. ea quæ 26. ff. ad municip. l. metum 9. §. sed quod Prætor. ff. de eo quod metus*. Deindè verò Iustiniani Constitutione, de qua in dicta *l. fin. C. vbi & apud quem*. Non solù Iudices Ordinarij iurisdi-
11 ctionem cum administrationem habentes, verum & Delegati ab his in integrum restitutionem concedere cœperunt, quod idem permissum est delegatis à Principe, si ad id specia-
12 liter designentur, vel causa In integrum restitutionis incidenter emergat, quod & facere possunt delegati
13 ab Ordinarijs, qui administrationem non habent, nam licet directè, & principaliter restituere nequeant, de causa restitutionis incidenter tamen cognoscere possunt, quamuis sententiam pronunciare eis non sit permissum, quod & pedanei Iudices, seu dati ab ijs, qui iurisdictionem, sed tantum notionem habent facere ne-
14 queunt, vt patet ex *d. l. fin.* & ibi plenè docent *Raguell. Lingloi. & Strauch.* latè dixi supra in *tract. de restitut. in integr. cap. 9.* vbi disertè coram, quo restitutio peti possit:

Explicat verò hic *gloss.* in verbo *haben-*
15 *tibus*, & in verbo *Delegatis*, qui Iudices propriè administrationem habeant vti Ordinarij. Et quomodò delegati ab his restitutionem in integrum possint concedere. Quòad primum exemplificat ibi: sicut est Episcopus, Potestas, & huiusmodi, & alij etiam minores contentiosam iurisdictionem habentes, qui præsunt alicui vniuersitati, qui administrationem cum iurisdictione habent *l. 1. §. vlt. ff. de postul. l. vlt. C. vbi & apud quos. l. vlt. ff. quod cuiusque vniuersit. cap. de persona 11. q. 1.* Quòad secundum dicit. Delegati ab Ordinarijs hoc edicto possunt cognoscere
16 de causa restitutionis, siue principaliter mandetur eis, siue incidenter restitutionis quæstio eis contingat, & multò fortius Delegatus à principe, quod totum traditur in *d. l. vlt. C. vbi & apud quem*. Restitutio enim in integrum competit iure Magistratus; quapropter siue specialiter,
17 siue generaliter committatur, restitutionis cognitio transit, *d. l. vlt.* Et omissis ijs, quæ in contrarium allegari possent, quæque hic tangit *gloss.* prædicta in verbo *delegatis*. Hodiè verius est, quòd cognitio causæ restitutionis in integrum delegari
18 potest, vt ad literam patet in *præsenti text.* ibi: *vel delegatis ab eis, tractari poterit, & finiri, siue hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit; siue in commisso eis negotio contingat incidere.*

Inconcussam ergò conclusionem colli-
19 ge, quòd restitutio in integrum postulanda est ab Ordinario, administrationem habente, vel à delegato ab illo *Sbroz. de Offic. Vic. lib. 3. q. 13. num. 2.* plenè *Barbos. in Collect. hic num. 2.* vbi alios refert. Et nota ex verbis præsentis textus maximam differentiam intercedere inter dele-
20 gatum à Iudice Ordinario, qui administrationem habet, & delegatum à Iudice Ordinario, qui administrationem non habet, sed facultatem tantummodò iudicandi, vtpotè sunt qui dantur à Principe ad aliqua officia exercenda, puta vt cognoscant de appellationibus, vel de sententijs, vel etiam de alijs quæstionibus, si qui eorum iurisdictioni se subijcere volunt, possunt cognoscere de integrum restitutione, & de alijs causis, sed neminem coram se litigare compellere valent, & de talibus intelligi potest *l. 1. ff. de iud. e l. rem non nouam C. de iud.* vel vt Tutores, & Curatores dare, aut emancipare possint, hi enim dicuntur Iudices Ordinarij sine administratione: & delegati ab eis de restitutione cognoscere non possunt principaliter, si nimirum directè de restitutione agatur: quia nec ipse Iudex Ordinarius sine administratione, quamuis ad hoc à partibus esset electus, causam restitutionis committere posset, quia
21 restitutionis causa maiores requirit Iudices, qui de ea principaliter cognoscant. Possent verò cognoscere incidenter, idest si quæstio restitutionis incidat in negotio, quod eis per delegationem commissum est,

nam

nã hoc casu de causa restitutionis cognoscere eis esset permissũ *l. quotiens C. de iudic. l. 1. C. de ord. iud.* & patet ad literam in *praesenti textu* ibi: *nisi coram eis mota fuerit incidenter*, probat, & ferè iisdem verbis quibus vsus fui explicat hic *gloss.* in verbo, *Non habent*.

Quæ dicta sunt de delegato ab Ordina-
22 rio non habente administrationem militant in Arbitro, qui cum iurisdictionem à iure non habeat in integrum restituere non potest *d. l. vlt. C. vbi & apud quem*, expressè patet ex hoc *text.* ibi: *seu arbitri de hac causa cognoscere nequeunt*. Illustrant & probant *Gentilis lib. 1. de iurisd. cap. 32. Cald. in l. si curatorem* verbo *Implorando C. de in integr. rest. num. 17. Donell. lib. 2. Comment. cap. vlt. lit. B. Couar. lib. 1. var. cap. 14.* cum alijs quos refert, & sequitur hic *Gonzal. num. 1. in fine*, docet *Gloss.* in praesenti verbo *incidenter Tiraquel. in tract. res inter alios vers. eaque procedunt fol. 10.*

Dictum est, quod verba *praesentis textus*
23 coeunt cum *l. final. C. vbi, & apud quem*, hoc autem intelligas, vsque ad verba. *In matrimoniali*, quæ propositæ iam Imp. Iustiniani decisioni, de qua in *d. l. fin.* à *Greg. Papa* addita reperiuntur, eo quòd cum incidenter de arbitris egisset, asserendo in integrum restituere non posse, quæ ad arbitrorum potestatem non pertinent principaliter exponere opportunum adiudicasset. Sic igitur causam matrimonialem non esse cõpromittibilem, idemque de Liberali, & Criminali affirmat, vt ad literam colligitur ex ipso *Text.* ibi: *In matrimoniali quoque, liberali, vel criminali causa, cum maiores iudices exigant, arbiter nequit assumi*.

Quòad matrimoniales causas non ad-
24 mittendum esse compromissum habetur etiam in *cap. final. de transact. & in cap. final. de rest. spoliat.* Tradunt *Couar. de matr. p. 1. cap. fin. n. 6. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 14. nu. 1. Petr. Greg. lib. 5. part. tit. 4. cap. 3. Laafrach. de arbitr. p. 4. cap. 5. Molin. de inst. tom. 6. disput. 40. num. 4. Gutier. lib. 1. canonic. cap. 17. num. 18.* Matrimoniales enim causæ examinandæ, & iudicandæ sunt ab ijs, qui à iure potestatem habent *cap. acceden. tibus, de priuileg. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 44. Basil. eod. tract. lib. 5. cap. 11. Valeron. de transact. tit. 3. q. 3. num. 58.*

Quæstio est vtrum à matrimonio carna-
25 li, ad spirituale, inter quæ eadem paritatis ratio datur, argumentum valeat. Et non obstantibus his, quæ ex identitate rationis aliqui dicere conantur. Sit Conclusio tam super matrimonio spirituali contracto, quam super contrahendo, compromissum fieri posse.

Quòad matrimonium spirituale contractum habemus textum *in cap. nisi, cap. ex parte de Arbitris, cap. nisi de praebend.*

Quòad contrahendum, idest super electione ad beneficium, vel ad aliquam Ecclesiasticam dignitatem, habemus textum in *cap. quia propter, cap. scriptum, cap. in causis, cap. cum Vuintoniensis de elect. cap. si compromissum, eod. tit. in 6.* Illustrant *Lauor. de elect. cap. 7. num. 23. & cap. 19. nu. 29.* tradens eiusdem compromissi formam. *Tambur. de iur. Abbat. tom. 1. disp. 28. q. 8. Garcia tom. 2. polit. tract. 9. dub. 8. Gonzal. in Comment. ad cap. causam 3. de elect.* Quinimò inter modos ab *Innoc. VIII. Anno MCCXV. in Concil. Lateran. VIII.* præscriptos pro Romani Pontificis electione, quod decretum habemus in *cap. quia propter de elect.* per compromissum ipsius Pa-
26 pæ electionem fieri posse constat. Et ità per compromissum electos Historica documenta tradunt *Anno MCCCXVI.* Viterbij *Ioannem* XXII. in quem compromisso facto se ipsum elegisse fertur, dicendo, *Papa Ego*, de qua electione vide notata per *Barbos. in Collect. ad cap. cum in iure de elect.* Et ante ipsum *Anno MCCLXV. Cle-*
27 *ment. IV.* nec non itidem Viterbij *Gregorium* X. eiusdem *Clem.* successorem, qui vocabatur Theobaldus è Vicecomitibus Placentiæ, Archidiaconus Leodiensis, tunc absens, & Ptolemaide in Palæstina, vna cum Ederardo Angliæ Principe moram faciens. Vndè sequenti anno reuersus in Romanum Pontificem coronatus fuit die 27. Martij, & cum sedisset

fet *Ann.4.mens.4: die* 20. Aretij diem extremum clausit Anno 1276. die 10. Ianuarij. Cæterum qualiter ho-
28 diè pro Romani Pontificis electione compromissum fieri debeat, expressum habetur in Bulla *Greg. XV.* ad quam vide notata in serie suarum *Constit. inter Pontifices Legislatores.*

Respectu etiam causarum libertatis cōpromissum fieri non posse, idest cau-
29 sas status, ingenuitatis nimirum, libertatis, natalium, seu monachatus non esse compromittibiles, patet ex *l. non distinguemus §. de liberali ff. de arbitris, illustrant* Lanfranc. *de Arbitr. part.4. num.10. Donel. lib.17. comment. cap. 22. Morl. in Empor. tit. de iurisd. num.159. Molin. disp.40. nu.3.* Maiores siquidem Iudices causæ status expostulant *l. fin. C. vbi causa status*, Iudices nimirum Ordinarios, siue Prætores, siue Præsides, vt benè exponit *Osuald. ad Donel. d. cap. 22.* vbi quamplures non infimæ notæ Interpretes refellit, asserentes Prætores tantùm de causis liberalibus cognoscere potuisse, quos & impugnat *Hothoman. lib.6. obseru. cap. 6.* Quia tamen quæstionem hanc altius prosequi meum non patitur institutum, notandos propono sequentes textus ad ipsam facientes *in l. liberis 7. §. si quis vers. igitur, l. in obscuro 41. §. 1. ff. de liber. caus. l. neque 36. §. fin. ff. de fideicom. libert. l. seruus 34. §. 1. ff. de stat. liber. l. 4. ff. si ingenuus liber esset l. 1. C. ne statu defunctor. l. 1. & l. cum status 15. C. de ordin. cognit. l.2. C. de pedan. ind. l.2. C. de libertis l. cum proponas 6. C. de reb. credit. l. principaliter 13. C. de liber. caus. l. 1. C. de offic. Prætoris.* Intellige verò præfata quod Arbitri primò, & prin-
30 cipaliter de causis status cognoscere nequeant; quia incidenter de illis cognoscere possunt, vt patet ex *l. cum proponas C. de reb. Cred.* vbi fæmina ex compromisso libera facta supponitur; vt ibi notat *Cuiac.* & eius auctoritate moti, ità docuerunt *Accurs.* ibi verbo. *Consulat. Alex. in l. quotiens 6. C. de iudic. Oras. in l. 2. num. 14. ff. de iurisd.* Non benè tamen hæc probantur ex *d. l. cum proponas*, cum ibi vt notat *Gothofred.* arbiter accipiatur pro Iudice pedaneo, non verò pro arbitrio compromissario, de quo in præsenti loquor. Quarè melius adstruuntur, & probantur ex *l. fin. C. de transact.* quem expendit *Morla in empor. tit.2. n.159. Valeron. de transact. tit.3. q.3. n.1.*

Respectu denique causarum Crimina-
31 lium facit textus in *l. non distinguemus 32. §. Iulianus ff. de arbitris, l. 7. C. de Ephes. audient.* docent *Petr.Greg. lib.5. partit. cap. 3. Mornac. & Fab. in d. §. Iulianus Donel. lib.28. Comment. cap. 10. Gonzal. in Comment. ad hunc text. num. 4.* Hæc autem procedere aduerte in causa criminali, criminaliter intentata; nam vbi ciuiliter agi-
32 tur de crimine priuato ad pænam pecuniariam tantum, & non ad sanguinis vindictam *l. fin. ff. de priuat. delict.* hoc casu compromissum admittitur *cap. veniens de iur. iurand.* Et nota, quod tunc quamuis crimen famosum esset, ex arbitri sententia aliquam
33 infamiam non irrogari *l. quid ergò 13. §. ex compromisso ff. de his qui not. infam.* Et ità generaliter tenendum de omni crimine, de quo transigere licet, iuxta text. *in l. transigere C. de transact.* quem de recenti illustrat *Valeron. de transact. d. tit. 3. quæst.5.* Nec non compromissum fieri posse si criminalis causa iudiciario ordine
34 non prosequatur, sed extraordinario docet *Molin. tom. 2. de iust. disp. 40. de arbitris num. 1.* & ità intelligit verba *text.* in *cap. literas 14. de præsumpt. Cuiac. in Comment. ad ipsum.*

CAP. BENEFICIO X.

SVMMARIVM.

1 *Restitutione semel denegata, solum ex noua causa, etiam ipsi Ecclesiæ conceditur.*

2 *Verba huius textus sunt Greg.*IX.

3 *Ecclesia restitutionem semel denegatam petens, non restituitur, nisi ex nouis defensionibus.*

Ecclesia restituitur ad appellandum à sententia denegationis. ibidem num.3:

4 *Decisio huius textus desumpta est ex* Legibus positis sub Tit. C. si sæp. in integr. rest.

Minor restitutionem petere non potest aduersus Prætoris decretum, quo non

esse

esse locum restitutioni decreuit. ibidem num. 4:

5 *Noua causa post denegatam restitutionem emergente in integrum restitutio conceditur.*

6 *Assignatur differentia, inter hunc Textum, & Textum in* l. & si fine 8. §. restitutus ff. de minor.

7 *Minor, & Ecclesia restituuntur ad appellationem omissam.*

8 *An minori currat tempus decem dierum ad appellandum remissiuè.*

9 *Læsio contingit coram Iudice ad quem, si minor appellauit, & appellationem non sit prosequutus.*

10 *Minore petente restitutionem ad appellandum, læsio contingere dicitur coram Iudice à quo.*

11 *Restitutio in integrum peti debet coram Iudice læsionis.*

CAP. BENEFICIO X. De in Integr. Restit.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

RESTITUTIO denegata Ecclesiæ vlterius sibi non conceditur, nisi ex 2 noua causa: restituitur tamen ad appellandum à sententia denegationis.

Commentaria cum notis Auctoris ad hanc Decretalem.

VERBA præsentis textus sunt Greg. Papæ IX. de quo vide notata 1 supra in cap. Constitutus VIII. hoc tit. Quibus verò in præsenti rescripserit non liquet ex rationibus in dicto cap. Constitutus supra deductis, nam & textus iste, prout videre est in cæteris ipsius Gregorij, inscriptio- 3 ne caret, vtilissimamque decisionem ponit, nimirum Ecclesiam, cui restitutionis in integrum beneficium semel denegatum fuit, si in altero iudicio idem petat, ad huiusmodi beneficium ex nouis dumtaxat defensionibus esse admittendam, restituendam tamen ad appellandum à sententia denegationis. Ita communiter colligunt Canonistæ *Abb. Antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Henric. Host. cum alys hic relati à Barbos. num.* 1.

Hæc autem præsentis textus decisio de- 4 sumpta fuit ex Constitutionibus cōpilatis sub *Tit. C. si sap. in integr. rest.* quibus sancitur restitutionem semel denegatam, amplius peti non posse, adeòut si Prætor decernat non esse locum restitutioni, minor aduersus hoc Pretoris decretum restitutionem petere non possit, quod & ex *Paul. lib.* 1. *sent. tit.* 7. ibi: *Integri restitutio plusquam semel non est decernenda, ideòque causa cognita decernitur* docent *Cuiac. Duaren. & Vuesembec. ad Tit. C. si sæpius in integr. rest. postul. Donell. lib.* 21. *Comment. cap.* 12. *Morla in empor. tit.* 5. *quæst. vlt. Gamm. decis.* 320. *Cabedo decis.* 114. *latè Barbos. in l.* 1. *C. si sæpius in integ. Odd. de rest. cap.* 16. *art.* 1. *num.* 15. plenè dixi supra *in tract. de in integr. rest.* quibus adde *Gom. var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *Donel. Comment. iur. Ciuil. lib.* 21. *cap.* 12. *Ricc. in Collect. decis. collect.* 1525.

Hæc tamen generalis regula, quòd re- 5 stitutio semel denegata, super eodem negotio amplius concedi non debeat limitationem recipit; si noua causa post denegatam restitutionem emergat, ita docent vltra citatos DD. *Salgad. de supplicat. p.* 1. *cap.* 12. *num.* 17. *& Gonzal. in præsenti num.* 1.

Nec prædictis obstat textus in *l. & si si-* 6 *ne* 8. §. *restitutus ff. de minor.* magnum siquidem est discrimen inter præsentem textum, & illud Pomponij responsum: nam *Textus* in præsenti loquitur de restitutione denegata, & iterum petita: Pomponius verò loquitur de restitutione concessa, & iterum in effectum contrarium impetrata; quo casu ne dum sæpius peti, sed & concedi potest. Ratio autem differentiæ est euidens, quia per hanc secundam restitutionem res ad suam naturam reuertitur, ad quam de facili res quælibet redit, *l. si vnus* §. *pactus ne peteret ff. de pactis.* Nec vllum damnum tertiò sequitur, vbi res ad statum reducitur, in quo erat ante petitam restitutionem.

nem. Ità notant *Morl. in Empor. tit. 5. q. vlt.* & quamplures relati ab *Osuald. ad Donel. lib. 21. Comment. cap. 12. lit. O.*

Ex verbis etiam præsentis textus op-
7 portunè colligitur; quòd minor & Ecclesia ad omissam appellationem restitui debent. Ita ad literam patet. ibi: *præterquam ad appellationem omissam* docent *Menoch. lib. 3. præsumpt. 82. num. 8. & seqq. Mascard. de Probat. concl. 960. num. 17. & concl. 1058. num. 17. & concl. 1273. nu. 6. Gutier. pract. lib. 3. q. 37. num. 17. Flamin. de resignat. tom. 2. lib. 11. q. 4. num. 56. Garc. de nobilit. gloss. 6. §. 1. num. 51. Flor. de Mena var. lib. 1. q. 5. num. 6. Grau. ad pract. Camer. Imp. lib. 1. concl. 143. num. 1.* Quid verò dicendum sit, vbi Procurator minoris non appellasset dixi supra in *tract. de in integr. rest. ex Ed. ff. minor.* & Vide *Cald. Pereira in l. si curatorem nu. 35.* Et an maiori currat tempus decem
8 dierum ad appellandum. Vide eundem *Pereira de resolut. Emphyt. cap. 14. num. 21. cum seq.*

Cæterum ad exactam præsentis textus,
9 & materiæ intelligentiam Aduerte, quod vbi minor appellauit, sed appellationem non est prosequutus, læsio contingere dicitur, coram Iudice ad quem, idest coram illo Iudice, coram quo causæ prosequutio fieri
10 debebat: si verò minor non appellauit, & ad appellandum restitui petat, tunc læsio contingere dicitur coram Iudice à quo, quia coram illo appellandum erat. Restitutio autem
11 coram Iudice læsionis peti debet, vt docet, & notat *Bart. in l. Præses n. 6. C. de appell.* Illustrant *Bellacomb. & Villalob. tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 22. nu. 1. & 2. Rebuff. ad leg. Gall. tract. de rest. tom. 2. in præfat. nu. 16. Odd. p. 2. q. 71. art. 1. num. 30. Garc. de nobil. d. num. 51. Aufrer. ad Capell. decis. 392. plenè Barbos. in Collect. ad hunc text. num. 4.*

Finis Commentariorum ad Decretales sub Titulo de in Integrum Restitutione registratas, & inter Decretales Gregorij IX. clausas.

DOMINICI GALESII COMMENTARIA IN TITVLVM XXI. LIB. I. SEXTI DECRETALIVM DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM

CAP. ECCLESIA I.

SVMMARIVM.

1 *Quadriennio elapso Ecclesia non restituitur aduersus sententiam, neque aduersus contractum, nisi rationabilis causa contrarium suadeat.*

2 *Gregorius Nonus fuit Auctor huius decretalis.*

Gregorius Nonus sedit Ann. 14. mens. 5. & die.3. ibidem num.2.

3 *Post obitum Honorij* III. *Gregorius Nonus electus fuit in eius locum.*

4 *Gregorius Nonus ad Fridericum* Imperatorem *pro recuperanda* Hierosolyma *Legatos missit.*

5 *Fridericum* Imperatorem *excommunicat;*

6 *Fridericus* Imp. *ad obtinendam absolutionem ab excommunicatione reficit damna data Romanae Ecclesiae.*

7 *Fridericus* Imp. *à censuris solutus ob noua crimina excommunicatur, & Imperio priuatur.*

8 *Inter Gregorium, & Fridericum graue toto orbe dissidium publicatur.*

Italia, & Germania armis, & dissensionibus exardescunt. ibidem num.8.

9 *Scriptorum fides de Friderico benè scribentium vacillat.*

Aequiores, & meliores Scriptores Fridericum damnant. ibidem num.9.

10 *Reijcitur Vspergensis historia in Gregorium declamantis, & Fridericum laudantis.*

11 *Parisius Anglus in Romanam Ecclesiam parum aequus est.*

12 *Gregorius rebellantibus Romanis, se Perusium recipit.*

13 *Romani veterem Reipublicae libertatem affectant.*

14 *Romani dira peste vexati Pontificia ditioni se iterum subdunt.*

Gregorius Romam redit, & Ciuitatem expurgat. ibid. num.14.

15 *Gregorius eloquenti Oratione Populum Romanum contra Fridericum Vrbi imminentem ad arma commouit.*

16 *Plures haeretici igne comburuntur, & Nicolaitarum secta extirpatur.*

17 *Referuntur Concilia à Gregorio celebrata, remissiuè ad Binnium, & Labbeum.*

18 *Gregorius agrè fert captiuitatem Episcoporum ad Romanum Concilium accedentium.*

19 *Gregorius prope centenarius mærore animi obijt. Et quando.*

20 *Gregorius inter Sanctos retulit Dominicum, Franciscum, Antonium de Padua, & Elisabetham* Regis *Hungariæ filiam.*

21 *B. Raymundus, qui à Clemente* VIII. *inter Sanctos relatus fuit Sacros Ecclesiæ* Canones *in quinque libros digestos præbuit, quos Gregorius publicè proposuit.*

22 *Hæc decretalis olim extrauagabatur.*

23 *Hæc decretalis est Gregorij Noni, non Alex.*III.

24 *Bonifacius* VIII. *huic decretali verba quædam addidit, & quæ.*

25 *Hæc decretalis explicat, quæ habentur* in cap.1. sup. de rest. in integ.

26 *In hoc textu generalis constituitur regula circa restitutionem Ecclesiæ concedendam, qualiter nempè, & quando ei competat.*

27 *Remedium restitutionis in integrum Ecclesiæ competit.*

28 *Ecclesia læsa restituitur tam aduersus sententiam, quam aduersus contractum.*

*Fundamentum restitutionis in læsione consistit. ibidem num.*28.

29 *Pro modicâ læsione non competit restitutio.*

30 *Ad dignoscendum vtrum læsio sit magna, vel parua non est attendenda paruitas comparatiua.*

31 *Vtrum læsio sit grauis, vel leuis. Iudicis arbitrio relinquitur, qui circumstantias perpendere debet.*

32 *Constare debet de bono iure petentis restitutionem.*

33 *Læsio manifesta esse debet.*

34 *Non requiritur quod læsio sit notoria, sed sufficit quod sit certa, & manifesta.*

35 *Ecclesia vt restitutionem obtineat læsionem probare debet.*

36 *Ad introductionem causæ restitutionis in integrum solus læsionis fumus sufficit.*

37 *Læsione supposita Ecclesiæ restitutio competit.*

38 *Aduersus sententiam nullam non datur restitutio, secus si esset iniusta.*

39 *Aduersus contractum nullum non datur restitutio.*

40 *Ecclesia semper, & quandocumque via iuris ordinaria dicere potest, de nullitate sententiæ, vel contractus.*

*Ecclesia agens iure communi omni tempore audiri debet. ibidem num.*40.

41 *Ecclesia aduersus sententiam simul nullam, & iniustam, potest intentare nullitatis iudicium, & simul restitutionis beneficium implorare.*

42 *Ecclesia restituitur aduersus iniustas sententias ipsam lædentes.*

43 *Ecclesia restituitur aduersus sententiam definitiuam, secus aduersus interlocutoriam secundum aliquos.*

*Ecclesia secundum magis communem opinionem restituitur aduersus sententias interlocutorias. ibidem num.*43.

44 *Interlocutoria est leuis præiudicij.*

45 *Interlocutoria graue etiam præiudicium inferre potest.*

46 *Qualiscumque læsio etiam modica ad restitutionem sufficit.*

47 *Ad restitutionem concedendam nil refert vtrum Ecclesia magnum, vel paruum præiudicium sentiat.*

48 *Explicatur text.* in l. scio ff. de in integr. restit.

49 *Ecclesia restituitur aduersus sententiam latam in summarijssimo possessorio.*

50 *A' sententia in possessorio non datur appellatio.*

51 *De Iure Canonico à quocumque grauamine appellare permittitur.*

52 *Datur restitutio à sententia, à qua non datur appellatio.*

53 *Aduersus quamcumque sententiam Ecclesia restituitur si læsam se probet.*

54 *In beneficialibus aduersus possessionem triennalem pacificam restitutio non competit.*

55 *Idem dicendum de sententia lata contra Prælatum litigantem nomine Ecclesiæ aduersus, quam ipse restituitur.*

56 *Restitutio non competit Prælato læso in iuribus, vel bonis proprijs ex regula huius text.*

57 *Nomine Ecclesiæ veniunt Prælati, & cæteri Ecclesiastici læsi in bonis Ecclesiæ, secus in proprijs.*

58 *Aduersus sententiam Ecclesia restituitur ob instrumēta de nouo reperta.*

59 Re-

59 *Restitutionis pendente Iudicio sententia executio suspenditur.*

60 *Si intra præfixum tempus non probetur causa restitutionis, commissio restitutionis executionem non retardat.*

61 *Mandatum executiuum de manutenendo, datur etiam in gradu restitutionis in integrum.*

62 *Capta executione non suspenditur progressus per petitionem restitutionis.*

63 *Decretis, & relaxatis executorialibus de stylo Rotæ executio capta dicitur.*

64 *Relaxatio mandati facta in sententia non sufficit ad impediendam suspensionem executionis.*

65 *Dantur casus, in quibus petita executio per petitionem restitutionis in integrum retardatur.*

66 *In cæteris Tribunalibus extra Rotam non nisi pignoribus captis executio capta dicitur. Et ita obseruat Signatura.*

67 *In criminalibus enormibus petitio restitutionis executionem non impedit.*

68 *Aduersus contractum Ecclesiæ restitutio competit.*

69 *Ecclesia læsa restituitur aduersus emptionem, & venditionem.*

70 *Maius est priuilegium Ecclesiæ restitutionem petentis aduersus contractum, quàm minoris.*

71 *Minor iurans non contrauenire contractui, non restituitur.*

72 *Prælatus restituitur aduersus contractum iuratum Ecclesiam lædentem.*

73 *Ecclesia restituitur aduersus, quasi contractus.*

74 *Ecclesia est persona ficta, quam Prælatus repræsentat.*

75 *Ecclesia cum ipso Prælato litigante, vel si eius persona sit suspecta, vel inhabilis per alterum de Ecclesia restitutio petitur.*

76 *Alius à Prælato ad in integrum restitutionem petendam sine speciali mandato non admittitur.*

Intellige si principaliter, non incidenter petatur restitutio.

78 *Procurator, effectus Dominus litis, Syndicus Ciuitatis, non indigent mandato speciali.*

Procurator cum clausula, cum facultate supplicandi, *altero mandato non indiget. ibidem num. 78.*

79 *Verba text. beneficium restitutionis in integrum solum intra quadriennium Ecclesiæ concedendum asserunt.*

80 *Elapso quadriennio Ecclesia restitutionem petens, neque per viam exceptionis, vel per viam replicationis auditur.*

81 *Restitutio post quadriennium concessa non tenet.*

82 *Nedum inchoari, sed & finiri debet causa restitutionis in integrum intra quadriennium.*

83 *Quadriennij lapsum probare Aduersario incumbit.*

84 *Ecclesia non obstante quadriennij lapsum restitutionem prætendens, probare causam debet.*

85 *Qui dolum allegat probare tenetur.*

86 *A die initi contractus, vel lata sententia quadriennium currere incipit.*

87 *A' lapsu diei claudentis tempus concessum ad appellationem prosequendam quadriennium currere incipit, ex declaratione Rotæ.*

88 *De stylo Curiæ lapsus quadriennij non attenditur.*

89 *Non obstante quadriennio, constito de bono iure, de stylo Curiæ restitutio conceditur.*

90 *Enumerantur casus, in quibus quadriennio non obstante Ecclesiæ, vel minori restitutio conceditur.*

91 *Negligentibus, non legitimè impeditis quadriennium currit.*

92 *Tempus quadriennij debet esse continuum.*

93 *Tempus quadriennij à principio est vtile.*

94 *Reprehenditur gloss. quæ contrarium incautè dicit.*

95 *Negligentia requiritur, vt Ecclesia quadriennio elapso non restituatur.*

96 *Impedimentum quandò non est notorium protestari debet. Et quomodò.*

97 *Probabiliter ignoranti quadriennium non currit.*

98 *Durante ignorantia probabili, nullo tempore ius restitutionem petendi præscribitur.*

99 *Quadriennium currere incipit à die vltima scientiæ.*

100 *Reijcitur sententia Couarruuias in cap. Alma mater.*

101 *Scientia Procuratoris si habeat mandatum*

datum speciale ad petendam restitutionem praeiudicat Domino.

102 *Vt ignorantia à quadriennij lapsu excuset, debet esse omni ex parte excusabilis.*

103 *Scientia praesumpta ex coniecturis etiam remotis, probabilem ignorantiam excludit.*
Idem dicendum de scientia in genere, vel si ignorans scire tenebatur. ibidem num. 103.

104 *Vbi agitur de iure quaerendo restitutio non de facili datur.*

105 *Si Ecclesia fraudata sit, vel praeuaricatio interueniat, quadriennio non obstante ei datur restitutio.*

106 *Regula generalis huius text. est quod post quadriennium Ecclesia non restituitur.*

107 *Etiam in causa beneficiali lapso quadriennio restitutio locum non habet.*

108 *Aduersus sententiam in causa matrimoniali etiam post quadrienniū datur restitutio.*

109 *Ecclesia etiam negligens, si fraudem aduersarij probet lapso quadriennio etiam restituitur.*

110 *Dolus dolo compensatur.*

111 *Explicatur quid importent verba text. ibi:* Praeuaricationis.

112 *Explicatur quid importent verba text. ibi:* Commentum.

113 *Si rationabilis causa adsit Ecclesia in integrum lapso etiam quadriennio restituitur.*

114 *Post quadriennium ex rationabili causa Iudex restitutionem concedere potest.*

115 *Quomodò Iudicis arbitrium sit regulandum respectu causa rationabilis explicatur.*

116 *Quoties iusta causa adest restitutio negari non potest.*

117 *Quadriennium non currit Ecclesia viuente Praelato, qui ipsam lasit.*

118 *Ex frequenti Praelatorum mutatione, à quadriennij lapsu Ecclesia excusatur.*

119 *Aduersus damnum enormissimum etiam post quadriennium Ecclesia restituitur.*

120 *In lucris ommissis non cadit lasio enormissima.*

121 *Vbi agitur de recuperando ablato per rem iudicatam, quomodò enormissima lasio consideretur, explicatur.*

122 *Idem, vbi agitur de acquirendo, quod per rem iudicatam denegatum fuit.*

123 *Exponitur variatio Doctorum circa tempus infra quod ex lasione enormissima quadriennio elapso restitutio concedi debet.*

124 *Aduersus sententiam notoriè iniustam post quadriennium Ecclesia restituitur.*

125 *Ex instrumentis, seù scripturis denuò repertis post quadriennium Ecclesia restituitur.*

126 *Quoties noua defensiones occurrunt toties Ecclesia restitutionem petere potest.*

127 *Aduersus matrimonium carnale post quadriennium datur restitutio, secus aduersus spirituale.*

128 *Mulieri aduersus dotem post quadriennium restitutio datur.*

129 *Ecclesia, & minor in materia restitutionis pari passu currunt.*

130 *Vbi agitur de Ecclesia lasione non solum Ius vetus, sed & Const. Vrb. VIII. considerari debet.*

131 *Aduersus praeiudicia facta Ecclesia recensita in Constitutione Vrbani VIII. sola centenaria, & immemorabilis restitutionem impedit.*

132 *Reprobantur dicentes nullum tempus praefixum Ecclesia ad restitutionem petendam.*

133 *Ecclesia nomine, in hoc textu veniunt omnia Pia loca.*

134 *Quoad iuris effectus Ecclesia, & loca Pia pari passu ambulant.*

CAP. ECCLESIA I. De Restit. in Integr. in VI.

Cuius summarium ex ipso textu desumptum est.

Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitu-
1 tionem contra sententiam, vel contractum, nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat.

Com.

Commentaria cum Notis Au-ctoris ad hanc Decretalem.

VErba huius *text.* desumpta fuerunt
ex decretis *Gregorij* IX. qui Ro-
2 manę Ecclesię pręfuit *Ann.* 14. *mens.* 5.
& die 3. ab *Anno* nimirum 1227. *die*
20. *Martij*, qua in locum *Honorij* III.
subrogatus fuit, vsque ad *diem* 22.
Augusti Ann. 1241. qua diem extre-
mum clausit. Imp. Balduino II. C.P.
& Friderico II. Aenobardo. Altero
3 enim ab obitu *Honorij*, huius nomi-
nis *Tertij* die, *Vgolinus* Episcopus
Ostien Vir doctissimus ex Comitibus
Signiæ, patria Anagninus *Innocen-
tij* III. ex consobrina nepos, à quo
inter Purpuratos adscitus fuerat:
Anno Domini 1227. *die* 20. *Martij*
Romanus Pontifex creatus *Gregorius
Nonus* dictus fuit, qui confestim ac
4 Pontificatus Insignia accepit, ad Fri-
dericum Imperatorem Legatos di-
rexit, vt Hierosolymæ à Saracenis
recuperandæ causa cum exercitu in
Asiam proficisceretur, quod facere
recusantem, Ecclesias spoliantem,
Ecclesiasticos prosequentem, & ob
5 alia crimina excommunicauit; Com-
munioni verò Ecclesiæ Apostolica
auctoritate restitutus, vt testantur
Aemil. Chron. Hirsaug. centum ta-
6 men prius viginti millibus vncijs au-
ri, pro damnis Romanæ Ecclesiæ il-
latis, persolutis, vt tradit *Nucler.
Platin.* Cum postea pristinis, & abiu-
7 ratis criminibus grauiora adderet,
Ciuitates Ecclesiæ oppugnaret, fa-
ctiones teterrimas, quæ iam tum Gi-
bellini, & Guelphi appellabantur,
non nisi post centum, & plures annos
compositas excitaret, Saracenis Ma-
gistratus manderet, Ecclesias, & Mo-
nasteria spoliaret, grauissima Siculos
Tyrannide opprimeret, Regis Tu-
nisij Fratrem Panormi Baptisma Sa-
crum petentem ab hoc Sancto pro-
posito deterreret, neue ad Conci-
lium, quod Gregorius Romæ indixe-
rat Cardinales, & Episcopi conueni-
re possent vias præcluderet, ipsosque
in vinculis detineret, arte, armis; &
scriptis omnia perturbans denuò ex-
communicatur, & Imperio priuatus
declaratur. Vndè inter Gregorium,
& Fridericum diuerso vtriusque di-
8 plomate, & literis diffidium toto
Orbe publicatur, Italia, & Germa-
nia armis, & dissensionibus pro alte-
rutra parte exardescentibus, adeòut
& ipsorum Scriptorum fides in tanto
animorum motu vacillet, pluribus
9 tamen, & æquioribus Fridericum
summæ ingratitudinis, & impietatis,
aliorumque scelerum in Ecclesiam
Romanam damnantibus, vt videre
est ex *Blond. Platin. Sabell. Anton.* &
alijs. *Vspergensis* suam historiam
claudens *Anno Domini* 1229. *Grego-
10 rij* IX. *Anno* 3. in Pontificem decla-
mat, laudibus verò Fridericum ex-
tollit: At fama frequentior, & om-
nium propè conspirantes sensus, vt
ait, & demonstrat *Aemilius* Frideri-
11 cum damnant, quem & *Parisius An-
glus* in Romanam Ecclesiam parum
æquus contra omnium veri aman-
tium, etiam Germanorum Scripto-
rum sententiam frustra excusare niti-
12 tur. *Gregorius* etiam à Romanis in
ipsum rebellantibus Vrbe pulsus Pe-
rusium se recepit, ibique per bien-
nium commoratus fuit; cum verò eo
absente veterem Reipublicæ liberta-
13 tem Romani affectassent, dira peste,
alijsque malis penè tota Ciuium mul-
titudine extincta se Pontificię ditio-
14 ni iterum subdunt. Vndè ipse Ro-
mam recurrens, populo culpa remis-
sa Vrbem purgare curauit. At Fri-
derici opera multis Italiæ Ciuitati-
bus à Pontifice deficientibus, cum
ipsa Roma idem denuò meditaret;
15 Gregorius, Sanctorum Apostolorum
Petri, & Pauli per Vrbē capitibus de-
latis, eloquenti Oratione nedum ma-
chinantis populi furorem compescit,
verum etiam contra Fridericum, qui
iam Vrbis mænibus imminebat ad
arma commouit: Hæreticos etiam,
16 quorum multi in Alemania; Italia,
& præsertim inter Longobardos diù
steterant in occulto igne comburi
iussit. Nicolaitarum Sectam, qui Ec-
clesiam contemnebant, Carnes in
Quadragesima sine scrupulo comede-
bant, & quibus matres, sorores,
vxores, ac filiæ semper omnibus
communes erant, extirpauit. Multa
17 quoque Concilia Sedente *Grego-
rio* IX.

rio IX. celebrata fuerunt, quæ notis illustrata, vna cum eiusdem *Gregorij* Epistolis ex integro post *Binnium* refert *Labbeus in Noua Concil. Edit.* Captiuitatem verò Episcoporum ad indictum Romæ Concilium accedere
28 volentium tam ægrè tulit *Gregorius*, vt vir propè centenarius, ex hac cau-
19 sa animi mærore obierit *die* 22. *Augusti Anno Domini* 1241. Relatis prius in Sanctorum Albo Dominico,
20 Francisco, Antonio de Padua, & Elisabetha Regis Hungariæ filia. Sacros itidem Ecclesiæ Canones, per
21 *Raymundum* Ordinis Prædicatorum Generalem, quem *Clemens* VIII. in Sanctorum numerum retulit, in quinque Libros Decretalium digestos, publicè proponi, & in Scholis explicari *Gregorius* iussit; inter quos præsens Decretalis, cuius explicationi insisto non clauditur, sed in VI. Decretalium recensetur, & quidem, vt
22 aduertit *Gloss.* in verbo *Ecclesia*, olim extrauagabatur, & quidam eam intitulabant *Alexandro*, alij *Gregorio*
23 *Nono*, cuius pro certo fuit excepto fine. ibi: *Aut alia &c.* quæ verba, vt notat eadem *gloss.* non erant in *Ex-*
24 *trauagant. Gregor.* qua olim vtebamur, & per *Bonifacium Octauum* addita credit. Emanauit autem noster *textus* ad declarationem eorum, quæ notat *gloss.* & communiter *DD. in*
25 *cap.* 1. *hoc eodem Tit.* vbi cum ex decreto *Alex.* III. Ecclesiæ læsæ in sententijs, aut contractibus in integrum restitutio concedi debeat in hac decretali, qualiter, & quandò faciendum sit *Gregorius* IX. declarat per constitutionem generalis regulæ,
26 quod si Ecclesia restitutionem petat ad retractandam sententiam, vel contractum, admitti non debet, si quadriennium labi negligenter omiserit. Nisi præuaricationis, vel manifestæ fraudis super hoc commentum, interuenisse probetur: aut altera rationabilis causa eiusdem beneficij concessionem exigat. Vndè patet ex hoc textu, prout etiam communiter colligitur ex *cap.* 1. *sup. hoc Tit.* Remedium restitutionis in integrum Eccle-
27 siæ competere, quod & vbique vno ore fatentur Canonistæ cum Iuristis, & est indubitata Conclusio ex deductis per *Molin. de Iust. tom.* 2. *disp.* 574. *num.* 1. & 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 601. *num.* 35. & *seq.* cum alijs relat. per *Barbos. in Collect. hic n.* 2.

Specialiter etiam ex hoc textu constat
28 aduersus sententiam, & aduersus contractum Ecclesiam restituendam esse, si tamen læsa sit, quia fundamentum restitutionis in læsione consistit. *Panorm. cap.* 1. *num.* 2. & *cap. in literis num.* 5. *de rest. in integr. Seraph: decis.* 1238. *num.* 1. *Caual. dec.* 194. *num.* 4. *Coccin. decis.* 234. *nu.* 1. & 263. *num.* 5. *Rot. decis.* 307. *num.* 1. *part.* 2. & *decis.* 291. *num.* 2. *part.* 5. & *decis.* 105. *decis.* 241. *num.* 1. & *decis.* 277. *part.* 8. *recent.* patet etiam ex dictis supra *cap.* 1. 2. & 3. & *toto tract. de rest. in integr.*

Quæstio est an quælibet læsio sufficiat,
29 vel requiratur ænormis. Et quamuis non desint, qui pro modica etiam læsione restitutionem competere asserant, vt patet ex *Couar. lib.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 11. Contraria tamen sententia est magis communiter recepta, vt pluribus allegatis post *Panorm.* testatur *Fagnan. in cap.* 1. *de rest. in integr. num.* 8. quem sequitur *Passerin. hic num.* 13. vbi optimè aduertit cum *Couar. d. cap.* 3. *num.* 11. ad dignoscendum vtrum læsio sit parua, vel
30 magna, paruitatem comparatiuam non esse attendendam, quia sæpè, quod est comparatiuè paruum, sicut est quantitas mille aureorum ad quantitatem quinque centum milliam, est in se magnum. Et hoc est, quod realiter attendi debet in concessione restitutionis in integrum. Nam si læsio spectatis circumstantijs personæ, temporis, & loci in se sit
31 leuis pro ea restitutio non competit. Quæ iudicare, prudentis Iudicis arbitrio relinquitur.

De bono etiam iure petentis in inte-
32 grum restitui constare debet *Coccin. decis.* 104. *num.* 1. & *dec.* 212. *num.* 9. & *decis.* 394. *num.* 5. *Greg. decis.* 459. *num.* 1. Vnde sequitur, quod læsio manifesta esse debeat; non enim de
33 bono iure petentis restitutionem in integrum aduersus contractum constare dicitur, nisi constet de læsione ex tali contractu proueniente. *Benint. concl.* 85. *num.* 1. *Rot. decis.* 1. *de rest. in*

integ.

integ. in nouiss. & inter recent. decis. 132. *num.* 1. *part.* 1. *decis.* 307. *num.* 1. *decis.* 329. *num.* 1. *decis.* 731. *num.* 1. *part.* 2. Errant verò, qui necessum
34 dicunt, quod huiusmodi læsio sit notoria, nam sufficit si sit certa, & manifesta ex probatione. *Cæsar de Graff. decis.* 10. *nu.* 12. *de sent. Seraph. decis.* 251. *num.* 2. *Rot. decis.* 351. *nu.* 1. *part.* 1. *diuers. & decis.* 492. *n.* 1. *part.* 1. *recent. & decis.* 50. *num.* 2. *part.* 7. *recent.* Illam autem probare ad Ecclesiam pertinet, quæ in integrum resti-
35 tutionem petit, quod sine dubiò procedit, vbi agitur de ipsamet concessione restitutionis, nam si agere tur de simplici audientia, seù introductione causæ restitutionis in inte-
36 grum semiplena probatio, immò solus læsionis fumus sufficeret, vt considerauit *Rota in Pistorien Beneficij* 11. *Maij* 1618. *coram Buratto.* notat *Gard. cons.* 95. *nu.* 15. & 26. *Beltram. add. ad decis.* 459. *Greg. nu.* 11. *Gratian. discept.* 437. *num.* 45. & 46. & *dixi supra cap.* 1. distinguendo inter simplicem causæ introductionem, & concessionem ipsam restitutionis.

Supposita igitur læsione Ecclesiæ, iure
37 ei in integrum restitutio competit, vt dictum est, ad retractandam sententiam; notandum tamen, quòd vbi sententia esset nulla, restitutio in integrum locum non haberet; nam
38 cum sit remedium extraordinarium, & subsidiarium, non competit nisi data re iudicata. *Rot. decis.* 412. *n.* 7. *part.* 5. *recent.* nisi scilicet data sententia alias valida, sed iniusta *Marchesf. tom.* 2. *de Commis. rest. in integr.* §. 1. *num.* 7. Idemque dicendum respectu contractus, qui nullus esset.
39 *l. in causa la* 2. *vbi Bart. ff. de minor. cap.* 1. *supr. hoc met Tit. vbi Fagnan. alios referens num.* 10. & 16. *Odd. de rest. in integr. part.* 1. *q.* 17. *art.* 2. *n.* 1. & *art.* 5. *num.* 48. *Rot. decis.* 731. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* Quapropter aduersus
40 sententiam, vel contractum nullum viam ordinariam Ecclesia læsa paratam habet, qua de nullitate, iudicium semper & quandocumque, de nullitate sibi constiterit, & de ea dicere voluerit; facere & instruere potest; Ità docent hic *Io. Monac. nu.* 2. *Anch. num.* 2. *Butr. num.* 5. *Dom. n.* 9. *Vant. de nullit. Tit. quoties*, & *intra quod tempus num.* 8. & post *Barbos. num.* 34. *Passerin. ad hanc nostram decretal. num.* 21. Et nota, quòd vbi per viam iuris communis Ecclesia ageret non tantum intra quadriennium, sed omni tempore audienda esset, iuxtà tradita per *Vant. de nullit. tit. quoties*, & *intra quod tempus num.* 8. *Afflict. decis.* 178. *n.* 5. *Tiraq. de retract. lig.* §. 36. *gloss.* 2. *num.* 38. An verò Ecclesia, aut minore agente de nullitate sententiæ, vel contra-
41 ctus, iudicio nullitatis pendente currat quadriennium disputat *Bald. Pereira in l. si curatorem verbo infra legitimum num.* 13. & 14. Vbi autem sententia nullitatis simul, & iniustitiæ vitio laboraret, hoc casu & nullitatis iudicium Ecclesia intentare posset, & restitutionis in integrum remedium implorare. Causam enim appellationis, & nullitatis cum causa restitutionis in integrum in eadem commissione cumulari posse, ex *Rot. decis.* 1. *num.* 2. *de Rescript.* tradit *Marchesf. d.* §. 1. *num.* 144. vbi plura docet ad propositum huius cumulationis. *Roias decis. num.* 114. *num.* 1. & 6.

Potest ergò Ecclesia aduersus sententias
42 iniustas, contra se latas, ex quibus læsionem sentit in integrum restitui; & consonant verba *text. in cap. Tum ex literis*, *in cap. suscitata*, *in cap. coram*, *sup. hoc eodem Tit.* docent *Gam. Lusit. decis.* 110. *num.* 6. *Rebuff. tom.* 2. *ad leges Galliæ Tit. de restit. art.* 1. *à num.* 20. *Anton. Gom. var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. cum alijs, quos refert *Barbos. hic num.* 6. vbi notat, quòd hoc pro indubitato admittunt in sententia definitiua non autem in interlocutoria. Quicquid tamen ab ali-
43 quibus dictum sit, aduersus sententiam interlocutoriam Ecclesiæ restitutionem dandam non esse, quos pleno calamo refert idem *Barbos. d. num.* 6.

Dico Ecclesiam nedum aduersus sententiam deffinitiuam, sed & aduersus interlocutoriam in integrum debere restitui, vt expresse docet litera *text. in cap. coram*, *supra hoc Tit.* ibi: *interlocuti fuimus*, probat *gloss. in l. vlt. C. si min. se mai. dixit*, quàm

communiter sequuntur *DD. Bart. in l. Diuus num. 6. ff. hoc tit. Alber. in l. minor autem num. 4. ff. de minor. Domin. hic num. 5. Franch. & Anch. n. 4. Sfort. Odd. de rest. q. 68. à n. 4.*

Nec refert, quòd interlocutoria dica-
44 tur leuis præiudicij, atque ideò locum habeat regula *l. scio 4. ff. hoc Tit. l. si ex causa 10. & l. penult. ff. de min. & l. 1. C. si aduers. vendit.* quod volunt plures congesti per *Gabriel. commun. concl. sub hoc tit. concl. 1. num. 1.* specialiter contendentes pro læsione modica restitutionem denegari, quibus & addi possunt relati ab *Odd. quæst. 4. num. 105.* Nam præterquam
45 quod interlocutoria grauis præiudicij esse potest, si nimirum detur super peremptorijs, vel super dilatorijs, vt ex *Io. Andr. in dict. cap. causam,* hic aduertit Domin. *num. 5.* sentiens in his dari restitutionem in integrum *Marchesan. de commiss. rest. in integr. §. 1. num. 188.* Qualemcumque læsionem
46 etiam modicam sufficere ad restitutionem satis euidenter, patet ex regula *l. minoribus 6.* ibi: *aliquid ff. de minor. & ex l. si proprietarius 22. ff. de damn. infect.* constat etiam ex sententia *gloss. 3. in l. 2. C. si aduers. vendit. pign.* à Iuristis communiter recepta, vt tradit *Cost. in §. & quid si tantum p. 2. ex num. 79. Couar. lib. 1. var. cap. 3. num. 11. Odd. de rest. q. 4. num. 105.* vbi multos refert *Donel. Comment. iuris Ciuilis lib. 21. cap. 9. colum. penult. & cap. 12. vers. 9.* qui omnes constanter vna voce defendunt, ad restitutionem concedendam, nihil referre vtrum magnum,
47 vel paruum Ecclesia, Minor præiudicium sentiant, optimè interpretantes verba *text.* in *d. l. scio ff. de in integr. rest.* quòd nimirum non in modicis
48 simpliciter restitutionem neget, sed solum in satis minimis, vt re mature discussa dixi supra in *Cap. 3. Qua qualis, & quanta læsio esse debeat.* Quinimò nec sensus dictæ legis est, quòd in satis minimis restitutio absolutè denegetur, sed ità demum quando maiori summæ præiudicatur, quod quantū valeat explicat *Donel. loc. cit. vers. 9.* Cætera verò iura, quibus contraria sententia fulcitur in casibus particularibus loquuntur, vt post *Barbos.* aliquibus ex his enumeratis aduertit *Passerin. hic nu. 24.* vbi optimè concludit, quòd si præludicium ex interlocutoria resultans adeò minimum non sit, vt re bene perpensa iudicis arbitrio, nihil æstimandum veniat, aduersus etiam sententiam interlocutoriam Ecclesia in integrum restitui debeat.

Hinc etiam dico nedum aduersus sen-
49 tentiam latam in petitorio iudicio, sed & in summarijssimo possessorio, Ecclesiæ in integrum restitutionem competere *text. est in cap. vlt. caus. 2. q. 6. vers. de possessione,* notant *Anch. num. 4. Butr. num. 8. Dom. num. 6. Franc. num. 4. Barbos. num. 7.* vbi post alios eruditè docet, quòd quamuis sententia in possessorio propter decisionem *l. vnic. C. si de mom. poss.* leuis præiudicij dicatur, hoc tamen procedit habito respectu ad causam dominij, quia quoad se magni momenti censetur *§. commodè Inst. de interdict.* Quapropter & aduersus sententiam in possessorio Ecclesiæ restitutionem dari, optimè contrarijs respondens concludit *gloss. vlt. in d. l. vnic. C. si de moment. possess.* vbi *Bart. Bald. Alber. Salyc.* quos sequitur hic *Dom. num. 6. Franc. & Anch. num. 4. Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. nu. 64. Gutier. pract. lib. 2. q. 88. num. 2.* & in terminis possessorij retinendæ, quæstione latissimè disputata amplectitur *Menoch. remed. 3. retin. ex num. 851. vsque ad num. 866.* & in iudicio adpiscendæ *remed. 4. adpisc. nu. 906. Odd. de rest. q. 68. art. 6. per tot.*

Nec obstat, quòd cum à sententia in
50 possessorio non detur appellatio, ità nec consequenter dari debeat restitutio. Nam vt ex *Goffr.* aduertit *Butr.* hæ sunt Iuristarum subtilitates, iuris Canonici simplicitatem perturbare nitentium. Neque est absolutè verum, quòd à sententia in possessorio non detur appellatio, iure enim
51 Canonico à quocunque grauamine appellare permittitur *cap. Vt dilectus, de appell.* Et quòd in iudicio possessorio detur appellatio *text. est ad literam in cap. cum ad Sedem de restit. spoliat.* Quinimò nec verum esse, quòd
52 non detur restitutio aduersus sententiam, à qua non datur appellatio, occu-

occulariter patet ex *l. Praefecti ff. minor.* & argumento ex hac lege desumpto probat hic *Eutr.*

Concludendum igitur aduersus quam-
53 cumque sententiam, ex qua læsio sequitur restituendam esse Ecclesiam etiam in iudicio possessorio; excepta duntaxat possessione triennali, &
54 pacifica in beneficijs, aduersus quam de iure in integrum restitutio locum non habet, vt dixit *Rot. decis. 959. coram Penna, & Cassad. decis. 2. nu. 2. de rest. in integr.*

Quæ dicta sunt de sententia lata contra
55 Ecclesiam, procedunt in sententia lata aduersus Prælatum in causa, vel nomine ipsius Ecclesiæ, vt expresse probat *text. in l. vlt. C. si aduers. rem iudicat.* iuncta similitudine quæ inter minorem, & Ecclesiam, Tutorem, & Prælatum iure constituta reperitur, vt ibi notant *gloss. Bart. & Paul. n. 1. Maurit. de in integr. restitut. cap. 201.*
56 *Odd. de rest. quaest. 72. num. 20.* Non autem verificarentur, si læderetur Prælatus in se, vel in bonis proprijs, etiam patrimonialibus; hoc enim casu beneficium restitutionis in integrum locum non habet, vt notabiliter docet *gloss. 2. in Clem. vnic. hoc Tit. vbi* Card. *num. 14.* Abb. *num. 10. cum seqq. Bero. in cap. 1. nu. 142. sup. hoc tit. Couar. lib. 1. var. cap. 4. nu. 3. Odd. de rest. quaest. 3. art. 8. speculat. Tit. de rest. in integr. §. qualiter vers. numquid Fagn. in cap. Episcopus n. 37. de Praebend.* Hinc limita iuris regu-
57 lam, quòd nomine Ecclesiæ veniant Prælati, & aliæ personæ Ecclesiasticæ; si in iuribus Ecclesiasticis lædantur, non autem in bonis proprijs, vel si læsio Prælati, non ità in Ecclesiam redundet, vt & ipsa læsa dici possit, quòd benè post alios aduertit *Passerin. hic n. 17.*

Ecclesia quoque prætextu instrumento-
58 rum, quæ de nouo reperta sint, aduersus sententiam potest restitui, ità communiter hic notant *DD. post gloss. in l. Imperatores* verbo *publico ff. de re iudic. & l. sub specie, vbi gloss.* verbo *graue C. eod. Tit Odd. de rest. quaest. 75. nu. 7. Ceual. commun. cont. com. tom. 3. q. 480. num. 43. Barbos. hic* alios referens *n. 9.*

Adeòque Ecclesiæ aduersus sententiam
59 in integrum restitutio conceditur, vt pendente iudicio restitutionis sententia lata executioni demandari non debeat; si tamen restitutio non sit gratiosa, sed à Signatura Iustitiæ concessa *Rot. in Brixien. Parochialis 2. Decemb. 1592. coram Mellino,* quæ inter eius impress. est *decis. 23.* habetur etiam apud *Marches. tom. 2. de Commiss. fol. 161.* quòdque executio sententiæ per petitionem restitutionis in integrũ suspensa remaneat satis patet ex ijs, quæ dixi supra in *cap. 1. & 2.* & constat ex *decis. l. vnic. C. in integr. rest. postul. ne quid non. fiat;* cuius argumento, ita originaliter docet *gloss.* in verbo *restitutione,* & verbo *debere,* probat *text. in l. penult.* iuncto Summario *Bart. ff. de auctor Tut. Couar. pract. cap. 15. n. 17. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 18. num. 10. Morl. in emporio iuris part. 1. tit. 5. q. 3. num. 17. Odd. de rest q. 43. à num. 2. Valasc. de partit. cap. 39. n. 43. Marc. decis. 53. n. 7. & seqq.*

Aduertendum tamen, quòd si restitu-
60 tionem impetranti, præfigatur tempus ad docendum de causa, quare restitui debeat, nihilque intra præfixum tempus deducat, commissio restitutionis executionem non retardat *Penna decis. 163. num. 4. Put. decis. 456. lib. 3. Ant. Aug. tit. de rest. in integr. §. 10,* Idemque dicendum in casu, quo malitiosè ad protelandam sententiæ executionem, restitutio implorata esset, vt communiter docent *DD. ad cap. suscitata vers. nos, hoc tit. Lancellot. d. cap. 18. n. 55. Odd. d. q. 43. à num. 69. Valasc. d. cap. 39. à num. 49. Morl. d. q. 3. n. 18.*

Regulam verò supra expressam, quòd
61 restitutionis in integrum pendente iudicio sententiæ executio remaneat in suspenso, Limita in mandato executiuo de manutenendo, quod etiam datur in gradu restitutionis in integrum de *Graff. decis. 4. in fin. de caus. possess. Gregor. decis. 458. num. 8. vbi Beltr. nu. 10. Rot. penes Cenc. de cens. dec. 144. & decis. 111. part. 1. recent. num. 8. & dec. 132. n. 11. part. 7. recent.*
Similiter limita, vbi cœpta esset exe-
62 cutio, hoc enim casu restitutionis petitio ab vlteriori executione sententiæ supersedere non facit, vt pleno

calamo pluribus relat. dixi supra in *cap.2.* quibus adde *Seraph. decis.777. num.12. Rot. decis.379. num. 2. & decis. 545. num.1. part. 1. & decis. 264. part.7. recent. Coccin. decis.17. num.4. Penna decis.1405. num.2.* Iuxtà verò
63 Rotæ opinionem decretis, & relaxatis executorialibus tunc cœpta executio dicitur, quinimò secundum stylum Rotæ si sit perita executio sufficit, vt patet ex ijs, quæ pleno calamo dixi in *d. cap. 2.* quibus adde *Rot. decis.263. nu.4. p.7. recent. Penna decis.1405. num.2.* Et hanc opinionem, vbi de Rotalibus sententijs agitur sequitur Signatura, vt ex *Marches. tom. 1. de Commiss.* & ex *Rot. in Pampilonen. Benefic. de Zaffalla 7. Aprilis 1617. coram Dunozetto*, testatur *Beltram. addit. ad decis.458. n.10. Greg.* vbi attentè, & optimè aduertit, non sufficere relaxationem mandati fa-
64 ctam in sententia, quia alias esset modus infallibilis impediendi restitutionem, cum semper in sententijs mandatum relaxari possit, vt considerauit *Rot. in Bononien Census coram Iusto* registrata apud *Marchis. de commis. tom.2.* In quibusdā tamen casibus
65 petitam executionem aliquando per restitutionem in integrum impediri, notat *Duran. decis. 190. num. fin.* & memoriæ retineas, quòd regulariter ex solo stylo Rotæ petita executio,
66 per petitionem restitutionis non retardatur. Nam quòad cætera Tribunalia, nisi pignoribus captis executio cœpta dicitur, & ità absolutè tenet Signaturæ, vt testatur *Penna decis.1405. num.2.*

Limita denique cum *Marchesan. dict.*
67 *§.1. num. 156.* in criminalibus, vbi nimirum delicti enormitas executionem peteret, seù scandalum afferret, vt ponderat *Bald. in cap.1. prope fin. de Off. deleg.*

Et non solum aduersus sententiam, sed
68 & aduersus contractum ex quo Ecclesia læditur, in integrum restitutio ei conceditur, vt ad literam colligitur ex verbis huius *text.* ibi: *ad retractandam sententiam, vel contractum.* Et communiter hic notant *DD. Hostien. num. 5. Franc. & Dom. nu.2. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. Tit. de rest. in integr. n.11.* deducitur etiam ex generali regula *l. C. in l. ait prætor. 7.* ibi: *Siue contractus sit. ff. de minor.* & patet ex *gloss.* huius *text.* in verbo *contractum*.

Aduersus igitur emptiones, venditio-
69 nes, siue læsio ex re empta proueniat, siue ex vendita, siue in prætio consistat, Ecclesia restituitur; etiam si emptio, & venditio facta esset sub hasta, vt latè patet ex supra dictis loquendo de minor. in *cap. 3.* & deducunt *DD. ex l. si in emptionem 36. ff. de minor.* patet ex *l. ait prætor 7. §. hodiè vers. quæsitum alias, & l. etsi sine ff. eodem*, vbi post antiquiores idem notant *Cuiac. & Eguinar.* est etiam doctrina *Bart. in l. si tempora num. 7. vbi Rebuff. & alij C. de iid. & iure hastæ fisc. lib. 10.* quem refert, & sequitur *Odd. de rest. q. 57. num. vlt.* cum alijs congestis per *Valasc. cons. 109. Morl. in Empor. Iur. dict. tit. 5. q. 1. num. 46. Auil. ad cap. 32. Prætorum num.11.* Quin & nota maius esse priuilegium Ecclesiæ petentis restitu-
70 tionem aduersus contractum, quam minoris, nam vt aduertit hic *gloss. in verb. contractum*, si minor iurat non
71 contrauenire contractui non restituitur. *Auth. Sacramenta puberum C. si adu. vend.* Si verò iuramentum ac-
72 cedat contractui damnoso à Prælato pro Ecclesia celebrato, sic iurando Prælatus deierauit, & Ecclesia eodem petente, vel alio Iudicis officio restituitur *cap. quod quis 35. q. 9. cap. si quis, de reb. Eccl. non alien. cap. sicut, & cap. intellecto, de iur. iurand. Dominic. in hoc text. nu.9. Passerin. n.32. Iason. in d. auth. Sacramenta puberum num. 64. vbi Paul. num. 4. & Gutier. num. 141.* cum alijs, quos post *Gabriel. Tit. de minoribus Conclus. 5. nu. 11. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 88. num. 76. Tusch. lit. I. concl. 528. Morla in empor. iur. tit. 5. q.1. nu. 53.* latè refert *Barbos. hic num.33.* vbi rationem assignat cur Ecclesia restituatur, non obstante iuramento Prælati, minor verò restitutionis beneficium perdat.

Aduersus etiam quasi contractus, &
73 obligationes ex illis descendentes Ecclesiæ restitutio competit, in hoc enim pari passu ambulat cum minoribus, quorum priuilegia satis patent

ex

ex his, quæ dixi supra in *cap. 2.* & apertè deducitur ex generali regula *l. ait prætor.* ibi: *Siue contractus sit, siue quid aliud l. non omnia ff. de reg. iur. Donel. comment. iur. ciuil. lib. 21. cap. 8. & latè Odd. de restit. quæst. 61. per tot.*

Posita igitur læsione Ecclesiæ, iure ipsa per beneficium restitutionis in integrum postulat se admitti; ad retractandam sententiam, contractum, vel quasi; vndè ei læsio prouenit. At cum Ecclesia tamquam persona ficta
74 hoc per se facere non possit, verba text. ibi: *postulat se admitti*, intelligenda sunt per Prælatum, qui in proposito Ecclesiæ nomine venit. Vndè Prælatus Ecclesiæ nomine restitutionem petere debet; si verò ex aliqua causa repellatur, puta quia inhabilis, vel quia lis cum ipso ver-
75 tur tunc per alium de Ecclesia, vel Curatorem peti debet, vt post figurationem casus hic optimè declarat *gloss. Franch. num. 1. Hostien. num. 6. Anch. not. 3. Domin. num. 1. & 6. Gloss. 2. in Clem. vnic. infr. hoc tit. Odd. q. 31. num. 19. & seqq. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. q. de restit. in integr. §. 1. num. 2.*

Hoc tamen est discrimen inter Præla-
76 tum, & alium, qui Ecclesiæ nomine restitutionem petat, quòd alius à Prælato sine mandato speciali ad restitutionem petendam non auditur; Prælatus verò mandato non indiget, sed vti legitimus administrator, & in vim proprij officij admittitur *Specul. hoc tit. §. 2. num. 22. Abb. in cap. suscitata num. 6. vbi & Card. q. 2. Couar. var. lib. 1. cap. 6. num. vlt. vers. 9. Mauris. de restit. cap. 27. num. 3. cum seq.*

Quod verò dictum est, in alio à Præla-
77 to mandatum speciale exigi, intellige, si restitutio petatur principaliter, secus si incidenter *Marches. de commiss. resti. in integr. §. 1. num. 57. Passerin. hic num. 19.* vbi ex eodem *Marches.* aduertit in Procuratore facto domino liti non requiri speciale mandatum. Idemque dicit de Syndico
78 Ciuitatis, alijsque publicum officium habentibus, si adsit clausula cum facultate supplicandi, quia supplicatio largo modo petitionem restitutionis comprehendit.

Hoc autem principaliter in hoc textu
79 decernitur; quòd beneficium restitutionis in integrum, sicut minoribus, ita Ecclesiæ intra quadriennium solum competat, vt satis diffusè dixi supra in *cap. 1. & cap. 2. per tot.* quibus adde *Donel. comment. iuris Ciuilis lib. 21. cap. 5. & 9. Chald. Pereira quæst. forens. lib. 1. quæst. 22. n. 20. Mascard. de probat. concl. 1276. Morla dict. tit. 5. q. 5. Costa de facti scientia, & ignorant. cent. 2. dist. 59. num. 6. Cardos. in prax. Iudicum, & Aduocat. verbo Restitutio nu. 5. Franch. decis. 206. n. 20. Surd. decis. 136.* Ita quòd quadriennio elapso Ecclesia instare non possit
80 pro habenda restitutione etiam si de bono iure doceat, nec audiri debeat, etiam per viam exceptionis, aut replicationis, per regulam huius *text.* ibi: *Si quadriennij spatium post sit lapsum, & negligenter omiserit: non est ad beneficium huiusmodi admittenda.* Est etiam *text. in Clem. vnic. hoc Tit. Anch. hic num. 2. Franc. num. 7.* in terminis loquitur *l. nam postea §. si minor. ff. de iur. iurand. l. necnon 28. §. exemplo ff. ex quib. caus. mai.* docent *Rodoan. de rebus Eccles. non alien. q. 23. de rest. in integr. §. 1. num. 14. Couar. pract. cap. 25. num. 4. vers. vnde minor. Tusch. lit. B. conclus. 298. num. 88. ex Rot. decis. 276. n 4. & decis. 233. part. 3. diuers. probat Marches. de commiss. rest. in integr. §. 1. nu. 23.*
87 *& n. 27.* vbi aduertit non tenere restitutionem post quadriennium ex *Anfred. ad q. 77. Capell. Tholos.*

Et quadriennium ne dum statutum ad
82 inchoandam, sed & ad finiendam causam restitutionis in integrum, vult hic *gloss.* in verbo *quadriennij spatium.* ibi: *infra quod oportet, quod assumat, & finiat causam. Archid. num. 2. Odd. q. 19. num. 38. 94. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 23. §. 1. n. 1. Mascard. de probat. concl. 1282. nu. 1. Duar. ad tit. C. de temp. rest. col. 2.*

Verum tamen est, quòd in dubio, qua-
83 driennium fuisse lapsum aduersarius probare tenetur, nec Ecclesia, vel minor se intra tempora restitutionis adhuc esse probare coguntur, vt patet ex latè congestis supra *cap. 1.* & apertè deducitur ex *l. si minorem vers.*

vers. & tempora C. hoc tit. per quem text. ita magis communiter *DD.* docent, quorum plures referr *Odd. de rest. q. 39. art. 1. vers. in contrarium. Mascard. de Probat. concl.* 1276. *n.2. & concl.*1282. *per tot. Morl. dict. tit. 5. quaest.* 10. *num.3.* Vbi verò è contra de quadriennij lapsu constaret, sed
84 Ecclesia, aut minor; de iure currere non potuisse contenderet stante legitimo impedimento; aut dari rationabilem causam, ex qua quadriennij lapsu non obstante, restitutio in integrum concedi debeat, onus hæc probandi ad Ecclesiam pertinet, vt optimè aduertunt *Odd. d. art. 1. Mascard. d. concl.* 1282. Et eleganter docet *Card. in cap. Tum ex literis epp.2. hoc tit.* & secundum hæc declaranda sunt verba nostri *text.* ibi: *nisi probetur*, intelligendo scilicet per Ecclesiam, vt expressè sentit *Monach. num. 4. & vult gloss.* hic in verb. *probetur*, per regulam *l. quotiens §. qui dolo ff. de probat.* ex qua constat, quòd
85 qui dolum allegat probare tenetur, cum non præsumatur *l. merito ff. pro socio*, cum multis congestis per *Tiraquel. de retract. tit.1.§.26.glos.1. n.35.* latè *Mascard. de probat. conclus.* 532. *& concl.*814. *Tusch. lit. D. concl.*573.

Nec superfluum, breuiter repetere existimo, quæ pleno calamo dixi supra in *cap.* 1. circa tempus, à quo quadriennium currere incipit; à die ni-
86 rum læsionis, & sic à die initi contractus, vel latæ sententiæ, vt præter supra allegatos notat *Passerin. hic num.* 35. Quinimò non à die latæ sententiæ, sed à die, quo lapsus fuit annus, aut biennium ad appellationem prosequendam concessum, quod
87 quadriennium currere incipiat vult *Rot, decis.*13. *num.* 2. *part.* 2. *& decis.* 233. *num.*4. *part.*7. *recent.* iuxtà *text. in l. fin.* C. *de temp. in integr. restitut. Clem.*1. *hoc eod. tit.* Nec quadriennij lapsum de stylo Romanæ Curiæ at-
88 tendi, sæpissimè dixit *Rota* signanter *in Bergomen legati* 15. *Nouembr.* 1610. *coram Attrebaten. & in Romana restitutionis in integrum* 20. *Maij* 1624. *&* 18. *Aprilis* 1625. *coram Manzanedo, & coram Buratt. decis.* 452. *num.* 7. *& decis.*604. *num.* 13. quibus, alijsque decis. relat. supra *in cap.*1. *num.*75. non simpliciter decernitur, vt putant *Barbos. hic num.*17. *Passerin. num.* 38. quod de stylo Curiæ lapsus quadriennij non attenda-
89 tur, sed quod hoc non obstante consistito de bono iure detur restitutio, vt post *Ridolf. dixi supra d. cap.* 1. *nu.* 76. ipsiusmet *Rotæ* auctoritate allegata in *Bergomen Legati, & ex Ferentill. ad Buratt. decis.*404. *num.* 11. Quin & aduertendum plures dari casus, ex
90 quibus Ecclesiæ, & minori etiam post quadriennium in integrum restitutio competit; quos disertè refero supra *d. cap.* 1. *à num.*78. *vsque ad* 88. & aliquos etiam recenset *Passerin. hic à num.*40.

Solis autem negligentibus quadrien-
91 nium in causa restitutionis in integrum iure statutum currit; non verò legitimè impeditis, vt apertè colligitur ex litera *text.* ibi: *Et negligenter omiserit*, docet hic *gloss.* in verbo *quadriennij*, vbi aduertit, quòd si per Iudicem, vel aduersarium stete, rit, quò minus intra quadriennium causa restitutionis in integrum terminetur, post quadriennium etiam expeditur, notat *Coccin. decis.* 368. *& & 482. num.* 2. affirmat hic *Hostien. num.6. Dom. num.6. Franch.n.8. & 9. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. q.* 23. *de rest. in integr. §.* 1. *num.* 10. *Paris. cons.65. num.60. lib.3. Cassad. decis.2. hoc tit. Afflict. decis.*210. *num.*4. *& 5. Donell. com. iur. ciuil. lib.* 21. *cap.* 10. *§. pen.*

Et in hac parte notandum, quòd licet
92 quadriennium, de quo loquitur noster textus debeat esse continuum, vt infra in *Clem. vnic. hoc tit.* & tempus continuum illud sit, quòd omnibus, omni tempore currit, etiam legitimè impeditis, iuxtà text. in *l. vlt. C. de praescript. long. temp.* à principio
93 tamen quadriennium restitutionis est vtile, adeòut, nisi omni impedimento cessante currere incipiat, postquam verò currere cœpit continuum est, vt probat *text. in dicta l. vnic. C. de temp. in integr. rest.* ibi: *continuum*, & ibi: *ex die, ex quo annus vtilis currebat.* Nec aliter intelligi posse docet *Fab. in ration. l. intra vtile ff. de min. Tusch. lit. R. concl.* 398. *num.* 9. *&* 16. in hoc quoque sensu

acci-

pienda sunt verba *text. in d. Clem. vnic.* ibi: *continuum*, vbi *Card. n. 28. & 30.* quamuis *gloss.* in verbo *conti-*
94 *nuum* in fine contrarium incautè dixerit. Vndè concludendum per verba nostri *text.* requiri negligentiam, vt Ecclesia à restitutione in integrum post quadriennium repella-
95 tur, quia vbi legitimum impedimentum adest, negligentia excluditur. Probari verò impedimentum debet, vt dixi, ab eo, qui ipsum allegat, quinimò vt benè aduertit *Marchesf. de commiss. rest. in integr. d. §. 1. num. 25.* non sufficit probare impedimentum nisi probetur, quòd prosecutus fuisset, nisi impeditus extitis-
96 set, & hoc quando non est notorium, protestari debet *cap. ex transmissa de præscript.*

Sic igitur probabiliter ignoranti qua-
97 driennium non currit; Quapropter licet Ecclesia per centum, vel plures Annos, restitutionem non implorasset, si à die scientiæ læsionis restitutionem petat, vel infra quadriennium à die læsionis notæ; restitui debet; nullo etenim etiam longissimo
98 tempore, durante tamen probabili læsionis ignorantia, hoc ius petendi in integrum restitutionem præscribitur, vt aduertunt *Menoch. remed. 15. recuper. num. 115. cum seq. Surd. cons. 576. num. 13. Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 98. num. 9. Alex. cons. 169. Capuaq. decis. 418. num. 6. part 2. Giurb. decis. 106. num. 10. Rota dec. 3. num. 2. part. 3. recent. & decis. 28. nu. 41. & decis. 157. num. 25. & decis. 166. num. 15. part. 8. recent. Greg. decis. 425. num. 11. Odd. q. 29. n. 37. Marchesan. d. §. 1. num. 22. & 33. vbi ex Rot. decis. 2. de rest. in integrum*, notat, quòd quadriennium à die vltimæ
99 scientiæ currere incipit, & *num. 14.* docet ex ignorantia iuris in integrum restitutionem concedendam esse maiori agenti de damno vitando. Auctoritate verò, & rationibus per præfatos *DD.* adductis confunditur
100 sententia *Couar. in contrarium in cap. Alma mater part. 3. §. 3. num. 4.* & aliorum quos refert *Odd. d. quæst. 29. num. 38.*

Scientia tamen Procuratoris habentis
101 speciale mandatum ad petendam in integrum restitutionem, domino præiudicaret *Corn. cons. 144. num. 7. & 13. lib. 4. Rot. decis. 719. nu. 1. & 5. part. 1. diuers.* Nec refert si Procurator non sit soluendo *Crescent. dec. 254.* Ignorãtia enim ad hoc vt à quadrien-
102 nij lapsu excuset debet esse probabilis, & omni ex parte excusabilis, & ignorantia improbabilis negligentiam non tollit *Rot. in Romana Salviani interdicti 28. Ianuarij 1602. coram Iusto, apud Marchesf. de commiss. rest. part. 2. §. 2. fol. 148. Felin. in cap. Vigilanti num. 4. Panormit. cons. 18. num. 1.* Quin imò ad excludendam
103 probabilis ignorantiæ excusationem, sufficere scientiam præsumptam ex coniecturis etiam remotis notant *Dec. cons. 436. num. 9. Menoch. remed. 15. recuperand. nu. 116. Giurb. decis. 106. nu. 10. Marescot. var lib. 1. cap. 16. num. 2. Rot. decis. 387. num. 3. part. 1. diuers. & in dicta Romana Salviani num. 2. vers. nec obstat, & in Florentina bonorum 17. Nouemb. 1595. coram Card. Pamphilio seniore.* Prout si habita fuit scientia in genere, vel si ignorans tenebatur inuestigare *Rota in Florentina Iurispatronatus 14. Maij 1576. & in d. Florentina bonorum coram Pamphilio seniore Penna decis. 515. num. 5. vbi num. 6.* aduertit multò minus concedendum esse
104 beneficium restitutionis in integrum quandò agitur de præscriptione iuris quærendi quàm iuris quæsiti, quia ius quærendum multo facilius, quàm quæsitum tollitur *l. fin. C. de acquir. possess.*

Casus verò generalis nostri textus, ex
105 quo etiam post quadriennium in integrum Ecclesiæ restitutio competit, est, vt ipsius textus verbis vtar, *si praeuaricationis, vel fraudis manifesta probetur super hoc interueniſſe commentum.* Vndè Ecclesia decepta re-
106 stitutionem non petijt. Nam licet generalis regula huius *text.* sit, post lapsum quadriennij Ecclesiam petentem in integrum restitui non esse audiendam, ibi: *Non est ad beneficium huiusmodi admittenda.* Adeòut
107 etiam si agatur de causa beneficiali adhuc post quadriennium restitutio concedenda non veniat. *Cassad. decis. 2. hoc Tit. Put. decis. 63. lib. 1. alias decis.*

decis. 59. lib. 2. & decis. 370. lib. 2. in correctis Gabr. cons. 184. num. 1. lib. 2. Gom. decis. 3. de rest. in integr. Rot. decis. 233. nu. 2. lib. 2. & decis. 853. lib. 3. part. 3. diuers. Flamin. de resign. lib. 3. quaest. 7. num. 83. Et solum regulariter aduersus sententiam latam in
108 causa matrimoniali, vel simili, quæ non transit in rem. iudicatam, quocumque tempore etiam quadriennio lapso implorari possit, vt docent *Felin. in cap. lator. in fin. de re indic. & in cap. accepimus de fid. instrum. Anton. in cap. ex parte, de rest. spoliat.* sentit *Odd. de rest. d. q. 19. n. 58.* cum alijs, quos hic refert *Barbos. num. 25. in fin.*

Attamen, & in hoc ipso textu, limita-
109 tionem habemus expressam in casu, quo Ecclesia partis aduersæ fraude decepta, infra quadriennium restitutionem non petijsset, fraude enim per Ecclesiam manifestè probata etiam post quadrienniũ restitutio ei concedi debet, non obstante, quod in aliqua negligentia, seù culpa reperiatur; quia in eo, contra quem petitur est dolus, qui præponderat culpæ, vt ex *Io. Monach. hic num.* 4. notat *Passerin. nu. 48. in fin.* vbi subdit, quòd si vtraque pars sit in dolo,
110 dolus dolo est compensandus *l. si ambo ff. de comp. l. si duo ff. de dolo*, vt benè tamen aduertit *Dominic. num.* 8. dolus sine læsione non sufficit.

Cæterum quid importent illa verba text. *prauaricationis* commentum, satis explicat hic *gloss.* dicens: præuaricator est, qui corruptus in totum
111 ab accusatione desistit *l. 1. ff. ad Turpil. cap. si quem §. notandum 2. q. 3.* Sed hic non propriè ponitur, quia de tali non loquitur *textus*, sed præuaricator quasi varicator dicitur qui ex vtraque parte consistit: vt cum quis verbo se tenet cum vna parte, facto cum altera *l. Athletas §. item preuaricator ff. de his, qui not. infam.* vtpotè sunt hi, qui exterius se benè administrare fingunt, & tamen spolianr, vel damna inferunt, vt patet ex *l. 1. ff. de prauaric. l. prauaricatores 212. ff. de verb. signif.* & post *Hostiens. num.* 8. & 10. *Monach. num.* 3. hic explicant *Duaren. Tit. de prauaricator. Cuiac. lib. 9. obseru. cap. 20. Donel. Comment. Iur. Ciuil. lib. 18. cap. 3. & cap.* 8. *Menoch. de arbitrar. cas. 323. Farin. prax. crim. part. 1. tit. de inquis. q. 4. nu. 14. & seqq.* ex quorum dictis non solum colligitur *prauaricatoris*, seù *prauaricationis* verbum sumi in duplici sensu à *gloss.* expresso, sed & magis generaliter prout importat illum, qui ab officij sui præscripto deflectit, & aberrat *Iodoc. in prax. crimin. tit. de crim. læsæ maiest. cap. 61. num. 37. Vall. lib. 6. elegant. cap. 50.* & in hac generali significatione, quidquid aliter *gloss.* explicet, in proposito nostri *textus* verbum hoc præcipuè accipiendum puto.

Commentum verò, vt hic explicat ipsa
112 *gloss.* importat deceptionem, seù malitiosum tractatum, vel occultum machinamentum, *cap. 2. dist. 87. cap. peruenit de test. cog.* verbum enim *commentum* deriuatur à verbo *comminiscor*, quod frequentius significat fingere in mente, quæ non sunt, vndè & commentitius idem, quòd fictitius, vt benè hic explicant *Monach. num. 5. Host. num. 10. in cap. 1. sup. hoc Tit.*

Quinimò non solum generalis regula nostri textus, quòd elapso quadriennio Ecclesia petens in integrum resti-
113 tui audiri non debat; limitatur in casu præuaricationis, vel fraudis manifestæ, *sed etsi alia rationabilis causa subsit, quæ superiorem monere debeat ad idem beneficium concedendum*, quę quæ verba, vt supra dixi non reperiri in antiqua *Extrauag. Greg.* IX. sed à *Bonif. VIII.* addita putat *gloss.* hic in verbo *Aut alia*. Ex quibus verbis, quidquid sit vtrum sint *Greg.* vel *Bonif.* apertè constat, & expresè probatum habemus, ex rationabili causa posse Iudicem etiam post qua-
114 driennium in integrum restitutionem concedere; quod communiter hic notant DD. & in *l. vlt. C. de temp. in integ. rest.* & discertè docent *Menoch. Illustr. lib. 1. cap. 31. num. 25. Tusch. lit. R. concl. 298. num. 73. & 76. Odd. de rest. q. 19. num. 65. & 82.*

Iudicis tamen arbitrium, cui relinquitur ex hoc nostro *text.* pro rationabili causa in iure non expressa etiam
115 post quadriennium restitutionem concedere, quamuis regula tradi

non

non possit, quænam propriè sit iusta,
& rationabilis causa, *quæ*, vt inquit
text. *superiorem monere debeat ad idem
beneficium concedendum*; ad illas dun-
taxat causas erit restringendum, iu-
stum impedimentum importantes,
propter quod intra quadriennium
restitutionis beneficium Ecclesia im-
plorare non potuit, vt latè dixi su-
pra in *cap.*8. agendo de generali clau-
sula Edicti Prætorij. Nam quoties
iusta causa adsit, restitutionem in in-
116 tegrum negari non posse dixit *Rot.
in recent. p.6. decis.360. n.14.*

Exemplificat verò hic *gloss.* in verbo
causa, vbi quærens quænam iusta, &
rationabilis causa dici possit; aliquas
recenset, quarum Prima est, quòd
117 tempus quadriennij viuente Præla-
to, qui malè contraxit ipsamque læ-
sit, Ecclesiæ non currat, creditur enim
interim legitimè impedita, cum lex
verisimiliter præsumat, illum non
retractaturum, quòd temerè fecit.
Et ita contra *Archid. hic num.4.* docet
eadem *gloss. Monach. num. 6. Prob.
num. 20. Franch. & Domin. num. 9.
Anch. num. 3. Abb. in cap. Tum ex li-
teris num. 10. sup. hoc Tit. Rodoan. de
reb. Eccles. non alien. quæst.23. nu.15.
Io. Andr.* Imol. *Bero.* & alij quos re-
fert *Fagn. in cap. 1. num. 14. hoc Tit.
sup. num.* latè *Odd. de rest. q.19. art.9.
per tot. & quæst.29. num. 72. Morla in
empor. Iuris tit.5. prælud. nu. 15. Bar-
bos. alios referens hic num.44.*

Secunda est frequens, & repentina Præ-
latorum mutatio, quia cum in his in-
118 sta ignorantia præsumatur eorum,
quæ malè à prædecessoribus gesta
sunt, non est Ecclesiæ quadriennium
computandum, vt notat eadem *gloss.
in d. verbo causa. Monach. hic num. 5.
vers. vel pone Dec. cons. 36. num. 9.
Rodoan. d. n.15. Rot. decis. 284. n.50.
p.5. recent.*

Tertia est damnum eminentissimum,
119 idest læsio ænormissima, qua stante
etiam post quadriennium restitutio-
nem Ecclesiæ esse concedendam
cum eadem *Gloss.* notant *Prob. ad Mo-
nac. hic num. 10. DD. communiter in
cap. ad nostram, de reb. Eccl. non alien.
& in cap. tum ex literis sup. hoc Tit.
vbi Io. Andr. Bellam. Couar. lib. 1.
var. cap. 3. num. 19. Cassador. decis.
vnic. num. 5. de empt. & vendit. Alex.
cons.150. nu. 6. lib. 7. Garc. de expens.
cap.18. num.36. Rot. decis.247. part.4.
diuers. Butatt. decis. 454. num. 10. &
decis. 452. Giurba decis.196. num. 12.
Coccin. decis.44. num.7. Fagn. vbi sup.
num. 13. Marches. de commis. restit. in
inter. num.29. §.1.* Et regulam nota,
quod vbi de solo lucro amittendo
120 agitur, non datur restitutio, cum
in hoc non cadat læsio enormissima.
*Rot. in Arianen. 5. Iuly 1574. coram
Blanchetto*, quæ habetur apud *Mar-
ches. de commis. rest. in integ. post §.2.
fol. 149.*

Aduertendum etiam cum *Rota dec. 284.
num.51. part.6. recent.* quòd vbi agi-
121 tur de recuperando ablato per rem
iudicatam, læsio enormissima non
consideratur habita ratione ad rem,
de qua agitur sed ad totam patrimo-
nij substantiam, respectu nimirum
patrimonij ablati, & remanentis *So-
cin. cons.266 num.24. Achill. decis. 6.
hoc tit. Verall. decis. 151. part.2. Gon-
zal. ad reg.8. Cancell. gloss.21. nu.21.
& 22.* vbi addit, quòd ita tenet *Ro-
ta*. Vbi verò ageretur de acquiren-
122 do, quod per rem iudicatam dene-
gatum fuit, non esset consideranda
læsio respectu patrimonij remanentis;
sed respectu rerum, quæ per rem iu-
dicatam denegatæ fuerunt. Quòd-
que sufficiat si damnum sit compa-
ratione enormissimum dixit *Probus.
num 13.*

Cæterum circa tempus, infra quod præ-
123 textu læsionis enormissimæ qua-
driennio elapso restitutio conceden-
da sit variant *DD.* alijs alium dun-
taxat quadriennium concedentibus:
vt ex *Xuar. allegat. 21. num. 4.* alijs
quadraginta annos, vt ex *Garc. de
expens. cap.18. num. 37.* alijs denique
triginta, eò quòd in integrum resti-
tutio officio Iudicis expediatur, vt
sentit *Bero. cons. 177. num. 40. lib. 1.
Couar. var. lib.1. cap.3. num.12. Morl.
in empor. iur. tit.5. in prælud. num. 16.
Odd. de rest. q. 19.* vbi rem disertè
examinat.

Aliæ recenseri possunt causæ, ex quibus
adhuc post quadriennium in inte-
grum restitutio Ecclesiæ conceditur
124 aduersus nimirum sententiam noto-
riè iniustam, vt testatur de *Grass.*

decis. 15. *num. vlt. de prabend. Rot. in Prenest. Bonorum* 21. *Febr.* 1614. *coram Sacrato*.

Si inuenta sint instrumenta bonum ius
125 Ecclesiæ demonstrantia, quia in hoc Ecclesia Reipublicæ assimilatur, & propterea nisi à die, quòd scripturę sunt repertę quadriennium currere incipit *Marches. vbi sup. n.* 35. quin & toties restitutionem peti posse, quo-
126 ties nouæ defensiones occurrant dixit *Rot. in Calaguritana rest. in integr. coram Orano die* 12. *Febr.* 1590. *apud Marches. ibidem fol.* 118.

Quando agitur de animæ periculo, vbi
127 sententia in iudicatum non transit, prout supra dixi in causa matrimoniali, quod limitat *Marches. de com. rest. in integr.* §. 1. *num.* 140. *ex Felin. cap.* 1. *de prascript.* ad matrimonium carnale, secus dicens in spirituali, in quo sententia in iudicatum transit *Put. decis.* 63. *n.* 5. *part.* 1. *Felin. in cap. lator de re iudicata*.

Mulieri etiam aduersus dotem post qua-
128 driennium in integrum restitutionem dandam esse dixit *Rot coram Penna decis.* 710. *num.* 11. Et regula sit, quòd quoties legitima causa subsit, nedum Ecclesiæ, sed & minoribus post lapsum quadriennij restitutio dabitur, Ecclesia enim & minor
129 à pari procedunt in hac materia, vt pluribus relatis docet *Barbos. hic num.* 30.

Singulariter quoque notandum, quòd in materia restitutionis in integrum Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis conce-
130 denda hodiè attendi debet *Constitutio Vrb. VIII.* infra notis illustrata, aduersus enim ibidem recensita præiudicia, contra quamcumque lon-
131 gissimi temporis præscriptionem, excepta centenaria, aut immemorabili nullum seruandum est quadriennium, adeòut non solum Ecclesia restitutionem petere possit, sed respectu illorum quatenus opus sit, per Papam in integrum restituta remaneat.

Patet ex his, quod & hic notat *gloss.* in
132 verbo *admittenda* quomodò in hac nostra decretali quorumdam opinio reprobatur, qui vt dixi supra in *cap.* 1. verborum cortici inhærentes nullum tempus Ecclesiæ ad restitutionem præfinitum putabant, quasi semper sit pupilla per text. in *cap.* 1. *supra hoc tit.* ibi: *debeat semper illæsa seruari*, vt pluribus aduertit *Barbos. hic num.* 38. 39. & 40.

Ecclesiæ verò nomine hic veniunt,
133 nedum Cathedrales, sed & quæcumque inferiores, & earundem Capitula, comprehenduntur etiã cætera loca pia Episcopi auctoritate erecta, in quibus militat eadem Ecclesiæ ratio, & Ecclesiarum priuilegia sunt communia, vt ad literam colligitur ex *l. omnia priuilegia C. de Episc. & Cler.* Quapropter quoad iu-
134 ris effectus Ecclesiæ, & pia loca pari passu ambulant, vt benè deducitur ex *cap. requisisti, de Testam.* ibi. *aut alijs pijs locis*, communiter tradunt *DD.* relati à *Tiraq. de priuileg. piæ caus. priuil.* 138. *Molin. de iust. tom.* 2. *disp.* 574. *num.* 2. *Odd. de restit. q.* 3. *art.* 4. *num.* 26. Idem admittentes in Hospitalibus, Confraternitatibus laicorum, & alijs Congregationibus Episcopi auctoritate ordinatis, quibus pia opera exercentur, vt multis comprobat *Gutier. canon. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 29. *Valasc. consult.* 105. *num.* 5. *Tusch. lit. H. conclus.* 159. *à num.* 1. & *concl.* 163. *n.* 6. *Passerin. hic num.* 8. 9. & 63.

CAP. SI ADVERSVS II. ET VLT.

De Restit. in Integr. in VI.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia infra quadriennium restituitur aduersus propriam confessionem, si læsa sit.*

2 *Bonifacius* VIII. *hanc Decretalem edidit.*

3 *Bonifacius* VIII. *sedit Ann.* 8. *mens.* 9. *die* 28.

4 *Celestinus V. sponte Papatui renunciat.*

5 *Referuntur verba, quibus Celestinus vsus fuit in renunciando Papatui.*

6 *Celestinus V. habitum eremiticum reassumit, & in Eremum secedit.*

7 *Celestinus V. successoris mandato in Fumo-*

Funeonis Arce coniectus mœrore animi moritur.
8 *Bonifacius* VIII. *die* 24. *Decembris Romanus Pontifex creatur.*
9 *Bonifacius licet vulgò dicatur* VIII. *est huius nominis* VI.
10 *Bonifacius Gibellinos persequitur.*
11 *Sciarra Columna Gibellinorum Patronus fugam arripiens in Saracenos incidit.*
12 *Columnensis familia inter cæteras Antiquissima, & Nobilissima duos habuit Romanos Pontifices, & decem nouem* Cardinales.
13 *Bonifacius* VIII. *Petrum, & Iacobum* Cardinales de Columna *Schismaticos, & excommunicatos declarat, dignitate, beneficijs, officijs, cæterisque bonis expoliat.*
14 *Decretalis.* Ad succidendos. De schismaticis, *hodiè non legitur, nam in parte reuocata fuit per Benedictum* XI.
15 *Decretalis.* Ad succidendos, *in totum reuocata fuit per Clem. V.*
16 *Item penitus abrogata per Ioannem* XXII.
17 *Columnensis familia, est Purpuratoratorum heroum arbor fæcundissima.*
18 *Petrus, & Iacobus Cardinales de Columna fuerunt Viri exactæ religionis.*
19 *Oddo Cardinalis Columna Martinus V. dictus laudatur.*
20 *Martini V. electio facta in Concilio Constantiensi Schisma trium Pontificum sedauit.*
21 *Familia Columna post Bonifacium* VIII. *quatuordecim Cardinales numerat.*
22 *Vltimus Columnensium Cardinalis fuit Hieronymus Episc. Tuscul. & Sacros. Basilicæ Lateran. Archipresbiter.*
23 *Auctor sub patrocinio Hieronymi* S. R. E. *Card. Columnæ Romam venit.*
24 *Hieronymus Card. Columna cum Leopoldi Imperat. Sponsa Philippi IV. Hispaniarum Regis filia in Germaniam profecturus in Italiam [venit.*
25 *Finarium Oppidum olim vetustate inter Ligures nobilissimum, hodiè est Ciuitas Regia.*
26 *Auctor Hieronymum Card. Colum. Finarij inter lares proprios hospitem recepit.*
27 *Hieronymus Card. Columna humanæ fragilitatis exemplar.*
28 *Hieronymus Card. Columna ea qua vixit pietate, Finarij inter Lares Auctoris diem extremum claudit.*
29 *Hieronymus Cardinalis Columna non infirmitate, sed Medicorum imperitia enecatur. Et quomodò.*
30 *Hieronymi Card. Columm. cadauer sumptuosis celebratis exequijs loco depositi ab Auctore tumulo traditur.*
31 *Cadauer Hieronymi Card. Colum. in nouo sepulchro ad hoc extructo deponitur.*
32 *Laurentius verus Columnensium Princeps laudatur.*
33 *Auctor ad executionem voluntatis Laurentij ComeStabilis Columnæ, & defuncti Cardinalis Hæredis, Hieronymi Card. Ossa Romam transferenda studet.*
34 *Auctor spretis, & superstitionis obseruationibus, & Pelagi iniurijs, cum Cadauere Hieronymi Card. Columnæ Romam versus, mare ingreditur.*
35 *Vectigalium publicanorum auiditate vbique delusa, Romam Auctor Ossa Hieronym. Card. Colum. defert.*
36 *Per decretum Pontificium sublatus est Vectigalium abusus, graues exigendis Gabellas in introductione Cadauerum Cardinalium.*
37 *Ossa Hieronymi Card. Colum. collocata fuerunt in Sacros. Lateran. Basilic. in Capella Columnensis Familiæ.*
38 *Bonifacius* VIII. *Præneste, Zagarolum, & Columnam diruit.*
39 *Item Eugubium recuperauit.*
40 *Alberti Ducis Austriæ Imperatoris electi confirmationem denegat.*
41 *Annum Sanctum Bonif.* VIII. *instituit, centesimo quoque Anno celebrandum.*
42 *Plenariam indulgentiam consequitur, qui in Anno Sancto Limina Principum Apostolorum visitat.*
33 *Sacra Lauretana Domus sedente Bonifacio* VIII. *e Dalmatia ab Angelis in Picenum Italiæ translata fuit.*
44 *Reprobatur Staruolscius, qui sub Cælestino V. hoc miraculum tradit.*

 45 Phi-

tenetur probare, sed solum læsionem.

84 Restituitur Prælatus aduersus confessionem in præiudicium Ecclesiæ factam non probato errore, sed docto de læsione.

85 Aduersus confessionem non per errorem factam, quia scienter facta videtur, restitutio non competit.

86 Non omnis confessio scienter falsa non est ex dolo, vel fraude.
Aduersus confessionem scienter falsam vi, vel metu factam Ecclesiæ datur restitutio. ibid. n. 86.

87 Aduersus confessionem veram, defectu læsionis nec Ecclesia, nec minor restituitur.

88 Aduersus confessionem veram, quam Ecclesia facere tenebatur non datur restitutio.

89 Aduersus damnum proueniens ex confessione vera, quam tunc Ecclesia facere non tenebatur ei restitutio competit.

90 Non semper quis veritatem dicere tenetur, sed ipsam licitè celare potest.

91 Aduersus læsionem prouenientem ex confessione vera, sed intempestiuè facta Ecclesia restituitur.

92 Aduersus sententiam Ecclesiæ restitutio competit.

93 Regula huius textus est, quod Ecclesia restituitur aduersus propriam confessionem.

94 Regula textus posita est in sensu negatiuo. Et quomodò.

95 Ad petendam restitutionem aduersus propriam confessionem non admittitur Ecclesia, quæ quadriennium labi negligenter omisit.

96 Limita in casu, quo rationabilis causa aliud suadeat.

97 Limita etiam, si Ecclesia iuris Ordinarium remedium intentet.

98 Ad restitutionem implorandam debet Ecclesia se læsam ostendere.

99 Nec sufficit læsionem allegare, sed probare debet in ciuilibus.

100 Idem in Criminalibus.

101 Regula text. procedit tam in Iudicio Ciuili, quam in Criminali.

102 Pro læsione leui non datur restitutio.

103 Pro restitutione, modica læsio sufficit. Secundum magis communem.

104 Exponitur interpretatio text. in l. scio ff. de min.

105 Reijcitur Passerini sententia, quod ex modica læsione restitutio non detur.

106 Aduersus quam confessionem sit Ecclesia restituenda colligitur ex text.

107 Verba textus loquuntur de confessione iudiciali, secundum Gloss.

108 Extraiudicialis confessio aliquando lædit.

109 Extraiudicialis confessio, qua Ecclesia læditur in iudicio deducta, iudicialis censetur.

110 Aduersus confessionem iuratam imprudenter, vel erroneè factam restitutio datur.

111 Confessionis nomine venit, qualibet responsio siue affirmatiua, siue negatiua data in Iudicio.

112 Confessio Rectoris Ecclesiæ, ipsiusmet Ecclesiæ esse censetur.

113 Prælatus nomine Ecclesiæ restitutionem petens aduersus confessionem etiam iuratam venire potest.

114 Confessio proueniens ex simplici beneplacito Prælati, sine iussu Iudicis etiam in Iudicio facta sit, Ecclesiæ non præiudicat.

115 Confessio facta iudicialiter à Prælato Iudicis mandato præcedente Ecclesiæ præiudicat.

116 Item confessio Prælati adminiculata.

117 Item quæ concernit actum factum ab ipso confitente.

118 Item per modum iurisdictionis contentiosæ in Iudicio facta.

119 Item si iterata sit, & repetita.

120 Prælati confessio maximum argumentum præbet, quod res ita sit.

121 Donec de contrario non constet Prælati confessio attenditur.

122 Gloss. extendit regulam text. ad confessionem factam per Procuratorem.

123 Confessio procuratoris, principali non nocet.

124 Limita si ad sic confitendum speciale mandatum habeat.

125 Item si principali præsente, & non contradicente confessus sit.

126 Item si principalis habita notitia confessionem in eius absentia factam non reuocet.

127 Item vbi esset adminiculata, quia plenè probat in casu confessio Procuratoris.

CAP. SI ADVERSVS II. ET VLT.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

ECclesia contra confessionem, quae laesa fuit admittitur infra qua-
1 driennium per beneficium restitutionis in integrum: postea non nisi per viam iuris communis.

Commentaria cum notis Auctoris ad hanc Decretalem.

VErba huius *text.* sunt *Bonifacij Papa VIII.* qui sedit Romanus Pontifex

2 fex *Ann.8. menf.9. die 28. à die fcili-*
*cet 24. Decembris Ann.*1294. qua post
3 abdicationem Cælestini in eius lo-
cum subrogatus fuit, vsque ad *diem*
*11. Octobris Ann.*1303. qua obijt im-
perante Andronico. Nam cum *Ca-*
lestinus V. qui rebus agendis parum
4 idoneus habebatur, sponte Papatui
renunciasset, & *die 13. Decembris.*
Anno Domini 1294. in publico Pa-
trum consensu Neapolis abdicatio-
nem suam his verbis expressisset. *Ego*
5 *Calestinus* Papa *V. motus ex legitimis*
causis: idest, causa humilitatis, & me-
lioris vita, & conscientia illasa debili-
tate corporis, defectu scientia, & mali-
gnitate populi, & infirmitate persona,
& vt praterita consolationis vita possim
reparare quietem, spontè, ac liberè cedo
Papatui, & expressè renuncio loco, &
dignitati, oneri, & honori: dans ple-
nam, & liberam facultatem ex nunc
Sacro catui Cardinalium eligendi, &
prouidendi duntaxat Canonicè, Vni-
uersali Ecclesia de Pastore.
Quibus dictis mitta pontificia deposita,
mox annulo, pallio, stola, cæteris-
que Pontificijs insignijs reiectis, ha-
6 bitoque Eremitico, quo primum in-
duebatur reassumpto, Vir sanctus, &
dignior nascente, quam consenescen-
te Christiana pietate, in Eremum
Muronis secessit; quamuis in solitu-
dine, ad quam excusso Pontificatus
onere redijt, non requieuerit, quia
7 successoris mandato in Fumonis arce
coniectus ibi mærore animi in Domi-
no obdormiuit, vt pleno calamo patet
ex not. inter *Pontifices Legislatores in*
Calest. V. Die tandem 24. eiusdem
8 Mensis, & Anni *Benedictus* ex Nobi-
li Caietanorum Familia patria Ana-
gninus Cardinalis Tit. Equitij, ipsa
Dominicę Natiuitatis Vigilia itidem
Neapoli in eius locum subrogatus,
Bonifacius appellatus fuit, commu-
niter *Octauus* dictus, sed verè huius
9 nominis Papa *Sextus*, vt testantur
Platin. Sabell. Blond. Onuphr. qui con-
festim ac Pontificatum nactus fuit,
10 Gibellinos persequutus, Sciarra
Columna ipsorum Patronus, ad Pon-
tificis furorem declinandum fugam
11 arripere benè cogitauit, & melius
fuit quòd in Saracenos pyratas inci-
derit; quam in Bonifacij manus da-
ret. Nam contra Columnenses à
Bonifacio implacabili odio concep-
to, ex hac nobilissima, & inter cæ-
12 teras, ne dum Romanas, sed & Eu-
ropeas quasi Regia familia, quæ
præter duos Sedis Apostolicæ Pasto-
res Sanctissimos, comprehenso B.
Aegidio, decem nouem etiam Car-
dinales numerat, quorum primus
Anno Domini 501. à Symmacho Pa-
pa ad purpuram vocatus legitur, vt
testatur *Vghell. in suo Opere de Card.*
Famil. Columm. qui & eiusdem
B. Egidij; Vitæ Sanctimonia, & edi-
tis operibus præclarissimi, summa &
laude laudabilis, quòd D. Thomam
Aquinatem Præceptorem habuerit,
vna cum effigie, singulares quoque
laudes recenset, Petrum, & Iaco-
13 bum S. R. E. Cardinales excommu-
nicatos Schismaticos denunciauit,
Cardinalitia dignitate omnibus etiã
officijs, & beneficijs expoliauit,
cunctis quoque eorum bonis publi-
catis, vt legitur in *cap. ad succidendos,*
de Schismat. in 6. Quæ decretalis ho-
14 diè non legitur, eò quòd in parte
per *Extrauag. Benedict.* XI. Bonifa-
cij successoris, quæ incipit. *Dudum*
bona memoria, reuocata fuerit quòad
pœnas nimirum in *d. cap. ad succiden-*
dos expressas, & non expressas, præ-
terquam à depositione Cardinalatus,
inhabilitate ad Papatum, priuatione
beneficiorum, nec non ad bona con-
fiscata alijs concessa. Et in totum
deinceps reuocata remanserit per
Clem. V. qui præfatos Petrum, &
15 Iacobum ad Cardinalatum quoque
restituit; penitus deindè abrogata
per *Ioannem* XXII. qui Ioannem Co-
16 lumnam cum posthumis vsque ad
quartam generationem in *d. cap. ad*
succidendos à Bonifacio Papa damna-
tum ad Cardinalatum promouit, &
Iacobum dicti Ioannis fratrem Eccle-
siæ Lomborien Episcopum præfecit,
vt patet ex *prima gloss.* ante figuratio-
nem casus in *d. cap. ad succidendos.*
Nobilis etenim Columnensium Fa-
17 milia Purpuratorum Hæroum arbor
fæcundissima, post dictos Iacobum,
18 & Petrum Cardinales exactæ Reli-
gionis, grauitatis, & pietatis viros,
qui in turbidis Columnensium casi-
bus sub implacabili *Bonifacio VIII.*
digni-

dignitate Cardinalitia priuatos, bo-
nisque publicatis excommunicatos
vidimus; Sedi Apostolicæ Pastorem
cæteris nulli secundum, ingenio, pie-
19 tate, mansuetudine, & liberalitate
ad miraculum vsque excellentem de-
dit *Oddonem* ad Velum Aureum Dia-
conum Cardinalem *Martinum V.* di-
ctum, qui de Catholica Republica
optimè meritus, diro rrium Pontifi-
cum Christianam Rempublicam ve-
20 xanrium Schismate extincto, in Con-
stantiensi Generali Concilio Sum-
mus Romanæ, & Vniuersalis Eccle-
siæ Pontifex creatus fuit. Er inter
suos Ecclesiasticæ pietatis, & omni-
genæ eruditionis augustissimos Pro-
ceres quatuordecim alios Cardinales
21 numerat, quorũ Imagines ad Viuum
expressas ponit *Vghell. sup. citat.* in-
ter quos ordine vltimus, morum ta-
men amænitate, pietate, iustitia, &
integritate, vti cæteri quaqua versum
22 laudatissimus fuit *Hieronymus æterna
memoriæ S. R. E. Episcopus Tusculanus
Card. Columna Sacrosanctæ Lateran.
Basilicæ Archipresbyter*, Vrbis decor,
Purpuratorum Collegij splendor, sub
24 cuius insigni patrocinio cum *Anno*
1660. Romam aduenissem, non me
clientem abstirpe suum, & ipse, &
Columnensis Familia omninò inuti-
25 lem adinuenit. Ex Hispanijs etenim,
quò Matritum *Philippus IV. Catholi-
cus Monarca* ipsum adsciuerat, Ita-
liam rediens, in Germaniam profe-
cturus Leopoldi Imperatoris ex soro-
re neptis, & sponsæ eiusdem Catho-
lici Regis Philippi filiæ ad Augustum
26 Sponsum properantis Tutor. Fina-
rium vetustissimum olim, & Nobilis-
simum Liguriæ Oppidum, inter Re-
gias, hodiè Ciuitatem floridissimam,
quinque in expugnabilibus Castris
munitam perueniens, licet ibi in
Cænobio Patrum Ordinis Prædica-
torum se recepisset, vt Cardinalitia
27 olim Carretorum habitacula illu-
strarec, in proprijs atamen Laribus
summa animi hilaritate ipsum exce-
pi, & quamuis ingens, ac nobilis
Imperarricis Comitatus, nec non ad
eius obsequium, quaqua versum ac-
currentium Principum, & Magna-
tum Turba, non leuem optimarum
rerum inopiam excitasset, nihilhomi-
nus inter non vulgares, (quod sine
ostentatione dicere liceat,) meo-
rum delicias, & commoda Principi
Amantissimo inseruire, ità darum
fuit, vt à die, qua Romam relique-
rat nullibi commodius, & per iucun-
dius commoraste dicere solitus esset.
At qui vitæ Puritate, animi Pietate,
28 morum Suauitate, & Integritate vti
peroptimi Ecclesiastici Principis
Protothypon vbique salutabatur,
humanæ quoque fragilitatis Exem-
plar futurus erat. In summa etenim
Columnensis familiæ lætitia rerum
suarum fælicitate ea, qua vixit pieta-
te extremum diem clausit, Lectum-
que quod Purpurati Principis quie-
29 ri, & commoditati strraueram, inten-
sissimo animi mærore, in lugubre fe-
retrum; non grauis alicuius infirmi-
tatis causa, sed Medicorum imperi-
tia, qua Tempora nostra summopere
30 abundant; intra paucos dies trans-
formatum vidi. Hi enim Virum cor-
pulentũm, excitatis Pelagi agitatio-
ne humoribus turbatum, vndè leui
capitis distillatione accidentalem fe-
brim excitante, & fauces ei leniter
arescente correptus iacebat, nulla
alia præcedente corporis purgatione,
vel sanguinis emissione, secta Linguę
vena curare cœperunt, ad quam par-
tem tumultuantes confestim agitati
corporis humores accurrentes non
expleto viginti horarum spatio ipsum
suffocarunt; tanti Herois iacturam
egrè ferente Augusta sponsa, & ama-
rè flentibus ne dum Columnensi fa-
milia, sed & cum Romanis, Hispa-
nis, primis nobilissimo, atque dulcis-
simo Principe orbatis, alteris verò
Protectore Vigilantissimo, & Catho-
licæ Monarchiæ partialissimo. Qui
ergò Mecenati meo viuente ex corde
inseruieram, intentissimo licet animi
31 merore, ex hoc immani fato, quasi
confectus, ad eius cadaueris Re-
quiem inuigilare etiam coactus sui;
quarè sumptuosis celebraris funera-
libus eodem seruato more, quo Ro-
mæ S. R. E. Cardinalium cadauera
exponuntur, & tumulantur, depositi
stipulato instrumento *die 3. Septem-
bris Anno* 1666. in Sepulchro ad hoc
32 nouiter extructo deponendum cura-
ui. *Anno verò 1670. prima die Octo-
bris*,

bris, vt vota adimplerem Excellentissimi Domini, Domini mei Magni
33 Regni Neapolis Comestabilis, Paliani, & Marsorum Ducis, Columnensis Familiæ Principis præclarissimi, & vbique laudatissimi, Laurentij Columnæ defuncti Cardinalis ex fratre Nepotis, & eiusdem Vniuersalis hæredis; qui ne Columnensium Sepulchris tantus honor deesset, & vt inter maiorum suorum reliquias Patrui quoque dilectissimi, & meritissimi Ossa venerari posset, prout ex vltima ipsius defuncti Cardinalis dispositione, & voluntate collegerat, eius cadauer in Sacrosancta Lateranensi Basilica collocare in optatis ha-
34 bebat. Ardentissimo inquam tanti Principis adimplendę voluntatis sollicitatus studio, vanæ superstitionis
35 obseruationibus, Pelagique spretis iniurijs, non sine fatigato, atque longissimo itinere, quo bis me naufragatum vidi, exclamantibus nautis, demortui cadaueris naui impositi hos esse effectus; vtque verum fatear in quo à portu aliquo nunquam ventis carbasa data vidi, quin & ad ipsum denuò redire, ibique per aliquot dies commorari necessum fuerit, Fi-
36 nario, delusis vectigalium insidijs, quamuis tam in districtu Reipublicæ Ianuensis, quam Magni Ducis Etruriæ, in quorum Portis continuæ Maris procellæ diù commorari coegetant, & quòd magis est ad fores ipsius Vrbis, auarissimi, & rapacissimi Publicani, pro tanti Cadaueris vectigali grauem pecuniæ summam abusiuè somniantes, quod hodiè per Decretum Pontificium sublatum est, vndequaque vigilarent; *die* 10. *Nouembris* præfati *Anni* 1670. Hieronymi Cardinalis Columnæ Ossa Romam detuli, quæ recognita, balsamo enim, & aromatibus conditum Cadauer, viuentis adhuc naturalem effigiem conseruabat, in celebri Co-
37 lumnensium Capella, in Sacrosancta Basilica Lateranensi posita, vt ibi resurrectionem mortuorum expectent, propè capsam gloriosæ memoriæ Cardinalis Ascanij Columnæ, collocata fuerunt. Cæterum Columnensis Familia fælix in omne Aeum semper extitit prætiosæ nobilitatis Propago, cuius hæreditaria quaqua versum celebrata præconia primum sibi certatim locum contendunt, maiores ne Christianæ Reipublicę incomparabilis virtutis Heroes in re politica dederit, an Romanæ Ecclesiæ fortissimos Cardines, Hierarchas, præstantissimos, Antistites Sacratissimis Infulis condigna Maiestate adorabiles, Religione, Pietate, Sapientia, Iustitia, Clementia, & Liberalitate vbique præclarissimos pepererit, quos quidem sicut ad miraculum vsque excreuisse sacra, atque profana historica Documenta testantur, ita dum se le mutuis luminibus inuicem accedunt, eam vbique lucem diffundunt, cui cum prolixa historica Annalium vastitas impar succumbat, non mirum si breuis pagina adnutescat, hac vnica voce contenta, quòd auita Heroum Columnensium gloria verum est patrimonium Excellentissimi Principis, & Magni Regni Neapolis Comestabilis D. Laurentij Columnæ, qui perpetua suorum maiorum, Regia vt ita dicam, indole dotatus, atque ditatus, satis euidenter demonstrat, nihil in ipsis eorum virtutem constituisse, quod non sit proprium laudis suæ ipsique commune. Et quoniam angusto hoc compendio, tam angusta complecti nequeunt, quibus Columnensis Familia singularibus honoribus onusta peculiaribus ditata præeminentijs, inter cæteras Vrbis, & Orbis nobilitate, & dignitate eminet omnia cursim attingam in meo Opere Pōtifices Legislatores, in Notis ad Vitam Martini V. & passim in Epitom Historico iuxtà Annos Sedis cuiusque Romani Pontificis digesto, vbi innatam Columnensium Principum Nobilitatē, condignos ne dum à Romanis Pontificibus, sed & ab Imperatoribus, nec non ab Hispanis Monarchis apud quos fide, armis, atque præsidio semper fuere probatissimi, receptos honores, & priuilegia, quibus supra cæteros Magnates emicant plena mano refero. Vtque ad rem
38 nostram redeamus Bonifacius VIII. vix se Pontificem cognouit, quòd & Prænestè obsidione cinxit, atque dirupit, quod quoque ad Zagarolum, atque Columnam fecit; Eugubium
39 etiam, quæ Ciuitas Gibellinorum

 auspi-

auspicijs ab Ecclesia defecerat, re-
cuperauit. Alberti Austriæ Ducis
40 confirmationem electionis in Impe-
ratorem bis, terque denegauit. *An-
num Iubileum* vulgò *Sanctum* dictum
41 centesimo quoque Anno celebran-
dum instituit: Romæ Apostolorum
Principum Sacra Limina visitantibus
plenam delictorum Indulgentiam
42 concedens, quod ab ipso factum cir-
ca *Annum Domini* 1300. *Mense De-
cembri* tradunt *Platin. Grantz.* & alij.
Bonifacij etiam temporibus *Anno*
scilicet *Domini* 1295. eiusdem Pon-
tificatus *Anno* 1. consenescentem
Christianam pietatem in Italiæ po-
43 pulis renouauit Sacra Deiparæ Na-
zarethana Aedes, in qua *Iesus Chri-
stus Dominus Noster* conceptus, &
educatus fuit, Angelorum Ministe-
rio è Dalmatia, in Picænum Italiæ
quarta Idus Decembris translata, in
Sylua cuiusdam Recinetensis Matro-
næ, Lauretæ nomine, mille circiter
passus à mari collocata, cuius deindè
nomine Lauretana Domus appellata
fuit. *Vid. Tursell. in Hist. Lauretan.
Auctar. Chronol. ad Spondan. sub Ann.*
1295. ex quibus errasse collige *Sta-
44 rouolsc. in Epitom. Canon.* qui sub Cæ-
lest. V. hoc miraculum factum tradit.
Grauissima cum Philippo Pulchro
Francorum Rege dissidia Bonifacius
habuit, quòd iure Diuino, & Gen-
45 tium violato Epamensem Episco-
pum Sedis Apostolicæ Legatum in
vinculis detineret, quia ipsum ad
Hierosolymitanam expeditionem ad-
ditis minis exhortatus fuerat; qua de
causa inter Bonifacium, & Philip-
pum iniuriosas hinc indè literas de
iure Ecclesiæ, & Regni scriptas, Scri-
ptores aliqui testantur, quarum ta-
men multas confictas prudenter
Aemilius asserit; & præsertim eas
confictas puto, quæ ex integro refer-
re nititur, nedum in his, sed & in
cæteris, mendax Auctor quidam
Gallus, qui in tanta somniatarum
iniuriarum impias turpitudines pro-
prium nomen ponere erubuit.
Cum tamen, teste *Anton.* Rex
46 monitus sub depositionis pæna,
vt Legatum dimitteret non mo-
dò, non paruerit, sed vias etiam
inter Pontificem, & Galliam inter-
cluderet, *Bonifacius* ipsum excom-
municatum denunciauit, & à Regno
deposuit, vtquè haberet, quem ei
opponeret Alberti Imperatoris ele-
47 ctionem confirmauit, & Philippi Re-
gnum ei concessit. Vndè Rex ira
exardescens Prælatis, & Francorum
nobilibus conuocatis, coram Abbate
48 Cisterciense à sententia Pontificis
appellauit; Abbate verò interposi-
tam appellationem non admittente,
scelestiora machinatus, iniuriam sibi
illatam sacrilegè vulturus, Sarram
Columnam, quem è Saracenorum
manibus paulò ante redemerat, cum
49 Gulielmo Nogaretio Gallo Romam
misit, à quo, *die 7. Septembris. Anno
Domini* 1303. nocturno tempore
Anagniam ingresso, in Patria ipso-
50 que lecto *Bonifacius*, nihil sibi talia
metuens, per proditionē captus fuit;
sed suprema Sedis Apostolicæ Di-
gnitate perterritus Sarra, in eum ma-
nus mittere non audens prædæ dun-
taxat cum suis triduò vacauit, & Pa-
51 pam custodiæ commisit, à qua post
triduum à ciuibus liberatus, Romam
perductus, merore animi 35. *dies*
52 post, mortalitatis debitum ex soluit
Anno Domini 1303. *quinto Idus Octo-
bris*, & sepultus fuit in Sacello, quod
53 ipse in Basilica Principis Apostolo-
rum extruxerat. Eique Benedictus
huius nominis XI. subrogatus fuit.
Cautè legendi sunt Franci Scripto-
res, qui in *Bonifacium Octauum* Li-
54 bertatis Ecclesiasticæ defensorem
accerrimum stylum alij incautè, alte-
ri impiè, & calumniosè accuunt.
Quod apertè demonstrant infiniti
propemodum aliarum Nationum *Hi-
55 storici* de *Bonifacio* loquentes,
ipsumque singularibus præconijs
extollentes, vt colligitur ex *Auctar.
Chronol. ad Spond. in Bonif.* Obser-
uatque *Genebrardus* Philippum Pul-
56 chrum Galliæ Regem, prout ab Epi-
scopo Morianensi viro Sancto prædi-
ctum fuerat, nunquam deinceps se
prosperè habuisse, tribus etiam eius
filijs, sine prole masculina breui ex-
tinctis. Cæterum *Bonifacij* VIII. Epi-
stolas, & Concilia ipso Sedente ce-
57 lebrata ex integro post *Binn.* notis
illustrata refert *Labb. in nou. Concil.
Edit.* & de Concil. Romano, in quo
Philippus pulcher excommunicatus
fuit. *Vid. Conrad. Veterium in Vit.*

Henri-

Henrici VII. *Imp.* Sextum quoque
Decretalium Librum ipse Bonifa-
58 cius compillari iussit, & *Ann. Domi-
ni* 1298. *quinto Nonas Martij* ipsum
promulgauit, in quo hæc nostra De-
cretalis clauditur, ad declaratio-
nem eorum edita, quæ generali-
59 ter habentur in *cap. Auditis sup. hoc
Tit.* & ibi notant *Host. Innoc. & alij*,
vt hic aduertit *gloss.* in verb. *si aduer-
sus*. Agens enim *Bonifacius* de resti-
tutione in integrum aduersus pro-
priam confessionem, qualiter hoc
60 Ecclesiæ competere possit, determi-
nat, data regula, quòd si Ecclesia per
propriam confessionem in iudicio fa-
ctam læsa sit, aduersus confessionem
ipsam infrà quadriennium, à die ip-
61 sius confessionis computandum, in
integrum restitui debeat, si autem
negligenter quadriennium elabi per-
mittat, non nisi ex rationabili causa
debeat admitti. Vbi verò per viam
iuris communis errorem facti reuoca-
re prætendit, hoc quandòcumque
facere possit. Ità communiter colli-
gunt Canonistæ *Lapp. Abb. Arch. Ge-
min. Ioan. Andr. Anch. Butr. Domin.
Monach. Franch.* cum alijs, quos hic
refert *Barbos. n.* 1. Vndè patet hunc
textum duas habere partes: In pri-
ma dicitur; vt ex litera eiusdem ex-
62 pressè constat restitutionem in inte-
grum aduersus propriam confessio-
nem Ecclesiæ non esse denegandam,
quod & hic notat *gloss. in verbo. Con-
fessionem*, docet *Anch. num.* 1. *Dom:
num.*1. *Butr. in cap. auditis, sup. hoc
Tit. num.*20. *&* 31. *Bellam. n.*6.*Sanch.
de matrim. lib.*7. *disp.*112. *num.*17. &
pluribus relatis *Odd. de rest.quæst.*65.
*num.*15. At cum Ecclesia, vt dictum
est supra in *cap. prox.* vti persona
ficta, per se aliquid confiteri non
63 possit, consequenter neque contra
confessionem factam restitutionem
petere; & verba Text. ibi: *Si aduer-
sus confessionem in iudicio à se facta
læsa Ecclesia beneficium restitutionis in
integrum &c.* intelligenda sunt de
64 confessione facta à Prælato in Iudi-
cio contra Ecclesiam, vt multis re-
latis hic aduertit *Barbos. num.* 1. &
in specie aduersus confessionem Præ-
lati Ecclesiam restituendam, tradit
Tusch. lit.C. concl. 669. *num.* 43. Sic
ergò cum Prælatus suæ Ecclesiæ no-
mine in iudicio stare debeat, si ali-
65 quid contra Ecclesiam confessus sit,
ex quo læsa dicatur, Ecclesiæ nomi-
ne infra quadriennium absque vlla
hæsitatione aduersus confessionem
66 propriam in integrum restituitur.
Quadriennio verò elapso si rationa-
bilis causa exigat. Ecclesiæ siqui-
dem nomine hic accipitur Congre-
67 gatio personarum Ecclesiasticarum
administrationem aliquam bonorum
Ecclesiæ habentium, vndè quoties
Ecclesiastici ad defensionem iurium,
vel bonorum Ecclesiæ litem gerunt,
& aliquid confitendo ipsam lædunt
68 ad restitutionem in integrum ius
habent, quòd & dicendum de lai-
cis, qui vel Ecclesiæ nomine, vel ex
69 Ecclesiastica concessione, rerum, &
bonorum Ecclesiæ curam, aut admi-
nistrationem habent, prout in Ho-
spitalibus, Confraternitatibus alijs-
que pijs operibus, quorum bona
administrantur per laicos, exempli-
ficat *Passerin. hic num.* 3. Quinimò
memoriæ retinendum Ecclesiæ Iuri-
bus, Administratorum, Procurato-
rum, Priorum, aut aliorum quo-
rumcumque negligentiam præiudi-
care non posse, quin saltem ei in in-
tegrum restitutio competat, vt in
terminis etiam non petitæ feudi re-
nouationis, nimirum aduersus ne-
glectam nouam inuestituram, iudi-
catum testatur *Eruditissimus de Luca
in suo Theatr. verit. Tract. de Feud.
disc.* 40. *num.* 15. & patet ex plenè
congestis per *Peregr. cons.* 94. *nu.*53.
*& seqq. lib.*2. vbi idem affirmat de
omnibus Vniuersitatibus, quæ ab
Administratoribus reguntur, *Fulgin.
de emphit. tit. de renouat. q.*2. *n.*20.
Nec obstat dicere, quòd aut Ecclesia;
70 idest Prælatus confessus est verita-
tem, vel falsitatem. Si veritatem,
contra ipsam restitutionem nó com-
petat: si falsitatem, non nocet con-
fessio, quia falsitate probata ordi-
nario iuris remedio statim reuoca-
tur, & consequenter opus non sit re-
medio extraordinario per *text. in l.
in causæ ff. de min.* Respondeo enim
cum *Hostien.* quòd expedit restitu-
tionem dare aduersus confessionem,
quia non semper error, vel falsitas

71 probati possunt, de læsione autem
facilè constat, quòd & notat citata
gloss. in verbo *confessionem*. Plures
solutiones ad difficultates ex hac
glossa excitatas referunt *Specul. hoc
Tit.* §. 1. *Sarmient. select. lib. 3. cap.
13. num.6. cum seqq. Odd. de restitut.
q.65. num.17.* qui cum ipsamet gloss.
notant contra propriam confessio-
nem iure communi in quinque casi-
bus Ecclesiam audiri non posse, sed
solum per beneficium restitutionis
in integrum. Primò nimirum si con.
72 fessio sit falsa, falsitas autem proba-
73 ri non possit. Secundò si error pro-
74 bari non possit, sed solum læsio.
75 Tertiò si confessio non per errorem
76 facta sit. Quartò vbi confessio fa-
cta esset tempore indebito. Quintò
denique sit post confessionem, se-
cundum ipsam confessionem senten-
tia lata sit.

Ex primò casu collige, quòd si per er-
77 rorem, ignorantiam, imprudem-
tiam, vel altera de causa, bona fi-
de, absque dolo, falsa confessio
emanasset, restitutio in integrum
locum habet, quia licet falsum di-
ctum sit, mendacium tamen formale
ibi non reperitur, iuxtà *reg. cap. his
autem, & cap. Beatus Paulus 22. q.2.*
& tradita per *D. Thom. 22. q. 110.
art. 1.* cum alijs relat. *à Sayr. in claui
Regia lib. 12. cap. 1. à num. 1.* Læsa
siquidem omninò proponitur Ec-
clesia in eo, quod sic falsum per er-
rorem, vel imprudentiam Prælatus
confessus est, vt egregiè agnoscit
*Sarmient. lib.3. select. cap. 15. nu.16.
vers. tertiò verò casu. Odd. de restit.
q. 65. num. 17. in princ.* Nam si do.
78 losè falsum confessum esset, in in-
tegrum restitutio aduersus malitio-
sam confessionem non competeret,
ità *Sarmien. d. num. 6. eodem vers.
Chald. Pereira l. si curatorem* verbo
*læsis num.7. Cuiac. tom. 1. lib. 1. quæst.
Pauli super l. minor. 32 ff. de minor.
Donel. Comment. Iur. Ciuil. lib. 2.
cap. 10. §. vt minor.*

Ex secundò casu collige, quòd Eccle-
79 sia, seù Prælatus admittitur aduer-
sus propriam confessionem erroneè
factam errore non probato, sed con-
stito de sola læsione, de qua cogi-
tandum aduertit *Anch. num. 4.* du-
bitat *Butr. num. 3.* Et apud *Farinac.
in prax. part. 3. q.81. n. 377.* quam-
plures de minori loquentes, non re-
quiri asserunt quòd error, aut læsio
debeat esse probata, vt ei in integrũ
80 restitutio competat; Alij, è con-
tra, vtrumque probatum volunt.
Quidquid autem dicant; si de læsio-
81 ne sit sermo, certi iuris est quòd de
ipsa constare debet, vt restitutio lo-
cum habeat; patet ex dictis *in cap.
præced. & ex lit. huius text.* ibi: *Si ad-
uersus confessionem à se factam, læsa
Ecclesia &c.* probat *Dec. cons. 564. nu.
18. Ruin. cons. 35. Mascard. de prob.
concl. 2279. num. 5. Odd. de rest. q. 36.
art. 2. & seqq.* latè *Gom. var. tom. 3.
cap. 1. num. 66. vers. sed his non ob-
stant*, cum alijs pleno calamo relat.
à Barbos. hic num. 5. Hoc autem in-
tellige iuxta distinctionem; de qua
in *d. cap. præcedenti*. Quòd nempè,
82 læsione probata in integrum restitu-
tio solum concedi debeat; si de ipsa
restitutione in actu exercito loqua-
tur, nam si de simplici commissione
restitutionis, solus læsionis fumus
sufficit. In eo autem, quòd ad
83 errorem attinet, quidquid sit in
minore, & cæteris priuilegiatis, vt
latè patet ex supra deductis in *cap. 1.
2. 3. 4. 5. & 6.* certum est quòd Ec-
clesia errorem probare non tenetur,
vt in integrum aduersus suam con-
fessionem restituatur, sed sufficit,
quòd læsionem probet, aliter nul-
lum priuilegium in hoc Ecclesiæ
concessum fuisset cum quilibet etiã
maior probato, quòd eius confessio
fuit erronea ipsam reuocare possit
ex generali clausula edicti prætorij
etiam post sententiam. Dico igitur
quòd vbi Ecclesia, idest Prælatus in
Ecclesiæ præiudicium aliquid ex er-
rore confessus fuit, ante sententiam,
84 etiam errore non probato restitui-
tur, probata læsione si opus sit, ità
post *Domin. n.8. Franc. n.4.* conclu-
dit *Passerin. hic num. 12.*

Ex tertio casu difficultatem collige,
85 quia confessio non per errorem fa-
cta scienter facta videtur, confes-
sio verò falsa scienter habita, dolo,
vel fraude facta censetur; & aduer-
sus confessionem ex dolo, vel fraude
prouenientem restitutio non compe-
tit,

tit, vt ex *Sarmient. Chald. Donel. & alijs dixi supra*, & probat hic *Barbos. num.* 13. Huius tamen difficultatis solutio colligitur ex ipsamet *gloss.* quæ distinguit inter confessionem scienter factam, & confessionem non per errorem factam, quia non omnis confessio falsa scienter est ex dolo,
86 aut fraude, sed esse potest ex vi, vel metu, aduersus quam confessionem Ecclesiæ in integrum restitutio dari probat *Passerin. hic num.* 13.

Ex quartò casu collige, quòd vbi Ec-
87 clesiæ, vel minoris confessio est vera, defectu læsionis, in integrum restitutio non competit, vt docent *Gom. var. lib.* 3. *cap.* 1. *num.*66. *Sarmient. select. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.*6. *Odd. de rest. q.*64. *num.* 17. & alij ab ipsis relati. Hæc ramen indefinita propositio non placet, sed cum distinctione
88 transeundum puto; vel confessio, ab Ecclesia facta, & quam tunc Ecclesia facere tenebatur est vera, & absque vlla hæsitatione dici potest, quod aduersus confessionem veram ab Ecclesia factam, restitutio in integrum locum non habeat. Aut confessio facta ab Ecclesia est vera,
89 sed tunc eam veritatem fateri non tenebatur, & hoc casu quamuis Ecclesiæ aduersus factam confessionem restitutio non debeatur, quia aduersus veritatem detectam restitutio locum non habet. Aduersus tamen damnum, quod resultauit ex tali confessione, vti facta tempore indebito, in integrum restitutio competit, vt eleganter docet *Sanch. de matrim. lib.* 7. *disp.* 112. *num.* 17. Per sæpè
90 enim contigit, quòd quis veritatem fateri non teneatur, sed ipsam celare ei licitum sit, vt cum *D. Thom.* 2. 2. *q.*69. *art.* 1. *& q.* 100. *art.* 3. *& q.* 111. *art.* docent communiter Theologi. *Salon. de iust. q.* 62. *art.* 2. *contr.* 15. *Couar. lib.* 1. *var. cap.* 2. *à num.*1. *Cordub. lib.*1. *quæst. q.*43. *bein respons. Cas. conscient. part.* 1. *casu* 32. *Sayr. Clau. Regia lib.*12.*cap.*2. *num.*5. *cum seq. & cap.*16. *num.* 4. *Cened. ad Decret. collect.* 43. *num.* 113. *Nauar. Sot.* & plures alij, quibus *Gutier. canon. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 39. *& seq.*

Aduersus læsionem igitur prouenien-
91 tem ex confessione etiam vera, sed intempestiuè facta Ecclesia in Statum pristinum restituitur, ac si nihil confessa fuisset *Innoc. in cap. ex literis n.*1. *supra hoc tit. Odd. de restit. part.* 2. *q.* 65. *art.*8. *num.* 32. *Sanchez loc. cit. & aly supra relati.*

Ex quintò denique collige etiam ad-
92 uersus sententiam Ecclesiæ restitutionem competere, vt patet ex dictis supra *cap. prox.* vbi verba *textus* hoc ad literam probant, & pluribus relatis notat *Passerin. hic num.* 5. & dixi supra *in cap.*2. *de minor. integr. rest.*

Regula igitur huius *textus* est, quòd
93 Ecclesia aduersus confessionem propriam restituitur, ità apertè colligitur ex verbis nostri *text.* ibi: *Si aduersus confessionem in iudicio à se factam, læsa Ecclesia beneficium restitutionis in integrum infrà quadriennium ab ipsius confessionis tempore computandum, petere negligenter omittat: non est (nisi aliquid rationabile appareat, quod aliud suaserit faciendum) ad hoc petendum vlterius admittenda.* Ex quibus nota, quòd licet omnes Ca-
94 nonistæ ponant regulam in sensu affirmatiuo, verba tamen textus, sonant negatiuè. Supponens enim Bonifacius VIII. prout vtroque iure firmatum fuerat, & patet ex ijs, quæ dixi supra in *cap.*2. *de minor. in integ. rest.* quòd aduersus erroneam confessionem, ex qua confitenti læsio sequitur in integrum restitutio locum habeat, determinat hic qualiter per viam restitutionis in integrum hoc beneficium Ecclesiæ competere debeat; dicens ad beneficium restitu-
95 tionis in integrum aduersus propriam confessionem petendum admittendam non esse Ecclesiam, quæ infra quadriennium, ab ipsius confessionis tempore computandum, ipsum petere negligenter omisit. Huius generalis regulæ decretum in duo-
96 bus casibus limitans; si nimirum rationabilis causa aliter faciendum suadeat. ibi: *nisi aliquod rationabile appareat, quod aliud suaserit faciendum.* Vel vbi iuris remedio ordinario con-
97 fessionem suam Ecclesia reuocare intendat. ibi: *Vbi verò per viam communem reuocationis erroris, quem in facto prætendit, vult aduersus confessionem suam Ecclesia se iuuare: hoc*

quon-

quandocunque poterit, donec negotium sit finitum.

Nota etiam quòd ad restitutionem im-
98 plorandam non sufficit Ecclesiæ, vel minori se esse tales, sed necessariò requiritur se læsos proponi. *Dec. conf.564.num.18. Donel.comment.Iur. Ciuil. lib. 21. cap. 9. & 10. Morl. in empor. iur. part. 1. tit. 5. in prælud. num.7.* Nec sufficit læsionem allegare, sed simul necessum est ipsam pro-
99 bare non solum in ciuilibus, vt docet *Specul: hoc tit. §. 1. num. 36. Abb. in cap. auditis, sup. hoc Tit. Card. in Clem. vnic. nu. 19. infr. eodem Natt. conf. 558. per tot. latè Mascard concl. 1279. nu. 19. Bald. Salic.* & alij, quos refert *Odd. de rest. q.65. n.30.*

Sed & in Criminalibus, ità *Cyn. in l.*
100 *clarum num. 4. C. de auctor. præst. vbi & Alber. num 2. Folcr. in prax. verbo. & si confitebuntur part. 1. n.19.* defendit latè *Gom. tom.3. var. cap. 1. num. 66. verſ. sed his non obstantibus Clar. §. fin. q. 60. in fin. Farinac. in prax. p.3. q.81. n.378.*

Regula enim nostri *textus* procedit tam
101 in causa ciuili, quàm criminali; nam & si negotium sit criminale aduersus confessionem delicti per imprudentiam, facilitatem, vel tormentorum metum factam restitutioni locus est, ità originaliter docuit *Angel. in l. certum §. vlt. ff. de confess.* vbi DD. communiter, quorum sententiam sequuntur alij innumeri, quos referunt *Afflict. decis. 208. n.5. Menoch. de Arbitr. casu 268. num. 3. Morl. in empor. iur. tit. q.7. num. 12. Sanch. de matrim. lib.7. disp. 112. nu. 17. Farin. d. q.81. n.374. cum seq.*

Quoniam verò hic *Barbos. n.15.* contra
102 dictum gloss. in verbo Læsa. ibi: *pro leui læsione non datur restitutio* pluribus citatis læsionem modicam sufficere contendit. *Passerin.* verò *n.4.* cum *d. Glossa*, dicit requiri læsionem enormem, seù grauem. Dico dictum *gloss.* esse verum, quòd pro leui læsione non detur restitutio, vt patet ex ijs, quæ disertè dixi supra *in cap. 3. Qua qualis, & quanta læsio*
103 *esse debeat*; & Doctrinam Barbosæ quod modica læsio ad restitutionem sufficiat, communiter à legistis esse receptam, vt testatur *Costa in l. Gallus §. & quid si tantum part. 2. nu.76. cum seq. Couar. lib.1. var. cap.3. n.11. Donel. lib. 21. Commentar. iur. ciuil. cap. 9. colum. pen. & cap. 12. verſ. 9. Sfort. de rest. q.4. num.105.* cum alijs ab ipso pleno calamo relatis, qui omnes constanter defendunt ad restitutionem concedendam nihil re-
104 ferre vtrùm magnum, vel paruum sit minoris, vel Ecclesiæ præiudiciū, benè interpretantes *text. in l. scio ff. de min.* de quo hic *gloss.* vt non in modicis simpliciter in integrum restitutionem deneget, sed in satis minimis; in quibus *Passerini* dictum procedit. ibi: *quia alias, quod omnibus pensatis est modicum, & leue parui fit, neque ex leui præiudicio lites prorogari debent, quod vergit in damnum ambarum partium.* Passerini verò
105 sententiam, quòd requiratur læsio enormis, seù grauis, & non modica, esse reijciendam, vt patet ex cumulatis in *d. cap.3. & in cap. prox. verſ. nec refert.*

Ex verbis etiam nostri *text.* ne dum
106 apertè colligitur aduersus propriā confessionem Ecclesiam læsam esse restituendam, sed & aduersus quam confessionem restitutio competat. ibi: *Si aduersus confessionem in iudicio à se factam &c.* Vndè ad literam patet regulam textus non extendi ad
107 quamcumque confessionem, sed ad confessionem duntaxat in iudicio factam, vt hic notat *Gloss.* in verbo, *in Iudicio.* ibi: *quia extra iudicium facta non nocet.* Sed falsa est ista ratio, quam hic *gloss.* assignat; Varij enim confessionis extraiudicialis sunt effectus, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt per *text. in l. generaliter ad fin. C. de non. num. pecun. l. quaro §. vlt. ff. de edilit. edict. l. Publia §. fin. ff. depositi*, docent communiter scribentes, vtròbique disputantes quando plenè, vel semiplenè, parte præsente, vel absente extraiudicialis confessio probet, vel ad Torturam indicium faciat, vt pluribus relat. notant *Gutier. de iurament. confirmat. part. 1. cap. 54. Mascard. de probat. concl. 346. & concl. 350. Marant. de Ord. Iudic. part. 6. tit. de confess. à num. 2. vsque ad 20. Clar. in pract. §. fin. q.21. num.31. &*

Baiard.

Baiard. add. à num. 121. *Farinac. in prax. crim. q.35.n.43. & part.3.q.82.*
Et confessionem extraiudicialem ali-
108 quando lædere aduertunt hic *Dom.*
num.8. Franc. n.5. Quamobrem pa-
tet quod licet sit verum dictum *gloss.*
quod regula *textus* loquitur de con-
fessione iudiciali, attamen est falsa
ratio per eamdem *gloss.* assignata,
quod ideò non loquatur de extraiu-
diciali; quia non nocet. Vndè me-
moriæ singulariter retineas, quòd
109 vbi ex confessione extraiudiciali in
iudicio deducta Ecclesia læderetur,
censeretur illa confessio, ac si in iu-
dicio facta esset, & ideò aduersus
ipsam in integrum restitutio Ecclesiæ
competeret, vt benè aduertit hic
Passerin. nu.6. in fin. Nec iuramen-
110 tum impedit quin aduersus con-
fessionem iuramento firmatam veni-
ri possit restitutione integrum aduer.
sus ipsam, si falsò per imprudentiam
facta sit, implorata, vt ex sententia
Bald. qui latè hoc confirmat in *cap.*
vlt. n.5. de confess. & in l. vnic. n. 55.
C. eod. Tit. plenè docent *Bero.q.*135.
*per tot. Roland. cons.*41. *num.*37. *lib.*1.
*Gutier. in auth. Sacram. puber. C. si aduers. vend. latè Odd. de rest. q.*65.
*num.*19. *cum seqq.*

Quæ autem de confessione dixi, mili-
tant etiam respectu negationis, con-
111 fessionis enim nomine hic venit
quælibet responsio data in iudicio,
siue affirmatiua, siue negatiua *l. si ex causa §. nunc videndum ff. de minor.*
aduertit *Farinac. d. q.* 81. *num.* 38.
& 358.

Quoniam verò de confessione ab ipsa
Ecclesia facta, *textus* noster hic lo-
quitur. ibi: *à se factam*. Certique
iuris sit, quòd confessio Prælati, seù
Rectoris Ecclesiæ, ipsius Ecclesiæ
112 confessio censetur, atque ideò si
Ecclesiam lædat, ad ipsam retractan-
dam in integrum restitutio compe-
tat adeò vt ipse Prælatus nomine
Ecclesiæ restitutionem petens, etiam
113 contra confessionem propriam
iuratam venire possit, satis euiden-
ter pateat ex dictis; nihilhominus
cum distinctione procedendum est,
vt cognoscamus, quæ nam Prælati
confessio Ecclesiæ noceat. Nam si
de voluntaria loquamur, id est de
114 ea, quæ procedit, ex simplici vo-
luntate Prælati nullo iudicis iussu,
vel mandato præcedente, hæc etiam
si in iudicio facta sit Ecclesiæ non
prçiudicat. *Gregor. dec.* 460. *nu.* 5.
Alex. cons. 322. *num.* 16. *lib.* 2. *Paris. cons.* 115. *num.* 21. *lib.* 1. si verò de
115 necessaria sit sermo, id est de con-
fessione à Prçlato prçcedente Iudicis
iussu, & non ex eius voluntate, sed
ex causç necessitate iudicialiter fa-
cta; Ecclesiæ prçiudicat. *Fed. de sen. cons.* 143. *num.* 2. *Rot. decis.*334.
num. 2. *&* 480. *num.* 4. *p.* 1. *recent.*
*& decis.*27. *part.* 9. *Gregor. decis.*375.
n. 6. *& decis.* 506. *num.* 3. *DD. communiter in cap. vlt. de Præscript. vbi Panorm. num.* 44. *Felin. num.* 2. &
nota *cum Beltram. add. ad dictam decis.* 375. *Gregor.* XV. *num.* 11.
quatuor casus, in quibus Prçlati con-
116 fessio regulariter Ecclesiç nocet.
Si nimirum sit adminiculata, & con-
iecturis fulcita. *Gregor. decis.* 106.
num. 4. *Mant. decis* 39. *num.* 1. *Rot. decis.* 334. *num.* 2. *& decis.*177. *num.*
5. *par.* 2. *diuers.* & sufficit quod iu-
ris prçsumptionem habeat pro se.
Felin. cap. fin. de Præscript. num. 11.
Rot. *dec.* 141 *numer.* 6. *part.* 2. *diuers.*

Secundò si confessio concernat actum
117 gestum ab ipso Prelato confitente.
Gloss. in d. cap. fin. vbi *Panorm. num.*
44.

Tertiò si per modum iurisdictionis cõ-
118 tentiosæ in iudicio facta sit. *Rot.*
*decis.*141. *num.*4. *& decis.* 666. *num.*5.
part. 2. *diuers. & in Reg. Pension. coram Orano apud Marches. de Commis. fol.*
616.

Quartò denique si non sit vnica, sed
119 iterata, & sæpius repetita *Rot. in*
Conchen. Decimarum de Belmonte. 1.
Iulij 1619. *coram Dunozetto.*

Quinimò ingeniosè idem *Beltramin.*
120 aduertit, quod generaliter lo-
quendo Prælati confessio maximum
argumentum præbet, quòd res ita
se habeat. *Rot. decis.* 293. *num.* 2.
part. 1. *diuers.* & ideò donec de con-
121 trario non constet, esse attenden-
dam dixit *Rota decis.* 291. *num.* 8. *post*
lib. 3. *Cons. Farinac.*

Quid autem dici debeat de confessione
Procuratoris, quærunt Scribentes,

&

122 & *Gloss.* in verbo *A se* extendit
Regulam nostri *text.* etiam ad con-
fessionem factam à Procuratore. Hoc
tamen generale dictum *Gloss.* non
placet. Nam quòd procuratoris con-
123 fessio non noceat principali dixe-
runt. *Castrens. in l. non solum num.* 2.
ff. de Proc. Felin. in cap. 1. *num.* 14. *ut*
lit. non contest. Bellam. dec 104. *Greg.*
dec. 407. *num.* 3. *& decis.* 375. *nu.* 5.
& dec. 460. *num.* 4. *& decis.* 467. *nu.* 4.
Cocc. dec. 84. *num.* 7. *& dec.* 318. *nu.*
4. *& decis.* 452. *num.* 10. Quod in-
tellige nisi procurator ad sic confi-
124 tendum speciale mandatum ha-
beat, quia in casu eadem esset ratio
ac si principalis ipse confessus fuis-
set. *Butr. in cap. fin. de confess. Felin.*
d. num. 14. Vel nisi procurator prin-
125 cipali presente, & non contradi-
cente confessus sit *Rot. dec.* 11. *de con-*
fess. Quod & dicendum de qualibet
confessione facta absente principali,
126 si habita notitia illam nō reuocet.
Felin. d. num. 14. Vel nisi sit admini-
127 culata, quia procuratoris confessio
concurrentibus adminiculis plene
probat *Roias decis.* 336. *num.* 2.
Cæterum in quibus distinguatur con-
128 fessio principalis, à confessione
Procuratoris latè recenset *Feln. d.*
cap. 1. *num.* 18. *ut lit. non contest.* &
generalis sit Regula, quòd Procu-
ratoris confessio talis est naturæ, ut
129 principalis ipsam reuocare possit.
Coccin. decis 186. *num.* 1. *Greg. dec.*
decis. 270. *num.* 9. *& ibi Beltram. nu.*
12. *Roias dec.* 156. *num.* 8. *Rot. decis.*
16. *num.* 12. *& decis.* 57. *numer.* 46.
part. 7. *recent.* Nec refert quàmuis
130 esset geminata, ut patet ex allegat.
decis.
Hæc autem regula fallit primò ubi
principalis vigore confessionis à
131 Procuratore factæ aliquid obti-
nuisset in iudicio.
Secundò si Principalis confessione à
132 Procuratore facta in iudicio usus
sit, utendo enim ratificare censetur.
Beltram. add. ad d. decis. 270. *Greg.*
num. 12. *Innoc. in cap. cum olim. de*
Cens. Rot. decis. 16. *num.* 12. *& decis.*
57. *num.* 47. *part.* 7. *recent.*
Tertiò denique si Procuratoris confes-
133 sio à parte acceptata sit, reuocari
amplius non potest, ita *Rot. d. decis.*
57. *num.* 48. *d. part.* 7. *recent.* Quo-
modo verò Tutoris, vel Curatoris
134 confessio pupillo, aut minori præ-
iudicet, tradit *Rot. decis.* 1089. *num.* 2.
coram Penna, & decis. 152. *num.* 2.
coram Coccin. & coram Greg. decis.
506. *num.* 9. *& in recent. decis.* 298.
part. 7. *& decis.* 284. *numer.* 29.
part. 9.
Iuxta igitur doctrinas, & limitationes
135 præfatas die confessione Procura-
toris, Ecclesiam lędi posse, & conse-
quenter aduersus etiam huiusmodi
confessionem ei in integrum restitu-
tionem competere; quod tamen fie-
ri debet intra quadriennium à die
confessionis ibi: *infrà quadriennium*
ab ipsius confessionis tempore imputan-
dum. At ut satis superque dixi in
cap. prox. quadriennium solis negli-
136 gentibus currit etiam attenta Re-
gula nostri *text.* ibi: *petere negligenter*
omittat. quapropter non currit impe-
ditis, & ignorantibus iuxta ibi nota-
ta. Quinimo Iudex etiam ex ratio-
nabili causa quadriennio elapso ad-
137 uersus confessionem Ecclesiam in
integrum restituere posset prout *d.*
cap. prox. dictum fuit posse ipsam re-
stituere aduersus sententiā, vel con-
tractum, non obstante quadriennij
lapsu, si rationabilis causa subsit, &
patet ex litera nostri *text.* ibi *nisi ali-*
quod rationabile appareat, quod aliud
suaserit faciendum.
In secunda verò parte *text.* dicitur,
138 quòd si Ecclesia per viam iuris
communis intendit reuocationem
erroris; quem in facto prætendit,
hoc quandocumque facere poterit,
ibi: *Ubi verò per viam communem re-*
uocationis erroris, quem in facto præ-
tendit, vult aduersus suam confessio-
nem Ecclesia se iuuare: hoc quandocun-
que poterit, donec negotium sit fini-
tum.
Iure etenim communi attento, ne dum
149 Ecclesia, sed & minor iusto errore
probato confessionem suam reuoca-
re potest. *Gutier. de iuram. confirm. p.* 3.
cap. 8. *Tusch. lit. C. concl.* 649. *Odd.*
de Rest. q. 8. *num.* 16. *& seqq.* tam
si confessio sit ciuilis, quàm crimina-
lis, siue spontanea, siue per torturam
emanata ut plenè admittūt relati per
Farinac. prax. crim. p. 3. *q.* 81. *num.*
315.

315. Nam vbi est error consensus
140 deficit, & vbi non est consensus, ibi non est confessio, quę oritur ex consensu.

Hinc nota quòd si reuocari potest eò
141 magis declarari, & excusari; quamuis sit iurata sub quacumque iuramenti forma, etiam acceptata, etiam si deliberata, repetita, geminata, & ratificata etiam in causa appellationis; nec non etiam si sit indicijs grauata, siuè indicia illam præcesserint, siuè non; & ita vt *ne dum à confitente sed & ab alys reuocari possit, etiam ipso confitente inuito, à Patre præsertim alijsque consanguinis*. Ità quod Iudex reuocationem admittere teneatur etiam post sententiam, quæ non transiuit in iudicatum. Immò & post transitum sententiæ in iudicatum,
142 ad vitandum præiudicium, quatenus est vitabile ad superiorem recursus haberi poterit, vt veritate cognita, via iuris, aut saltem ex gratia possibile remedium præbeat ita docent *Franc. num.* 7. & alij innumeri, quos cumulat *Farinac. in prax. p. 3. q.* 81. *num.* 315. *dixit Rot. decis.* 356. *n.* 2. *&* 3. *decis.* 981. *n.* 8. *coram Penna decis.* 314. *n.* 12. *decis.* 337. *num.* 59. *& decis.* 319. *num.* 19. *coram Durano. decis.* 305. *n.* 3. *coram Coccin. & decis.* 60. *n.* 5. *&* 6. *coram Millin. decis.* 343. *num.* 4. *coram Roias & decis.* 283. *numer.* 8. *part.* 6. *recent.*

Non verò quemlibet errorem probare
143 satis esse videtur, cum verba textus loquantur de errore facti, ibi: *reuocationis erroris, quem in facto prætendit*. notat *Dom. hic. num.* 3. qui licet cum *glossa* dicat solum errorem facti, & non errorem iuris confessionem excusare, ab eius tamen dicto discedendum puto, nec verba textus intelligenda assero de errore fa-
144 cti, sed de errore, quod in facto consistit, id est de quo realiter constat, & de facto probatur, Vnde dixit *Rot. coram Greg. decis.* 522. *nu.* 14.
145 confessionem erroneam non nocere confitenti siue error sit in facto circa verborum conceptionem, siue in iure circa verborum significationem. Vbi enim confessionis veritas deficit, quicumque effectus, qui ta-
146 li veritati innituntur de facto corruunt; quia deficiente causa deficit effectus, & fundamento euerso tota machina ruit, quæ super illud innixa erat, & quoniam in dubio confessio vera præsumitur, error plenè
147 probari debet, si tamen de eo ex indicijs, & coniecturis appareat plenè probatus censetur. *Farin. d. q.* 81. *numer.* 341 *& seqq.* Hæc etenim est natura confessionis, quòd vt noceat certa esse debeat non ambigua,
148 vel ęquiuoca. *Rot. decis.* 68. *numer.* 2. *part.* 8. *& decis.* 54. *numer.* 8. *part.* 9. *recent.* Errorem ergo confessionis probare debet, qui ipsam reuocare intendit, ni for-
149 san quòd confessus fuit incontinenti reuocasset. *Franc. in cap.* 1. *numer.* 2. *de Accus. in* 6. *Panorm. in cap. fin. numer.* 21. *sup. de confess.* In continenti autem dicitur re-
150 uocari confessum, ne dum si reuocetur antequam ipsum Notarius scribat, sed si reuocetur antequam examinatus exeat à Iudicis pręsentia. *Caren. tract. de S. Offic. part.* 3. *tit.* 8. §. 11. *numer.* 51. *Palaus tom.* 1. *tractat.* 4. *disp.* 8. *part.* 16. §. 1. *numer.* 3. Stan-
151 dum tamen in hoc puto Iudicis arbitrio, qui perpendere debet interuallum temporis inter confessionem, & reuocationem, nec non qualitatem facti intricati. *Farinac. loc. cit. numer.* 348. quod maximè locum habebit in iudicio criminali. Cæterum qualis error facti siue alie-
152 ni, siue proprij ad confessionem reuocandam sufficiat post *gloss.* 1. *in l.* 2. *ff. de vsur. vbi Bart. à numer.* 6. *& in l. error. vbi DD. ff. de iur. & fact. ignor.* tradunt *Padil. ibi à numer.* 51. *Ias. numer.* 21. *cum latè deductis* circa ignorantiam facti proprij vel alieni per *Mascard. de prob. concl.* 638. *&* 735. *&* 879. *numer.* 40. *cum seqq. Gutier. de iuram. confirm. p.* 3. *c.* 18.

Potest ergò Ecclesia per viam iuris
153 communis confessionem suam quamdocumque reuocare, donec iudicium sit finitum. Vnde nota ex verbis *text.* ibi: *hoc quamdocumque poterit donec negotium sit finitum*. Cum glossa in verbo *poterit*. Eccle-

ſiam vna via admitti ad id, à quo
154 alia via prohibetur, per formam enim iuris communis ad id admittitur, à quo per beneficium restitutionis prohibetur. Sic interdum è conuerso per formam iuris communis repellitur, & per beneficium restitutionis admittitur. *cap. coram ſup. hoc tit.* Nota etiam cum *gloſſ.* in verbo, *finitum*. Iudicio finito non
155 amplius locum reuocationi confeſſionis. Finitum autem dicitur iudicium ſi ſententia in iudicatum
156 tranſijt, vel poſt confeſſionem ſequuta ſit tranſactio inter partes. Qua propter ſi à ſententia appellatum ſit Eccleſia ad verſus confeſſio-
157 nem propriam in prima inſtantia emiſſam ſe iuuare poteſt, & cauſa appellationis pendente errore detecto illam reuocare ita *l app. Arch. Butr. Dom. Fran. & alij quos hic refert Barboſ. numer. 16. Odd. de reſt. q. 8. num. 34.*
E contra autem ſi per tranſactionem
158 confeſſio effectum ſortita fuiſſet errorem probare non ſufficeret, niſi ſimul probaretur dolus verus vel preſumptus. *Menoch. de Arbitr. caſ. 209. numer. 40. Seraph. deciſ. 275. Roias deciſ. 200. num. 9. & in recent. part. 9. dec. 160. num. 11. & 12.*
Poſſe etiam negotium finitum dici ad
159 vertit citata *gloſſ.* ex *Ioan. Monach.* ſi ſit concluſum in cauſa, quo caſu non eſt licitum prætextu erroris confeſſionem reuocare. *Padill. in d. l. error num. 39. C. de Iur. & fact. ign.* quod & tradunt relati per *Farinac. in prax. crimin. p. 2. q. 77. à nu. 257.*
nam poſt concluſionem non eſt co-
160 gnoſcere, ſed cognitum eſſe, & ſic non eſt probatio recipienda, quę neceſſaria eſt circa errorem *Archid. in cap. cum dilectus dè fid. inſtrum. l. ſi rem ff. de euict.* Veruntamen etiam poſt concluſum in cauſa, quamdiù la-
161 ta ſententia non tranſierit in iudicatum, confeſſio reuocari poterit, ſolumque interim pendente concluſione error probari non poteſt, iuxta doctrinā *gloſſ. in d. verb. concluſum & ex d. cap. cum dilectus.* quibus adde regulam. *cap. paſtoralis verſ. ſi verò de cauſ. poſſeſſ.* Atque ideò verius erit dicere eo tempore non tam tolli facultatem reuocandi confeſſionem, quàm ſolum ſuſpendi vt ex *Affl. ēt. notat Gutier. de iuram. confirm. par. 3. cap. 8. num. 2. Odd. de reſt. q. 8. num. 38.*
Nota deniq; ex vltima parte huius *text.*
162 ibi: *Vbi verò* quòd facilius tollitur conceſſum ex priuilegio, quàm conceſſum à iure communi. *Anch. n: Butr. numer. 2. Dom. num. 4. Franc. num. 3.* Quare elapſo quadriennio non eſt amplius locus reuocationi confeſſionis per viam reſtitutionis in integrum poteſt tamen reuocari ex capite erroris per viam ordinariam iuris communis. Vnde duò hic dantur modi ſe iuuandi aduerſus emiſſam confeſſionem per reſtitutionem, & per reuocationem, qui tamen cu-
163 mulari non poſſunt, ſed vno, vel altero eſt vtendum, quia remedium
164 iuris extraordinarium cum ordinario cumulare non eſt permiſsū *l. in cauſa la 2. ff. de min. Butr. hic num. 2.*

DOMI-

DOMINICI GALESII COMMENTARIA

IN TITVLVM XI. LIB. I. CLEMENTINARVM DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM

CAP. AB ECCLESIA VNIC.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia per lapsum temporis lesa, infrà quadriennium à tempore lasionis, ad illud santum tempus restituitur.*

2 *Verba huius textus sunt Clem. V.*

3 *Clemen. V. sedit Ann. 8. mens. 10. die 16.*

4 *Clem V. successit Benedicto XI.*

5 *Verba huius text. desumpta fuerunt ex decretis Concilij Viennensis Generalis.*

6 *Post Obitum Benedicti XI. vacauit Sedes mens. 13. & die 2.*

7 *Clemens V. ex Archiepiscopo creatur Papa.*

8 *Clemens V. ad suam coronationem ex Italia Lugdunum Gallia Cardinales euocat.*

9 *Coronatur Lugduni in Ecclesia S. Iusti presensibus Regibus Aragonia, Anglia, & Francorum.*

10 *In Coronationis Pompa Dux Britannia oppressus, & Carolus frater Regis debilitatus remansit.*

11 *Clemens V. timore procumbentis muri superstantis multitudinis onere, in Turbam praceps deturbatus est.*

12 *Clemens V. Pontificiam Sedem Auenionem in Gallys transfert.*

Tres Cardinales Roma, & in Italia res Ecclesiasticas gerunt. ibidem num. 12.

13 *Sedes Apostolica Auenionis septuaginta, & amplius annis hasit.*

14 *Clem. V. Sicilia Regi Sardiniam dono dedit.*

15 *Venetos ad Ferrariensem Principatum aspirantes excommunicauit.*

16 *Item Florentinos, & Lucenses ab armis contra Pistorienses sumptis abstinere nollentes.*

17 *Ipsos absoluit Ecclesiam in Ferraria recuperanda adiuuantes.*

18 *Regno Neapolitano Robertum inuestiuit.*

19 *Imperatoris electionem conditionatè confirmat.*

20 *Columnenses restituit.*

21 *Sciarram Columnam, & Nogaretium absoluit.*

22 *Lateranū incendio absumptū restaurat.*

Cælestinum V. inter Sanctos retulit. ibidem num. 22.

23 Bonifacium Papam damnare recusauit.

24 Melitensium militum ordinem amplificauit.

25 Varias hæreses exterminauit.

26 Rationem creandi Romanum Pontificem confirmauit.

27 Leges Ecclesiasticas, Clementinarum Constitutionibus amplificauit.

28 Diem extremum clausit die 11. Aprilis, sepultus fuit Vsestæ, vbi natalia duxerat.

29 Clem. V. Sepulchrum à Caluinianis hæreticis diruitur, & eius cadauer comburitur.

30 Post obitum Clem. V. vacauit Sedes Ann. 2. mens. 3. & die 17.

31 Ioannes XX. vulgò XXII. Clem. V. successit.

32 Sedente Clem. V. varia Concilia celebrata fuerunt, & quæ remissiuè ad Bin.

33 Concilium Vienneuse Occumenicum Sedente Clem. V. celebratum fuit.

34 Causa huius Concilij habendi exprimitur.

35 Referuntur verba Vecerij de causis, quibus Concilium Viennense celebratum fuit.

36 Concilium Viennense Occumenicum Anno 1311. voluntate Philippi Pulchri celebratum fuit, instantis Bonif. VIII. declarari Simoniacum, hæreticum, & periurum.

37 Concilium Viennense Bonif. VIII. à calumnijs absoluit, & legitimum Pontificem fuisse declarauit.

38 Viennense Concilium Philippum Regem Galliæ, & eius successores propter offensas Bonifacio, vel Ecclesiæ factas, ab omni pœna liberauit.

39 Varia itidem ad Ecclesiasticam disciplinam decreuit.

40 Constitutiones Ecclesiasticas Viennensis Concilij Clem. V. in vnum volumen contulit.

41 Ioannes XXII. Clem. V. successor collectionem Constitutionum, quam ipse Clemens morte præuentus promulgare non potuit in lucem edidit, & Clementinas appellauit.

42 Hæc Decretalis est inter Titulos Clementinarum.

43 Ecclesia restituitur solum aduersus tempus in quo se læsam affirmat intra quadriennium à tempore læsionis.

44 Procuratore Ecclesiæ non producente Testes, vel alia acta in Termino, Ecclesia læsa, aduersus lapsum termini restituitur.

45 Ad restitutionem obtinendam non sufficis si Ecclesia se læsam dicat.

46 Ad introducendam causam restitutionis in integrum sufficit si Ecclesia se læsam affirmet. Secus ad obtinendam restitutionem.

47 Aduersus lapsum quadriennij restitutio non conceditur.

48 Quadriennium fuit introductum ad inchoandam, & finiendam causam restitutionis in integrum.

49 Quadriennij spatium ad implorandam restitutionem tam in foro Ciuili, quam Ecclesiastico hodiè duntaxat obseruatur.

50 Quadriennij lapsus nullatenus Ecclesiæ nocet si per Iudicem, vel aduersarium steterit, quò minus causa intra illud finiatur.

51 Vbi Aduersarius, vel Iudex est in culpa tempus ad appellandum non currit.

52 Ecclesia restituitur aduersus lapsum quadriennij, si in ipsa causa non sit finita.

53 De stylo Romanæ Curiæ constito de bono iure quadriennium non attenditur.

54 Post quadriennium concessa restitutio est nulla.

55 Quadriennium debet esse continuum.

56 Olim ad petendam restitutionem dabatur Annus vtilis, quare à principio quadriennium est vtile.

57 Quadriennium à tempore læsionis currere incipit.

Minori quadriennium non currit à tempore læsionis, neque durante minori ætate. ibidem num. 57.

58 Maiori læso quadriennium non currit tempore absentiæ.

59 Ecclesiæ quadriennium à tempore læsionis statim currit.

60 Ecclesia fungitur iure minoris in materia restitutionis.

61 Ecclesia licet velit restitui aduersus temporis lapsum, quod minus fuerit quadriennio, adhuc tamen quadriennium integrum ad implorandam restitutionem habebit.

62 Pra-

62 *Pralatus sine mandato speciali nomine Ecclesia in integrum restitutionem petit.*
63 *Restitutio locum non habet, vbi lasio non respicit ipsam Ecclesiam, sed personas.*
64 *Dictio, aduersus, est in iure vsitata.*

CAP. AB ECCLESIA VNIC.

Cuius summarium ex ipso textu desumptum est.

Ecclesia probans se læsam per lapsum temporis, ad illud tempus
1 tantum restituitur, & infra quadriennium à tempore læsionis.

Commentaria cum Notis Auctoris ad hanc Clementinam.

VErba huius textus sunt *Clementis Papa* huius nominis *Quinti* Va-
2 sconis è diœcesi Vatensi, qui Sedit *Ann. 8. mens. 10. die 16. à die 5. Iunij*
3 *Anni* 1305. qua Romanus Pontifex in locum *Benedicti* XI. subrogatus
4 fuit, vsque ad *diem* 11. vel vt alij tradunt 20. *Aprilis ann.* 1314. qua diem extremum clausit; imperante apud Græcos Andronico seniore, vacãte Imperio Occidentali per mor-
5 tem Henrici VII. Et desumpta reperiuntur ex decretis *Concilij Viennensis Generalis* in Gallijs ab ipso celebrati.
Post obitum siquidem *Benedicti* XI. quem alij ex puncto *decimo*, qui fuit Schismaticus, & Antipapa, *decimum* duntaxat vocant cum Romana Se-
6 des vacasset *mens.* 13. *& dies* 2. *Bertrandus* Gothus, in Galliæ Prouincia Vasconia appellata nobili genere
7 natus, ex Archiepiscopo Burdegalensi, Perusij dicto *Anno* 1305. *die* 5. *Iunij* in Vigilia Pentecostes, absens, & suæ Ecclesiæ gubernio intentus, Romanus Pontifex renunciatus fuit, & *Clemens V. vocatus*, qui mox Cardinales ex Italia Lugdunum Galliæ
8 euocãs in S. Iusti Ecclesia coronatur; tribus Regibus Coronationis pompæ
9 presẽtibus Iacobo Aragoniæ, Eduardo Angliæ, & Philippo Francorum, alijsque Principibus Trãsalpinis, & quotquot præcipuæ nobilitatis Gallia tunc habuit: dum tamen coronationis pompa per Vrbem ducebatur, vetustate, & superstantis multitudinis onere, murus quidã procumbens
10 inter alios multos, Ioannem Britanniæ Ducem oppressit, Carolum Regis fratrem debilitauit, & ipse Papa
11 adeò in Turbam præceps deturbatus est, vt mitra ex capite excussa lapidem prætiosum amiserit. A *Clemente V.* ob continuas Italicas seditio-
12 nes, Pontificia Sedes Auenionem in Gallijs translata fuit; perculso reliquo Christiano Orbe, & indignante Italia; tribus missis Cardinalibus, qui res Romæ, & in Italia gererent:
13 ibique septuaginta, & amplius annis hæsit, vt testantur *Platin. Genebr. & alij. Clemens etiam V.* Friderico
14 Siciliæ Regi Sardiniam dono dedit, hac solum conditione, vt ex ea Saracenos abigeret; Venetos, qui in
15 Ecclesiæ præiudicium ad Ferrariensem Principatum aspirabant, excommunicauit. Idem bis contra Floren-
16 tinos, & Lucenses tentauit, quòd ab armis contra Pistorienses sumptis abstinere nollent; absolutionem ta-
17 men postea, quòd in Ferraria recuperanda Pontificem iuuissent con-
18 sequuti sunt. Robertum, eius patre è viuis sublato, Regno Neapolitano inuestiuit. Henricum Luxem-
19 burg. Ducem, Imperatorem electum, hac conditione confirmauit, vt post biennium coronam acceptu-
20 rus Romam veniret. Columnenses restituit, Sciarram, & Nogaretium, qui Bonifacium VIII. sacrilege captiuum fecerant, instante Galliæ Re-
21 ge absoluit, Lateranum incendio absumptum restaurandum curauit.
22 *Celestinum V.* quem Petrum Confessorem nominauit, inter Sanctos retulit. *Bonifacium VIII.* quod Phi-
23 lippus Pulcher Rex Galliæ fieri æquè importunè, ac impiè sollicitabat, damnare recusauit. Rhodiorum, hodie Melitensium militum vires in
24 Oriente, amplificatione Ordinis contra Turcas armauit, Beguardorum,
25 & Beguinum hæreses condemnauit. Sectam Fraticellorum hæreticorum,

Ordi-

Ordinemque Templariorum multis
erroribus implicitorum, in *Viennensi*
Concilio exterminauit. Rationem
creandi Romanum Pontificem ex
26 *Greg.* X. formula confirmauit. Le-
gum Ecclesiasticarum Tabulas Cle-
mentinarum Constitutionum libris
27 editis amplificauit; Cum verò vt
dictum est sedisset *Annis* 8. *mens.* 10.
& die 56. *Anno Domini* 1314. *die* 11.
vel vt alij scribunt 20. *Aprilis* feria
septima morbis exagitatus diem ex-
tremum clausit apud Rupem Mauri,
28 haud procul Auenione, Nemansen-
sis diœcesis ad Rhodanum fluuium
& Vsestæ, in quo Vico natus erat in
Templo Virginis à se ædificato, prout
iusserat eius cadauer tumulatum
fuit, Sepulchro Marmoreo celebris
operis, in humanæ corruptionis tro-
pheum erecto, quo *Anno* 1577.
29 *Octauo Idus Ianuarij* à Caluinianæ
hæresis grassatoribus diruto; Cle-
mentis cadauer igni exustum in cine-
res resolutum fuit. Vacauit Sedes
30 post eius obitum *Ann.* 2. *mens.* 3. *&*
die 17. eique successit **Ioan.** XX. vulgi
31 sententia XXII. de quo *Vid. not. in-*
ter Pontifices Legislatores.
Varia Sedente *Clem. V.* Concilia cele-
32 brata fuisse colligitur ex *Binn.* &
post ipsum nouiter *à Labbeo*, qui no-
tis illustrata illa ex integro referunt.
Inter quæ ab ipso *Clemente* celebra-
rum legitur *Viennense Oecumenicum*,
33 *siue Vniuersale* XV. præsentibus Re-
gibus Francorum, Angliæ, & Ara-
niæ, ac Patriarchis Alexandrino, &
Antiocheno, Episcopis 300. præter
Abbates, & Doctores; indicti ve-
rò Concilij causas, & occasionem
inter alios Scriptores nemo verius,
34 & citra omnem affectum nemo me-
lius, vt restatur *Bin.* expressit, quam
Conradus Vecerius in vita Henrici
VII. Imper. qui dum exposuisset, qua
ratione *Clemens* cura, & studio Phi-
lippi Regis Romanum Imperium af-
fectantis per Cardinales Galliæ Pon-
tifex factus fuisset; deque coronan-
do in Imperatorem Romanum fratre
eius Carolo Sponsionem dedisset,
nec non de absoluendo ab excom-
municatione Philippo, & Memoria
Bonifacij VIII. delenda, hæc sub-
35 dit; *Gotho* ità ante creationem *Cle-*

mens vocabatur, vt primum quæ à Rege acta de se fuerant, Italis quoque probars cognouit, Senatum statim Cardineum vniuersum Regesque Transalpinos aliquot conuenire Lugdunum iubet, ad peragenda inaugurandi solemnia. Id Edictum tametsi Prælatis Ausoniæ non perinde arrideret, pontificiam Aulam trans Alpes concessuram gementibus: coiere tamen in ciuitatem designatam non infrequentes: ibi declaratus ex more maximus Ecclesiæ Christianorum Episcopus, quintique Clementis appellationem sortitus, mox Philippum censuris, (namque id primum postulatorum caput extiterat) quibus innexum à Bonifacio diximus exoluit, reliqua promissorum tempestiua se effecturum affirmans. Sed nec ea Philippus posthabendum ratus, Pictauos, in conuentum accersito Clemente, de cæteris desiderij sui partibus referri iussit in medium. Summa petitio erat de abolenda in perpetuum memoria Bonifacij. Neque prætextu caruit flagitatio impudens articulis quadraginta Confidicorum ingenio excogitatis, quibus Octaui mores præter alia facinora de hæretica impietate sugillabantur. Hic verò hærere æstuareque Clemens quidnam consilij in re tam inexplicabili caperet. Namque inde occurrebat Sacramenti interuentu firmata promissio: huic innocentia Bonifacij, qui vt neque forsan insons prorsus criminum haberetur, ita non vllum extare de obiecto admisso iudicium: quin exemplis, decretis, constitutionibusque declaratum abundè reliquisse, quanto studio, quantaque fide gubernacula culminis Apostolici procurasse. Sollicito inter has curas Clemente V. oportunè Nicolaus Cardinalis Pratensis interuenit: cui, quod arbiter omnium arcanorum haberetur, nudantur ordine omnia. Is vt erat ingenio ad subita etiam quoque moderanda dexterrimo, primum confirmato Pontificis animo, scire se quid potissimum illi consilij profuturum speraret affirmat; regias in primis spes ali dissimulanter augerique placere, tum docere cupidum principem, quo magis rata fiat: quæ ad Bonifacij cineres attinens videri futurum consultius, si tanta res non nisi publici Concilij Senatus consulto firmetur. Quam sententiam vbi Gallus approba-

probauerit, Sedem conuentui Viennam inter Allobrages deligat, aliamue ciuitatem quampiam, & liberam, & ad excedendum regijs finibus opportunam.

Philippi itaque Francorum Regis, con-
26 tra *Bonifacij VIII.* cineres ira æstuantis, & prout in promissis acceperat, eius memoriam ex Ecclesia deletam videre cupientis, voluntate concurrente. *Anno millesimo trecentesimo vndecimo Kalendis Nouembris Clemens V.* magnum, & generale totius Ecclesiæ Concilium, cui ipse præsedit, *Vienna in Delphinatu* celebrauit, cui plures quàm trecenti Ecclesiastici Patres ex varijs Christiani Orbis partibus interfuere, à quibus audito tractatu Philippi Pulchri, qui omni-
37 bus modis conabatur, vt *Clemens Papa* omnia acta, & decreta *Bonifacij VIII.* ex hominum memoria aboleret, eumque tanquam hæreticum condemnaret, inter calumnias, quas illi obijciebat, quasque *Nauclerus in Chron.* cæteris prolixius describit. Simoniacum, hæreticum, & periurum probare intendens: vtpotè qui fidem, quam de Romani Imperij titulo in se transferendo dedisset, promissionis factæ immemor non adimpleuisset. Concilium nullo modo assentire voluit: quinimò à Calumnijs Philippi *Bonifacium* absoluit, ipsumque Legitimum, & Catholicum Pontificem declarauit. Verum quia Bonifacius Papa contra ipsum Philippum Regem processum instruxerat, & à Regno deposuerat, Con-
38 cilium ad ipsum quietandum, non valentem obtinere, quod cupiebat iniustum, decreto firmauit, quod quacumque de causa Rex offendisset *Bonifacium Papam*, seu Ecclesiam, nullo vnquam tempore posset ipsi Regi, vel eius filijs, & hæredibus aliquid damni, vel pænè inferri, vt pluribus tradunt *Anton. 3. part. Histor. tit. 11. cap. 3. Ioan. Marius Belga de Schismat. & Concil. lib. 1. cap. 20. Vecerius, & Nauclerus loc. cit. Seuerin. Bin. in Not. in Concil. Venn.* pleno calamo describentes qualiter decreto huiusmet Concilij Templario-
39 rum Ordo etiam extinctus fuit, quales Templarij initio fuerint, & quales esse cœperint indicant *Gulielmus Tyrius in hist. belli Sac. Vrspergens. in Chron. post Ann. 1227. Thom. Vualsingham. histor. Anglic. Platin. in Vit. Clem. V.* Hæreses quoque Petri Ioannis, Fraticellorum, & Dulcinistarum, Begardorum, & Beguinorum condemnantur, expeditioque pro recuperanda Terra Sancta suscipienda decernitur, nec non pro reformandis Ecclesiæ moribus plures Constitutiones Ecclesiasticæ disciplinæ per vtiles promulgantur; quas
40 vna cum alijs tum ante, tum post Concilium editis, *Clemens Papa* in vnum Volumen contulit: quod cum morte præuentus promulgare non potuisset. *Ioannes XXII.* eius in Pontificatu successor, in lucem postea edidit: eamque Collectionem *Cle-*
41 *mentinas* appellauit. Vndè Constitutiones Viennensis Synodi, de qua exactissimè loquor inter *Pontifices Legislatores*, separatim excusæ reperiuntur in iure Canonico, & *Clemen-*
42 *tinæ* inscribuntur; inter quas hæc nostra Decretalis clauditur; qua
43 sancitur. Quòd Ecclesia petens restitutionem in integrum aduersus temporis lapsum, ad illud tantum tempus, in quo se læsam affirmat infrà quadriennium à tempore læsionis restituitur. Ità communiter colligunt *Lap. Abb. Anch. Imol. Zabar. Panorm. Paul. de Eleaz. Bonif. de Vital.* cum alijs quos hic refert *Barbos. num. 1.*

Vndè Regulam noto, quòd Ecclesia, quæ per lapsum temporis se læsam probat, quia nimirum eius procurator, qui ad producendum testes,
44 acta, literas, & quæcumque alia munimenta sub pæna exclusionis, terminum petijt; sed impeditus non produxit in termino, aduersus lapsum termini habet releuamentum, per restitutionem ad tempus, in quo læsa fuit, puta si ad producendum tres habuit menses, & per duos impedita fuit, non restituetur ad tres menses, sed ad duos duntaxat, in quo tempore se læsam affirmat, vt colligitur ex litera huius text. ibi: *Sed non fiet restitutio nisi ad tantum tempus, quantum se læsam fore probabit,* quibus etiam verbis patet, quòd ad hoc vt Ecclesia aduersus temporis lapsum

lapsum in integrum restituatur non
45 sufficit si se læsam affirmet, vt ex verbis huius *text.* ibi: *in quo se læsam affirmat*, Multi errantes tamen, asserunt; sed læsionem probare debere, quod hic vult præcisè noster *textus*, cuius verba non sunt inter se contraria, vel obscura, sed clarè, & sine
46 contradictione exponunt, quòd ad petendam restitutionem, idest ad introducendum iudicium, seù examinandam causam restitutionis sufficit si Ecclesia se læsam affirmet. ibi: *in quo se læsam affirmat in integrum restitui peti potest*. Ad obtinendam verò restitutionem ipsam, per necessum esse quod Ecclesia læsionem probet. ibi: *Sed non fiet restitutio nisi ad tantum tempus, quantum se læsam fore probabit*. Quod & euidenter docet hic *gloss.* in verbo *probabit*. *Spec. hoc tit. §. 2. ver. illud quoque*. Nec diuersum dicit *gloss. in Figuratione casus in tertio not.* quia ibi loquens de simplici petitione audientiæ pro restitutione, ideò dicat sufficit, quòd affirmet se læsam.

Verumtamen obseruandum, quòd licet
47 inconcussa nostri *text.* Regula sit; quòd Ecclesiæ aduersus tempus in quo læsa est, in integrum restitutio competat, nusquam tamen aduersus lapsum quadriennij, nisi rationabilis causa aliter expostulet, vt dixi supra proximè *in cap. Ecclesia 1. & in cap. sequ.* restitutio concedenda erit; alias sequeretur processus in infinitum, quia daretur restitutio ad implorandam restitutionem, vt ex *gloss. vlt. ad fin. in l. interdum ff. de minor. post Morl. in Empor. iur. part. 1. tit. 5. in prælud. n. 15. & q. 5. n. vlt. docet Barbos. hic num. 2.*

Quod & expressè colligitur ex verbis
48 nostri text. ibi: *& causa restitutionis huiusmodi finiri debet infra quadriennium continuum à tempore læsionis*. Quadriennium enim statutum constat non solum ad inchoandam, sed etiam ad finiendam litem restitutionis, vt patet ex latè deductis supra in duobus *cap. proximis*, docet *Mascard. de probat. concl. 282. num. 1. Duaren. in Tit. C. de temp. rest. col. 2. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 23. de rest. §. 1. nu. 1.* At cum iam hodiè finiendarum litium nullus inueniatur
49 terminus, antiquata decisione *l. properandum C. de Iudic.* quadriennij spatium solum ad restitutionem implorandam obseruari, tam in foro Ecclesiastico, quam laicali, testantur *Rebuff. ad leges Galliæ tom. 2. art. 2. gloss. 1. num. 4. & seqq. Picard. in §. extraneus nu. 67. Inst. de hæred. qualit. & diff. Morl. loc. cit. nu. 16. Chald. in l. si curatorem num. 1. C. de in integ rest. min.* hoc idem sentire videtur *gloss.* hic in verbo *finiri*, explicans verbum *finiri*. ibi: *hoc est quod dicimus non perpetuari hoc casu Iudicis officium per contestationem*.

Et nota ex eadem *gloss.* quòd vbi staret
50 per Iudicem, vel aduersarium, quò minus causa intra quadriennium finiatur, eius lapsus nullatenus Ecclesiæ nocebit. *Cassad. decis. 2. hoc tit. Afflict. decis. 220. num. 4. & 5. Donel. Comment. iur. ciuil. lib. 21. cap. 10. §. pen. Odd. de rest. q. 19. nu. 56. & q. 20. num. 53. & 54.* Prout neque terminus ad appellandum currit, si
51 aduersarius, vel Iudex sit in culpa ne appellaretur *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §. 3. proæm. nu. 40.* Quinimò quia tempus quadriennij statutum est ad terminandam causam restitutionis, quoties lapsum sit absque eò
52 quòd causa finiatur, semper Ecclesia restituitur, quia præsens lapsus non respicit petitionem restitutionis, circa quam rigorosè quadriennium
53 attenditur, quamuis constito de bono iure de stylo Romanæ Curiæ non attendatur, vt allatis Sac. Rotæ decis. multis in locis dixi supra præsertim supra in *Cap. 1. de rest. in integr.* & in *Comment. ad cap. Ecclesia, de rest. in integr. in 6.* sed probationes, quia nimirum infra tempus statutum probationes non produxit &c. vt fatetur ipsamet *gloss.* hic in verbo *Lapsum temporis*.

Vt igitur patet ex dictis, & colligitur
54 ex verbis *text.* quadriennium si quis negligenter elabi permittat, in integrum amplius non restituitur, adeò vt post quadriennium concessa restitutio sit nulla, vt latè probat *Mascard. de probat. concl. 1276. n. 1.*

Quadriennium verò de quo *text. noster*
55 loquitur debet esse continuum. ibi:

infra

infra quadriennium continuum. Equidem licet quadriennium ad implorandam in integrum restitutionem hodiè præfixum, quia vt hic notat *gloss.* in verbo *quadriennium*, olim
56 dabatur annus vtilis, quòd est sublatum; sit à principio vtile, adeò vt nisi omni impedimento cessante currere incipiat; postquam tamen incępit continuum fit; & in hoc sensu accipienda sunt verba *nostri text.* secundum *Card. hic num. 28. & 30.* vtrumque etiam probat *text. in l. vlt. C. de temp. in integr. restit.* obseruat *Fab. in rational. l. intra vtile in princ. ff. de min. Tusch. lit. R. conclus. 298. num. 9. & 16.* cum alijs hic relat. à *Barbos. num. 6.* Cæterum in quo differat tempus continuum, ab vtili dixi supra in *cap. 1. huius tract. de rest. in integr.* notat *Barbos. hic n. 10. post Bard. de temp. vtil. & contin. cap. 2. num. 6. cum seq.* cum alijs ab ipsis relat. docet *gloss. hic in verbo continuum*.

Quandò autem quadriennium currere
57 incipiat patet ad literam ex verbis nostri *text.* ibi: *à tempore læsionis*. Vndè colligitur differentia, quæ datur inter Ecclesiam, Minorem, & Maiorem, Minori enim non currit à tempore contractus, seu læsionis, nec proinde durante minori ætate, sed ex eo tantum computatur, quo maior factus est *l. fin. C. de temp. in integr. rest. gloss. hic in verbo à tempore. Barbos. hic nu. 11.* vbi alios refert.

Et maiori læso non currit tempore ab-
58 sentiæ, sed post reuersionem *l. ab hostibus §. fin. ff. ex quib. caus. mai.* Ec-
59 clesiæ verò statim currit à tempore læsionis, vt expresse colligitur ex litera *textus*; & dicitur *in cap. 1. & 2. hoc tit. in 6.* benè explicat *Bernard. Reg. 219. Bero. cap. 1. n. 6. sup. hoc tit. in Decretal. Balb. de præscript. 1. part. 9. num. 28. Odd. de rest. q. 20. nu. 27. & seq.* Indè aduertendum est vulgarem traditionem, quæ habet, Ecclesiam quoàd restitutionem fungi iure minoris, esse intelligendam, de minore etiam maiore effecto, vt in specie tradit *gloss. in verbo in re minoris in cap. 1.* & verbo *Ecclesia in fin. sub hoc tit. & gloss. 1. in cap. 1. eodem in 6. Morl. in Empor. Iur. tit. 5. in prælud. num. 15.*

Explicant etiam verba textus, qualiter
61 quadriennium conceditur Ecclesiæ ad petendam, & terminandam caussam restitutionis in integrum aduersus temporis lapsum, in quo, se læsam affirmat, quamuis tempus læsionis minus quadriennio existat. ibi: *etiam si minus quadriennio*, quod & dicit *gloss.* hic in verbo. *Si minus*, vbi tres Legistarum opiniones refert quam *gloss.* hic more suo latè explicat *Io. Imol.* & de intellectu huius *Clem.* latè pertractat *Matth. de Afflict. decis. 17.* tradit *Bursat. cons. 291. num. 59. Surd. decis. 136. num. 2. Odd. de rest. q. 19. num 39. vers. quarto.*

Cæterum hanc restitutionem nomine
62 Ecclesiæ etiam sine speciali mandato petet Prælatus, prout dixi supra in *cap. 1. hoc tit. in 6.* tradit *Innoc. in cap. suscitata, hoc Tit. in Decretal.* notat hic *gloss. in verbo Ecclesia*, cum qua aduerte regulam huius *text.* procedere, quoàd temporis lapsum, quo ipsa Ecclesia læditur, non verò si
63 personę tantum ipsius Ecclesiæ lęderentur; puta quia lapsum sit tempus, quo Prælatus prouidere debuit, vel Canonici eligere debuerunt: nam hoc casu restitutio locum non habet. Circa verò dictionem *aduersus*, qua Papa in hoc text. vtitur. ibi: *aduersus lapsum &c.* quòd verbum
64 est vsitatum in iure, maximè in hac materia, vt patet *tot. Tit. C. si aduersus rem iud.* aduertit hic *gloss.* in verbo *Aduersus*, vide *Cald. in cap. super spoliatione, de ordin. cognit. Ruin. cons. 76. lib. 2. & cons. 3. lib. 3.*

DOMINICI GALESII
COMMENTARIA
AD CONSTITVTIONEM VRBANI SANCT. MEM. PAPAE VIII.

Super pręseruatione Iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscunque præiudicialibus.

SVMMARIVM.

Constitutionis Vrbana tenor exponitur.

1 *Vrbanus* VIII. *sedit Rom. Pont. Ann. 21. minus dieb. 11.*

2 *Vrbanus* VIII. *fuit successor Greg. XV.*

3 *Maffeus Barberinus fuit Clericus Camera.*

Item fuit Archiepiscopus Nazarenus.

Maffeus Barberinus bis Legatus missus fuit ad Henricum IV. Regem Gallia ibidem num. 3.

Maffeus Barberinus à Paulo V. Cardinalis creatus fuit. ibid. num. 3.

Maffeus Cardinalis Barberinus fuit Episcopus Spoletanus. ibid. num. 3.

4 *Maffeus S.R.E. Card. Barberinus Anno 1623. die 6: Augusti Romanus Pontifex eligitur, & Vrbanus* VIII. *vocatus fuit.*

5 *Vrbanus* VIII. *de sua electione Principes certiores fecit.*

Vrbanus VIII. *statim post suam electionem, Episcopos, & alias curam animarum habentes ad propriam residentiam missit. ibidem num. 5.*

6 *Anno 1625. Magnum Iubileum Vrbanus* VIII. *celebrauit.*

7 *Restaurauit Ecclesiam S. Caÿ in Quirinali.*

8 *Restaurauit Ecclesiam S. Vrbani extrà portam Capenam, & SS. Cosmi, & Damiani in foro Boario.*

S. Martina Templum itidem in foro Boario extruere capit. ibid. num. 8.

9 *Palatium Pontificium in Quirinali ampliauit, & ornauit.*

10 *Insignem Molem aneam in Vaticano Apostolorum Principum Tumulo superstruxit.*

11 *In quatuor Pilis Cupula Vaticana Statuas Alabastrites locari iussit.*

12 *In Vrbe Ciuitatem Leoninam propugnaculis fecit obstruere.*

Item Castrum S. Angeli magis munitum reddidit. ibidem num. 12.

Idem fecit in Ciuitate Ferraria. ibid. num. 22.

13 *Castrum fortissimum à suo nomine in confinÿs ditionis Mutinensis extruxit.*

14 *Ciuitatem Veterem muniuit, & portum adificauit.*

15 *Armamentarium in Vaticano pro securitate Ecclesia fundauit.*

16 *Bibliotecam Vaticanam auxit.*

17 *Beatorum Titulo decorauit, Andream Auellinum.*

Item Felicem Capuccinum.

Item Gaietanum Thieneum.

Item Mariam Magdalenā de Pazzis.

Sanctorum numero adscripsit B. Elisabetham

sabetham Reginam Portugalliæ. ibidem num. 17.

Item B. Andream Corsinum.

18 *Corpus S. Martinæ in radicibus Cliui Capitolini inuentum cum corporibus S. Concordij, & Epiphanij decentius reposuit.*

19 *Restaurato templo S. Bibianæ, in Ara maxima eius corpus cum corpore SS. Demetriæ, & Dafrosæ collocauit.*

20 *Vladislanum Filium Regis Poloniæ, tempore magni Iubilei Regio apparatu excepit.*

Item Leopoldum Archiducem Austriæ. ibidem num. 20.

Item Ferdinandum II. *Magnum Ducem Hetruriæ. iaidem num.* 20.

21 *Tempore sui Pontificatus sexaginta Cardinales creauit.*

Titulum Eminentissimi Cardinalibus dedit. ibidem num. 21.

22 *Vrbani* VIII. *Pontificatus ad Annum* 21. *Longeuus, eius virtutes indicat.*

23 *Exponitur quarè nullus ex Romanis Pontificibus Petri Annos huc vsque viderit.*

Exponitur responsum B. Petri Damiani datum Honor. III. *ubi ipso sciscitanti, quid sentiret de vulgari dicto. Non videbis dies Petri. ibidem num.* 23.

24 *De Vita Papæ diuinitus aliter disponitur, ab ordine viuendi cæterorum hominum.*

25 *Vrbanus* VIII. *Anno* 1644. *die* 26. *Iulij diem extremum clausit.*

26 *Innoc. X. successit Vrbano* VIII.

27 *Innoc.* X. *Carolum Barberinum Cardinalem creauit.*

28 *Barberina Familia tres eodem tempore viuentes Cardinales habuit.*

29 *Franciscus Cardinalis Barberinus. Antonius Cardinalis Barberinus, & Carolus Card. Barberinus laudantur.*

30 *Antonius Cardinalis Barberinus obijt relictis Francisco fratre, & Carolo Nepote S.R.E. Cardinalibus.*

31 *Vrbanus* VIII. *carmine clarus, sacrorum hymnorum correctionem fecit.*

Vrbanus VIII. *plures Constitutiones edidit, inter quas præsens vtilissima. ibidem num.* 31.

32 *Vrbanus* VIII. *huius Constitutionis interpretationem, sub pœna excommunicationis, quibuscunque vetat, & declarationem eiusdem Papæ reseruat.*

Auctor protestatur se non interpretari, sed ad literam huius Constitutionis notabilia recensere. ibidem num. 32.

33 *Refertur hæc Vrbani* VIII. *Constitutio in octo partes diuisa.*

34 *Alienatio rerum Ecclesiæ est Diuino Canonico, & Ciuili iure prohibita.*

Legati Nuntij, & alij Apostolicæ Sedis Officiales non possunt facere Ecclesiæ præiudicialia. ibidem n. 34.

35 *Inuestitura, & gratiæ de bonis ad Ecclesiam pertinentibus ad certas vitas, seu lineas factæ, inconsulto Papa longius proponi, vel perpetuari non possunt.*

36 *Irritum est Beneplacitum Apostolicum de quo ex registris Apostolicis non constat.*

37 *Regula Iuris communis de præsumptione Beneplaciti Apostolici ex cursu* 30. *Annorum cum obseruantia hodiè amplius locum non habet.*

38 *Doctrina Canonistarum, & Sac. Rotæ decis. de præsumpto beneplacito Apostolico hodiè locum non habent.*

39 *Beneplaciti Apostolici præsumptionem ex cursu* 30. *Annorum cum obseruantia, vbi agitur de præiudicio Ecclesiæ hæc Vrbani Constitutio improbauit.*

40 *Negatiua probata remanet, vbi de beneplacito non constat ex registris Apostolicis.*

41 *Vbi ex libro collationum non constat de collatione possessor intrusus præsumitur.*

42 *Probatio in contrarium admittitur, etiam vbi ex lapsu temporis solemnitas, vel beneplacitum præsumitur.*

43 *Contrarium probatum dicitur, si de beneplacito per registrum non constet.*

44 *Vbi agitur de præiudicio Ecclesiæ requiritur beneplacitum expressum.*

45 *Publicatio in Bulla Cænæ reddit quæcumque præiudicialia Ecclesiarum ipso iure nulla.*

46 *Quæcunque pacta præiudicialia Liber-*

tati Ecclesiastica sunt ipso iure nulla, etiam si accesseris in concordia, instrumento, vel altero decreto reseruatio Beneplaciti.

47 *Praiudicialia Ecclesiarum etiam intuitu alicuius supremi Principis, vel titulo Pacis vniuersalis emanata, etiam cum reseruatione beneplaciti, exetutione, & longissima obseruantia sunt ipso iure nulla.*

48 *Constitutionibus Apostolicis dari non potest exceptio non vsus, vel quòd contrario vsu abrogatæ fuerint.*

49 *Lex Ecclesiastica non pendet à populi acceptatione, sed à Dei ordinatione.*

50 *Non sunt attendendi libri minus legitimas Bullarum Apostolicarum interpretationes continentes, seù aliquid docentes contra disciplinam Ecclesiasticam.*

51 *Prima excommunicatio in Bulla Cænæ, est aduersus retinentes, legentes, imprimentes, & defendentes hæreticorum libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes.*

52 *Quænam requirantur, exprimitur, vt quis dicatur excommunicatus in primo capite Bullæ Cænæ.*

53 *Libri non possunt imprimi nisi præuio diligenti examine.*

54 *Sub pæna anathematis alijsque pecuniarijs Tridentinum Concilium vendere, vel retinere prohibet libros non probatos ab Ordinario.*

55 *Excommunicatio retinentium libros, qui non sunt hæreticorum est Ordinario reseruata.*

56 *Regulares volentes libros imprimere suorum Superiorum licentiam habere debent.*

57 *In historijs reperiuntur bonorum virtutes, vitia improborum, & vitæ mutationes, nec non Orbis instabilitatem.*

58 *Libris noxijs Rempublicam expurgare expedit.*

59 *Plato extirpandos censuit libros de Dijs suis parum religiosè loquentes.*

60 *E' Republica elimari debent libri contra bonos mores, vel contra religionem.*

61 *Aristoteles Hermoginis, & Nicocharis carmina reprehendit.*

62 *Athenienses Prothagoram Aldersitem, quòd libros religioni noxios scripsisset expulerunt ab Vrbe, libris ipsis in concione combustis.*

63 *Lacedemones Archilochi poetæ libros obscenos è ciuitate asportari iusserunt.*

64 *Ouidus propter libros de Arte amandi in Pontum deportatus, Naso postea deindè dictus fuit.*

65 *Vlpianus malos libros, malis medicaminibus assimilat.*

66 *Mali libri sunt veluti aspidum oua.*

67 *Ab exordio Ecclesia noxy libri comburi ceperunt.*

68 *Lutheri libri iussu Caroli V. Imp. publicè combusti fuerunt.*

69 *Gelasius Papa Manichæos exilio damnauit, & ipsorum libros combussit.*

70 *Symachus Papa hæreticorum libros flammis consignauit.*

71 *Leo I. hæreticorum libros perdere diligentissimè studuit.*

72 *Hormisda Papa Manichæorum Codices incendio consumpsit.*

73 *Greg. IX. & Innoc. IV. Talmudi librum cum alijs flammis consignarunt.*

74 *Alex. IV. prohibuit libros Gulielmi de Sancto Amore editos contra paupertatem.*

75 *Leo X. Iulius III. & Paul. IV. super impressione, & lectione librorum damnatæ lectionis Diplomata Apostolica publicarunt.*

76 *Pius IV. Indicem librorum noxiorum à Sac. Trid. Concil. confectum confirmauit.*

77 *Ex Catholicis adsunt viri peruersa loquentes.*

78 *Sancti Patres ab initio Ecclesiæ malorum librorum expurgationi intenti aderant.*

79 *In Concilio Romano Sedente Gelasio reprobati fuerunt libri Apocriphi, & suspecti.*

80 *B. Pius V. Congregationem erexit super reformatione, & emendatione librorum improbatæ lectionis.*

Quodnam sit munus Consultoris Sac. Congreg. Indicis exprimitur. ibid. num. 80.

81 *Ioannes S.R.E. Cardinalis Bona laudatur.*

82 *Sac. Cong. Indicis instituta fuit à B. Pio V.*

83 *Sixtus V. fuit vnus ex Cardinalibus*

but à B. Pio V. ad Congregationem Indicis deputatis.

84 *Ab historica veritate discordant, qui S. Congreg. Indicis à Sixto V. erectam dicunt.*

85 *Legentes, vel retinentes libros hæreticorum sunt excommunicati, excommunicatione Papę reseruata.*

86 *Mortaliter peccant legentes libros in Indice prohibitorum comprehensos.*

Prohibitos libros habentes illos superiori deferre debent, nec satisfaciunt si ipsos comburant. ibidem num. 86.

87 *B. Pius V. Congregationi S. Officij facultatem concessit, dandi licentiam extra Curiam legendi, & retinendi libros prohibitos.*

88 *Gregorius XV. reuocatis, quibuscunque licentijs à Romanis Pontificibus concessis, soli Congregationi S. Officij ipsas concedendi facultatem tribuit.*

89 *Ordinarij dare non possunt facultatem legendi libros prohibitos.*

90 *Inquisitores dare non possunt licentias legendi libros prohibitos.*

Ipsi Inquisitores libros prohibitos legere non possunt, sine expressa facultate à Sede Apostolica, vel à S. Cong. concessa. ibidem num. 90.

91 *Iulius III. & Paulus IV. reuocarunt omnes facultates legendi libros damnatos concessas quibuscunque, quamuis Episcopali, Archiepiscopali, vel maiori dignitate fulgentibus.*

92 *Clem. VIII. quascunque facultates expurgandi, & concedendi licentiam legendi, ac retinendi libros prohibitos S. Cong. Indici concessit.*

93 *Sixtus V. quascunque amplissimas facultates S. Cong. Indicis concessit.*

94 *Magister Palatij Apostolici libros prohibitos legendi in Curia licentiam impartitur.*

95 *Libri degentium in Statu Ecclesiastico sine expressa licentia non possunt mitti ut imprimantur extrà Statum, sub pœna prohibitionis ipso facto, & alijs arbitrarijs.*

96 *Sine nomine authoris libri euulgari non possunt.*

97 *Libri de rebus Sacris sine nomine Authoris, ante approbationem imprimi, vendi, vel retineri non possunt, sub pœna Anathematis.*

98 *Libri vendi non possunt sine nomine typographi, vel impressionis loci, sub pœna confiscationis.*

99 *Librorum prohibitorum Index ab omnibus est obseruandus.*

100 *Sine approbatione Ordinarij, vendi non possunt libri reuelationum, miraculorum &c.*

101 *Libri impressi continentes aliquid præiudiciale Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis, nihil contra immunitatem probant.*

102 *Molestia Legatis, vel alijs Apostolicis Ministris illata damnantur.*

103 *In electione ad Episcopatum iurare debent Episcopi de excipiendis Legatis Pontificijs, cum debito honore.*

104 *Principes Laici, Legatos, & Ministros Pontificios cum honore debito excipere debent, sub pœna excommunicationis, non obstante qualibet consuetudine.*

105 *Vulnerantes, carcerantes, detinentes, vel occidentes Papæ Legatos sunt ipso facto excommunicati, etiam in Bulla Canę.*

106 *Bulla Cœnæ Domini etiam mortuo Papa suum vigorem habet.*

107 *Excommunicatus in Bulla Cœnæ à solo Papa absolui potest, excepto mortis articulo, & quomodò sit absoluendus.*

108 *Absoluens excommunicatum in Bulla Cœnæ in excommunicationem incidit.*

109 *Excommunicatio, qua affectus remanet absoluens excommunicatum in Bulla Cœnæ non est Papæ reseruata.*

110 *Papa licentia ab excommunicatione in Bulla Canę absoluti non remanent, nisi reuocatis actis contra Immunitatem, & in præiudicium Ecclesiæ factis.*

111 *Excommunicatio in Bulla Cœnæ à quocunque, etiam priuilegium habente ne excommunicari possit incurritur.*

112 *Collecta aliaque onera laicalia Ecclesiæ, & Ecclesiasticis imponi non possunt, neque à sponte dantibus exigi.*

113 *Bona Ecclesiastica ab omnibus tributis, & oneribus laicalibus sunt immunia.*

114 *Ecclesiastici eorumque bonis pedagia*

gia imponentes sunt excommunicati.

115 *In Bulla Cœnæ quot annis excommunicantur, ab Ecclesiasticis pedegia exigentes ipsaque imponentes.*

116 *Nullus ex Imperatoribus Orthodoxis de bonis Ecclesiarum tributum exegit.*

117 *Iustinianus, & Federicus Imp. Ecclesiasticorum Immunitatem ab oneribus laicalibus edicto sanciuerunt.*

118 *Immunitas Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum ab oneribus laicalibus est de Iure diuino.*

119 *Bona Ecclesijs tradita speciali iure per omnimodam proprietatem, sub Christi Dominio constituuntur.*

120 *Bona patrimonialia Clericorum, à quibuscunque oneribus laicalibus sunt Immunia.*

121 *Ecclesiastici tenentur ad onera laicalia, stante graui necessitate cui subueniri non potest, nisi clerici cum laicis contribuant.*

122 *Item si concurrat communis vtilitas, vel saltem pietas.*

123 *Item si laici ad onus impositum ferendum non sufficiant.*

124 *Item si ad onus impositum totius Cleri consensus accesserit.*

125 *Item si consulto Papa onus fuerit impositum.*

126 *Item ad onera soluenda præfatis requisitis concurrentibus, Ecclesiastici à suo duntaxat superiore compelli possunt.*

127 *Rom. Rota Decis.* in Brundusina gabellæ, *sequuta est Sac. Cong. controuersijs Iurisdictionalibus præposita, & Sac. Cong. Immunit.*

128 *Vrbani VIII. Constitutio specialiter damnat, & reprobat onera à laicis Ecclesiæ, & Ecclesiasticis imposita.*

129 *Tempore immemorabili etiam cum fama priuilegij, laici non possunt iurisdictionem prætendere in Ecclesiasticos, eorum bona, vel iura.*

130 *Sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ non possunt laici grauamen Ecclesijs, aut Ecclesiasticis, eorumque bonis, & Iuribus imponere.*

131 *Consuetudo immemorabilis habet vim iusti Tituli, & dat famam priuilegij.*

132 *Vrban. VIII. in hac Const. specialiter reprobat, & damnat consuetudinem etiam immemorabilem grauamen Ecclesijs inferentem.*

133 *Consuetudo Ecclesiæ præiudicialis induci non potest.*

134 *Ex hac Vrban. VIII. Const. quæstiones omnes, & Sacrorum Canonum interpretationes approbantes consuetudinem præiudicialia Ecclesijs, & Ecclesiasticis inferentem, de medio sublata remanent.*

135 *Beneplacitum hodiè non præsumitur, nisi ex cursu* 100. *annorum.*

136 *Violationes Libertatis Ecclesiasticæ, & Transgressiones Constitutionum Apostolicarum, vel Generalium Conciliorum etiam effectum sortita specialiter reprobantur in hac Const.*

137 *Inuestituræ, proregationes, & perpetuationes gratiarum, sine beneplacito Apostolico fieri non possunt.*

138 *Bona Ecclesiæ in emphiteusim dari non possunt sine beneplacito Apostolico, vbi plenè de hac materia.*

139 *Res iurisdictionales Ecclesiæ alienari, donari, infeudari, aut locari non possunt per nouem annos, nisi de Papæ licentia.*

140 *Contractus omnes de bonis etiam feudalibus Ecclesiarum in præiudicium Ecclesiæ facti, quamuis executioni demandati reprobantur, vbi disertè de hac materia.*

141 *Terræ, Oppida, & Ciuitates Status Ecclesiastici, neque cum euidenti Ecclesiæ vtilitate, alienari, vel infeudari possunt.*

142 *Item vltrà triennium locari non possunt, sub pœna nullitatis contractus, & confiscationis.*

143 *Clem. VIII. Const. de non alienandis Ciuitatibus, terris, & locis Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subditis, comprehendit etiam bona non deuoluta, & nondum in feudum data. Et est reuocatoria Const. Greg. XIV. circa non deuoluta.*

144 *Bona stabilia, vel quasi stabilia Status Ecclesiastici in Forenses alienari non possunt, sub pœna confiscationis.*

Neque

quibus à iure improbatur, & in ipsa sua Const. expressis.

166 *Praescriptio immemorabilis ex qua oritur praeiudicium Ecclesiae post hanc* Vrbani *Const. sustineri non potest, quamuis cum ipsa priuilegij fama concurrat.*

167 *Olim Laicus ex immemorabili cum fama priuilegij dicebatur capax iuris conferendi, secus hodiè post hanc Vrban. Const.*

168 *Immemorabilis ubi de per se non suffragatur, iuncta fama priuilegij de iure prodest.*

169 *Laici olim ex immemorabili cum fama priuilegij dicebantur capaces decimarum, secus hodiè attenta hac Vrban. Const.*

170 *Iure communi olim immemorabilis cum fama priuilegij suffragabatur laico ad nominandum Capellanos amouibiles in Ecclesijs Parochialibus, secus hodiè post Vrban. Const.*

171 *Cessat hodiè efficax Iuris argumentum desumptum ab immemorabili, ubi agitur de praeiudicialibus Ecclesiae, & Ecclesiasticorum.*

172 *Vrban. VIII. peculiarem Congregationem deputauit ad dignoscendum utrum Regulares possint propria claustra processionaliter egredi sine Parochi consensu.*

173 *Regularibus est permissum in eorum Ecclesia, & Claustro tantum processiones facere, & non extra nisi de licentia, consensu, & cum Cruce Parochi, non obstante consuetudine immemorabili in contrarium.*

174 *Refertur S. Cong. Rituum, decretum circa Processiones Regularium non faciendas extra propriam Ecclesiam, vel Claustrum, non obstantibus quibuscunque praescriptionibus etiam immemorabilibus.*

175 *Sac. Cong. Rituum negauit literas remissoriales ad probandam immemorabilem petitas à Fratribus Ordinis Praedicatorum Finarij, praetendentibus processiones facere extra Claustrum sine Parochi consensu.*

176 *S. Rituum Cong. praecepit obseruantiam Decreti de ordine Sanctissimi facti circa processiones Regularium non faciendas extra eorum Ecclesiam, vel claustra, non obstantibus interpetrationibus, quod decretum intelligi debeat, de consuetudinibus praeteritis, non autem postea quaesitis.*

177 *Regulares non possunt per Limites Parochiae processionaliter egredi, tempore quo Clerus Parochialis processionaliter incedit.*

178 *Regulares inuitati ad funera conuenire debent in Parochiali, & non expectare Parochum per vias, vel in Domo defuncti non obstante consuetudine immemorabili in contrarium.*

179 *Parochus declarare debet per quas vias exportandus sit defunctus, & reliqua vsque ad Ianuam Ecclesiae Regularium disponere.*

180 *Regulares die Iouis Sancti post silentium Campanarum Ecclesiae Matricis Campanas amplius pulsare non possunt, neque die Sabbathi ante earumdem pulsationem.*

181 *Aduersus quacumque praeiudicialia Ecclesiae, & Ecclesiasticis in integrum restitutio semper competit.*

182 *Simplices enunciatiua non probant Ius patronatus.*

183 *Enunciatiua excedentes hominum memoriam, apposita in literis Apostolicis probant Ius patronatus.*

184 *Enunciatiuae etiam hominum memoriam excedentes nihil probant, vbi constat de libera prouisione, & contrario statu antecedenti.*

185 *In constituendo, approbando, vel admittendo iurepatronatus, quicquid de iure sancitum reperiatur, standum est dispositioni* Sac. Trid. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 12.

186 *Ius patronatus acquiritur fundatione, dotatione, & constructione.*

187 *Ius patronatus acquiri non potest per emptionem.*

188 *Sub generali venditione Castri eiusque Iurium venit Ius patronatus.*

189 *Ius patronatus transit cum bonorum possessione, quibus inseparabiliter inhaeret.*

190 *Ius patronatus inhaerens villae, vel Castro dato in dotem in maritum transit.*

191 *Reprobatur sententia Abbatis, & aliorum, quòd Ius patronatus inhaerens*

hærentes Castro dato in dotem non transeat in maritum.

192 *Constante matrimonio ius præsẽtandi ad ius patronatus inhærens bonis datis in dotem competit marito.*

193 *Ius patronatus inhærens rei conductæ transit in conductorem.*

194 *Ius præsentandi est commoditas, seù fructus quidam Iurispatronatus.*

195 *Ius patronatus transit in emptorem hæreditatis, cui inhærebat.*

196 *Item transit in emptorem Palatij, in quo consistit.*

197 *Curator hæreditatis iacentis præsentat ad beneficium Iurispatronatus eiusdem hæreditatis.*

198 *Item Tutor validè præsentat ad Ius patronatus.*

199 *Ius patronatus transit in vsufructuarium vniuersitatis bonorum.*

200 *Ius patronatus non transit in fideicommissarium, sed remanet penes hæredem.*

201 *Sequestrato fundo, in quo consistit ius patronatus, præsentatio ad ipsum, durante sequestro, ad sequestrem pertinet.*

202 *Intellige de sequestratione voluntaria, non necessaria.*

203 *Ius patronatus non transit in pignoratarium, neque in depositarium.*

204 *Ius patronatus inhærens bonis publicatis transit in Fiscum laicum.*

205 *Ius patronatus personale non venit in confiscatione bonorum, sed remanet penes delinquentem quòusque priuetur per Iudicem Ecclesiasticum.*

206 *Ius patronatus inhærens fundo dato in emphiteusim, vel in feudum, transit in feudatarium, vel emphiteutam.*

207 *Ius patronatus per donationem in alium transferri potest.*

208 *In donatione omnium bonorum, & iurium venit iuspatronatus.*

209 *Ius patronatus non venit in donatione generali à Rege facta, nisi sit specialiter expressum.*

10 *Ius patronatus per permutationem de vno in alium transit.*

111 *Ius patronatus per cessionem in alium transit.*

212 *In donatione, permutatione, vel cessione iurispatronatus de laico in laicum requiritur Episcopi consensus.*

213 *Vicarij generalis consensus non sufficit in donatione &c. Iurispatronatus, nisi ad hoc habeat mandatum speciale.*

214 *Donatio, vel cessio, seu permutatio iurispatronatus de Ecclesia in laicum, sine beneplacito Apostolico fieri non potest.*

215 *Ordinarij consensus non exigitur in translatione iurispatronatus de laico in Ecclesiam.*

216 *Ius patronatus amittitur si specialiter cum fundo vendatur.*

217 *Ius patronatus vsurpatum præsumitur, si de fundatione, dotatione, vel constructione non constet.*

218 *Titulus iurispatronatus probatur ex authentico documento fundationis, aut dotationis, non priuilegij, vel alterius qualitatis.*

219 *Authenticum documentum Tituli iurispatronatus est Bulla erectionis, siuè consensus ad fundandum, construendum, vel dotandum.*

220 *Publica Scriptura fundationem, dotationem, vel constructionem continens probat ius patronatus.*

Testamentum, vel Codicillum in quo constat de dotatione probat ius patronatus: ibidem num. 220.

221 *Ius patronatus ex multiplicatis præsentationibus per tempus immemorabile inter priuatos probatur.*

222 *Ex præsentationibus per spatium centum annorum effectum sortitis præsumitur Titulus fundationis, vel dotationis inter priuatos.*

223 *Modici temporis defectus centenariæ effectum non tollit.*

224 *Ex mente Trid. Concil. etiam in priuatis personis requiritur centenaria ad probandum ius patronatus.*

225 *Continuatæ præsentationes per tempus immemorabile non suffragantur inter priuatos, si constet de præcedenti statu libertatis.*

226 *Ex præsentationibus per quadraginta annos effectum sortitis inter priuatos probatur ius patronatus, si concurrat publica vox, & fama.*

227 *Item inter priuatos probatur per ennunciatiuas vltra centum annos.*

228 *Probatur etiam ius patronatus inter priuatos per insignia familiæ sculpta in Ecclesia.*

onera, & expensę eiusdem Ecclesia vtilitatem non respiciunt, super qua iurispatronatus prętenditur.

259 *Expensa facta in ordine ad ipsum beneficium debent excedere medietatem dotis, alias ius patronatus dicitur ex gratia concessum.*

260 *Manutentio non est deneganda prouiso* Apostolico *existenti in possessione alicuius beneficij, super quod* Ius *patronatus ab aliquo pratenditur.*

261 *Probatio iurispatronatus ex fundatione, & dotatione magis concludens esse debet, dum agitur contra prouisum Apostolicum.*

262 *Beneficium semper præsumitur liberum.*

263 *Domini locorum debent in iuribus patronatus probare, titulum fundationis, & dotationis.*

264 *Sententia Ordinarij Canonizatoria iurispatronatus, neque ipsę narratiua literarum Apostolicarum suffragantur personis potentibus.*

265 Ius *patronatus ex titulo oneroso non cadit sub reuocatione priuilegiorum facta à Concil. Trid.*

266 *Testes vt probent iuspatronatus deponere debent iuxta requisita* gloss. in cap. 1. de præscript. in 6.

267 *Concil. Trid. vltrà immemorabilem exigit præsentationes effectuatas spatio 50. annorum in probando iure patronatus, vbi non constat de titulo fundationis, & dotationis.*

268 *Præsentationes probandæ sunt per* Scripturas *authenticas, & non per Testes.*

269 *Vbi constat de origine priuilegij, seù concessionis iurispatronatus immemorabilis nunquam prodest.*

270 *Gratia innixa existentię iurispatronatus, nil suffragatur nisi de eo doceatur.*

271 *Narratiua Pontificis etiam cum clausula,* Motu proprio, *non probat, quandò continet factum alienum.*

272 *Titulus priuilegij in iuribus patronatibus est à Concilio omninò sublatum.*

273 *Vnicus modus acquirendi* Iu*spatronatus ex iustitia, est titulus fundationis, dotationis, constructionis, qualibet verò altera concessio, etiam ex causa onerosa, erit gratiosa.*

274 *Onus passum esse debet in ordine ad ipsum beneficium, vt iuspatronatus dicatur ex causa onerosa.*

275 *Simplex expensa in ordine ad ipsum beneficium non sufficit, sed debet medietatem excedere aliter iuspatronatus erit ex gratia, & non ex iustitia.*

276 *Decisio Rotę in Mediolanen Prioratus loquitur in terminis familiæ priuatæ.*

277 Iu*spatronatus, vbi specialiter cum Castro venditur statim amittitur.*

278 *Exponitur dispositio Trid. Concil. circa iura patronatus concessa à quadraginta annis citra Concil. & concessa 40. annis ante Concil.*

279 *Non est standum vltimo statui beneficij, vbi constat de statu contrario antecedenti.*

280 *Decreta apposita in prouisionibus Ecclesiarum diuinum cultum, & ipsarum gubernium respiciencia, durant quòusque adimpleta fuerint.*

281 *Reges, & Magnates* Indultum *aliquod, vel gratiam à Sede Apostolica postulantes, se obligare debent pro conseruatione libertatis Ecclesiastica.*

282 *Expeditiones gratiarum, quæ fiunt vigore conuentionum concordatorum, & transactionum cum Sede Apostolica, initarum nullum præiudicium afferunt, si facta sint post. quam compacta expirarunt.*

283 Interpretatio *Constit. Vrban.* VIII. *de praiudicialibus Ecclesia est quibuscunque prohibita, sub pæna excommunicationis.*

284 Interpretatio *gratiarum à Papa Regibus, alijsque Magnatibus factarum, est quibuscunque sub pana excommunicationis prohibita.*

285 *Pontificia diplomata, & Constitutiones, ante ipsarum declarationem Papæ reseruatam ad literam debent intelligi.*

286 *Vrban.* VIII. *Ecclesiæ praiudicialia amplissimis clausulis damnat, & reprobat.*

287 *Clausula,* motu proprio, *quid operetur, exponitur.*

Q 2 288 *Item*

288 Item clausula, de plenitudine potestatis.

289 *Vrbanus VIII. vsus fuit clausula*, sublata.

290 *Exponitur quid importet clausula*, sublata, *apposita in literis Pontificijs.*

291 *Clausula* sublata *comprehendit etiã S. R. E. Cardinales.*

292 *Item ligat etiam ignorantes, & omnes futuros Iudices.*

293 *Aduersus clausulam*, sublata, *non valet oppositio de Regulis Cancellariæ quamuis fauorabilibus.*

294 *Clausula*, sublata *opponi potest quandocumque, & in qualibet instantia.*

295 Decretum irritans, *annullat omnia, quæ fiunt in contrarium.*

296 *Actus factus contra*, decretum irritans, *etiam parte non opponente est ipso iure nullus, nec refert si consentiat.*

297 *Decretum irritans ignorantes ligat, & præscriptionem tollit.*

298 *Item abrogat consuetudines, & præteritas, & futuras.*

299 *Item operatur ante literarum præsentationem.*

300 *In hac Const. specialiter derogatur regula de iure quæsito non tollendo.*

301 *Obseruantia huius Constitut. præcipitur sublatis omnibus obstaculis etiam Auctoritate Apostolica prouenientibus.*

302 *Sacra Congregationes Rom. Rotæ, Camera, & Iudices à Papa deputati possunt hanc Constitutionem declarando, venire ad terminationem causarum.*

303 *Constitutio Vrbani tollens beneplacitum præsumptum non habet locum in Regno Poloniæ.*

304 *Beneplacitum Apostolicum est necessarium quandò contrahitur inter duas Ecclesias.*

Constitutio Vrban. non habet locum inter Ecclesiam, & Ecclesiam. ibidem num. 304.

305 *Const. Vrban. VIII. non comprehendit causas antea per sententiam terminatas.*

306 *Item non comprehendit census impositos per laicos antequam bona transirent ad Ecclesiam.*

*Centenaria locum habet etiam si deficiant aliqui Anni. ibidem n.*306.

307 *Centenara cum obseruantia est præseruata in Const. Vrb.*VIII.

308 *Centenaria numeratio fieri debet habito respectu ad tempus mota litis, non edita Constitutionis.*

309 *Centenaria super cultu alicuius Sancti, vt excepta dicatur à Decreto Vrban.* VIII. *super non cultu, ante dictum decretum debet esse completa.*

VRBANVS PAPA VIII.

Ad Perpetuam rei Memoriam.

ROmanus Pontifex in sacra Beati Petri sede à Domino constitutus, non valens curam suæ pastoralis sollicitudinis in gregem sibi commissum personaliter in qualibet mundi parte exercere, Legatos etiam de Latere, ac Nuncios, aliosque ministros Apostolicos ad diuersas Prouincias, & Regna, prout cognoscit in Domino expedire, consueuit destinare, vt vices suas supplendo, facultatesque sibi concessas non excedendo, errata corrigant, & commissis sibi populis iustitiæ, & gratię incrementa ministrent, iuraque Sedis Apostolicæ, iurisdictionem, immunitatem,& libertatem Ecclesiasticam tueantur, ac de grauioribus Summum Pontificem reddant certiorem, remediaque ac mandata opportuna Apostolica expectent, & exequantur. Cum autem, vt accepimus, à nonnullis prætendatur, quosdam ex Legatis siue natis, siue alijs etiam de Latere, etiam S. R. E. Cardinalibus, Nuncijsque ac alijs Ministris Apostolicis quouis nomine nuncupatis, ac etiam ex Rectoribus, seù Gubernatoribus Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum ditionis temporalis S. Rom. Ecclesiæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos missis, cæterisque officialibus Cameræ Apostolicæ, & Romanæ Curię, etiam S. R. E. Cardinalibus, etiam Vicecancellarijs, & Camerarijs, ac feudatarijs quantumlibet qualificatis, & indiuidua. men-

mentione dignis, ac etiam Baronibus, alijſque iuriſdictionem quomodolibet exercentibus aliqua eidem Sedi, aut iuriſdictioni, vel immunitati, ſeu libertati Eccleſiaſticæ, Eccleſiiſque & perſonis Eccleſiaſticis præiudicialia præter, aut contra facultates ſibi conceſſas nedum feciſſe, declaraſſe, conceſſiſſe, ac decreuiſſe, ſeu aliàs quomodolibet diſpoſuiſſe, ſed etiam prædicta, & quæcunque alia eis præiudicialia à quibuſcunque alijs ſiue Eccleſiaſticis, ſiue Laicis quomodolibet qualificatis, ſufficientem facultatem Apoſtolicam non habentibus, commiſſa, & facta, oneraque ſuper Eccleſijs, ac earum bonis, & iuribus, earumque fructibus abſque ſufficienti facultate Apoſtolica impoſita, tranſgreſſioneſque, & exceſſus contra ſacrorum Canonum, Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Conciliorum vniuerſalium diſpoſitionem contra Sedem Apoſtolicam, iuriſdictionem, immunitatem, aut libertatem Eccleſiaſticam, ſeu Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas, earumque bona, & iura quæcunque quomodolibet commiſſos, & perpetratos toleraſſe, & approbaſſe, vel quomodolibet permiſiſſe, ſeu eiſdem præiudicialibus conſenſiſſe, immò ex ipſorum Legatorum, Nunciorum, & Miniſtrorum Apoſtolicorum, ac etiam reſpectiuè Gubernatorum Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum ditionis temporalis eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, & quorumcunque aliorum ipſius Officialium, ſeu cuiuſlibet eorum aſſerta ſcientia, taciturnitate, tolerantia, vel conſenſu, ipſorumque præiudicialium obſeruantia inferri poſſe tàm in prædictis, quàm in cæteris quibuſcunque præiudicialibus nedum ad præſumptam ſcientiam, tolerantiam, conſenſum, ſeu approbationem Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, & cuiuslibet eorum, ac noſtram, *ſed etiam ad præſumendum ſuper eis, & eorum quolibet fuiſſe conceſſum beneplacitum Apoſtolicum*, etiamſi prædeceſſores noſtri prędicti multoties ea via, qua licebat ſe oppoſuerint, & Nos quoque contradixerimus: conceſſiones quoque, & gratias quaſcumque, ac inueſtituras etiam Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, aliorumque locorum, & bonorum etiam iuriſdictionalium, ad eandem Apoſtolicam Sedem, ſeu ad Eccleſias inferiores reſpectiuè ſpectantium, ab aliquibus ex eiſdem prædeceſſoribus noſtris, vel à Prælatis, ſeu Rectoribus Eccleſiarum inferiorum prædictarum quomodocunque, & quandocunque ad certas vitas, aut generationes, ſeu lineas iam extinctas, vel ad certum tempus iam elapſum, illorumque ac illarum pignorationes, ſeu in pignus dationes, ac alienationes cum pacto redimendi factas ex prædicta aſſerta ſcientia, & tolerantia Sedis Apoſtolicæ nedum longius protrahi, ſed etiam perpetuari, aliaque indebita, & iniuſta prætendantur in prædictæ Sedis Apoſtolicæ, iuriſdictionis, immunitatis, ſeu libertatis Eccleſiaſticæ, aliarumque Eccleſiarum, perſonarumque Eccleſiaſticarum maximum detrimentum, & populorum graue ſcandalum, animarumque ipſorum prætendentium, tranſgredientium, vel occupantium, vſurpantium, ac in cenſuris eo ipſo incurſis inſordeſcentium perniciem; Propterea Nos, ſicut ex onere paſtorali tenemur, indemnitati Sedis Apoſtolicæ, iuriſdictioniſque, & immunitatis, ac libertatis Eccleſiaſticæ, Eccleſiarumque & perſonarum Eccleſiaſticarum, quantum Nobis ex alto conceditur, prout ijdem prędeceſſores noſtri omnibus præiudicijs obuiam ire exoptarunt, conſulere volentes, attendenteſque quòd prædicti Legati, Nuncij, & Cardinales, etiam Vicecancellarij, & Camerarij, alijque omnes, & ſinguli prędicti ſine ſpeciali Papę mandato nulla eidem Sedi, & Eccleſijs, alijſque prædictis præiudicialia vnquam tacitè, vel expreſsè facere potuerunt, vel poſſunt, quòdque ob locorum diſtantiam, ac negotiorum molem, quibus Sedes Apoſtolica premitur, huiuſmodi præiudicia non fuerunt Summo Pontifici, pro tempore exiſtenti, minuſque eius ſucceſſoribus nota ſaltem cum ſuis circumſtantijs, præiudicium inferentibus, & aggrauanti-

uantibus, quòdque confirmationes, approbationes, & beneplacita Papæ, præsertim vbi actum fuit, vel agitur de præindicio perpetuo, semper consueuerunt in scriptis expediri, præcipuè per literas Apostolicas siue sub plumbo, siue in forma Breuis sub Annulo Piscatoris, prout etiam in Pontificatu nostro expediuntur, ideò si in registris Apostolicis, quæ fideliter custodiuntur, & asseruantur, prædictorum quorumcunque præiudicialium approbationes, confirmationes, vel beneplacita Apostolica non reperiuntur descripta, seu registrata, vel non exhibentur originalia literarum Apostolicarum, aut transumpta *iuxta formam constitutionis nostræ desuper* aliàs editæ sub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub die 1. Iunij 1635. Pontific. nostri Anno 12. indè deducitur, neque Romanos Pontifices prędecessores nostros, nec Nos vnquam præiudicialia approbasse, vel confirmasse, beneplacitaque Apostolica super præiudicialibus nunquam concessisse: ac denique quòd Romani Pontifices prædecessores nostri pro damnandis, impugnandis, & euitandis omnibus, & singulis præiudicialibus, illisque & prætensis tolerantijs, conniuentijs, consensibus, possessionibus, intrusionibus, occupationibus, vsurpationibus, obseruantijs, & præscriptionibus quibuscunque impediendis, interrumpendis, penitusque auertendis, & excludendis hactenus consueuerunt quolibet anno in die Cœnæ Domini facere processus generales, Bullas eiusdem Cœnæ nuncupatas, & publicare contra quoscunque, prout etiam Nos fecimus, & publicamus; Idcircò etiamsi prædicta omnia, & singula eidem Sedi Apostolicæ, iurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis, earumue bonis, iuribusque ac fructibus quomodolibet præiudicialia, per prædictos, & alios quoscunque contra, aut præter facultates, eis concessas, facta eo ipso fuerint, & sint nulla, & inualida, nihilominus abundantiori cautela vti volentes, omniumque & singulorum quomodolibet præiudicialium quandocunque, & quibusuis, ac ex quacunque causa, & quouis modo factorum, & gestorum, ac indè secutorum quorumcumque, cæterorumque hic de necessitate forsan exprimendorum, ac inserendorum tenores, etiam maiores, & veriores pro plenè expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, Motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, motique ex prædictis causis, aut illarum altera, seu ex alijs iustis, & rationabilibus animum nostrum mouentibus, ad quarum omnium, & singularum verificationem Ecclesiam Romanam præfatam, Sedemque Apostolicam, & quemcum. que alium nunquàm teneri volumus, vltrà quascunque reuocationes hactenus factas, hac nostra perpetua constitutione *declaramus omnia*, & singula acta, decreta, statuta, indulta, concessiones, ordinationes, declarationes, concordias, & pacta, etiam nomine eiusdem Sedis Apostolicæ inita, venditionesque, & alienationes officiorum, aliorumque eiusdem Sedis iurium, & quascunque alias dispositiones quocunque nomine nuncupatas, eidem Sedi Apostolicæ, Romanæque Ecclesię, seu quibuscumque alijs Ecclesijs, seu locis pijs, ac personis Ecclesiasticis, seu iurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ quomodolibet præiudicialia, præiudiciales à quibuscunque Legatis etiam de latere, etiam S. R. E. Cardinalibus, Nuncijs, seu alijs Ministris Apostolicis, Cameræque Apostolicæ, & Romanæ Curiæ officialibus, & ministris etiam Cardinalibus, Viceeancellarijs, & Camerarijs, & respectiuè Rectoribus, & Gubernatoribus, Feudatarijs, Baronibus, & cæteris iurisdictionem quomodolibet exercentibus, alijsque præfatis quantumlibet qualificatis, & indiuidua expressione dignis quandocunque, qualitercumque, & quomodocunque præter, vel contra facultates eis concessas facta. & gesta, factasque, & gestas, aut aliàs quouis

modo

modo ab eis emanata, & emanatas hactenus, etiam per modum edicti, declarationis, conſtitutionis, pragmaticæ, reformationis, ac prohibitionis etiam generalis, ac aliàs quomodolibet, etiam cum clauſula, ſaluo, vel reſeruato Sedis Apoſtolicę beneplacito, vel fortaſſe etiam cum intentione data, vel promiſſione etiam facta illud ab hac Sancta Sede, ſeu à Rom. Pontifice, aut etiã à Nobis impetrandi, etiam cum prętenſa illarum executione, & obſeruantia quantumlibet longiſſima, ac alijs indè quomodolibet ſecutis quibuſcunque, etiam in fauorem, ſeu intuitu, vel contemplatione Imperatoris, Regum, aliorumque Principum, etiam ſupremorum, etiam laicorum, Nationum, Rerumpublicarum, Prouinciarum, Regnorum, aliorumque dominiorum, & Officialium quorumcunque, vel Ciuitatum, Vniuerſitatum, etiam Studiorum generalium, Collegiorum, Religionumue, ſeu Militiarum, Eccleſiarũ, & Monaſteriorum quorumcunque Ordinum, vel aliorum quorumuis, etiam ſpeciali nota dignorum ex quacunque ratione, occaſione, vel cauſa quantumlibet pia, publica, fauorabili, ſeu priuilegiata, etiam tranſactionis, vel concordiæ, ſiue belli, treguæ, vel pacis etiam vniuerſalis, & ad maius malum, vel ſcandalum, vt aſſeritur, euitandum, ſeu ex alijs rationibus, & cauſis, etiam omnibus in ſimul concurrentibus, ac aliàs indiuiduam expreſſionem requirentibus. Nec non quaſcumque tolerantias, taciturnitates, conniuentias, permiſſiones, conſenſus, declarationes executiones, approbationes, vel confirmationes expreſsè, vel tacitè dicto, vel facto, aliàs quomodolibet præter, aut contrà ſuas facultates ab ijſdem Legatis, Nuncijs, ac Miniſtris Apoſtolis, & reſpectiuè Rectoribus, & Gubernatoribus, vt aſſeritur, factas, ſeu habitas, vel reſpectiuè præſtitas in quibuſcunque actibus eidem Sedi Apoſtolicæ, ſiue iuriſdictioni, immunitati, ſeu libertati Eccleſiaſticæ, aut Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis quomodolibet præiudicialibus per quoſcunque alios, etiam laicos quantumlibet, vt præmittitur, qualificatos, quauis authoritate, & poteſtate etiam Imperiali, Regali, aut quacunque alia, indiuiduam expreſſionem requirente, fungentes, etiam ſub prætextu, *quòd Bullæ, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicæ non fuerint publicatæ, vel vſu receptæ*, ac etiam in permittendo editionem, ſeu impreſſionem librorum eidem Sedi, alijſque prædictis præiudicialium, ſeu continentium opiniones damnatas factis, & geſtis. Moleſtias quoque vexationes, & impedimenta quæcunque Legatis, Nuncijs, vel alijs Miniſtris, & Officialibus Apoſtolicis, per quoſcunque etiam laicos cuiuſuis ſtatus, gradus, conditionis, qualitatis, dignitatis etiam Eccleſiaſticæ, vt præmittitur, exiſtentes, quomodolibet factas, & illatas, factaque & illata, *tam eorum ingreſſum in Prouincias ſibi commiſſas denegando*, quam ne ſuas facultates liberè in eis exercerent impediendo, ac eos ab illis expellendo; Nec non quaſcunque contributiones, collectas, gabellas, militum hoſpitationes, decimas, vel alias fructuum partes, aliaque onera, & grauamina quæcunque ſuper Eccleſijs, Monaſterijs, & locis pijs, præſertim vacantibus, vel perſonis Eccleſiaſticis, earumque vel eorum bonis, ſeu fructibus etiam prætextu, vel cauſa facultatis bona ſtabilia acquirendi, ſeu retinendi, ac aliàs quomodolibet per laicos præfatos, & quoſcunque alios quomodolibet qualificatos abſque ſufficienti facultate Apoſtolica impoſitas, & impoſita, exactaſque & exacta etiam à ſponte dantibus, vel contribuentibus. Item moleſtationes, perturbationes, acta, carcerationes, executiones, & attentata quæcunque, à quibuſuis laicis, etiam Officialibus quomodolibet qualificatis contrà perſonas Eccleſiaſticas, vel Eccleſias, ſeu cuiuslibet earum bona, ſiue iura, vel fructus tam ciuiliter, quàm criminaliter, & aliàs quomodolibet quandocunque hactenus facta, geſta, & commiſſa, etiam de facto executioni, etiam pluribus vicibus, & quocunque temporis curſu, etiam

etiam longæuo, & longiſſimo, ac, vt prætenditur, immemorabili, etiã cum fama aſſerti priuilegij quomodolibet demandata. Nec non quaſcunque tranſgreſſiones, & exceſſus contra diſpoſitiones ſacrorum Canonum, Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Conciliorum vniuerſalium præſertim Lateranenſis ſub Alexandro III. Generalis nuncupati ſub Innocentio III. Viennenſis ſub Clemente V. Lateranenſis vltimi ſub Leone X. fel. rec. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſeu Tridentini à quibuſcunque, & ex quibuſuis cauſis quomodolibet, & quandocunque factas in præiudiciũ Sedis Apoſtolicæ, ſiue iuriſdictionis, vel immunitatis, aut libertatis Eccleſiaſticæ, ſeu Eccleſiarum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, earumque bonorum, ſeu fructuum etiam effectum, vt præmittitur, de facto ſortitos, & inde ſecuta quæcunque. Item quaſcunque prorogationes, extenſiones, protractiones, ſeu perpetuationes quarumcunque gratiarum, conceſſionum, & inueſtiturarum à Sede Apoſtolica, vel à Prælatis, ſeu Rectoribus Eccleſiarum inferiorum quandocunq; hactenus factarum ad certas vitas, aut generationes, ſeu lineas iam finitas, vel extinctas, ſiue ad certum tempus iam elapſum, pignorationumque, & venditionum cum pacto redimendi, permutationum, aliorumque contractuum, ac diſpoſitionum quarumcunque de Ciuitatibus, Terris, dominijs, Caſtris, locis, & bonis etiam feudalibus, vel iuriſdictionalibus, ac iuribus eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, vel Eccleſiarum inferiorum à quibuſcunque quantumlibet, vt præmittitur, qualificatis quandocunque prætenſas. etiam executioni demandatas, & quocunque temporis curſu continuatas. Nec non reliqua omnia quotcunque & qualiacunque eidem Sedi Apoſtolicæ, vel iuriſdictioni, immunitati, aut libertati Eccleſiaſticę, ſeu Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis, earumue iuribus, bonis, & fructibus quomodolibet præiudicialia, per quoſcunque, ſufficienti facultate Apoſtolica non munitos, facta, geſta, & reſpectiuè perpetrata cum omnibus, & ſingulis quandocunque & quomodocunque inde ſecutis, & quocunque tempore etiam longiſſimo executioni demandatis, ac obſeruatis, fuiſſe, & eſſe ipſo iure nullas, & inualidas, ac nulla, & inualida, nulliuſque roboris, vel momenti, indebitaque, & illicita, ac de facto præſumptas, & præſumpta, nullumque præiudicium eiſdem intuliſſe, nec inferre vnquàm poſſe, illaſque & illa ex quocunque temporis curſu, nec etiam ex quacunque prætenſa obſeruantia quantumlibet diuturna, longæua, longiſſima, ſeu immemorabili, etiam cum fama prætenſi priuilegij Apoſtolici, ac etiam iuncta quauis ſcientia, conniuentia, tolerantia, taciturnitate, & permiſſione Prælatorum Eccleſiarum inferiorum, Legatorum, Nunciorum, & aliorum quorumcunque Miniſtrorum Apoſtolicorum, ac etiam reſpectiuè quorumuis Rectorum, & Gubernatorum, aliorumque prædictorum, etiam Feudatariorum, etiam Sedis Apoſtolicæ, ac Baronum, cæterorumque iuriſdictionem quomodolibet exercentium, ac forſan Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & noſtra, nequaquam fuiſſe hactenus, nec in poſterum fore approbata, conualidata, neque reſpectiuè prorogata, extenſa, protracta, vel perpetuata, minuſque inde aliquam approbationem, vel præſumptionem alicuius beneplaciti Apoſtolici, neque aliquam bonam fidem, poſſeſſionem, vel quaſi, aut præſcriptionem in aliquo etiam impediente, imponente, exigente, attentante, vel reſpectiuè occupante, vſurpante, vel tranſgrediente, aut quomodolibet continuante, nec in quocunque alio potuiſſe, nec vnquàm poſſe reſultare, vel induci reſpectiuè in Sedis Apoſtolicę, iuriſdictionis, immunitatis, aut libertatis Eccleſiaſticæ, ſeu Eccleſiarum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum, earumue iurium, ac bonorum, & fructuum præiudicium, talemque præſumi fuiſſe ſemper, mentem, & intentionem Romano-

rum

rum Pontificum prædecefforum noftrorum prædictorum, ac refpectiuè noftram fuiffe, & effe quouis modo prædicta, & quæcunque alia præiudicialia nunquam approbandi, feu confirmandi, nifi de prætenfa approbatione, vel confirmatione Apoftolica conftiterit ex prædictis regiftris Apoftolicis, vel aliàs iuxtà formam prędictæ alterius conftitutionis noftrę, Quinimo omnia, & fingula præiudicialia fuiffe à facris Canonibus, Conftitutionibus Apoftolicis, & Concilijs, etiam vniuerfalibus, præfertimque à prædicta Bulla in Cœna Domini legi folita refpectiuè reprobata, ac damnata, prout etiam ad abundantiorem cautelam tenore præfentium reprobamus, & damnamus, beneplacitaque Apoftolica per prædecetfores noftros, & per Nos hactenus denegata fuiffe declaramus, ficut etiam harum vigore denegamus, & quatenus foret opus, omnia, & fingula præiudicialia prædicta, omniaque alia, fi quæ fint, irritamus, & annullamus, ac refpectiuè reuocamus cum inde fecutis quibufcunque præfertim intrufionibus, occupationibus, vfurpationibus, & obferuantijs, ac vfibus, & confuetudinibus quantumuis longiffimis, & immemorabilibus, etiam cum afferta fama priuilegij Apoftolici quas, & quæ illicitas, & illicita, irrationabilefque & irrationabilia declaramus, ac pro reprobatis, illicitis, irrationabilibus, irritis, & annullatis perpetuò haberi volumus, decernimufque & damnamus, ita, quòd in pofterum illa, & illæ non poffint vnquam in iudicio, nec extra iudicium à quoquam quomodolibet allegari, deduci, probari, nec ab aliquo admitti ad quemcumque effectum, & quatenus opus foret, aduerfus illos, & illa, ac alia quæcunque quomodolibet præiudicialia harum ferie eandem Sedem Apoftolicam, Romanamque Ecclefiam, & Ecclefias inferiores, ac perfonas Ecclefiafticas quafcunque plenariè, & pleniffimè ex iuftis caufis, Nobis beneuifis, ac fi talia nunquàm extitiffent in integrum, & priftinum in quo anteà erant ftatum reftituimus, reponimufque ac reintegramus. Infuperque cum etiam Nobis innotuerit, quòd aliquando in prouifionibus Ecclefiarum Cathedralium, Metropolitanarum, Primatialium, & Patriarchalium, alijfque gratijs, & difpofitionibus Apoftolicis fuit ob in curiam quorundam Sedis Apoftolicę, feu Rom. Curiæ Officialium inaduertenter in præiudicium liberæ prouifionis earum narrata, vel etiam forfan de facto admiffa præfentatio, nominatio, vel fupplicatio alterius quantumlibet, vt præmittitur, qualificati, abfque eo, quòd de eius iure pręfentandi, nominandi, vel fupplicandi conftitiffet, & aliquando prędicta, feu alia eidem Sedi Apoftolicæ narratiua pręiudicialis fortaffe in prætenfo Ecclefiarum vltimo ftatu fundata extitit, etiamfi de contrario ftatu, aut aliàs de libera prouifione, etiam per literas erectionis, aut alio modo appareret, feu conftare poffet: Aliquando etiam in prouifionibus Ecclefiarum pro cultu diuino, & ipfarum Ecclefiarum felici gubernio apponuntur diuerfa decreta, quæ per obitum prouiforum, vel aliàs afferuntur expiraffe, cum nihilominus per durare debeant, donec fuerint adimpleta. Quandoque etiã in concedendis facultatibus, indultis, feu alijs gratijs, per Sedem Apoftolicam etiam Regibus, & Principibus, Rebus publicis, feu dominijs, ac feudatarijs quomodolibet qualificatis, ac fpeciali expreffione dignis concedi folitis, in quibus iuxtà antiquum ftylum erant priùs habendæ literæ declarationis, & promiffionis, per priuilegiatos fcribendæ Papę concedenti, quibus ipfi petentes facultates, & priuilegia, fe è conuerfo obligare debent pro obferuatione, & conferuatione quarumcunque immunitatum, libertatum, & iurium Sedis Apoftolicæ, Ecclefiarum, & perfonarum Ecclefiafticarum, ac bonorum Ecclefiafticorum quorumcunque, & tamen illis literis non receptis fuerunt conceffę facultates, indulta, & gratiæ Apoftolicę præfatę etiam abfque aliquo onere illas intrà aliquod tempus fcribendi, & eidem Sedi præfentan-

R

sentandi, immò etiam aliquando Officiales Cameræ Apostolicæ, siue notitiam iurium, & scripturarum Cameræ non habentes, seu memoria non retinentes, vel aliàs expediuerunt, siue expediri à Romanis Pontificibus, seu etiam à Nobis fecerunt, vel permiserunt vigore conuentionum, concordatorum, transactionum, & compactorum cum Sede Apostolica initorum quasdam gratias, facultates, seu concessiones, & priuilegia, vti debitas, ac debita, cum tamen conuentiones, concordiæ, & pacta, tunc per obitum personarum, vel aliàs quomodolibet, etiam ex lapsu temporum saltem in ea parte cessassent, seu extirpassent, quæ omnia, eorumque singula, etiam prætenduntur in magnum ipsius Sanctæ Sedis redundare detrimentum. Idcircò motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus præsentium literarum tenore præfatas narratiuas, enunciatiuas, seu assertiones quomodolibet eidem Sedi preiudiciales factas, seu admissas, ac respectiuè easdem facultatum, indultorum, & gratiarum Apostolicarum concessiones, ac literarum expeditiones factas non expectatis, nec receptis literis ipsorum priuilegiatorum, seu priuilegiandorum, concessiones quoque in vim conuentionũ, & pactorum quomodolibet expiratorum fuisse, & esse erroneas, erroneèque respectiuè expediras, nullumque propterea, cum non sit æquum, vt error veritati præualeat, intulisse, nec inferre potuisse, neque in futurum posse præiudicium Sedi Apostolicæ, ac statui Ecclesiarum, statumque vltimum ipsarum Ecclesiarum, & respectiuè Ciuitatum, Terrarum, Dominiorum, Castrorum, & locorum iurisdictionalium prædictorum, & quarumcunque facultatum, gratiarum, concessionum, aliorumque iurium Sedis Apostolicæ, & Ecclesiarum inferiorum non fuisse, nec *vnquam esse attendendum, vbi de antecedenti contrario statu*, vel initio constat, modo, & forma præmissis pariter declaramus, ac decernimus, & respectiuè omnia præiudicialia tollimus, & irritamus, ac decreta in prouisionibus prædictarum Ecclesiarum apposita non expirasse, nec expirare, sed donec adimpleta fuerint vigere, & in sequentibus censeri repetita etiam declaramus. Et quatenus vnquam contingeret, tàm super præsentium literarum, quàm super quarumcunque concessionum, facultatum, indultorum, gratiarum, ac dispensationum Apostolicarum in fauorem Imperatoris, Regum, Principum, Rerumpublicarum Dominiorum, Nationum, Prouinciarum, seu Regnorum per Romanos Pontifices prædecessores nostros, & per Nos concessarum, seu aliàs à Sede Apostolica emanatarum interpretatione, vel declaratione hæsitari, vel dubitari, tunc omnibus, & singulis cuiuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis, ac dignitatis etiam Ecclesiasticæ existentibus, etiã quomodolibet, vt præmittitur, qualificatis, etiam regularibus cuiuscunque ordinis, instituti, Congregationis, ac Societatis, de quibus indiuidua expressio facienda foret, quamlibet interpretationem, ac declarationem sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, ac nullitatis omnium gerendorum pœnis, eo ipso, etiam nulla facta declaratione, incurrendis prohibemus, & interdicimus, & quamcunque declarationem quomodolibet necessariam, seu opportunam desuper quandocunque faciendam dumtaxat Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris Canonicè intrantibus perpetuò reseruamus, & ante factas declarationes huiusmodi volumus præsentes nostras literas, & quascunque literas, concessiones, ac dispositiones Apostolicas prędictas esse intelligendas ad literam prout iacent. Præsentes quoque literas, ac omnia, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quòd quicunque in præmissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis nullatenus consenserint, & ad ea vocati, citati, vel auditi non fuerint, minusque causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt deductę, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam vllo modo iustificaræ non fuerint,

fuerint, nullo vnquam tempore de ſubreptionis, obreptionis, nullitatis, aut inualiditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quouis quantumlibet magno, inexcogitato, & ſubſtantiali defectu, aut ex quouis alio capite à iure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine reſultante, ſiue præſcriptionis etiam quadraginta annorum, & immemorabilis, ac enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, aut quocunque alio colore, vel prætextu, etiam in corpore iuris clauſo, ſeu ex quacunque cauſa, & occaſione etiam quantumuis iuſta, rationabili, & priuilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſariò exprimenda foret, aut quòd de voluntate noſtra huiuſmodi, & alijs ſuperiùs expreſſis, ſeu relatis nihil vllibi appareret, ſeu aliter probari poſſet notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius vel controuerſiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci, vel aduerſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos iuris, aut aliud quodcunque iuris, facti, gratiæ, vel iuſtitiç remedium impetrari, ſeu etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet conceſſi, aut ſic impetrato, vel conceſſo quempiam vti, ſeu ſe iuuare in iudicio, vel extra illud minimè poſſe, ſed eaſdem præſentes ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obſeruari, ſicque & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Palatij Apoſtolici Auditores, Clericoſque Præſidentes, ac Cameram, & quoſuis Sedis, & Cameræ prędictarum miniſtros, & officiales, necnon S.R.E. Cardinales, etiam Vicecancellarios, Camerarios, ac etiam de Latere Legatos, eiuſdemque Sedis Nuncios, ac quaſcunque Congregationes, etiam ſpecialem expreſſionem requirentes, etiam quorumcunque S.R.E. Cardinalium, & Prçlatorum, & quoſuis alios quacunque auctoritate fungentes nunc, & pro tempore exiſtentes, *ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi*, declarandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ſemper, & vbique iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari ſimiliter decernimus non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, tàm generalibus quàm ſpecialibus, etiam in Concilijs vniuerſalibus editis, & quatenus opus ſit, regula noſtra de non tollendo iure quæſito, & fel. rec. Pij Papæ Quarti etiam prædeceſſoris noſtri de gratijs qualecunque intereſſe Cam. Apoſtolicç concernentibus, infra certum tunc expreſſum tempus in eadem Camera præſentandis, & regiſtrandis, itaut præſentes nullo vnquam tempore in eadem Camera præſentari, ſeu regiſtrari neceſſe ſit; *Necnon quibuſuis conniuentijs, tolerantijs, conſenſibus, taciturnitatibus, permiſſionibus, vſibus, conſuetudinibus etiam longiſſimis, & immemorabilibus, etiam cum aſſerta fama priuilegij Apoſtolici, ac ſtatutis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, priuilegijs quoque indultis, conceſſionibus, licentijs, & literis Apoſtolicis quibuſcunque perſonis etiam, vt præmittitur, qualificatis, ac Prouincijs, Regnis, Ciuitatibus, Vniuerſitatibus, Eccleſijs, Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, Societati Ieſu, alijſque locis, & perſonis quibuslibet, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignis, etiam motu, ſcientia, deliberatione, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritandis, & aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innouatis.* Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatio.

gatione, de illis, eorumque totis teñ specialis, specifica, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non aut per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio facienda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis formamque in illis traditam pro seruata habentes, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Non intendimus autem, per præsentes tollere declarationes, & causarum terminationes, ac alia, quæ respectu iurisdictionalium tàm allodialium, quàm feudalium in ditione temporali Sedis Apostolicæ consistentium, factæ, seu facta fuerunt hucusque, vel in futurum fient iudicialiter, vel etiam extraiudicialiter, causa tamen cognita in Romana Curia, per Rotam, vel Cameram, aut etiam per specialiter deputatam, seu deputatum à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel à Nobis, seu à successoribus nostris Congregationem, aut Iudicem: *Nec etiam tollere centenariam, seu antiquiorem possessionem pacificam cum obseruantia iunctam quando concurrit titulus verus, & legitimus in dicta possessione existentis.* Volumus autem, & Apostolica authoritate decernimus, vt eædem præsentes ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Vrbe per aliquem ex Cursoribus nostris publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt arctent, & afficiant, perindè ac si illorum vnicuique personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die v. Iunij M.DC.XLI. Pontificatus Nostri Anno Decimo octauo.

M. A. Maraldus.

Die 25. Iunij, Anno, & Pontificatu vt supra; Supradicta litera Apostolica publicata, & affixa fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ Vrbis per me Dominicum Varesium S.D.N. Papæ Cursorem &c.

Pro D. Mag. Cursorem Hieronymus Mascella Curs.

Commentaria cum Notis Auctoris ad Vrbani VIII. Constitutionem de præiudicialibus Ecclesiæ.

Hæc Constitutio, vt ex ipsa inscriptione patet, & colligitur ex *Bullar. nou. tom. 4. in Append. Const.*
1 *47. aliàs 157. est Vrbani Papæ* huius nominis VIII. qui sedit Anni 21. minus dieb. 14. Ab Anno scilicet 1623. die 7. Augusti, qua Romanus Pontifex renunciatus fuit, ad diem 29. Iulij 1644. qua ab humanis secessit. Ab obitu enim Gregorij XV. post Apostolicæ Sedis inter regnum
2 dierum 28. Maffeus S. R. E. Cardinalis Barberinus, patria Florentinus, Antonij filius, inter sapientes sapientissimus, excellentis ingenij animique præstantia, & rerum gerendarum singulari dexteritate, atque Clementia præclarissimus, vnanimi purpuratorum Patrum consensu, qui ipsum in priuatæ virtutis,
3 doctrinæque eminentia per gradus officiorum Curiæ procedentem, Abbreuiatorem Parci Maioris, quòd Collegium postea varijs priuilegijs ditauit, à Santissimo D.N. Clem.X. quem Deus diù conseruare dignetur, ea animi Clementia, qua omnibus prodesse exoptat in ipso sui Pontificatus exordio ampliatis, vt patet ex eius Const. in Bullar. registrata, Nazareni Archiepiscopi Titulo fultum, sedente Sixto V. prægrandi Apostolicæ Cameræ Clericatus prælatura ornatum, ad Henricum IV. Galliæ Regem bis Legatum, à Paulo V. sapientum fautore Cardinalitia dignitate decoratum, & Episcopatu Spoletano auctum, publicis commodis deseruientem, hæroici decoris exemplar admirabantur, eiusque

que dotium fulgorem, aureoſque
mores, in omni ſcientiarum genere
literaturam, prudentiam, pietatem,
iuſtitiam, liberalitatem, omniumque
virtutum ſingularem concentum, &
amplitudinem, qua ab omnium or-
dinum hominibus gratias collige-
bar, quæque ſupremorum Princi-
pum animos ad illum pertrahebant,
venerabantur. Anno 1623. die 6.
Auguſti, qua Eccleſia Dominicæ
4 Transfigurationis ſolemnia celebrat,
noua Romani Pontificis eligendi for.
ma à Greg. XV. prædeceſſore ſanci-
ta, iterato ſcrutinio, Romanus Pon-
tifex creatus, quamuis die tantum
Michaeli Archangelo ſacra triplici
diademate coronatus, Vrbanus VIII.
dictus fuit. In ſupremo verò digni-
tatum faſtigio vices Dei gerens ſa-
pientiæ, atque clementię ſuæ fulgo-
ribus per totam rerum vniuerſitatem
diffuſis, omnia veluti infuſo benefi-
centiæ halitu animare, atque fouere
cæpit; Nomenque maximi, & no-
men Optimi indiuiſibiliter conne-
ctens, ad regimen Chriſtianę Reipu-
5 blicæ ex templo conuerſus, Catholi-
cos Principes de ſua electione cer-
tiores fecit, Vrbis Eccleſias ante
cætera viſitauit, Epiſcopos, & Cu-
ram animarum habentes ad reſiden-
tiam in ſuis beneficijs admonuit,
Anno 1625. ſaluti fidelium proſpi-
6 ciendo Magnum Iubileum celebra-
uit, plura Sanctorum monumenta
vetuſtate collapſa reſtaurauit, S. Caij
7 nimirum Pontificis in Quirinali, cu-
ius parietinæ rimoſæ vix apparebant,
quibus ſimilis erat Eccleſia S. Vrba-
8 ni extra portam Capenam, SS. Co-
ſmi, & Damiani in Foro Boario, vbi
& S. Martinæ templum extruere cæ-
pit. Pontificium Palatium in Quiri-
9 nali ampliauit, muriſque in modum
Arcis circumſtructis, pari ſecurita-
te, & amænitate muniuit in immen-
ſum excurrentibus Viridarijs, pluri.
bus vndique fontibus coronatis, &
varijs pretioſis plantis ornatis. In
10 Baſilica Vaticana Apoſtolorũ Prin-
cipum tumulo ſuperſtructam molem
operis, & materiæ nobilitate inſi-
gnem perfecit, quæ fuſili ex ære
conſtat, auroque ſubinde interlita
perennitati ſplendorem miſcet, vndè
Sanctorum cinerum veneratio incre-
mentũ, loci verò ſublimitas maieſta-
tem capit. In quatuor etiam magnis
Pilis Vaticani Toli, vulgò, Cupulæ
Hemiſphærio ſuppoſitis Alabaſtrites
11 Diuorũ ſtatuas locari iuſſit. Et quo-
niam animum ad hoſtes repellendos
continuò propenſum habebat, in
Vrbe Ciuitatem Leoninam propu-
gnaculis obſtruere fecit, Molemque
12 Adriani, vulgò Caſtrum S. Angeli,
magis, ac magis munitam reddidit,
bellicis Machinis ad centum diſpari
magnitudine conflatis, & per muros
collocatis, domibus præſidiario mi-
liti, horreis frumento, apothecis
oleo, cellis vino condendo, rece-
ptaculis pyrio pulueri, cæteriſque
bellicis inſtrumentis paratis, diſpo-
ſitiſque nouis militum ſtationibus,
atque vigilijs, nec non addita præ-
ter morem cohorte, quod & fecit in
Caſtro à ſuo nomine Vrbano fortiſ-
13 ſimo in confinijs ditionis Mutinenſis
extructo, nec non Vrbeuetanam Ci-
uitatem in Etruria propugnaculis
varijſque militaribus munimentis
tutiorem reddidit. Ciuitatem iti-
dem Veterem muniuit, & ad Mare
14 Tyrrenum, ſeù centum cellas portu
adaucto Romanæ dignitati, & com-
moditati emporium aperuit, in maris
ludibrium, & nauium quiete mole
ſuperſtructa, vndè tuta ſtatio ab om-
nibus ventis nauigijs præbetur. Ar-
15 mamentarium itidem in Vaticano
pro Eccleſiæ ſecuritate fundauit, nec
non Bibliothecam Vaticanam Græ-
16 corum manuſcriptis, & libris ex
Germania aduectis notabiliter auxit.
Andream Auellinũ Ordinis Clerico-
17 rum Regularium Sacerdotem, Fe-
licem Capuccinum, Caietanum
Thienæum Fundatorem Theatino-
rum, Mariam Magdalenam de Paz-
zis, Beatorum titulo decorauit B.
Elizabetham Portugalliæ Reginam,
& B. Andream Corſinum Carmeli-
tanum Sanctorum numero adſcripſit.
18 S. Martinæ in Capitolini cliui radi-
cibus corpus inuentum, vna cum
corporibus S. Concordij, & Epipha.
nij decentius repoſuit, feſtumque
cum officio die 30. Ianuarij inſtituit.
19 Similiter SS. Bibianæ, Demetriæ,
& Dafroſæ corpora reperta, reſtau-

rato

rato templo in Ara maxima colloca-
uit, officiumque quot annis recitari
20 iussit. Vladislaum Poloniæ Regis
filium, & Leopoldum Archiducem
Austriæ tempore Iubilei, paulò verò
post Ferdinandum II. Magnum He-
truriæ Ducem sumptu Regio exce-
21 pit. Cardinales viros omnes, &
doctrinæ præstantia, & morum inno-
centia quaqua versum præclarissi-
mos, sexaginta creauit, quibus Emi-
nentissimi, & Reuerendissimi Titu-
lum, ad differentiam aliorum, motu
proprio indidit, & Apostolico diplo-
mate confirmauit; Quamplurima
itidem in Vrbani Pontificatu emi-
casse, quæ cum calamus non habeat
in promptu, neque hic meum sit
adinstar sacrorum, & politicorum
euentuum scrutatoris, omnia eius
gesta diligentissimè perquirere, exa-
cti Historici partes adimplere cona-
bor in meo opere *Pontifices Legisla-
tores* inscripto, ex nunc multa pau-
cis concludens, quòd nimirum cla-
rissima semper vbique corruscabit in
bellis quibus Italia inter Christia-
nos Principes concutiebatur, remo-
uendis, Vrbani prudentia. In cala-
mitosis annonæ temporibus, Vigi-
lantia, nec non liberalitas, qua in
omnium ordinum homines clemen-
tissimè respexit. At meus sistat cala-
mus, vbi eius Pontificatus ad an-
num vigesimum primum longeuus,
22 diebus Petri proximus, satis apertè
indicat, quàm Deo gratus fuerit;
nam cum diuina prouidentia nihil
agat in Orbe, cuius legitima causa
non præcedat, piè arbitrandum,
quòd nisi ex iustis causis in diuina
mente reconditis Romanorum Pon-
tificum Vita decurrat, quod & eui-
denter colligitur ex responso à B. Pe-
tro Damiano dato Honorio Pôtifici
ipsũ interroganti, cur Romanorum
Pontificum Petri successorum vita
ità breuior sit, vt eorum mors im-
matura demonstret, nullum adhuc
licet iuuenem annos Petri 24. in
23 Pontificatu sedisse; vndè commu-
ne, & hucusqe inuariabile Axioma,
Non videbis dies Petri; Respondit,
*diuinam prouidentiam ità disponere,
vt humano generi metum mortis incu-
tiat, & quàm dispicienda sit temporalis
vita gloria in ipso gloriæ principatu
euidenter ostendat; nimirum, dum
præcipuus, & supremus omnium homi-
num tam angusti temporis compendio
moriatur, tremefactus quisque ad præ-
stolandum sui obitus custodiam proуо-
cetur, & arbor humani generis, dum
cacumen, & verticem suam, tam fa-
cilè corruisse considerat, flatu concussa
formidinis in suis vndique ramusculis
contremiscat*. Hinc non sine efficaci
argumento dici potest, de Romano-
rum Pontificum Vita, ità diuinitus
24 disponi, vt ad Militantis Ecclesiæ
Regimen, ad quod ipsos suos Vica-
rios deputauit, eorum Vigilantia
inspecta ipsis aliquandò longam vi-
tam adimat, aliquandò verò maio-
rem indulgeat, non tamen talem vt
Petri dies excedat, disponente Deo
hominum vitam, vt nec alter ex bo-
norum receptione superbiat, nec
alius eius fælicitati inuideat, qua
ineuitabili diuinaque sententia per-
cussus Vrbanus inter præcipuos my-
stas, & Principes clarissimus, labo-
ribus, & sollicitudine pro pace Ita-
liæ, & libertate Ecclesiastica confe-
ctus, ex mortali ad immortalem vi-
25 tam transijt, vt supra dictum est
Anno Domini 1644. die 29. Iulij,
eique post interregnum vnius men-
26 sis, & diebus 17. Successor datus
fuit Innoc. X. de quo vide notata
inter *Pontifices Legislatores*, vbi eius
Vitam, Gesta, & Constitutiones re-
fero, hoc vnum simpliciter notans,
quod Innoc. X. integritatis acer Cen-
sor, Carolum Barberinum Vrbani
VIII. pronepotem meritissimum,
27 Vitæ innocentia morum amænitate,
virtutis eminentia, religionis zelo,
pietate, prudentia, & liberalitate
præclarissimum S. R. E. Cardinalem
creauit, & ex eius promotione Bar-
berina familia, quòd in altera hu-
cusque ab Historicis obseruari po-
28 tuisse non arbitror, tres Cardinales
eodem tempore viuentes, supra ge-
nus ipsum emicando, summam in se
perfectionem, quia omne Trinum
perfectum, iure merito respicie-
bat; Nimirum in Eminentissimo, &
Reuerendissimo Domino Cardinali
29 Francisco, quem ipse Vrbanus, vti
nepotem suarum dotium, præclaris-
sima-

simarumque virtutum imitatorem, optimum, in præfulgenti solio constitutum Tit. S. Agathæ Cardinalem creauit, & in Præfectura Signaturæ Iustitię successorem suum dixit, nunc verò Catholicus Orbis, vti veri Principis Ecclesiastici exemplar Sacri Collegij Decanum, & Sedis Apostolicæ Vicecancellarium colit,
30 vt patet ex fusè notatis supra in Comment. ad cap. Requisiuit 1. in fine, vbi inter Abbates Commendatarios Criptæ ferratæ ipsum recenseo. In Eminentissimo recolendæ memoriæ Antonio Barberino, eiusdem pariter Vrbani Nepote, & Francisci Cardinalis germano fratre summę humanitatis, liberalitatis, & pietatis Viro, quem ipsemet Vrbanus dignitate Cardinalitia decorauit; mors verò humanarum deliciarum inuida, paucis ab hinc annis è viuis eripuit, & in Eminentissimo Carolo Barberino, Eminentissimi Francisci ex Thadeo Vrbis Præfecto Germano fratre, nepote meritissimo, tantisque virtutibus ornato, adeò vt nihil in illo virtus eius constituere possit, quòd non sit proprium laudis suæ ipsique commune.

Cæterum Vrbanus VIII. Græcarum literarum cognitione, nec non prosa, & carmine clarus, vt ex eius scriptis Sacrorumque hymnorum correctione paret, plures Constitutiones Libertatem, Immunitatemque Ecclesiasticam, nec non alia Sacra respicientes edidit, inter quas supra per extensum relata reperitur, quam vtriusque Iuris Doctores ab Vrbano VIII. editam Vrbanam dicunt, ipsamque
31 vtpote materias admodum graues, & quotidianas amplectantem, à qua cætera iura de Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum præiudicialibus loquentia, præsertim in materia restitutionis in integrum interpretationem, & correctionem recipiunt, vt vsui esse possit per partes singulas compendiosè itidem referre non inopportunum arbitror. At cum ipse Vrbanus VIII. de Iuristarum cauillationibus satis conscius, quibus nihil tam sub Sole clarum, quòd turbidum non reddatur, nec non
32 de specularionibus Theologorum nostri temporis haud ignarus, quibus nihil tam perfidum, quòd licitum non efficiatur, in septima parte propositæ Constitutionis. ibi: *Et quatenus*, quibuscumque sub pæna excommunicationis latæ sententiæ, & nullitatis gerendorum, eius interpretationem prohibet, eiusdem declaratione sibi, & successoribus suis reseruata, antequam ad literam intelligendam esse præcipit, non ipsam ideò interpretari profiteor, sed eius partes duntaxat ea animi, & literæ sinceritate recensere, qua Sedem Apostolicam, & Romani Pontificis, vti Christi Vicarij mandata veneror; nonnullis notis ipsam illustrando, quæ & ipsius concordantiam cum cæteris Romanæ Ecclesiæ iuribus, nec non ipsorum correctionem quoad Ecclesiæ præiudicialia, demonstrant.

In prima ergò suæ Constitutionis par-
33 Vrbanus VIII. causam eiusdem inductiuam exponit; quòd scilicet nonnulli ex Legatis, Nuncijs, alijsque Sedis Apostolicæ Ministris, Gubernatoribus, Officialibus Cameræ, Baronibus, & Feudatarijs vltrà, & contrà facultates sibi concessas, Sedi Apostolicæ, Iurisdictioni, Immunitati, vel Libertati Ecclesiasticæ, Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis, eorumque bonis, & iuribus præiudicialia fecerint, vel facta tolerauerint; nec non gratias, & bonorum, etiam iurisdictionalium inuestituras ad Romanam, vel alias inferiores Ecclesias spectantium ad certas vitas, seù lineas factas, longius proposuerint, vel perpetuauerint, quòd præfatis Legatis alijsque quauis dignitate fulgentibus sine speciali Papæ mandato tacitè, vel expressè facere nullo modo permissum erat. Beneplacita verò Apostolica, vbi præsertim de præiudicio perpetuò agitur in scriptis semper expediri consueuerint; adeò vt si in registris Apostolicis non reperiantur, vel ipsa originalia, aut transumpta non exhibeantur, iuxtà formam alterius eiusdem Vrbani VIII. *Constit. edita die 1. Iuny 1635.* Romanos Pontifices, super his, beneplacita nunquam concessisse indè deducatur. Cum

præ-

præsertim quot annis publicetur Bulla in die Cænę Domini, qua huiusmodi præiudicialia impugnantur, ac propterea ipso iure nulla semper sint, & fuerint.

In secunda parte ibi: *Nihilhominus*, ad abundariorem cautelam, omnia, & singula acta, decreta, indulta, declarationes, concordias, & pacta Sedis etiam Apostolicę nomine inita reprobat, & damnat, eoque ipso nulla esse declarat, idemque determinat de alienationibus officiorum, & Sedis Apostolicę iurium, nec non aliarum Ecclesiarum inferiorum, & respectu quarumcumque aliarum dispositionum Romanę, seù cuiusuis alterius Ecclesię, & personæ Ecclesiasticæ, aut immunitati, vel libertati Ecclesiasticæ, quomodolibet præiudicialium à Legatis, vel alijs ex præfatis quomodocunque emanatarum, etiam per viam declarationis, Constitutionis, sub reseruatione, vel promissione beneplaciti Apostolici, etiam cum executione, & longissima obseruantia subsequuta, supremorum etiam Principum intuitu, ex quacumque causa, etiam transactionis, vel pacis vniuersalis, etiam sub prætextu, quòd Bullæ Apostolicę non sint publicatæ, aut vsu receptæ, vel vsu contrario abrogatæ, etiam librorum præiudicialium, seù continentium opiniones damnatas, vel minus legitimas Apostolicarum Constitionum interpetrationes, aut contra disciplinam Ecclesiasticam, editionem permittendo.

In tertia parte, ibi: *Molestias quoque*, in specie reprobat, damnat, nullaque esse declarat præiudicialia infrascripta. Molestias nimirum, & impedimenta Legatis, alijsque Sedis Apostolicæ Ministris illata in denegando ingressum in prouinciam, vel ipsos expellendo, aut eorum facultates impediendo.

Secundò collectas, militum hospitationes aliaque onera per laicos, vel quoscumque alios sine authoritate Apostolica super Ecclesijs, pijs locis, personis Ecclesiasticis, & illorum bonis, vel fructibus imposita, & ab ipsis quamuis sponte contribuentibus exacta.

Tertiò vexationes, carcerationes, & quæcumque attentata à quibusuis laicis contra personas Ecclesiasticas, vel Ecclesias, aut illarum bona, siuè iura per tempus etiam immemorabile, & cum fama priuilegij executioni demandata.

Quartò Sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Oecumenicorum Conciliorum transgressiones in præiudicium Sedis Apostolicæ, Iurisdictionis, Immunitatis, vel Libertatis Ecclesiasticæ, seù Ecclesiarum, vel earum bonorum, seù fructuum, quamuis, vt præmittitur effectum sortitas.

Quintò prorogationes, nec non gratiarum, & inuestiturarum ad certas vitas, vel tempus iam elapsum perpetuationes. Item pignorationum, venditionum cum pacto redimendi, aliarumque dispositionum de bonis etiam feudalibus, & Sedis Apostolicæ, nec non inferiorum Ecclesiarum iuribus quocunque tempore executioni demandatas.

In quarta parte, ibi: *Nec non reliqua*, generaliter damnat, atque irrita declarat omnia Sedi Apostolicæ Iurisdictioni, Immunitati, vel Libertati Ecclesiasticæ, Ecclesijs, Ecclesiasticis, eorum bonis, iuribus, & fructibus quomodòcumque præiudicialia cum omnibus indè secutis, quæ conualidata non fuisse declarat etiam ex immemorabili cum fama priuilegij Apostolici, iuncta quoque scientia, & permissione Romanorum Pontificum. Neque inde beneplaciti Apostolici aliquam præsumptionem, vel bonam fidem, possessionem, aut præscriptionem induci posse, nisi ex Registris Apostolicis de approbatione appareat: quinimò quotannis in Bulla Cænę reprobata fuisse, & reprobari; prout ad cautelam illa reprobat, atque damnat, declarans Apostolica beneplacita semper denegata fuisse, quatenus etiam opus sit quæcumque Ecclesiæ præiudicialia reuocat, cassat, & annullat cum consuetudinibus etiam immemorabilibus, & fama priuilegij, quas illicitas, & irrationabiles declarat: Sedemque Apostolicam, & infe-

& inferiores Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas in integrum reſtiuit.

In quinta parte, ibi: *Inſuperque*. Cum per miniſtrorum in curiam in Cathedralium prouiſionibus narretur, & admittatur præſentatio, nominatio, vel ſupplicatio, licet non conſtet de iure patronatus: & quandoque nonnulla decreta in Eccleſiarum prouiſionibus apponi ſolita, per obitum expiraſſe narrentur, cum tamen, quòuſque adimpleta fuerint perdurare debeant. Quandòque verò in indultis, & priuilegijs literæ omittantur, quibus impetrantes, de ſtylo ſe obligant ad tuendam immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam.

Quandòque etiam in expeditionibus, gratiæ factæ narrentur in vim concordatorum cum Sede Apoſtolica initorum, quæ tamen expirarunt, huiuſmodi narrationes, & admiſſiones erroneas, & non præiudiciales declarat.

In ſexta parte, ibi: *Statumque vltimum*, determinat, & decernit vltimum ſtatum Eccleſiarum, locorum iuriſdictionalium, gratiarum, & conceſſionum iurium Sedis Apoſtolicæ, & inferiorum Eccleſiarum non eſſe attendendum, vbi conſtat de ſtatu antecedenti contrario, modo, vel forma præmiſſis.

In ſeptima parte, ibi: *Et quatenus*, quibuſcumque etiam Regularibus, tam huius Conſtitutionis, quàm gratiarum, & diſpoſitionum Apoſtolicarum in fauorem Supremorum Principum, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & nullitatis gerendorum interpretationem vetat: declarationemque ſibi, & ſucceſſoribus ſuis reſeruat: & ante declarationem Conſtitutionem hanc ad literam eſſe intelligendam determinat.

In octaua denique parte, ibi: *Præſentes quoque*. Clauſulas executiuas ponit, obſtacula remouet, contrarijs derogat, & in ſpecie regulæ de iure quæſito non tollendo, & conſuetudini, ſiuè præſcriptioni etiam quadraginta annorum, & immemorabili, etiam cum fama priuilegij, cum clauſula ſublata, & decreto irritanti. Declarationes tamen in Curia Romana factas per Rotam, vel per Cameram, aut per alios à Papa ſpecialiter deputatos præſeruat. Item centenariam, & præſcriptionem immemorabilem ſi tamen concurrant requiſita iuris. Et ſolum in caſibus, in quibus per Sacros Canones, & Apoſtolicas Conſtitutiones reprobatur, vel alias de iure non ſuffragatur, ipſam reprobat; firma remanente Bulla Cænę Domini.

Præſentis ergò *Conſtitutionis* tenore inſpecto patet nil aliud Romanum Pontificem Vrban. VIII. intendiſſe, quàm præiudicialia omnia Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis, etiam in fructibus facta, Auctoritate Apoſtolica de medio tollere, rerum, & iurium ad Sedem Apoſtolicam pertinentium, nec non ad inferiores Eccleſias ſpectatium, alienationes inconſulto Romano Pontifice, & ſine legitimis ſolemnitatibus factas improbando, & annullandò, vtpote quæ iure Diuino, Canonico, & Ciuili prohibitæ reperiuntur. Iure etenim Diuino eſſe prohibitas patet *Leuitic. cap.* 25. ibi: *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt*, latè probat *Tambur. de Iur. Abb. tom.* 3. *diſp.* 13. *q.* 2. *num.* 1.

Iure itidem Ciuili bonorum Eccleſiæ alienationes vetitas eſſe colligitur ex *Auth. de non alienat. & permut. reb. Eccl. ex Auth. de Eccl. rer. immob. alien. ex Auth. de alien. & emphyt. & per tot. Tit. C. de reb. Eccl. non alien. & l. iubemus, & in auth. hoc ius porrectum C. de Sacroſ. Ec. leſ.*

Iure quoque Canonico huiuſmodi alienationes prohibitas eſſe conſtat ex *cap. non liceat, cap. Diaconi, cap. quiſquis, cap. alienationes, cap. Abbatibus* 12. *q.* 1. *cap. non licet, cap. nulli, cap. cum laicis, & tot. tit de reb. Eccl. non alien. cap. hoc conſultiſſimo eodem in* 6. *Clem.* 1. *eodem tit.* Extant etiam præter hanc Vrban. Conſt. variæ Romanorum Pontificum Conſtitutiones in Bullario regiſtratas. *Conſtitutio*, ſcilicet, *prima*, *S. Leonis* I. *Conſtitutio Ambitioſæ Pauli II.* quæ, & reperitur inſerta in corpore iuris *inter Extrauag. commun. ſub Tit. de reb. Eccl. non alien.* Nec non *Conſt. Pauli IV.*

li IV. quæ incipit *Iniunctum*, ordine *secunda*. Et; insuper Decretum S. Congreg. Concil. Vrban. VIII. iussu editum, datum die 7. Septembris 1624. cum varijs eiusdem decreti declarationibus infra relatis.

Quamplures præterea reperiuntur Pōtificiæ Constitutiones particularium bonorum alienationes prohibentes. Alienatio etenim, & infeudatio Ciuitatum, & locorum S. R. Ecclesiæ, quinimò simplex tractatus, etiam prætextu euidentis vtilitatis, prohibitus repetitur in *Const.* 35. *B. Pij V. in Const.* 3. *Greg.* XIII. *in Constit.* 1. *Clem.* VIII. *in Const.* 4. *Innoc.* IX. Bona item iurisdictionalia Ecclesiæ intra Italiam existentia alienare prohibuit *Vrban.* VIII. *Const.* 51. Nec non alienationes Bonorum in Statu Ecclesiastico existentium in extraneos prohibitæ repetiuntur in *Const.* 3. *Sixti V. in Const.* 78. *Clem.* VIII. *in Const.* 108. *Paul.* V. *& in Const.* 65. 72. 151. *&* 153. *Vrban.* VIII. nec non per *Const.* Sanctæ, & nunquam interituræ memoriæ *Alex.* VII. quæ incipit: *Vt ea dat. die* 17. *Febr. Anno* 1660. in qua omnes præfatas suorum prædecessorum Constitutiones refert confirmat atque declarat. Contra etiam alienantes officia, seù iura, & emolumēta maioribus officijs S.R.E. annexa extat *Constit.* 106. *Sixti V.* Alienationes verò iurium Cameræ Apostolicæ sine competenti compensatione, aut necessitate, vel Sedis Apostolicę vera vtilitate reuocauit *Pius* IV. *in Const.* 104. *& B. Pius V. in Const.* 13. Quicquid verò seorsim in qualibet ex supra expressis Ecclesiasticis Sanctionibus tam in corpore Iuris registratis, quàm in Bullario clausis pro conseruatione bonorum, & Iurium Ecclesiarum, sancitum reperitur, collegit Vrban. VIII. in hac sua Const. super prężeruatione iurium Sedis Apostolicæ, & aliarum Ecclesiarum à quibuscunque præiudicialibus, qua multa veteris Iuris Canonici innouantur, supplentur, corriguntur, pleraque desuetudine antiquata restituuntur, dubia quæque vertiginosa potius opinandi licentia, alijsue affectibus, & causis, quam textus litera, & ratione perpensa, à Doctoribus excitata, declarantur. Quid verò in rebus, & Iuribus Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum seruandum sit, nouo iure decernitur, vt ad literam patet ex notabilibus ab hac ipsa *Vrban. Const.* desumptis, quorum primum est. Non posse Sedis Apostolicæ Legatos, Nuncios, Gubernatores, vel alios eiusdem Sedis Ministros, seù Officiales Cameræ, Barones, aut Feudatarios, aliqua Sedi Apostolicæ, Iurisdictioni, Immunitati, vel Libertati Ecclesiasticæ, Ecclesijs, personis Ecclesiasticis, earum bonis, & iuribus præiudicialia facere, vel tolerando inferre, cuius notandi veritas nullam controuersiam patitur, ab omnibus Sacris Concilijs, & Summorum Pontificum Constitutionibus inconcussè confirmata, nam vt ad literam colligitur ex *hac nostra Constitutione*, sine speciali Papę mandato nullum præiudicium tacitum, vel expressum Sedi Apostolicæ, Iurisdictioni, Immunitati, vel Libertati Ecclesiasticæ, Ecclesijs, Ecclesiasticis personis, & eorum bonis, atque iuribus fieri potest.

Secundum notabile est, quòd Gratiæ,
35 Inuestituræ bonorum tam iurisdictionalium, quàm non iurisdictionalium factæ ad certas vitas, seù lineas siuè ad Romanam Ecclesiam, siuè ad alias inferiores pertineant, sine speciali Papæ mandato non longius proponi, vel perpetuari non possunt, vt ad literam patet ex hac *Const.* & videre est infrà *in* 13. *notabili*, §. *hinc sequitur cum seqq.* patet etiam ex notatis in *decimoquarto notabili* §. *Infeudatio*.

Tertium notabile esse, quòd Beneplacita Apostolica præsertim continen-
36 tia præiudicium perpetuum in scriptis expediri solent; quarè irrita quæque declarantur beneplacita, de quibus non constat in registris Apostolicis, aut quorum originalia non exhibentur. vel saltem non dantur eorum transumpta ad formam *alterius Constitutis Vrban.* VIII. *edit. die* 1. *Iunij* 1635. Hinc est quòd ho-
37 diè locum non habet DD. assertio, quòd ex cursu triginta annorum cum obseruantia subsequuta præsumat

matur beneplacitũ Apostolicũ etiam interueniſſe contra Eccleſiam, prout affirmant *Anch. conſ.* 136. *nu.* 2. *Alex. conſ.* 17. *num.* 8. *lib.* 4. & sæpius dixit *Rota* ſingulariter *deciſ.* 179. *num.* 1. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 202. *nu.* 7. *part.* 7. *recent. coram Greg.* XV. *deciſ.* 52. *n.* 2. vbi loquitur de alienatione bonorum Eccleſiæ à triginta annis effectum ſortita. *Put. deciſ.* 355. *num.* 1. *lib.* 1. vbi loquitur de tranſactione. *Rot. deciſ.* 407. *num.* 7. *part.* 4. *recent.* vbi loquitur de inueſtitura. In terminis etiam permutationis deciſum fuit in cauſa *Mediolanen reſciſſionis permutationis, die* 10. *Ianuarij* 1597. *coram Card. Pamphilio impreſſ. apud Garz. de beneſ. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 185. approbata in *deciſ.* 694. *nu.* 5. *part.* 1. *Recent.* in vnione beneficij liberi, ad beneficium Iuriſpatronatus, quàm deciſionem Eccleſiæ nimium præiudicialem eſſe oculariter patet. Cenſuit etiam *Rot. in recent. part.* 2. *deciſ.* 506. *num.* 2. *&* 3. *p.* 2. quàm aſſertionem procedere, ſiuè beneplaci-
38 tum Apoſtolicum reſeruatum fuerit, ſeù enunciatum, ſiuè non, de communi teſtatur *Felyn. in cap. Albericus num.* 4. *de teſtibus*, quam communem opinionem multoties per *Rotam* probatam fuiſſe patet *ex d. dec. Put.* 355. *num.* 2. *lib.* 1. *Seraph. deciſ.* 1042. *num.* 3. *Rot. d. deciſ.* 506. *nu.* 3. *part.* 2. *& deciſ.* 202. *nu.* 7. *p.* 7. *recent.* nec non in præallegat. *Mediolanen. Reſciſſionis permutationis.*

Hanc etenim beneplaciti Apoſtolici præſumptionem in præiudicialibus Eccleſiæ Vrbani Conſtitutio improbauit, quamuis beneplacitum reſeruatum ſit, vel promiſſum; vndè ceſſant in hac parte DD. clamores, nullamque hodiè vim habent præal-
39 legatæ *Deciſ.* præſumptionem beneplaciti ex curſu triginta annorum cum obſeruantia ſubſequuta deſumentes, hac præcipuè ratione quòd confirmationes, approbationes, & beneplacita Pontificia ſemper in ſcriptis expediri conſueuerunt præſertim per literas Apoſtolicas, ſiuè ſub plumbo, ſiuè in forma breuis ſub annulo Piſcatoris; ac proindè ſi in Apoſtolicis regiſtris, quæ fideliter cuſtodiuntur, regiſtrata non reperiantur, vel literarum Apoſtolicarum originalia, vel illarum tranſumpta non exhibeantur, prout dictum eſt ſupra ad formam alterius Conſtitutionis Vrbanæ, indè deducitur, Romanos Pontifices huiuſmodi præiudicialia nunquam approbaſſe, vel confirmaſſe, aut beneplacita conceſſiſſe, vt hic patet ad literam in §. *Quodque confirmationes, & in* §. *Minuſque indè.*

Hunc verò vti modum optimum nega-
40 tiuam probandi, conſiderat *Paul. de Caſtr. in Auth. ſi quis in aliquo C. de edend. Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina num.* 82. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Nam & ex denunciationum regiſtro ſufficienter probari denunciationem factam non fuiſſe conſuluit *Bart. conſ.* 81. *num.* 2. *verſ. iſta autem negatiua lib.* 1. Similiter quoque ſi ex libro, vbi collationes re-
41 giſtrantur, de collatione non conſtet ex hoc concludenter probari poſſeſſori nullum titulum competere, ſed intruſum eſſe, vult *Felin. in cap. illud num.* 7. *de præſumpt. Rip. loc. cit.* Quamuis etenim ex lapſu annorum triginta cum obſeruantia, etiam vbi de magno præiudicio agitur ſolemnitas, ſeù Superioris beneplaci-
42 tum præſumatur, vt notat *Io: de Imola in cap. Peruenit, & ibi gloſſ.* 1. *de empt. & vendit.* hoc tamen non impedit, quin contrarium probari poſſit; & ſufficienter probatum dicitur eo ipſo, quo beneplacitum in
43 regiſtro deſcriptum non reperitur, vt ſingulariter declarat *Felyn. in d. cap. illud num.* 6. *&* 7. *de præſumpt.* Quòd notatu dignum aduertas ad dignoſcendam iuſtitiam huius Conſtitutionis pro excluſione præſumptionis beneplaciti, ſeù Conceſſionis Apoſtolicæ.

Vndè ſit Regula, quòd vbi agitur de
44 præiudicio Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticorum requiritur Beneplacitum Apoſtolicum expreſſum, nam præſumptum ſublatum *Vrbana Conſtit.* remanet, præſeruata duntaxat centenaria cum obſeruantia ſubſequuta *Rot. in Romana Vinea* 1661. 2. *Maij coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Cerro, tunc Decano, in Senen Emphiteuſis* 17. *Mar-*

tij 1664. §. non obstat coram b. m. Emeriz. in Romana Domus 28. Iunij 1666. §. idque procedit coram Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Prodatario. Et in Romana Domus 30. Maij 1672. coram Emeriz. & in Romana Domus 15. Iuny 1672. coram Castrillo, & in Romana Domus in Burgo 19.Nou.1670.& 13.Iun.1672. coram Vicecomite infra impressas. Confirmant hanc regulam, decisiones omnes quotquot post hanc *Vrban. Const.* emanarunt, nimitum in *Vicen portionum 1. Iunij 1643. coram Dunozet. Barchinonen exemptionis 13. Iunij 1646. coram Corrado. Tiburtina affictus 16. Iunij 1648. coram eodem Vladislauien Manutentionis 5. Iunij 1648. coram Ghislerio, Rauenaten Domus 14. Iunij 1649. coram Royas. Cracouien dismembrationis Decimarum 3. Iunij 1650. coram Verospio. Perusina Congrua 1659. coram Beuilaqua. Romana deuolutionis 5. Martij 1660. coram Verospio Asloricen census 3. Iulij 1661. coram Priolo. Bononien Inuestiturarum 2. Maij 1661. coram Thaia. Pampilonen Iurium Parochialium 16. Ianuar. 1663. coram R.P.D. Beuilaqua, Romana Census 13. Ianuar. 1663. coram Priolo.* Obseruat *Rot. inter recent. dec. 268. nu. 22. decis. 328. num. 9. part 12. & coram Celso decis. 328. num. 8. & 9.* Centenariæ verò denumeratio, quomodò facienda sit vide infrà *in Trigesimo tertio notabili ad hanc Const.* Memoriæ autem retineas, quòd neque ipsa consuetudo deueniendi ad alienationem bonotum Ecclesiæ, sine assensu Apostolico, in aliquo suffragatur; tum inspecta *Const. Paul. II. in Extrauag. Ambitiosæ*, tum attenta *hac Vrban. Const.* cum clausula, *sublata & decreto irritanti*, quæ omnem consuetudinem abrogant *Rot. decis. 764. num. 15. apud Merlin. in Aretina Vnionis 8. Martij 1652. coram Verospio, & in Cesenaten, seu Sarsinaten Laudemiorum 19. Iunij 1656. coram R. P. D. Albergato; et in Asloricen Census 1. Iulij 1661. coram Priolo infra impress.* Prædictarum verò *decis* quæ impressæ habentur, ne dum loca vbi ipsas reperiri possis, sed & in ipsis firmatas Conclusiones habes infrà in fine *huius Tract.* nullibi verò huc vsque impressas, ex integro relatas.

Verum tamen est quod *Vrbana Const.* solummodò locum habet, vbi agitur de præiudicialibus Ecclesię, nam in fauorabilibus, dispositio Iuris Communis attenditur, vt nimirum præsumantur solemnitates ad valorem alienationis requisitæ ex longitudine temporis 30. vel 40. Annorum, iuncta tamen obseruantia contractus, & possessione sine contradictione subsequuta *Rot. dec. 160. num. 6. & decis. 179. part. 2. diuers. dec. 101. num. 3. dec. 671. num. 1. dec. 1073. num. 2. dec. 1080. num. 7. decis. 1125. num. 3. dec. 1174. num. 3. decis. 1307. num. 7. & dec. 1319. num. 3. coram Seraph. & dec. 430. num. 3. p. 2. recent. Put. decis. 355. lib. 2. Cassad. dec. 3. num. 7. Quarant. verbo alienatio num. 46. Ricc. prax. p. p. resol. 4. num. 1. & DD. communiter ex cap. 1. de empt. & vendit. latè Donat. part. 2. tract. 14. q. 28. 29. 30. & 31.* Hoc autem tempus 30. vel 40. annorum numerandum est à morte illus Prælati, qui alienationem fecit. *Rot. dec. 57. à num. 19. & dec. 94. num. 13. & 14. & dec. 202. num. 7. part. 7. recent. & dec. 73. num. 21. & dec. 103. nu. 8. p. 8. recent.* Nam licet ad effectum præscriptionis detrahendum sit tempus vitæ Prælati alienantis, non est tamen detrahendum ad effectum præsumendi beneplacitum Apostolicum. *Rot. recent. decis. 463. num. 8. p. 4. & in alijs per add. ad Greg. decis. 345. num. 18. & in decis. 268. nu. 24. part. 12. recent.* vbi dicitur, quòd circumscripta alienatione in consanguineos, vel aliter suspecta, in quibus terminis procedunt, & loquuntur *decisiones 94. num. 13. p. 7. recent. & in Mutinen bonorum 13. Iunij 1642. coram Ghislerio §. nec facit, & seq.* firmantes tempus vitæ Prælati malè alienantis indistinctè detrahendum esse, quamuis agatur de præsumendo beneplacito Apostolico; Conclusio duntaxat procedit ad effectū simplicis præscriptionis, quæ solum post mortem alienantis incipere potest, iuxtà distinctionem relatam per *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 17. Add. Greg. decis. 354. nu. 19. & dec. 463. num. 8. p. 4. recent.*

Vbi

Vbi verò præſumptum beneplacitum locum habet, vtilitas etiam, & iuſta cauſa Eccleſię præſumitur. *Dec. conſ.* 328. *num.* 5. vbi quod tollitur lęſio, & omnis defectus. *Mantic. dec.* 101. *num.* 3. *Rot. recent. dec.* 201. *n.* 3. *p.* 1. *dec.* 277. *n.* 5. *&* 6. *p.* 5. vbi quod beneplacitum præſumptum influit etiam in vtilitatem Eccleſię. *Add. ad Greg. decif.* 343. *num.* 4. *&* 5. *Rot. in Romana domorum* 21. *Aprilis* 1617. *coram Dunozett. Sen.* inter eius impreſſ. *decif.* 125. *num.* 9. *in Toletana diſmembrationis* 6. *Aprilis* 1620. *coram Pironano*, *&* 24. *Iunij* 1621. *eodem in recent. dec.* 94. *num.* 9. *p.* 7. *decif.* 212. *num.* 10. *& dec.* 254. *num.* 26. *ibidem*. Quòd intellige niſi probetur læſio, alias ſecus. Verum tamen eſt, quòd plenè, & concludenter probanda eſſet, alias cum beneplacito præſumitur vtilitas. *Coccin. dec.* 391. *num.* 3. *Mantic. dec.* 101. *num.* 3. *Mediolanen coram Pamphilio impreſſ. per Marcheſ. p.* 1. *fol.* 113. *num.* 6. *Rot. in Feſulana bonorum* 18. *Martij* 1611. *coram Sacrato*, *& dec.* 277. *num.* 5. *&* 6. *p.* 5. *recent.*

Regulam verò quòd beneplacitum cauſam, & vtilitatem non facit præſumere, probatam per *Rot. coram Durano decif.* 250. *num.* 13. intellige de beneplacito in forma commiſſoria, quod habet clauſulam, *ſi in euidentem &c.* in quibus terminis loquitur *decif. Duran.* non de præſumpto ex obſeruantia, & ſpatio 30. Annorum, ex quo præſumitur confirmatio contractus. *Rot. coram Coccin. in Toletana diſmembrationis* 24. *Iunij* 1621. Aduerte tamen quòd obſeruantia præſumpta non ſufficit, ſed vera probari debet. *Rot. dec.* 301. *num.* 4. *coram Coccino*, *& dec.* 1042. *coram Seraphino*. Ex eodem etenim curſu temporis duæ præſumptiones ſimul non debent.

Quod præſtat Beneplacitum Apoſtolicum, idem facit Papę pręſentia, ſi coram ipſo fiat alienatio. *Rot. decif.* 1027. *num.* 1. *&* 1042. *num.* 2. *coram Seraph.* Hinc eſt quòd ſi cum Papa etiam, vti cum perſona priuata celebretur contractus, altera ſolemnitas non requiritur. *Rot. d. dec.* 1027. *Capyc. dec.* 203. *n.* 13. *Boſſ. tit.* 18. *n.* 194.

Cæterum ad impetrandum beneplacitum Apoſtolicum requiritur mandatum Procurę, quòd ipſum beneplacitum non ſupplet. *Rot. dec.* 207. *p.* 4. *diuerſ. Ricc. prax. p.* 1. *reſol.* 52. *Boſſ. loc. cit. nu.* 192. Nec probatur mandatum ex eo, quod in literis Apoſtolicis enuncietur, *Rot. in Cortonen bonorum* 16. *Ianuarij* 1590. *coram Pliat.* & ita iudicatum à S. Neapol. Conſ. in aſſenſu ſuper feudis, refert *Frecc. de ſubfeud. q.* 24.

Alienationem verò, vel alteram diſpoſitionem de rebus Eccleſię beneplacitum Apoſtolicum ſemper pręcedere debet, & contractus initus, ſub conditione beneplaciti, antequam obtentum ſit nullum transfert Dominium, quin eſt nullus, & imperfectus, & ab eo ſolum tempore valere incipit, quo beneplacitum accedit. *Rot. decif.* 805. *num.* 8. *coram Seraph. Quarant. verb. Alienatio n.* 8. *Ricc. prax. p.* 1. *reſol.* 24. *Donat. p.* 2. *tract.* 14. *q.* 25. *Boſſ. Tit.* 18. *num.* 205. Quinimò memoriæ retineas, quòd ſi tempore beneplaciti ceſſaret vtilitas, quæ tempore inchoati contractus aderat, ad validam alienationem non ſufficeret, cum de vtilitate conſtare debeat tempore contractus, qui tunc perficitur, & completur cum accedit beneplacitum Apoſtolicum, ante quod nulla alienatio de rebus Eccleſiæ vim habet per *Extrauag. Ambitioſa*. Doctores verò aſſerentes ſufficere ſi beneplacitum Apoſtolicum ſubſequatur, quos refert *Ricc. prax. p.* 1. *reſol.* 24. *num.* 1. loquuntur in caſu, in quo conſenſus Prælati alienantis præſtitus ſit, ſub conditione aſſenſus Apoſtolici. Nam ſi contractus factus eſſet ſub conſenſu abſoluto, adeò eſſet nullus, vt neque talis conſenſus valeret ad petendum beneplacitum, vt ex *Ricc. Collect.* 3054. *refert Boſſ. loc. cit. nu.* 206. *Rot. in Eluen.* 16. *Decemb.* 1585. *coram Orano*. *Tholoſ. dec.* 55.

Et ratio eſt euidens, quia aſſenſus Apoſtolicus non extenditur de tempore ad tempus, & ſic præſtitus ſuper alienatione facienda, ad iam factam extendi non poteſt, *Ricc.* pluribus relatis *prax. p.* 1. *reſol.* 28. vbi & notat contrarium ſententiam eſſe ſatis probabilem

babilem ex his, quæ habet *Vrsill. ad decis.* 355. *Afflicti Boss. d. tit.* 18. *num.*207.

Quamobrem etiam post initum contra-ctum inter partes sub conditione beneplaciti Apostolici, ante quàm ipsum obtentum sit datur locus pænitentiæ. *Rot. dec.*755. *num.* 2. *p.*2. *recent. Put. decis.* 2. *de transact. & decis.* 344. *num.*4. *&* 5. *Verall. dec.*12. *n.*3. *p.*3. *Achill. dec.*2. *n.* 3. *de pact.* Quòd tamen solum ex parte Ecclesiæ verum putant *Boss. loc. cit. num.* 211. *Ciarl. cap.*39. *n.*45. *Donat. Tract.*14. *q.*32. Quia hæc solemnitas fauore Ecclesiæ introducta reperitur. Non autem Ecclesia amplius pænitere posset, post supplicationem à Papa signatam, ante confirmationem contractus factam per Commissarium à Papa deputatum *Rot. coram Mantic. dec.*41. *num.*4. *& coram Buratt. decis.* 15. *num.*6. *Grat. discept.* 514. *n.*9.

Cæterum rescripti Apostolici forma est adeò exactè omninò seruanda, vt si seruata non sit actus nullus remaneat. *Rot. decis.*868. *num.*1. *&* 1195. *coram Seraph. et decis.* 624. *nu.* 1. *p.*1. *dec.*676. *num.* 5. *p.*1. *recent. Ricc. p.*1. *resol.* 55. *Pyrrhus Corrad. de dispens. lib.*9. *cap.*5. *num.*31.

Quartum notabile est, quòd publicatio
45 Bullæ, quę fit quotannis in die Cænæ Domini, reddit Ecclesiarum præiudicialia tam præterita, quàm futura ipso iure nulla; vt vno ore fatentur DD. Catholicæ pietatis scintillam habentes.

Quintum notabile est, quòd in hac
46 Constitutione specialiter damnantur, & nulla declarantur, quæcumque acta, decreta, indulta, declarationes, concordię, & pacta Sedis etiam Apostolicæ nomine inita, Romanę, seu alijs Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis, iurisdictioni, Immunitati, & libertati Ecclesiasticę præiudicialia, prouenientia à Legatis, vel alijs in primo notabili supra expressis, & in hac Constitutione tam in specie, quàm in genere descriptis, quamuis per viam declarationis, constitutionis, reseruationis, aut promissionis beneplaciti Apostolici emanauerint.

Sextum notabile est, quòd præiudicia-
47 lia Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum, quacumque causa emanauerint, intuitu nimirum supremorum Principum, transactionis, vel pacis vniuersalis, quamuis sub reseruatione Beneplaciti Apostolici etiam cum executione, & longissima obseruantia subsequuta, nulla sunt, & irrita in hac Const. declarantur; quòd & prius sancitum legitur in *Extrauag. Ambitiosa de rebus Eccles. non alien.* notant *Marta decis.* 86. *Nau. in sum. Bullar. tit. de alienat. bonor. Eccles. num.*3. *pag.*93.

Septimum notabile est, quòd Consti-
48 tutionibus Apostolicis, emanatis ad tollenda de medio Ecclesiarum præiudicialia obijci non potest, quòd in aliquo Regno, vel Prouincia non sint publicatæ, aut contrario vsu abrogatæ, vel nunquam receptæ. Et si qua huc vsque in hac parte fuit DD. disputatio, hæc omninò sublata remanet per hanc nostram Constitutionem, vt legitur in secunda parte eiusdem. ibi: *Nihilhominus &c.* Quicquid enim sit de veritate quæstionis an vis legis ciuilis à Populi acceptatione dependeat certi iuris est leges Ecclesiasticas nullo modo pendere ab acceptatione populi, nec dari posse casum, in quo
49 quis se à lege Ecclesiastica legitimè solutum asserere valeat, sub prætextu quòd Bullæ, vel Constitutiones Ecclesiasticæ non fuerint acceptatæ, quia Papa supremam in Ecclesia potestatem habet non à Populo per electionem, sed immediatè à Deo vi primę Institutionis, & promissionis à Christo Domino Principi Apostolorum factæ, vt legitur *Matth.* 16. *& Ioan.*21. pleno calamo notant *Gregor. de Valent. tom.* 2. *disput.* 2. *q.*5. *dub.* 4. *Suar. de legibus lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 10. aduertit doctissimus Collega meus P. *Laurea in Epit. Canon.* sub verbo *Ecclesiastici Status in fine fol. mihi* 293. ibi: *Ecclesię Romana præiudicialia nunquam à Pontificibus intelliguntur approbata, etiam si tollerentur, neque iuuat præscriptio, non vsus, non publicatio &c.*

Attenta igitur Vrban. Const. cessat hodiè quæst. non leuis olim inter DD. An *Extrauag. Ambitiosa Pauli II.*

li II. sit vbique recepta, & vniuer-
saliter totum orbem obliget, quòd
quamplures relati per *Passerin. de
hom. stat. Tom. 1. q. 185. art. 7. n. 134.*
negabant.

Quare aduertendum, quòd licet in se
sit vera communis Doctorum asser-
tio, quòd lex per non vsum legitimè
præscriptum vim obligandi amittat,
vt vno ore docent Scribentes ad *cap.
1. de tregua, & pace*; Et dari possit,
quòd lex aliqua non sit, alicubi in-
tegraliter vsu recepta, locorum verò
consuetudini legitimè præscriptæ in
hoc standum sit, vt ex *Caiet.* aduer-
tit *Nauar. cap. 27. excom. 52. nu. 150.*
& alij relat. *à Sayr. de cens. lib. 3. cap.
22. num. 22. & à Barbos. de off. Episc.
alleg. 50. num. 235.*

Hodiè tamen attenta Const. Vrb. hæc
regula fallit in Constitutionibus
Apostolicis emanatis ad tollenda
præiudicialia Ecclesiarum, vt ad li-
teram colligitur, ibi: *Etiam sub præ-
textu, quòd Bulla, seu Constitutiones
Apostolicæ non fuerint publicatæ, vel
receptæ.*

Octauum notabile est, quòd libri con-
50 tinentes damnatas opiniones, vel
minus legitimas Bullarum interpre-
tationes, aut aliquid contra discipli-
nam Ecclesiasticam docentes, quam-
uis Legatorum permissu ediri, ati n-
di non debent. Quinimò prima at-
que præcipua excommunicatio in
51 Bulla Cœnæ Papæ reseruata, est
in hæreticos: hæc autem non tantum
ad hæreticorum fautores, receptato-
res, & defensores, vt sic extendi-
tur, sed etiam in scienter retinentes,
legentes, imprimentes, & defen-
dentes hæreticorum libros, de reli-
gione tractantes, vel hæresim conti-
nentes, ad quam tamen excommu-
nicationem incurrendam quatuor
52 conditiones concurrere debent, qua-
rum prima est, vt author libri sit hæ-
reticus. Secunda quòd liber expres-
sam hæresim contineat, vel agat de
religione. Tertia quòd legatur ma-
teria notabilis, & sufficiens ad mor-
tale. Quarta quòd scienter legatur,
imprimatur, vel retineatur, vt plenè
docet alijs allegatis *Laym. lib. 2. tit. 1.
cap. 15. num. 1.*

Quarè libros cuiuscumque generis, nisi
præuio diligenti examine tam in Vr-
53 be, quàm extra imprimi posse post
Concil. Colon. 2. cap. 9. part. 12. decre-
uit Leo X. *Const.* XII. quæ incipit
Inter sollicitudines 4. Non. Maij 1515.
Vndè in Vrbe imprimi vetat absque
examine, & approbatione in scriptis
sui Vicarij, & sui Palatij Apostolici
Magni Magistri. In alijs verò diœce-
sibus Episcopi, & Inquisitoris hæ-
reticæ prauitatis, contrarium autem
præsumentes condemnat in pœnam
amissionis librorum, quos publicè
esse comburendos declarat, & in
ducatos centum fabricæ S. Petri de
Vrbe persoluendos, nec non ipsos
54 per annum suspendit ab exercitio
imprimendi, quod & decretum legi-
tur in *Concil. Lateran. V. sess.* 10:
const. 3. quæ omnia *Sac. Trid. Concil.
sess.* 4. *in decreto de editione, & vsu
sacrorum librorum* confirmauit, sub
anathematis alijsque pœnis pecunia-
rijs decernens, ne aliquis in futurum
vendere, vel apud se retinere valeat
libros, nisi prius ab Ordinatio exa-
minati, & probati fuerint, præser-
tim si agant de rebus sacris *Castr. lib.
1. de potest. legis pœnalis cap. 8. vers.
est etiam quædam lex, Conar. lib. 4.
var. cap. 17. num. 1. Felician. de cen-
sur. tit. de excom. cap. 24. vers. qui
librum, Gambar. de Offic. Legat. à La-
ter. lib. 2. num. 430. Fusc. de visitat.
lib. 2. cap. 31. nu. 9. Azor. inst. moral.
part. 1. lib. 8. cap. 17. q. 1. Cened. ad
Decretal. collect. 8. num. 7. Cherub. in
compend. Bullar. in schol. ad d. Const.
Leon. X. Praxis Episcopalis p. 2. cap. 3.
num* 41. cum alijs relat. per *Barbos.
de offic. & pot. Episc. Alleg. 90. nu. 12.
& 13.* vbi dicit licentiam in scriptis
habendam esse in vim dictæ *Constit.*
55 *& Decret. Trid. Concil.* Excommu-
nicationem verò esse Episcopo reser-
uatam, nisi libri essent hæreticorum,
quo casu reseruata est Papæ in Bulla
Cœnæ Domini, vt dictum est. Quin
56 Regulares libros imprimere volentes
licentiam quoque suorum Superio-
rum impetrare tenentur, qui iuxtà
formam suarum ordinationum libros
recognoscere debent, vt patet ex
*præcit. decreto Trid. Concil. Capuc.
in Compend. priuilegiorum mendican-
tium verbo imprimere. Cherub. loc. cit.*

Inter

Inter salubres siquidem monitiones,
57 quas Imperator *Basilius* dedit filio suo *Leoni*, de librorum lectione, quæ sequitur, eterna digna est memoria. *Per historias veteres ire ne recuses, ibi reperies sine labore, quæ alij cum labore collegerunt; atque illinc hauries, & bonorum virtutes, & improborum vitia: vitã humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuersiones, mundi huius instabilitatem, & multorum precipites casus; & vt verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia: quorum illa fugies, ne in diuinæ Iustitiæ manus incidas: hæc amplecteris, vt præmijs, quæ illa consequuntur, potiaris*. Ex quibus verbis colligi potest, quantum prosit sana librorum lectio è contra verò quantum praua ipsorum doctrina noceat, quare penitus respuendam ait *Sulpit. in dialog.* 1. §. 1. quia plus nocitura insipientibus, quàm profutura sapientibus. Si profectò Rempubli-
58 cam malis hominibus expurgari expedit, vt bonorum pace, & tranquillitate lætetur, *l. congruit ff. de off. Præsid.* quantò magis improbis libris religionisque noxijs ipsam expurgare curandum erit, vti ad excitandos tumultus, & corrumpendos animos aptioribus. Hanc veritatem ipsimet Ethnici agnoscentes, falsæ ipsorum Religioni, & politicæ tranquillitatis in hac parte diligenter inuigilabant. Hinc *Plato lib.* 7. *de legibus*, repudiandos, & extirpandos
59 censuit Poetarum libros de Dijs suis parum religiosè loquentes, scribit *Valer. Max. lib.* 1. *cap.* 1. Romæ Prętorem Vrbanum Senatus auctoritate in Populi conspectu concremasse libros quosdam, qui non nihil religionem soluere videbantur. Libros docentes aliquid contra reli-
60 gionem, vel bonos mores è Republica elimandos esse docet *Arist. lib.* 7. *Politic. cap. vlt. & in Poet. lib.* 1.
61 tacitè reprehendit Hermogenem, & Nichocharem propterea, quòd hominum corruptos mores carmine expressissent. *Tullius de Nat. Deorum lib.* 1. refert Prothagoram Alderitem
62 quòd libros noxios religioni scripsisset Atheniensium iussu Vrbe, atque agro exterminatum, librosque eius in concione combustos, quòd & testantur *Diogen. Laert lib.* 9. *de de Vit. Philosoph. in Prothagor. Gregor. Tholos. de republ lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 19. *Balduin. in Commun. Inst. lib.* 4. *tit.* 18. *ad fin. de publ. iud.* Lace-
63 demones quoque Archilochi poetæ libros propter verborum obscenitatem pudicitiæ nocere iudicantes è ciuitate sua exportari iussisse refert idem *Balduin. ad l.* 9. *Romuli*, illam præsertim illustrando, ne quis præsentibus fœminis obscena verba facito. Ouidium etiam propter libros,
64 quos de Arte amandi conscripserat, quorum lectio iuuenes ad lasciuiam incenderet in Pontum deportatum fuisse testatur *Girald. in hist. poet. dialog.* 4. *fol. mihi* 494. *Aurel. Vict. in Vit. Augusti.* ibi: Nam & Poetam Ouidium, qui & Naso pro eo, quòd tres libros amatoriæ artis conscripsit exilio damnauit. Quapropter *Vlpia-*
65 *nus de offic. boni, & innocentis viri*, vt patet ex *l. cætera §. tantundem ff. famil. Ercifcunda*, post improbatam malorum medicamentorum venditionem, quæ humano corpori nocent de ijs, qui animos corrumpunt sic ait: *Tantundem debebit facere in libris improbata lectionis, magicis fortè, vel similibus, hæc enim omnia protinus corrumpenda sunt*.

Sic igitur si Ethnici falsæ suæ religionis zelo moti quicquid illi obnoxium scriptum reperiebant igne concremari radicitusque euelli curabant, quantò magis nos Catholicæ Religionis filij hæreticorum libros, quibus veram nostramque religionem euertere impiè machinantur aliosque improbatæ lectionis libros prorsus abolere, neue remaneant tam facinorosę peruersitatis vestigia, vt flammis combusta depereant studere debemus *l. damnato §. nec verò C. de hæret. l. quicunque §. omnes verò C. eodem*. Perdendos siquidem hære-
66 ticorum, malosue libros tanquam aspidum oua scribit *S. Greg. Nazian. Orat.* 2. *de fide*, quia nati sunt ad aspides, & basiliscos procreandos. Quod & factum ab exordio nascentis Ecclesiæ, hæresis, vanæque cu-
67 riositatis libris combustis, colligitur ex *Apostol. Act. cap.* 19. ibi: *Multi autem*

*autem ex ijs, qui fuerant curiosa se-
ctati, contulerunt libros, & combusse-
runt eos coram omnibus, & computatis
pretijs illorum inuenerunt pecuniam
denariorum quinquaginta millium.*
Carolo quoque V. Imperatore Lu-
68 theri libros publicæ combustos fuis-
se testatur *Iou. in Vit. Leon.* X. *lib.* 4.
fol. mihi 103. Ad rem etiam nostram
varias Imperatorum sanctiones refert
Farinac. tract. de hæres. quæst. 180.
§. 1.

Et quamuis, quis inter D. Petri Suc-
69 cessores, Romanos Pontifices pri-
mam librorum perniciosæ lectionis
prohibitionem fecerit nondum benè
nouerim, certum tamen est quòd
Gelasius I. *Anno* 496. Manichęos in
Vrbe deprehensos exilio damnauit,
& ipsorum libros apud Basilicam S.
Mariæ Maioris publicè combussit,
vt testatur *Ciacon. Symmaci* itidem
70 *Papæ* iussu, qui post Anastasium An-
no Domini 498. *Gelasio* successit, re-
ste *Platina* ante fores S. Ioannis in
Laterano hæreticorum libri flammis
consignati fuere. Quinimò ante *Ge-
lasium*, & *Symmacum* hoc idem Leo.
71 nis I. iussu factum scribit *Platin. Hor-
misdam* quoque Papam ante fores
72 Basilicæ Constantinianę Manichæo-
rum Codices incendio consumpsisse
scribit *Ciacon. in eius Vit.* Anno
etiam 1243. iubentibus *Greg.* IX. &
73 *Innoc.* IV. Talmudi librum, & alios
reprobatos apud Iudæos repertos
combustos fuisse ait *Farinac. tract. de
hæres. q.* 180. §. 1. *num.* 10. *Alexan-
74 drum* verò IV. qui sedit Anno Do-
mini 1254. libros cuiusdam Guliel-
mi de Sancto Amore contra pauper-
tatem editos prohibuisse, aliumque
librum damnati nominis Auctoris
flammis publicè aboleri iussisse latè
prosequitur *F. Ferd. de Castiglio in
hist. Ord. Prædic. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 53.
& 55. vbi literas Apostolicas mate-
75 riam hanc respicientes refert. Quo-
rum exemplo moti *Leo* X. *Iulius* III.
& *Paulus IV.* super impressione, &
lectione librorum damnatæ lectio-
nis, Apostolicas Constitutiones edi-
derunt. Post ipsos verò *Pius IV.* ap-
76 tissimum tanto malo remedium con-
siderauit in compositione, & editio-
ne Indicis, siuè Cathalogi librorum,
qui vel hæretici sint, vel de hęretica
prauitate suspecti, vel moribus, &
pietati noceant, & id negotij ad Sac.
Trid. Concil. reiecit, quod ad Indi-
cem conficiendum multos, & doctri-
na, & iudicio insignes Prælatos de-
legit, absolutus verò ex eiusdem
S. Concilij decreto ad *Pium IV.* pro
suprema impositione, & confirma-
tione transmissus fuit, qui in ipso
contenta, literis Apostolicis confir-
mauit, vt patet ex eius *Const.* 77.
Bullar. nou. tom. 2. At cum tenebra-
rum filij Catholicæ veritatis Arcem
omni machinationis genere oppu-
gnare non cessarent, vel libros hære-
77 resi infectos promulgando, vel alios
noxia doctrina aspergendo, & ex
catholicis ipsis, vt prædixit *Apostolus
cap.* 20. *act. apost.* exurgant viri lo-
quentes peruersa, vt post se discipu-
los aducant; *Beatus* propterea *Pius V.*
78 librorum expurgationem recogni-
tionemque necessariam agnoscens,
quod & ab ipsis Ecclesiæ incunabu-
lis à SS. Patribus factitatum narrat
79 *Baron. Anno Domini* 44. *Petr. Greg.
Tholos. de Republ. lib.* 12. *cap.* 7. *nu.* 4.
& *seq.* Et in Concilio Romano præ-
sidente *Gelasio* I. post recensitos Ca-
nonicos libros, tum veteris, tum
noui Testamenti, facta fuit distinctio
librorum qui Catholici, & Authen-
tici essent, reprobatis Apocriphis, &
suspectis, prout plenè colligitur ex
Gratiani Decret. cap. 3. *dist.* 15. Me-
minit *Clemens* VIII. *Constitut.* 36. *in
princ. Bullar. nou. tom.* 3. *fol.* 51. & ad
saturitatem *Couar. lib.* 4. *var. cap.* 16.
& 17. Beatus inquam Pius V. tanto
negotio Cardinales aliquot præfecit,
& vt collegi ex originalibus memo-
rijs Sac. Cong. Indicis, in qua octo
ab hinc annis Consultoris munus
gero, Anno 1571. Mense Martij su-
per reformatione Indicis librorum
improbatæ lectionis, & emendatio-
ne librorum impressorum, ac impri-
mendorum Congregationem erexit,
quæ etiam constat ex alijs peritissi-
80 mis, pijssimis, & probatissimis Vi-
ris Theologis, & Canonistis ab ipso
Papa ad principale hoc Catholicæ
Reipublicę negotium accersitis, &
deputatis, qui Consultores vocan-
tur, quorum quidem munus est la-
borio-

boriosum, sed æquali præmio compensari solitum, nam & si Sac. Cong. Indicis Consultores nullum actuale habeant emolumentum, maximum tamen est, quòd eorum labores honorificè claudit, ad supremas etenim Ecclesię dignitates Romani Pontifices, Consultores eleuare solent, & vt pleraque infinita propemodum exempla silentio prætercam, vtque mitratos Heroes, quos innumerabiles fateor, aptiori loco recensendos remittam, sat erit proximum
81 referre, quod præ oculis habemus de Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino meo Card. Ioanne Bona, qui è solitudine Monasterij à *Clemente* IX. Sapientum fautore ad Purpuram euocatus, maxima nominis celebritate clarescere cæpit cum ab *Alex. VII.* integritatis, quin dicam, ipsius perfectionis Censore acerrimo è Montis Regalis patrijs amænitatibus Romam accersitus inter Indicis Consultores adscriptus fuit; vndè ad maiora Sedis Apostol. munera promotus, Vir super eruditissimos sapientissimus, Vaticano dignus, vt Sacri Cardinalium Senatus splendorē augeret S.R.E. Cardinalis creatus, doctissimorũ laborum, & operum testimonio, vti Ecclesiasticæ virtutis Oraculum, se quaqua versum venerandum exhibet.
Et quamuis Sac. Congregationis Indicis Tribunal super reformatione librorum improbatæ lectionis, ipsorumque emendatione, & prohibitione inuigilet. Vrbanus tamen VIII. in hac Constitutione, de medio tollere voluit omnes ambiguitates, & Quæstiones, quæ exoriri poterant, circa libros Legatorum Apostolicorum, vel aliorum Dignitate Ecclesiastica pollentium auctoritate impressos, ipsos specialiter reprobando, & damnando, si opiniones damnatas, vel minus legitimas Constitutionum Apostolicarum interpretationes, vel quidquam contra disciplinam Ecclesiasticam contineant. Quod quàm sapienter factum sit omnibus compertum puto, ne sub colore, approbatæ impressionis, perniciosa, dogmata, & præiudiciales doctrinæ, licitæ videantur.

Patet ex prædictis qualiter ab historica
82 veritate declinat, quod aliqui tradunt de origine *Sac. Congreg. Indicis*, quam à *Sixto V.* erectam asserũt, cum & longè ante Sixti V. Pontificatum floruerit, suumque auctorem veneretur *B. Pium V.* Tantumque abest, quòd *Sixtus V.* huius Congregationis primus Institutor fuerit, vt inter
83 Cardinales huic Sacro Tribunali primo loco pręfectos connumeretur. Nam vt supra dixi *Sac. Trid. Synodus* super conficiendo Indice librorum prohibitorum deputationem instituit, quàm deputationem. *Anno* 1571. *B. Pius V.* in Congregationem erexit, deputando *Card. Clarenalen. Ordin. Cistercien. Card. Theanen. Ordin. Prædicat. Card. de Monte Alto Ordin. Min. postea Sixtus V. Card. Iustin. Ord. Prædicat.* Colligitur etiã ex *Bulla Greg.* XIII. super recognitione Indicis, & expurgatione librorum prohibitorum Cardinalibus pręrdictæ Congregationis directa dat. Romæ apud *S. Marcum Anno* 1572. *Idib. Septembris Pontif. Anno* I. quæ incipit: *Dilectis filijs Gulielmo S.Laurentij in Palisperna, Gabrieli S.Martini in Montibus, Michaeli S. Mariæ super Mineruam, Nicolao SS.Ioannis, & Pauli, Arcangelo S. Cæsarei Theanensi, Fælici S. Hieronymi Illiricorum de Monte Alto, & Vincentio S. Nicolai Iustiniano nuncupatis presbyteris Cardinalibus salutem &c.*
Cardinalis etenim Fælix de Monte Alto fuit eiusdem *Gregorij* XIII. successor *Sixtus V.* vocatus, à quo Sac. Cong. Indicis erectam erroneè tradũt *Cherub. in compend. Bullar. Cohell. Scriptor alias exactissimus in Not. Cardinalat. cap.* 15. *Congreg.* X. *pro Indice Lib. prohib.* qui & propè finem dictæ *Congregationis X. in S. ipsis quoque Cardinalibus*, quod à Sixto V. factum dixerat, eius prædecessori Greg. XIII. postea tribuit; quarè non mirum si in Relatione Romanæ Cu-
84 riæ *doctissimus de Luca discurs.* 19. Sac. Cong. Indic. à Sixto V. erectam dicat, qui profectò, cum re minimè in totum absoluta *B. Pius V.* ad æternam gloriam euolasset, & *Gregorius* XIII. ab humanis excessisset, quod iam ab ipsis vtiliter captum

fuerat

fuerat perficiendum duxit, quòd &
à *Clem.* VIII. *Sixti V.* ſucceſſore fa-
ctum patet ex eius *Conſt. in Bullar.*
nou. 36, tom. 3. pag. 51.

Admonere hic etiam oportunum arbi-
85 tror, quòd legentes, vel tenentes
hæreticorum libros ſunt excommuni-
cati, excommunicatione reſeruata
in Bulla Cænę; & quòd mortaliter
peccant, & Epiſcoporum arbitrio
puniuntur legentes libros in Indice
86 librorum prohibitorum comprehen-
ſos. *Pius* IV. *Conſt.* 77. *qua incipit*
Dominici 24. *Maij* 1564. Hoc autem
abſque vlla hæſitatione, quicquid
cauiloſè à Theologaſtris quibuſdam
noſtri temporis diſputatum reperias,
procedere pro certo habeas, ſi libri
quorum lectura eſt damnata legan-
tur, vel retineantur abſque licentia,
adeòut prohibitos libros habentes
non ſatisfaciant ipſos comburendo,
ſed illos Superiori neceſſariò deferre
debeant, vt reſoluunt *Pena adn. ad*
Emeric. part. 2. com. 3. verſ. propterea
Martin. del Rio diſquiſ. Magic. l. 5.
ſect. 17. verſ. ſunt autem tales libri.
Sanch. pracept. Decal. lib. 2. cap. 10.
nu. 56. Azor. inſt. moral. part. 1. lib. 8.
cap. 16. q. 11. Farinac. de hæreſ. q. 180.
num. 40.

Qui verò pręfatam licentiam concede-
re poſſint quicquid antiquitus con-
ſtitutum reperiatur negotium hodiè
87 eſt abſolutum *ex Conſt. Pij IV.* quæ
incipit, *Cum inter crimina*, & ex
Conſt. B. *Pij V.* quæ incipit, *Cum in-*
ter 6. Kalend. Septembr. 1564. Con-
gregationi S. Officij facultatem dun-
taxat tribuentes concedendi licen-
tias extra Curiam, habendi, & le-
gendi libros prohibitos. Et ex *Conſt.*
Greg. XV. quæ incipit *Apoſtolatus*
30. *Decembr.* 1622. qua omnes li-
88 centię à Romanis etiam Pontifici-
bus conceſſæ reuocantur, & ſoli
Congregationi S. Officij ipſas con-
cedendi facultas datur. Quare non
89 poſſe hodiè Epiſcopos loci Ordina-
rios dare licentiam legendi libros
prohibitos reſoluunt *Petr. Binsfel.*
in l. culpa C. de maleſ. et mathemat.
verſ. nec etiam Epiſcopi, Nauar. conſ. 1.
quaſt. 36. ſub Tit. de conſtit. Martin.
del Rio dict. ſect. 17. verſ. ſolis Pon-
tificibus. Azor. dict. cap. 16. quaſt. 7.
Sanch. d. cap. 10. num. 43.

Quod dico de Epiſcopis à fortiori mi-
90 litat in Inquiſitoribus, qui neque
libros damnatos legere poſſunt, niſi
à Sede Apoſtolica, vel à S. Congre-
gatione ſpecialem facultatem ha-
beant, ſtante *Conſtit. Iulij* III. quæ
incipit: *Cum meditatio cordis.* Hac
etenim Conſtitutione expreſsè reuo-
cantur omnes, & quæcumque facul-
tates legendi libros damnatos, con-
ceſſas quibuſcumque perſonis, cu-
iuſuis ſtatus, ordinis, & conditio-
nis, quamuis Epiſcopali, Archiepi-
91 ſcopali, vel alia maiori dignitate
Eccleſiaſtica, aut præeminentia ſe-
culari fulgeant, cum qua concordat
Conſt. 49. *Paul. IV.* quæ incipit. *Quia*
in futurorum euentibus, & alia eiuſ-
dem *Conſtit.* 119. quæ incipit: *Cum*
pro munere quod ſuſtinemus.

Libros quoque prohibitos legendi, &
92 retinendi licentia tam in Curia,
quàm extrà Curiam à S. Congrega-
tione Indicis Apoſtolica auctoritate
conceditur. Quinimò hodiè ad hoc
Sac. Tribunal, ad quod correctio,
& prohibitio librorum improbatæ
lectionis ſpecialiter pertinet, Clem.
VIII. *Conſt.* 36. *Sacroſanctum*, pro
obtinenda facultate libros vetitos le-
gendi, & retinendi, recurſus fieri
ſolet, hanc autem, non niſi probatæ
doctrinę viris, & ad tempus, vide-
licet legendi, & ad triennium reti-
nendi, nec non limitatam ad certos
libros concedere ſolet, & librorum
quorum ſcelus eſt notorium, &
damnum irreparabile, ac proindè
in prima claſſe prohibitorum, nun-
quam vel rarò concedit, quamuis
ipſam petentes ſint viri omni exce-
ptione maiores; Vtque facilius ne-
93 gotium tum prohibitionis, tum ex-
purgationis, & impreſſionis libro-
rum peragatur *Clemen. VIII. in cit.*
Conſt. omnes facultates, priuilegia,
& indulta, quæ *B. Pius V.* Sacri Pa-
latij Magiſtro, deindè *Greg.* XIII.
& Sixtus V. Cardinalibus Cong. In-
dicis conceſſerunt, confirmauit, &
quatenus opus eſſet innouauit.

In Romana itidem Curia libros prohi-
94 bitos legendi licentiam impartitur
Magiſter Palatij Apoſtolici, qui eam
non niſi viris doctrinæ, ac morum
T 2 hone-

nestate pollentibus dare solet, & debet, alias de malo infecto tenetur, nam improbatæ lectionis libri à *Vlpiano in d. l. 4. §. tantundem ff. famil. ercifcund.* malis medicamentis assimilantur, pro quibus Iudex officium suum interponere non debet, atque ideò protinus corrumpendos, & ab hominum comercio segregandos ne alios corrumpant.

Cæterum quoad hanc materiam libro-
95 rum, nota, quòd Libri Auctorum degentium in Statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiecto, de quauis materia tractantes, & vbicunque compositi, deferri, vel mitti non possunt, vt imprimantur extra statum sine expressa in scriptis approbatione, & licentia Eminentissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis Vicarij, & Magistri Palatij Apostolici. Libros verò, quos aliter imprimi contigerit, præter alias pœnas Romani Pontificis arbitrio infligendas, ipso facto, absque altera declaratione esse prohibitos, & pro prohibitis habendos decreuit S. Congreg. S. R. & vniuersalis Inquisitionis *die 18. Septembris 1625. vt in Bullar. nouo tom. 4.*

Nota secundò quòd libri neque in scri-
96 ptis euulgari possunt, absque nomine Auctoris, qui verò penes se habere reperiuntur, & Auctores non produnt anathem. pœnam incurrunt. *Trid. Concil. sess. 4. de edit. & vsu Sac. lib.*

Nota tertiò Libros de rebus sacris sine
97 nomine Auctoris imprimi non posse, neque vendi, vel retineri sub pœna anath. nisi prius fuerint ab Ordinario approbati *Concil. Senonen. in decret. morum cap. 33. Leo X. Constit. 12. Inter sollicitudines Concil. Trid. sess. 4. in decret. de edit. & vsu Sac. libr.*

Nota quartò Libros sine Typographi
98 nomine, vel impressionis loci vendi non posse, alias omnes confiscantur. *Concil. Colon. 2. Concil. Mogunt. p. 4. cap. 9.* refert Doctissimus *P. Laurea in Epit. Canon. verb. Librorum impressio.*

Nota quintò Indicem Librorum pro-
99 hibitorum, & eorum regulas *Sac. Trid. Concil.* annexas ab omnibus esse obseruandos. *Concil. Mediol. 1. part. 2. Tit. de profess. fidei.*

Nota sextò imprimi non posse libros de
100 miraculis gratijs, beneficijs, reuelationibus, & alijs, quæ ope seù intercessione alicuius, qui sanctitatis, siuè martyrij fama, vt præfertur celebris è vita migrauerit, sine recognitione, & approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendis Theologos, aliosque pios, & doctos viros in Concilium adhibeat, ac deindè negotium instructum ad Sanct. Sedem Apostolicam transmittat eiusque responsum expectet. *Vrb. VIII. Const. 37.* quæ incipit. *Sanctissimus §. 2. die 13. Martij 1625. tom. 4. Bullar.*

Nota denique libros impressos, contra
101 Romanam, vel alias Ecclesias, aut Ecclesiasticas personas, præiudicialia continentes, licet non prohibitos, sed tolleratos, & permissos, nullum præiudicium inferre, neque aliquid contra Immunitatem Ecclesiasticam probare; Et hoc est, quod specialiter decreuit *Vrban. VIII. in hac nostra Const.* Ad tollendam efficaciam argumenti ad quod impij, sæpè confugiunt, ad cohonæstanda consilia, quibus contra immunitatem Ecclesiasticam laicali iurisdictioni patrocinari student; non leue facientes fundamentum, si liber, Ecclesię præiudicialia continens non sit expressè prohibitus, ex hoc scilicet antecedenti Liber non est prohibitus, quin Superiorum permissu editus; hanc consequentiã deducentes. Ergò in eo contenta sunt vera, immunitati Ecclesiasticæ, & bonis moribus non repugnant.

Nonum notabile est, quòd specialiter in hac Constitutione reprobantur, & damnantur molestiæ Legatis, & Ministris Apostolicis per quoscunque
102 illatæ, denegando ipsis ingressum in prouinciam, eorum facultates impediendo, vel eos expellendo. Papæ equidem Legatos tam in eundo, quàm in redeundo ab omnibus Episcopis cum honore recipiendos esse patet ex *cap. Ego N. de iur. iurand.* In sua etenim ad Episcopatum ele-
103 ctione quisque Episcoporum iuramentum præstat de recipiendis Pontificijs

ſificijs Legatis cum debito honore,
quod & ab omnibus laicis Principi-
bus faciendum non obſtante qua-
104 cumque conſuetudine in contra-
rium etiam patet ex *cap. ſuper gentes.*
Extr. de conſuetud, contrarium verò
facientes excommunicandos eſſe
dixit *Ioannes VIII. epiſt. 196. Gregor.*
VII. lib. 2. epiſt. 40. Nec Papę Lega-
tos impediri poſſe ne ſuum iter per-
ficiant, dixit idem *Ioan. VIII. epiſt. 6.*
& impedientes eſſe excommunican-
dos patet ex eiuſdem *Gregor. VII.*
epiſt. 15. lib. 5. decretum legitur *in*
cap. ſi quis diſt. 94. Ipſos verò Papæ
Legatos capientes, vulnerantes, car-
105 cerantes, occidentes, ipſo facto
excommunicatos eſſe declarauit
Gregor. VIII. vt conſtat ex eius *Con-*
ſtit. 81. quę incipit *Conſueuerunt* §. 11.
patet etiam ex *Bulla Cænæ Domini*,
in qua occidentes, mutilantes, vul-
nerantes, capientes, carcerantes,
hoſtiliter proſequentes Cardinales,
Patriarchas, Archiepiſcopos, Epi-
ſcopos, Legatos, Nuncios Papæ.
Item eijcientes eos de dominijs, &
terris ſuis, vel rarum habentes, inci-
dunt in Excommunicationem Bullæ
Cænę Domini, quæ etiam mortuo
106 Papa vigorem habet. *Gregor. XIII.*
conſt. 81. quæ incipit *Conſueuerunt*
§. 22. *Paul. V. Conſt. 63.* quę incipit
Paſtoralis. Et à ſolo Papa poteſt ab-
ſolui, excepto mortis articulo, quo
caſu reus iurare debet de ſtando
107 mandatis Eccleſiæ, & de ſatisfa-
ciendo, circa quod cautionē pręſtare
debet. *Paul. V. d. conſt. 63.* §. 22. Ab-
ſoluentes autem extra mortis articu-
lum, ſine ſpeciali Papæ delegatione,
præterquam quod abſolutio defectu
108 iuriſdictionis eſt nulla, excommu-
nicationem incurrunt. *ibidem* §. 23.
quæ tamen excommunicatio neque
à *Paulo V.* neque ab *Vrbano VIII.*
109 neque ab *Alexandro* VII. re-
ſeruata reperitur. Quinimò memo-
rię retineas, quòd excommunicati
in Bulla Cænæ, & Papę licentia ab-
110 ſoluti, abſoluti non remanent, ne-
que, vti tales cenſentur, niſi reuoca-
uerint acta, decreta, &c. contra im-
munitatem Eccleſiaſticam perpetra-
ta, habeantque firmum propoſitum
non committendi de cætero, & de
reuocatione facta Sedem Apoſtoli-
cam certiorem reddant. *Paul. V. d.*
Conſt. 63. §. 24. Cæterum à quocum-
que tranſgreſſore, cuiuſcumque ſit
dignitatis, vel gradus, quamuis ne
excommunicari poſſit priuilegium
habeat, excommunicatio Bullæ Cæ-
111 nę incurritur, vt patet ex præcit.
Conſt. Paul. V. §. 25. quæ omnia
confirmata habentur per *Vrban. S. M.*
VIII. conſt. 62. Paſtoralis, & per *Alex.*
S. M. VII. *conſt.* quę incipit *Paſtora-*
lis data 13. Aprilis 1656.

Decimum notabile eſt, quòd collectæ
112 hoſpitationes militum, aut alia
onera Eccleſię, Eccleſiaſticis eorum-
que bonis, vel fructibus per laicos,
vel alios quoſcumque ſine authori-
tate Apoſtolica imponi, vel exigi
non poſſunt etiam à ſponte dantibus,
nec lapſus temporis immemorabilis
quicquam refragatur. Quod & alias
à Sacris Canonibus frequenter dam-
natum ne dum Canonica Iura, ſed
Cęſareæ Conſtitutiones ſatis euiden-
ter teſtantur.

Certa ſiquidem eſt omnium Theologo-
113 rum, Canoniſtarum, & Iuris Con-
ſultorum ſententia, adeò vt nullus
ex Catholicis ipſam impugnare au-
deat, quamuis plures ex Principibus
laicis contra ipſam facere non erube-
ſcant, Eccleſias, & bona Eccleſia-
ſtica ab omnibus oneribus, & tribu-
tis per laicos Principes impoſitis im-
munia eſſe; vt patet ex definitione
Concilij Lateranenſis ſub Alex. III.
part. 1. cap. 19. & ſub *Innoc.* III. *cap.*
46. habetur in *cap. non minus*, vbi
114 anathemate feriuntur Eccleſiaſti-
cis, & eorum bonis pedagia impo-
nentes, & *in cap. aduerſus, de Immu-*
nit. Eccleſ. in cap. 1. & 3. eodem in 6.
in cap. quamquam de cenſ. in 6. & in
Clem. unic. de Imm. Eccl. quarum
Sanctionum ſanctiſſima decreta ne
dum per *Sac. Trid. Concil. ſeſſ. 25. de*
reform. cap. 20. innouata fuerunt;
115 ſed Romanus Pontifex quot an-
nis, imponentes huiuſmodi pedagia
ipſaque exigentes, coercet excom-
municatione reſeruata in *Bulla Cæ-*
næ §. 18.

Neminemque ex Orthodoxis, & illi-
116 batæ Religionis Imperatoribus de
bonis Eccleſiarum tributum exegiſſe
obſer-

obseruat Baron. tom. 3. annal. Eccles. Anno Domini 387. num. 13. Iustinia-
117 nus etiam hanc Ecclesiasticorum Immunitatem edicto sanciuit, vt patet ex l. sancimus C. de Sacrof. Eccles. Federicus verò Imp. in Auth. Item nulla Communitas C. de Sanctissimis Episc. Et hanc ipsam Immunitatem
116 non à Iure positiuo, sed à Iure Diuino ortum habuisse, disertè colligitur ex d. cap. quamquam, de Censib. ibi: Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, & res ipsorum, non solum iure humano, quin imo & Diuino à secularium personarum exactione sunt Immunes. Patet etiam ex Trid. Concil. sess. 25. de reform. cap. 20. ibi: Immunitas hæc Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus instituta est. Eruditè docet Suar. ad Regem Angliæ de Immunit. Eccl. lib. 4. cap. 5. num. 12. & cap. 8. num. 16. Card. Bellarm. contr. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 28. in 4. & 5. propos. Io: Montagn. de collat. Parlament. p. 2. num. 11. Io: Lup: in tract. de Libert. Eccles. q. 4. nu. 2. et 3. Bellet. disquis. cler. part. 1. tit. de exempt. cler. et eorumdem bonor. §. 1. num. 1. cum seqq. Dian. moral. resol. 1. part. 1. tract. 2. de Immunit. Eccles. Ciarlin. controuers. forens. cap. 103. num. 1. latè Sperell. decis. 37. per tot. Cabed. Lusitan. decis. 83. num. 19. part. 2. Bozz. de iur. Stat. Eccl. libert. lib. 4. cap. 8. Paul. Comitol. Responsf. moral. lib. 1. cap. 97. num. 6. et seqq. Narbon. lib. 35. gloss. 4. tit. 3. lib. 1. Recopil. Parlad. sesquicent. diff. 9. §. 1. Ambrosin. de Immunit. cap. 16. num. 4. Graff. effect. 3. num. 3. Azor. Institut. Moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 1. Sesse de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 117. Bonac. de Censur. in Bull. Cæn. disp. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. Layman. Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 8. Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 1. disput. 15. q. 19. et seqq. Squillant. de priuileg. Cler. cap. 8. num. 1. Rot. in Barchinonen exemptionis 10. Iunij 1636. coram Coccino; qui omnes, cum alijs quamplurimis ab ipsis relatis Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, nec non eorum bonorum Immunita-
119 tem à quibuscumque oneribus laicalibus, disertè probant. Nam bona dum Ecclesijs traduntur, eo ipso eximuntur à dominio, & potestate laicorum, & speciali iure sub Dominio Christi Domini constituuntur, non per metaphoram, sed per omnimodam proprietatem, adeò vt Christi dominium in bonis Ecclesiarum sit proximum, & immediatum, illiquè vti principali domino acquisitum dicatur, vt patet ex cap. cum super num. 3. de caus. possess. et propr. cap. verum num. 2. de foro compet. Afflict. decis. 361. nu. 22. et seqq. et post Suar. plenò calamò probat Comitol. d. lib. 1. cap. 70. num. 71. Quod dico
120 de bonis Ecclesiarum, procedit in bonis patrimonialibus Clericorum, vt latè probant Abb. Dec. Felin. & omnes communiter in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, et in cap. quæ in Ecclesiarum, de Const. Bald. in l. 2. C. de Episc. et Cler. latè Suarez. d. lib. 4. cap. 25. num. 4. Marth. de iurisd. part. 4. cas. 49. num. 9. de Marin. quotidian. resol. cap. 37. num. 9. Ciarlin. controuers. forens. cap 31. num. 7.

Nota peculiarem casum, in quo tum
121 Clerici, tum cæteri Ecclesiastici, tenentur ad collectas, gabellas, impositiones, cæteraque onera à laicis imposita, adeò ut in nullam censuram vel pænam incidant ipsa soluentes, vel exigentes. Casus verò erit, vbi sequentia copulatiuè concurrerent, quæ ijsdemmet verbis congerit Rota in Brundusina gabellæ 13. February 1640. coram Penia. Quorum primum est, si magna necessitas adsit, cui alias facilè subueniri non possit; nisi clerici cum laicis contribuant, vt probatur in d. cap. non minus, vbi expresè notat Abb. num. 5. et d. cap. aduersus, de Immunit. Eccles. vbi Abb. num. 4. & clarius apparet per Extrauag. Bened. XI. de Immunit. Eccl.

Secundum si concurrat communis vti-
122 litas, vel saltem pietas d. cap. non minus, cap. aduersus, cap. peruenit, de Immunit. Eccles. & pietatem considerauit Text. in l. ad instructiones C. de Sacrof. Eccles.

Tertium si onus sit tale, vt ad ipsum
123 ferendum laici non sufficiant, quia Clerici, & Ecclesia solum tenentur contribuere cum laicis in subsidium, & vbi laicorum facultates non supperunt d. cap. non minus, et cap. aduersus;

uerſus; quas conditiones conſideraſ-
ſe *Benedictum* XI. patet ex *d. Extra-
uag. de Immunit.* Eccl. ibi: *Cæterum
ſolicitè attendant Eccleſiarum Prælati,
& alij Clerici Lateranenſe Concilium,
quod in huiuſmodi ſubuentionibus ſolum
caſum neceſſitatis, aut communis utili-
tatis, vbi laicorum ad id non ſuppetunt
facultates, deliberatione prouida noſci-
tur excepiſſe.*

Quartum requiſitum eſt, quòd ad onus
124 huiuſmodi imponendū totus Cle-
rus vocetur, atque conſentiat, nec
ſufficit conſenſus Epiſcopi, & Capi-
tuli, quia quod omnes tangit, ab
omnibus peculiariter approbari de-
bet *cap. cum omnes, de Iuſt. cap. quod
omnes, de Reg. Iur. in 6.*

Quintum in iſtis oneribus imponendis
125 ad effectum quòd Clerus teneatur,
potiſſimum requiritur, vt Papa con-
ſulatur, & ipſo conſulto, & non
alias clerici contribuant. *d. cap. ad-
uerſus, vbi Abb. num.* 5. & ità ex-
preſsè cautum fuit in *d. extrauag. Be-
ned.* XI. & iure merito, quia ſi Epi-
ſcoporum, & Cleri arbitrio hoc re-
linqueretur, facilè contingerent hu-
iuſmodi impoſitiones, & onera per
ambitum, & præces Principum, &
Miniſtrorum laicorum, quibus oc-
currere ſolent Romani Pontifices,
non aliter iſtas facultates, vt Clerici
contribuant, quam cauſa cognita
concedentes.

Poſtremò denique requiritur, quòd ad
onera, & impoſitiones ſoluendas,
126 præfatis concurrentibus requiſitis
impoſitas, Eccleſiaſtici, non à Mini-
ſtris laicis, ſed à ſuo Epiſcopo, &
Superiore Eccleſiaſtico compellan-
tur, Principes enim, & ſeculares
poteſtates in his ſe intromittere non
poſſunt; vt benè aduertit Innoc. *in d.
cap. non minus, num. 6. Bald. in d. l.
ad instructiones, num. 5. & 6. C. de
Sacroſ. Eccleſ.* quos communiter ſe-
quuntur DD. ſignanter *Abb. in d.
cap. non minus, num. 18. Guid. Pap.
deciſ. 18. in fin.*

Hanc autem Sacræ Romanæ Rotæ ſan-
ctiſſimam, doctiſſimamque deciſio-
nem ſequuta fuit S. *Congreg. Contro-*
127 *uerſys Iuriſdictionalibus præpoſita*,
vt in ſequenti decreto, *Sacra &c. alias
cenſuit bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa
gaudere exemptionibus, à quibuſcum-
que impoſitionibus, & oneribus, quæ
non ſunt copulatiuè certa, realia, &
inuariabilia iuxta deciſ. in Brunduſina
gabella coram Penia, & concordan.
Nec non ab impoſitionibus cameralibus
etiam comprehenſiuis Eccleſiaſticorum,
quando Eccleſiaſtici libertatem ea non
ſoluendi præſcripſerint iuxta decret.
Anni* 1600. *tempor. S. M. Clem. V*III.
dat. die 28. *Aprilis* 1640. & ità plu-
ries reſcripſit *Sac. Cong. Immunitatis
Eccleſiaſtica* præſertim in vna *Iannen.
Ann.* 1630. *in vna Fulginaten die* 20.
Martij 1650. *in vna Aſſiſien die* 18.
Februarij 1651. *nec non in Ferrarien
contributionis* 1631. *pro flumine Padi.*

Cæterum de hac materia Immunitatis
128 Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum
ab oneribus; ipſis per laicos impoſi-
tis, nec non qui participent eiuſdem
Immunitatis licet Clerici non ſint,
latè docent Doctores ſupra allegati
cum alijs, quos pleno calamo refe-
runt. *Barboſ. Iur. Eccleſ. Vniuerſ. lib.
1. cap. 49. §. 5. Craſſ. Tract. de Effect.
Cleric. Bellet. diſquiſit. Cleric.* ad
quos tamen deciſiones quæſtionum
in hac parte contingentium non ab-
ſolutè remitto, ſed ipſorum ſenten-
tiam corrigendam, & intelligendam
aſſero, iuxtà diſpoſitionem huius
Conſtitutionis, qua multa veteris Iu-
ris innouantur ſupplentur, & cor-
riguntur, pleraque verò deſuetudine
antiquata reſtituuntur, quapropter
quacumque conſuetudine etiam im-
memorabili non obſtante, vel præ-
ſumpto beneplacito, aut priuilegio,
*in hac Vrbani V*III. *Conſtitutione*,
quædam ſpecialiter damnantur Ec-
cleſiæ præiudicialia, inter quę dam-
natum, & reprobatum, & nullum
eſſe declaratur hoc de oneribus per
laicos Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticis
impoſitis.

Vndecimum notabile eſt, quòd mole-
129 ſtationes, Carcerationes, cætera-
que Laicorum attentata contra Ec-
cleſias, & perſonas Eccleſiaſticas,
eorumque bona, vel iura etiam per
tempus immemorabile, & cum fama
priuilegij ſunt ipſo iure nulla. Et
quidem inter Catholicos nulla vn-
quam hæſitandi cauſa fuit de exem-
ptione Eccleſiarum, & Eccleſiaſtico-

rum

rum à iurisdictione laicali, adeò vt
130 sub pæna excommunicationis ipso facto incurrendæ indictum sit laicis cuiuscumque sint dignitatis abstinere ab ijs, quæ respiciunt grauamen Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum; nec non ipsorum bonorum, & iurium, vt pleno calamo demonstrant Doctores in superiori notabili allegati, & quotquot Catholicam fidem profitentur. Verum Titulo consuetudinis immemorabilis, quæ habet vim iusti tituli, & dat famam priuilegij, non defuerunt, qui ex hoc ca-
131 pite laicis licitum putabant Ecclesias, & Ecclesiasticos grauare, ideò *Vrban.* VIII. ne in posterum dubitari amplius posset de nullitate consuetudinis inferentis grauamen Ecclesiæ, inter præiudicialia, quæ in specie damnat, & nulla esse declarat,
132 reprobat præiudicia expressa in hoc notabili, quod & prius sancitum fuit *in cap. consuetudines, de consuetudine*; ex quo *text.* Canonistæ vno ore
133 generalem hanc regulam notant, quod induci non possit consuetudo in præiudicium, & grauamen Ecclesiarum, ità *Abb. Dec. Io: Andr. Card. Host.* supponentes non de iure, sed de facto tollendam, ac extirpandam, vti illicitam, & perniciosam corruptelam, quamuis enim consuetudines in præiudicium Ecclesiarum in hac *Vrbani Const.* cassentur, & reuocentur, id tamen fieri dicitur ad abundatiorem cautelam, & qua-
134 tenus foret opus. Ne verò tempus teram in re clara, indagando, & referendo, quæ per integra volumina disputant Doctores, de vi legitimę consuetudinis præsertim immemorabilis, & quærentes quando consuetudo dicatur rationabilis, quia verba memoratæ Constitutionis, statim ac consuetudo infert grauamen Ecclesijs, ipsam damnant, ad vlteriora pertranseo, quæ verò in hac parte scitu necessaria sunt, dicam infrà, vbi loquar de generali abrogatione cuiusuis consuetudinis per pręfatam Constitutionem, importata. Notare interim non deseram, qualiter hæc *Vrbani Constitutio* de medio tollit omnes quæstiones, & Sacrorum Canonum interpretationes approbantes consuetudinem inferentem præiudicialia Ecclesijs, & Ecclesiasticis, nec non ipsorum bonis, & Iuribus, sub prætextu quòd Beneplacitum Apostolicum ex cursu triginta annorum cum obseruantia subsequuta præsumatur etiam contra Ecclesiam. Quòd consuetudo, & præscriptio quadragenaria contra Ecclesiam vim habeat. Et quòd
135 centenaria etiam procedat contra Romanam Ecclesiam. Nam quòd attinet ad Beneplacitum præsumptum quicquid de iure olim sancitum reperiatur hodiè lapsus centum annorum requiritur, prout dictum est supra. Quòd verò attinet ad consuetudinem, seu præscriptionem tam quadragenariam, quàm centenariam, intellige, concurrentibus de iure requisitis, vt infrà.

Duodecimum notabile est, quòd Apo-
136 stolicarum Constitutionum, & Generalium Conciliorum transgressiones, nec non Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ violationes, etiam effectum sortitæ, siue Ecclesias ipsas respexerint, siuè earum bona, vel fructus hac *Vrbana Constitut.* generaliter improbantur. Hoc autem est vnum ex præiudicialibus in ipsa specialiter damnatis, omnibus itidem Sacrorum Canonum decretis, & Pontificijs Constitutionibus reprobatis.

Decimum tertium notabile est, quòd
137 Inuestituræ, prorogationes, & perpetuationes gratiarum ad certas vitas, vel tempus iam elapsum, sine consensu Papæ post hanc Vrban. Const. concedi, aut prorogari non possunt, sunt enim species alienationis de rebus Ecclesiæ generaliter prohibitæ *cap. quicquid 12. q. 2.* atque ideò inconsultò Papa factæ rescindi debent, *Paul. IV. const. 2.* quæ incipit: *Iniunctum*.

Hinc sequitur bona Ecclesiæ in emphiteusim dari non posse, nisi concurrentibus solemnitatibus, & benepla-
138 cito Apostolico, aut in casibus in iure expressis, *cap. nulli de reb. Eccl. non alien. extrauag. ambitiosa eodem tit.* patet ad literam ne dum ex hac Vrb. Const. sed & ex alijs supra relatis. Idemque dicendum de contractu

tractu Liuellario; qui prout Emphyteuſis, eſt ſpecies alienationis. *Sylu. verb. Liuellarius contractus. Socin. conſ. 167. num. 7. Rot. coram Seraph. deciſ. 288. num. 13. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 2. cap. 25. Boſſ. tom. 3. tract. 18. num. 292.* Alias contractus ſine beneplacito, & debitis ſolemnitatibus factus eſt nullus, quamuis fauore Eccleſiæ Emphyteuta ad omnia teneatur, ac ſi contractus validus eſſet. *Rot. deciſ. 14. part. 1. diuerſ.* vbi quod res Eccleſiæ nulliter alienata ab illomet, qui ipſam alienauit, vna cum fructibus repeti poteſt. *Rot. coram Creſcentio deciſ. 1. de Locato. Garz. de Beneſic. part. 2. cap. 1. num. 82. Ricc. p. p. prax. reſol. 9. & alijs relat. Boſſ. d. tract. 18. n. 292.*

Hæc autem limita in bonis ſolitis locari, in emphyteuſim, vel ad Liuellum dati, nam etiam meliorata ſi ad Eccleſiam redeant, iterum locati, & in emphyteuſim concedi poſſunt, cum euidenti tamen Eccleſiæ vtilitate, & in caſibus à iure permiſſis. *cap. 2. de feud. extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccl. non alien. Panorm. cap. vt ſuper nu. 11. de reb. Eccl. non alien. Quaranta verb. Alienatio num. 39. & apud eumdem Afflict. Ruin. Franc. Curt. Clar. Calder. Caſtr. Bero. Menoch. Molin. & alij Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 2. cap. 22. Barboſ. ad extrauag. Ambitioſæ num. 15. & alleg. 95. num. 22. de off. Epiſc. & cap. 30. num. 20. lib. 3. de Iur. Eccleſ. Rot. dec. 360. nu. 17. p. 1. diuerſ. dec. 1490. num. 4. coram Seraph. & deciſ. 3. n. 15. deciſ. 4. num. 18. de reb. Eccleſ. non alien. coram Cæſare de Graſſ. & deciſ. 282. num. 18. p. 6. & deciſ. 243. num. 12. p. 7. & deciſ. 39. num. 42. p. 8. recent. vbi num. 47.* quòd renouatio Emphyteuſis non eſt nouus titulus: *Genuenſis prax. cap. 66. n. 5.*

Dicas igitur quod in re ſolita locari, vel in Emphyteuſim dari, non requiritur beneplacitum, neque cæteræ iuris ſolemnitates exiguntur, ſi concedatur iuxta ſolitum. Vndè Prælatus etiam ſuppoſito iuramento de rebus Eccleſiæ non alienandis inconſulto Papa, eamdem rem in emphyteuſim reconcedere poteſt, vt ex *Redoan. Guttier. Pereira, & Nauar.* aduertit *Barboſ. de offic. Epiſc. alleg. 95. n. 30. Ricc. p. p. praxis reſol. 76. Clar. §. feudum q. 13. num. 3. Molin. diſp. 468. num. 17. Borell. in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 33. num. 232.* Et ne dum extraneis, ſed & proprijs conſanguineis, ſalua euidenti Eccleſiæ vtilitate, rem deuolutam in Emphyteuſim dare poteſt, vt diſertè tradunt præcitati DD. & ex *Archid. in cap. Epiſcopus 12. q. 2. Syluest. verb. Alienatio num. 21. Bald. in cap. 1. qui feud. dare poſſ. Fachin. contr. iur. lib. 7. cap. 30. Borell. dict. tit. 33. num. 13.* latè probat *Boſſ. d. tit. 18. num. 308.* Quamuis ex *Barbat. conſ. 17. num. 5. lib. 4.* oppoſitum ſenſiſſe videatur *Rot. deciſ. 103. num. 14. p. 8. recent.*

Plura autem notanda ſe offerunt, vt reconceſſio rei ſolitæ dari in emphyteuſim ſit licita. Quorum primum eſt ne durante prima inueſtitura fiat conceſſio, quia hoc eſſet ſupplantare Summum Pontificem, propter præuentionem in inueſtiendo, vel ſucceſſorem in Eccleſia, vt pluribus probat. *Rot. dec. 39. num. 35. & ſeq. p. 8. recent.*

Secundum, ne res deuoluta ſit incorporata Eccleſiæ, alias in emphyteuſim reconcedi non poteſt, niſi præuijs legitimis ſolemnitatibus, & beneplacito Apoſtolico. *Clar. in §. feudum q. 13. Barboſ. d. allegat. 95. n. 29. Donat. p. 2. tract. 14. q. 46. num. 4. Palaus tom. 2. tract. 11. p. 15. §. 4. num. 3. Boſſi, vbi ſupra num. 306. Guido Papa dec. 54. Rot. dec. 243. num. 18. part. 7. recent.*

Tertium, prima conceſſio valida eſſe debet; alias nulliter in emphyteuſim conceſſum, non eſt verè ſolitum ita concedi. Nam cum locatio rei ſolitæ dari in emphyteuſim non ſit propriè alienatio, vt vno ore concludunt DD. in *cap. 2. de feud.* Sed ſit executio antiquæ alienationis, hoc verificari non poteſt, vbi vetus inueſtitura defectu ſolemnitatum fuit nulla. *Redoan. rubr. de caſib. in quib. ſit alien. §. item alio caſu num. 7. Boſſ. vbi ſup. num. 297. Donat. d. q. 46. Rot. dec. 360. num. 12. p. 1. diuerſ.*

Quartum, antiquæ conceſſionis cauſa durare debet, hac enim ceſſante, puta ſi data ſit res inculta, vt ad cultu-

culturam reduceretur, si postquam ad culturam fuit reducta deuoluatur, iterum locari, vel reconcedi non potest, nisi præuijs solemnitatibus de iure requisitis. *Rot. dec.* 1490. *num.* 7. *coram Seraph. dec.* 360. *num.* 7. *p.* 1. *diuers. dec.* 243. *num.* 17. *p.* 7. *recent. Barbos. de Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 20. *& allegat.* 95. *nu.* 33. *Genuen. in prax. cap.* 60. *num.* 6. *Boss. d. tit.* 18. *num.* 297.

Quintum, iuxta solitum reconcessio fieri debet, adeòut vetus concessio non alteretur in substantialibus, sed concessio fiat eodem modo, forma, & qualitate primæ concessionis, alteratis enim pactis non est continuatio concessionis antiquæ, sed noua concessio, *Aluarot. in cap.* 1. *qui feud. dar. poss. Rot. decis.* 360. *num.* 10. *p.* 1. *diuers. decis.* 160. *num.* 9. *p.* 2. *diuers. decis.* 1490. *coram Seraph. decis.* 243. *num.* 16. *&* 17. *p.* 7. *recent. decis.* 39. *num.* 49. *& dec.* 155. *nu.* 4. *p.* 8. *recent. Redoan vbi sup. num.* 19. *Quarant. Verb. Alienatio num.* 40. *Genuen. in prax. cap.* 60. *nu.* 6. *Barbos. Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 36. *num.* 20. *& allegat.* 95. *num.* 32. cum alijs ab ipsis relatis. Quod tamen intelligas de alteratione pacti Ecclesiæ non vtilis, nam vbi alteratio conditionis, vel pacti esset Ecclesiæ vtilis non requiritur beneplacitum. *Rot. in Romana deuolutionis Domus* 9. *Decembris* 1651. *coram Bichio*, confirmata coram eodem 21. *Iunij* 1652. Nec non de alteratione formæ, vel pacti in substantialibus, nam alteratio circa accidentalia non est habenda in consideratione. *Calder. cons.* 11. *sub tit. de Feud. Alex. cons.* 9. *num.* 2. *lib.* 3. *Magon. decis. Lucen.* 14. *num.* 30. *&* 39. *Rota in d. Romana deuolutionis domus coram Bichio §. quapropter*.

Alteratum autem dicitur solitum in substantialibus, adeò vt consideretur noua concessio, nihil commune habens cum prima concessione, atque ideò non continuatio illius, si adsit alteratio in prætio, puta si res deuoluta permanens in primo statu concessionis, nec in aliquo deterior facta, pro minori canone locetur, nam licet solitum alteratum dici non possit, vbi alteratur solum qualitas, seù quantitas Canonis, ideſt vbi in vtilitatem Ecclesiæ augetur Canon, *Rim. Iun. cons.* 32. *num.* 29. *&* 30. *Alex. cons.* 79. *num.* 10. *Cald. de Iur. Emph. lib.* 1. *q.* 4. *nu.* 8. *Rot. in Bonon. bonor. Emphyteut.* 18. *Aprilis* 1597. *coram Pamphilio Fulgin. de contract. emphit. q.* 9. *num.* 14. alteratum tamen dicitur in Canonis diminutione, quæ in damnum Ecclesiæ resultat, cum in renouatione Emphyteusis euidens Ecclesię vtilitas adesse debeat, non solum antiquæ concessionis tempore inspecto, sed ipsius reconcessionis, adeò vt non solum cum minori canone res deuoluta in emphyteusim reconcedi non possit, sed si sit meliorata canon augeri debeat. *de Graff. decis.* 3. *num.* 16. *& decis.* 4. *per tot. de reb. Eccl. non alien. Rot. dec.* 390. *nu.* 9. *&* 10. *p.* 1. *diuers. & decis.* 243. *num.* 15. *p.* 7. *recent.* vbi plures aliæ decisiones. Quarè si de facto detur qui canonem augere velit, pro solito canone reconcedi non potest, vt ex *Quarant.* concludit *Passerin. de hom. stat. lib.* 1. *q.* 185. *art.* 7. *num.* 191. *in fin.*

Item alteratum dicitur solitum, si reconcessio fiat, vt res transire possit adhæredes extraneos, quod pactum in prima concessione non reperitur. *Rot. in Molen. bonorum* 21. *Maij* 1593. *coram Pamphilio*. *Ricc. Collect. p.* 6. *collect.* 2342. *Boss. d. tit.* 18. *num.* 300. *Donat. d. q.* 46. *num.* 7.

Item si addantur nouæ personæ, veluti si concessio facta erat ad tertiam generationem, & fiat pro omnibus descendentibus. *Afflict. dec.* 107. *Clar. §. emphyteusis q.* 6. *Borell. tit.* 33. *nu.* 253. *Boss. d. num.* 300. *Redoan. vbi sup. num.* 21. *Rot. in d. Romana deuolutionis Domus coram Bichio.*

Item si facta erat pro Masculis, & fiat etiam pro fæminis, quam mutationem licet duntaxat accidentalem existimauerint, *Magon. decis. Lucen.* 14. *Alex. cons.* 9. *num.* 2. *lib.* 3. *& Dec. in auth. qui rem num.* 22. *C. de Sacros. Eccl.* attamen essentialem, adeò vt sine solemnitatibus, & beneplacito Apostolico, hæc extensio fieri non possit, esse affirmant communiter DD. quos refert *Passerin. loc. cit. num.* 190. *Genuen. in prax. cap.* 60. *num.* 6.

nu. 6. *ex Iac. de Belnis. Card. & Curt. Boss. d. tit.* 18. *num.* 300. *dixit pluries Rot. præsertim in d. Romana deuolutionis Domus* 4. *Settembris* 1651. *coram Bichio*. Quinimò reijcias limitationem *Genuen. d. cap.* 60. asserentis ex magna causa, & meritis præcedentibus, locationem solitam fieri pro masculis, ad fæminas extendi posse. Quia licèt verùm sit, quòd motiuum meritorum præbet iustam causam extensionis concessionis, vt dixit *Rot. dec.*243. *num.*9. *p.*7. *recent.* vt tamen legitimè fieri possit non sufficit Ecclesiæ vtilitas quantumuis euidens, sed requiritur beneplacitum Apostolicum. *Rot. dec.* 508. *num.* 1. *coram Seraph. decis.*430. *num.* 4. *p.*2. *& dec.* 367. *n.*1. *p.*5. *& decis.*243. *n.* 12. *p.*7. *recent.*

Item si reconcessio ità fiat, vt res Emphyteutica ad manus mortuas deuenire possit, quæ qualitas non aderat in prima inuestitura, vt pluribus relatis dixit *Rot. in dicta Romana deuolutionis Domus* 4. *Decembris* 1651. *Bichio*.

Item vbi emphyteusis concessa reperiretur pro descendentibus ad tertiam generationem, in noua verò inuestitura diceretur, quod defectu eorum, vlrimus, extraneum nominare posset *Rot. in Camen bonorum* 23. *Martij* 1648. *coram Ghislerio* §. *non substinetur*. Quòd tamen intellige, vbi nominandi facultas data censeri non posset in defectum generationum, videlicet, quod nominatio in locum vnius generationis deficientis, alias non diceretur alterata, vel extensa emphyteusis. *Rot. in Romana Domus* 22. *Aprilis* 1644. *coram Cecchino*. Et in istis terminis loquitur *Decis. Rot. p.*4. *diuers. dec.*219. *num.* 7. vbi dicitur, quod ex facultate nominandi non dicitur alterata Emphyteusis.

Non inutiliter quærendum arbitror, quomodò generationes intelligi debeant, computandæ nimirum sint, in concessionibus factis ad tertiam, vel quartam generationem; An scilicet prima generatio exordiatur ab eo, in cuius persona sit concessio, vel ab eius filio. Ad quod breuiter respondeo cum *Bart.* cuius distinctio est communiter recepta, vt aduertit *Bald. in Auth. si quas ruinas num.*4. *C. de Sacros. Eccl.* quòd vbi feudus, vel emphyteusis vsque ad tertiam generationem conceditur, quælibet persona vnam generationem constituit, adeò vt duntaxat veniant recipiens, filius, & nepos; si verò concessio alicui facta sit non simpliciter ad tertiam generationem, sed ad eius, vel ipsius tertiam generationem, veniunt recipiens, filius, nepos, & pronepos, ità docent *Ias. lib.*1. *C. de Iure emphyt. num.*166. *Alex. in l.quod dicitur* 130. *num.* 23. *vers. item puto ff. de verb. oblig. Bellon. Sen. cons.* 80. *num.*7. *Cephal. cons.*582. *nu.*24. *Gabr. cons.* 90. *lib.*1. *Menoch. cons.* 115. *nu.* 28. *& cons.*883. *num.*2. *& cons.* 1066. *num.* 10. *Honded. cons.*54. *n.*22. *lib.*1. *& cons.* 30. *num.* 38. *lib.* 2. *Marescot. var. resol. lib.*2. *cap.*53. *num.*1. *Simon de Pratis cons.* 88. *per tot. Papon. cons.* 86. *&* 187. *Verall. decis.* 18. *part.* 2. *Rot. in Farfen. villa Caprolę* 20. *May* 1592. *Penia, & in Bononien Bonorum* 18. *Martij* 1611. *Coccino inter recent. p.*1. *d.* 305. *num.* 1. *& in Assisien emphyteusis* 27. *Iunij* 1629. *Merlino*. Hinc reijcias opinionem. *Rosenth. de feud. cap.*7. *concl.* 19. *nu.*16. *& in Schol. lit. H. Mantic. de tacit. & ambig. lib.*22. *tit.*25. *num.*3. *cum seqq.* existimantium etiam in concessione alicui vsque in tertiam generationem facta comprehendi pronepotes.

Opportunè quoque quærendum arbitror quænam dicatur bona locari, vel in emphyteusim concedi solita, & ad hoc dignoscendum duæ communiter dantur regulę quarum prima est, quòd res Ecclesiæ semel in emphyteusim concessa, vel solemniter alienata, locari, vel alienari solita dicitur, quod sufficit, vt cum deuoluitur, absque altera solemnitate iterum in emphyteusim concedi possit, vt communiter docent *Præpos. in cap.* 1. *num.* 23. *qui feud. dar. poss. Alex. cons.*9. *num.* 5. *lib.* 3. *Quaranta Verbo. Alienatio num.* 40. *Rot. decis.* 434. *&* 1451. *coram Seraph. & decis.* 160. *num.* 5. *p.*2. *diuers. & decis.* 36. *num.*7. *part.*7. *& decis.*73. *num.*10. *& &* 29. *p.* 8. *recent.* Nec requiritur quod concessio per 40. annos obseruata fuerit; vt dicunt *Gabriel. Card. Mantic.*

Mantic. & Decian. quos refert, & sequitur *Gratian. discept. cap. 379. n. 21. & apud Boss. d. tit. 18. num. 310. Gam. decis. Lusit. 342. num. 4. & Borell. sum. decis. tit. 33. num. 136.* quorum opinio locum habet in concessione minus solemni, non verò in solemni, & valida vt dixit *Rota d. decis. 434. coram Seraph. & decis. 160. nu. 5. p. 2. diuers.* notat *Barbos. de Iur. Eccl. lib. 3. cap. 30. num. 21.*

Secunda regula est, quod vbi constat de duobus concessionibus minus solemnibus, quæ tamen per 40. Annos effectum sortitæ sint, res etiam dicitur locari, & concedi solita. *Rot. decis. 36. num. 7. p. 7. & decis. 103. n. 15. & dec. 155. num. 5. p. 8. recent. & vno ore concludunt DD.* Hæc tamen secunda, & communis DD. regula hodiè cessat stante hac nostra *Vrban. Const.* vi cuius solemnitates in alienatione rerum Ecclesiæ ex cursu etiam longissimi temporis præsumi non possunt, cum sublata remaneat regula iuris de præsumpto beneplacito Apostolico. Quarè hodiè vbi non constat de valore primę concessionis, res non potest dici solita concedi, nisi à centum annis vel per tempus immemorabile semper locata probetur. Sic ergò ad probandum rem fuisse solemniter concessam non sufficit præsumptio ex temporis longitudine desumpta. *Rot. decis. 30. num 8. p 7. & decis. 155. nu. 6. p. 8. recent.* Nec refert si concessio sit facta consanguineis, vel extraneis, quamuis facta in consanguineos regulariter semper sit suspecta. *Rot. decis. 352. n. 120. p. 7. & dec. 73. n. 8. p. 8. recent.*

Prout nec sufficienter probata dici potest prima concessio ex partium assertione *Barbos. allegat. 95. num. 32. Rot. coram Seraph. decis. 1451. num 4. & decis. 160. num. 4. p. 2. diuers.* Sed solitum probari debet per scripturas, & instrumenta *Rot. decis. 243. num. 2. p. 7. rec.* aut per testes, vt ex eadem dec. colligitur.

Memoriæ verò retinendum, qualiter communis DD. assertio quod res solita concedi in Emphyteusim, vel locari, Ecclesię deuoluta, iterum absque beneplacito Apostolico, vel altera solemnitate, in Emphyteusim concedi possit, limitationem recipit ex *Vrban. VIII. Const.* quæ incipit: *Humanæ salutis Auctor*, dat. 1. Nouemb. 1625. quoad bona iurisdictionalia, ad Ecclesias, & pia loca, etiam laicalia spectantia per vniuersam Italiam, quæ sine beneplacito Apostolico actu prius impetrato, alienari, in emphyteusim, aut feudum concedi, vel locari vltra triennium, prohibentur prout etiam concessiones innouari, prorogari, etiam si nondum incorporata, vel à laicis vsurpata, vel nondum deuoluta, vel solita concedi, non obstante priuilegio, consuetudine etiam immemorabili, aut iure communi scripto, & alijs derogatorijs.

Difficultas autem insurgit. An verba Constitutionis. ibi: *per vniuersam Italiam*, comprehendant Insulas Italiæ adiacentes, modico freto, nimirum solum 100. milliaribus ab ea distantes, in quo videndi *Diana p. 1. tract. 3. Miscell. ref. 30. & p. 2. tr. 2. ref. 13. Thes. in prax. p. 2. verb. alienatio cap. 4.* vbi DD. negantes, & affirmantes referunt.

Res siquidem Iurisdictionales Ecclesia-
139 rum, Ciuitates nimirum Castra, & loca alienari donari infeudari, aut per nouem annos locari, vel prorogationem fieri non posse, nisi de licentia Papæ cum consensu Cardinalium, decretum prius legitur in *Concil. Constantiensi post sess. vlt. in confirm. Const. Imp.* Beatus etiam Pius V. vt legitur in sua *Const. 35.* Ciuitates Castra, & loca Romanæ Ecclesiæ, etiam locari, vel infeudari solita, ad ipsam deuoluta quocumque modo alienare, omninò etiam prohibuerat. Quin etiam cum forenses ad acquirendum bona intra Statum Ecclesiasticum existentia sint inhabiles ex *Constitut. 3. Sixti V. ex Const. 78. Clem. VIII. ex Const. 108. Pauli V. & alijs Vrban.* VIII. *& Alexand. VII.* de quibus infra in *Notabili XIV.* quamuis aliqua ex his bobis emphyteuticari solitis in emphyteusim alias reconcedi possint non seruatis solemnitatibus, non tamen forensibus dari potuerunt.

Ecclesiæ itidem officia, dignitates, benefi-

neficia, prouentus, & ſimilia ad firmam dari non poſſe, ſed ſolum eorum fructus conduci ex *Londin. Concil. 2. cap.* 8. probat doctiſſimus Collega meus. *P. Laurea in Epitom. Canon verb. Eccleſia bonorum &c. fol. mihi* 284.

Eccleſiaſticas quoque iuriſdictiones, vtpote facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in Spiritualibus, admittendi ad aliquos functiones ſpirituales locari non poſſe decreuit *S. Trid. Concil. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 11. *Sbroz. de offic. Vicarij lib.* 1. *q.*54. *Suarez. de relig. tom.* 1. *lib.*4. *de Simonia cap.*20. *num.*4. Vndè redditus Cancellariæ Epiſcopalis locari non poſſe, ſed per Epiſcopi miniſtros exerceri debere cenſuit. *S. Congreg. Epiſc. & Reg. die* 26. *Auguſt.* 1592. Item quartam funeralem locari non poſſe dixit eadem *Sac. Cong. in Cuſentina* 14. *Decembris* 1592. quæ decreta refert *Barboſ. iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.*30. *num.*44.

Decimum quartum notabile eſt, quòd in hac Conſtitut. Vrbana reprobatæ, & damnatæ remaneant, quæcunque pignorationes, venditiones cum pacto redimendi permutationes aliique contractus, & diſpoſitiones de bonis etiam feudalibus, ac Iuribus ad Sedem Apoſtolicam, nec non ad inferiores Eccleſias ſpectantibus, quocunque tempore executioni demandatas, & continuatas.

Patet ex hoc notabili omnes diſpoſitiones, & contractus de bonis, & Iuribus etiam feudalibus Eccleſiæ, ſine debitis ſolemnitatibus, & inconſulto Papa factas quamuis per longum tempus executioni demandatas, & quocunque temporis curſu continuatas nullas eſſe. Quod & prius Eccleſiaſticis legibus ſancitum habemus. In foro etenim Eccleſiaſtico eſt prohibita omnis alienatio de rebus Eccleſiæ, etiam communiſſimè accepta. Nam licet ſpectata duntaxat *Conſtit. S. Leonis Papę*, quæ habetur *in cap. ſine exceptione* 12. *q.*2. ſola alienatio proprijſſimè ſumpta, vtpotè eſt venditio, donatio, & commutatio, prohibita ſit. *Et in cap. nulli de rebus Eccleſ. non alien.* ſub alienationis nomine donatio, venditio, permutatio, emphyteuſis perpetua, & ſpecialis hypotheca ſolum comprehendantur, adeò vt attenta declaratione *textus in d. cap. nulli*, fatendum ſit, quod ex vi illius Decretalis prohibita non remaneat, alienatio communiſſimè ſumpta. Attenta tamen *Extrauag. Ambitioſæ*, prohibitam eſſe ad literam conſtat, cum in ea vetitum exprimatur, quodcunque pactum, per quod alicuius boni Eccleſiaſtici dominium transfertur, ſub nomine verò boni Eccleſiaſtici, ne dum veniunt prædia, domus, poſſeſſiones, & alia iura quæ dicuntur corporalia, ſed & aliud quodcunque ius vtile, & Eccleſiaſticum, quia ibi expreſsè prohibetur conceſſio, hypotheca, locatio vltra triennium, emphyteuſis, & infeudatio. Neue aliqua dari poſſet hæſitandi ratio ſuper generali prohibitione, nec non reprobatione cuiuſcunque pacti, Immunitati, Libertati Eccleſiaſticæ, nec non bonis, ac iuribus, tum Eccleſiæ, tum Eccleſiaſticorum, præiudicialis S. Mem. Vrban. VIII. Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum indemnitati conſulturus hanc *Conſtit.* edidit nullas declarando quaſcunque diſpoſitiones, & contractus factos de rebus Eccleſiæ non ſeruata forma *Extrauag. Ambitioſæ*, & ſine beneplacito Apoſtolico, cuius præſumptionem ſubſtulit ex lapſu 30. vel 40. annorum præſeruata duntaxat præſcriptione immemorabili, & centenaria, vt patet ad literam ex not. in fine huius *Conſt.*

Attentis igitur verbis *Conſtit. Vrbanæ*. ibi: *pignorationumque, & venditionum cum pacto redimendi, permutationum, aliorumque contractuum, ac diſpoſitionum quarumcunque, de Ciuitatibus, Terris, dominijs, Caſtris, locis, & bonis, etiam feudalibus, vel iuriſdictionalibus, ac iuribus, eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, vel inferiorum Eccleſiarum à quibuſcunque quantumlibet, vt præmittitur qualificatis, quandocunque prætenſas, etiam executioni demandatas, & quocunque temporis curſu continuatas*; nedum fieri prohibitam, ſed factam, pro infecta habendam, & reprobatam atque damnatam aſſero, quamcumque Donationem, Venditionem, Permutationem,

nem, Traditionem possessionis, Venditionem cum pacto redimendi, Retrouenditionem, Dismembrationem, Infeudationem, Emphyteusim, Affrancarionem, Precarium, Precarias, Concessionem ad beneplacitum, superficiarium Contractum, Colonarium contractum, Locationem, Dationem in solutum, Cessionem, Dimissionem possessionis, Transactionem, Compromissum, Renunciationem, Pignorationem, Mutuum, Fideiussionem, Impositionem Census, Arborum incisionem, vel alterum contractum, seù dispositionem sine Iuris solemnitate, vel beneplacito Apostolico de bonis Ecclesiæ etiam si feudalia sint, siue iurisdictionalia.

Donationem siquidem de rebus, vel iuribus Ecclesiæ inter cæteras alienationes specialiter prohibitam censeri docent *Panor. in cap. nulli de reb. Eccl. non alien. num. 1. Syluestr. verb. alienatio num. 1. Anchar. cons. 102. in princ. Mascard. de prob. concl. 1236. num. 105. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap. 5. num. 43. Fusar. de subst. q. 695. num. 5. Tambur. de Iur. Abb. tom. 3. disp. 13. q. 1. num. 1. Redoan. alios referens q. 19. de reb. Eccles. non alien.*

Venditionem prohibitam esse patet ex *cap. nulli, de reb. Eccl. non alien. Extrauag. Ambitiosæ*, & fatentur vno ore scribentes, quos plena manu refert *Barbos. in Collect. ad d. cap. nulli.*

Permutationem esse prohibitam, apertè deducitur, quia propriè sumpta est alienatio, vt patet ex fusè notatis per *Barbos. iur. Eccl. lib. 3. cap. 30. num. 38.* Et licet generalis regula, quod alienatione prohibita, non remanet prohibita permutatio, quæ fit cum referente maiorem vtilitatem, & commoditatem, in se sit vera, locum tamen habere non potest in terminis Constitutionis prohibentis alienationem etiam cum vtilitate, sine solemnitate, & beneplacito Apostolico. Quapropter dico permutationem rerum Ecclesiæ fieri non posse sine Beneplacito Apostolico, & factam, etiam executioni demandatam nullam esse, non solum argumento desumpto quod sit contractus, in quo transfertur dominium expresse prohibitus per *Paulinam Ambitiosæ*, sed quia *in cap. sine exceptione 12. q. 2. in cap. nulli, de reb. Eccl. non alien. & in hac Vrbana Constitut.* inter species alienationis prohibitæ expressè de permutatione loquitur.

Et nota quod neque inter Ecclesiam, & Ecclesiam inconsulto Romano Pontefice permutatio fieri potest, & stylus Romanæ Curiæ est, vt quotidiè expediantur facultates ad hoc vt vna Ecclesia, cum altera propria bona permutare valeat, vt docent *Nauar. de Spol. Clericorum §. 3. notab. 7. num. 1. Barbos. ad cap. 1. de reb. Eccl. non alien. num. 2. Gratian. discept. tom. 3. cap. 517. num. 9. & tom. 4. cap. 674 num. 4. & 5. Bonac. de alien. rer. Eccl. p. 2. nu. 14. Peyr. tom. 1. ad Constit. 2. Iulij II. num. 76.* dixit *Rot. part. 4. recent. dec. 277. num. 11. & part. 7. decis. 5. num. 5. & part. 8. decis. 229. num. 7. & coram Eminentissimo Ottobono decis. 120. num. 16.* & ita declarasse *Sac. Cong. Concil. die 24. Ianuarij 1932.* refert *Passerin. de hom. stat. tom. 1. q. 185. art. 7. num. 150. in fin.* Quin & aduertit *Peyr. loc. cit. d. n. 76.* Prælatum Regularem sine Beneplacito Apostolico, etiam de consensu Capituli non posse transferre bona Monasterij diuitis in pauperem. *Lezana tom. 2. cap. 19. num. 56. & tom. 3. verb. Alienatio num. 11. Borell. Vgolin. Corrad. apud Boss. tom. 3. tit. 18. num. 1. Donat. p. 2. tract. 14. quæst. 85.* Quæ de permutatione dicta sunt, à fortioribus militant in donatione, aut venditione. Quinimò aduerte, quòd cum non obstantibus Constitutionibus Ecclesiasticis, rerum Ecclesiæ alienationem sine solemnitate, & beneplacito Apostolico, prohibentibus, Regulares ex peculiaribus priuilegijs nihilhominus inconsulto Papa ad ipsorum alienationem deuenirent. *Sac. Cong. Concil. sub die 7. Septembris 1624.* iussu S. M. Vrb. VIII. peculiare Decretum edidit, omnium rerum, & bonorum immobilium, & prætiosorum mobilium alienationem inconsulto Papa Regularibus prohibens, cuius tenor talis est -

Sac.

Sac. Cong. Cardinal. Concilij Tridentini Interpretum rerum experimento edocta quantum Religiones accipiant detrimenti, ex bonorum immobilium, & gratiosorum mobilium detractionibus, quas crebrò faciunt Regulares Apostolicis priuilegijs innixi, ac proindè opere pretium putans illorum facultatem aliqua ratione compescere: speciali Sanctissimi D. N. iussu, Generalibus, & Prouincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuscunque alijs Superioribus Regularibus, cuiusuis Ordinis, Congregationis, Instituti intra fines Europæ existentibus, omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pratiosorum mobilium alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seù vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltrà triennium, concessionem in feudum, vel emphyteusim, præterquam in casibus à iure permissis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit, absque illius Cong. Concilij expressa licentia in scriptis, & gratis concedenda sub pæna priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocisque actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa inposterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, ac relaxandi facultate, pænis nihilhominus Apostolicarum Constitutionum, & præsertim felicis recordationis Paul II. quæ incipit Ambitiosæ, in suo robore permansuris: Alienationes verò, pacta, census, hypothecas, locationes, conductiones, & concessiones quascunque contra huiusmodi prohibitionem faciendas Sanctitatis suæ auctoritate ipso iure nullas, atque irritas decernit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam mendicantium, quàm non mendicantium, militiarum etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiusuis alterius instituti, etiam necessario, & in indiuiduo exprimendi, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, domorum, ac locorum Regularium quorumcunque, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis statutis, vel consuetudinibus etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & priuilegijs sub quibuscunque tenoribus, & formis; & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, seù extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generalis idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda; & aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ præsenti decreto, ac prohibitioni aduersantur, illis alias in suo robore permansuris. specialiter, & expresiè Sanctitatis suæ auctoritate derogat, cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ die 7. Septembris 1624. Cosm. Card. de Torres. Prosper Fagnanus Sac. Congreg. Secret.

Ad declarationem autem præfati Decreti alterum postea emanauit, cuius tenor est. *Cum post editum Decretum de rebus Regularium non alienandis compertum sit Regulares, qui eodem decreto prohibentur census imponere super bonis ad eorum Monasteria pertinentibus, loco censuum huiusmodi pecunias ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis. Cumque ex huiusmodi contractu eludatur mens S. Congregat. cui in primis in Votis fuit consulere Religionum indemnitati, quæ ex impositione censuum huiusmodi plurimum læduntur S. D. N. approbante dictauit, & declarauit huiusmodi contractum esse contra mentem Decreti, vt supra editi; ideòque non licere Regularibus pecunias, vt proponitur accipere, & si acceperint in ipsius Decreti pænas ipso facto incidere. Dat. Romæ 21. Martij 1626.* Cosm. Card. de Torres. P. Fagnanus Secret. refert

Nauar.

Nouar. sum. Bullar. tit. de alien. rer. Regular. prohibita num. 2. & 13. vbi & num. 19. ait Superiores Regularium Theatinorum non comprehendi sub his decretis ex sequenti declaratione. *Sac. Congreg. Card. Concil. Trid. interpretum censuit Religionem Clericorum Regularium Theatinorum quamdiu institutum superius propositum retineat,* (nimirum non retinendi aliqua bona immobilia) *quoad immobilia non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis.* Cosm. Card. de Torres. Prosp. Fagnan. S. Cong. Secret.

Traditio possessionis rei Ecclesiasticæ numeratur etiam inter prohibitas alienationes *Boss. d. tit. 18. §. 5. num. 219.* cum res alienari dicatur, etiam si sola possessio transferatur *Innoc. in cap. Episcopi, de reb. Eccl. non alien. & ibi Panorm. num. 2.* optimè asserentes duplex ius dari in re, proprietatis nimirum, & possessionis. Vndè per simplicem traditionem possessionis, & si res alienata non sit quoad proprietatem, eius tamen possessio alienata remanet, & consequenter tradere possessionem rei Ecclesiasticæ sine solemnitate, & beneplacito Apostolico, est prohibitum sub pænis *Extrauag. Ambitiosæ,* vt notat *Passerin. vbi sup. num. 160.*

Venditio rei Ecclesiæ cum pacto redimendi, ne dum prohibita remanet, sine beneplacito Apostolico, vti vera species alienationis, quia per ipsam dominium transfertur *Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. gloss. 1. n. 34. Thesaur. dec. Pedem. 73. num. 2. Boss. vbi supra num. 149. Donat. p. 2. tract. 14. q. 62.* Sed quia de ipsa facta est expressa mentio in hac Vrban. Const. ibi: *Et venditionum cum pacto redimendi.*

Quid verò dicendum sit de Venditionibus, vel alijs contractibus initis sub conditione, & reseruatione Beneplaciti Apostolici patet ne dum ex hac met *Vrban. Constit.* sed & ex *Extrauag. Ambitiosæ,* alijsque Ecclesiasticis Sanctionibus prohibentibus venditiones, permutationes, donationes vel similes alienationes licet factæ sub conditione beneplaciti Apostolici. Difficultas oritur si in reseruatione assensus Apostolici apposita reperiatur clausula, *nec aliter, nec alio modo,* quæ conditionem inducit, & est præseruatiua iuris proprij in casu contrario, quare stante hac clausula Venditionem, vel alteram dispositionem de rebus Ecclesiæ sub conditione, & reseruatione beneplaciti Apostolici non esse prohibitam, docent *Panorm. in cap. 2. num. 10. de feud. Cassador. dec. 2. n. 7. de Simon. Capitaq. dec. 82. n. 3. part. 3. Rot. in Romana Domus 9. Nouembr. 1558. coram Seraphino Verall. dec. 83. num. 4. p. 3.* cum alijs relatis per *Ricc. in prax. p. p. ref. 53.* E' contra verò alienantem sub conditione beneplaciti Apostolici etiam vallati clausula, *nec aliter, nec alio modo,* incidere in pænas extrauag. Ambitiosæ, eò quòd protestatio sit contraria facto tenuerunt *Ricc. dict. resol. 53.* vbi ità decisum testatur in *Curia Neapol. de Anno 1599.* ex declarat. *Clem. VIII.* vt habetur *in prax. Curiæ Archiepiscop. Neapol. cap 44. Nauar. cons. 1. de reb. Eccl. non alien. in nou. Quaranta verbo Alienatio num. 9. Bossius d. tit. 18. §. 5. num. 216.* cum alijs per ipsos relatis. Additque *Ricc. ex Miuador. dec. 24.* locum non esse pænæ si in ipso actu traditionis possessionis fiat protestatio reseruatiua assensus Apostolici, subdit verò se nescire an in practica id sustineri possit. Hanc tamen limitationem amplectitur, & approbat *Boss. num. 216. & add. ad Quarant. verbo Alienatio num. 14. lit. B.* quamuis contrarium tenuerit, *Molin. de pign. lib. 1. cap. 20. num. 24. & 25.* cum alijs ab ipso relatis; in hoc autem opinionum conflictu cum distinctione procedendum puto, aut qui vendit, donat, vel permutat rem Ecclesiæ, cum reseruatione assensus Apostolici, & clausula, *non aliter, nec alio modo,* vi contractus, simul etiam rei venditę possessionem tradit, in casu in illam sententiam descendo, quòd conditio, & protestatio nihil iuuet, quia absoluta possessionis traditio, quæ simul sequitur, absolutam importat Dominij translationem, vndè posterius factum, priori protestationi contrarium

rium ipſam tollit, & deſtruit; quarè teſtatur *Paſſerin. loc. cit. num. 163. in fin.* Curiæ praxim eſſe, vt huiuſmodi,ſic poſſeſſionem tradentes ante obtentum Beneplacitum habeantur, vt excommunicati per *Extrauag. Ambitioſæ*. Aut rem venditam tradit ex aliquo contractu licito, ex contractu nimirum locationis non vltra triennium, quia ſcilicet expreſsè dicitur, quod emens pro interim locationis titulo rem detineat donec obtineatur beneplacitum Apoſtolicum, & in caſu illorum ſententiam ſequor, qui aſſerunt hunc contractum licitum eſſe, neque ità tradentem, rem venditam in aliquam pænam incidere, à qua etiam excuſatos puto contrahentes, & abſolutam poſſeſſionem tradentes cum reſeruatione Beneplaciti Apoſtolici, vallata clauſula, *nec aliter, nec alio modo*, ſtante bona fide, *Nauar. de reb. Eccl. non alien. num. 27. in man. cap. 27. n. 74. Quarant. Verbo alienatio num. 9. Boſſ. d. num. 216.*

Ab hac tamen diſtinctione excludi debet diſpoſitio de Ciuitatibus, Caſtris, Oppidis, Fortalitijs, & bonis iuriſdictionalibus, & feudalibus intra limites Status Eccleſiaſtici exiſtentibus, quæ ex *Conſt. 18. Paul. V.* alienari non poſſunt ſub conditione beneplaciti Apoſtolici, & ſine expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia in ſcriptis obtenta, & in actu contractus Notario exhibita,quamuis alienatio eſſet neceſſaria. Nec non diſpoſitio de Ciuitatibus, & quibuſcunque bonis iuriſdictionalibus, ad quamlibet Eccleſiam ſpectantibus, quæ ex *Conſtit. 71. Vrban. VIII.* ſub conditione beneplaciti Apoſtolici,& ſine expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia prius in ſcriptis obtenta in feudum, vel emphyteuſim concedi, aut vltra triennium locari non poſſunt.

Retrouenditio etiam, ſecundum aliquos ſine ſolemnitate, & licentia Sedis Apoſtolicę fieri non poteſt, eò quòd ſit ſpecies veræ alienationis; Verius autem puto, retrouenditionem in pactum deductam ſine ſolemnitatibus fieri poſſe, nam quamuis ſit alienatio, non eſt tamen voluntaria, ſed neceſſaria ex vi primi contractus *Rot. coram Seraph. deciſ.* 1080. *num.9. Boſſ. d. tit.* 18. *num.* 250. *& ex Bordon. reſol.* 27. *q.* 4. *num.* 8. *Donat. p.2. tract.* 14. *q.* 61: *num.* 2. Nota tamen quòd ex *Conſtit.* 108. *Pauli V.* Ciuitates, Oppida, Caſtra, Fortalitia, loca iuriſdictionalia, vel feudalia intra limites Status Eccleſiaſtici exiſtentia vendi non poſſunt ſub pacto de retrouendendo, abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia, in actu celebrationis cōtractus actualiter exhibenda, & dimittenda, & non alias &c.

Diſcedere item licitum puto ab emptione facta pro Eccleſia ſine ſolemnitate, & licentia Papæ ſi totale prætium nondum ſolutum ſit, quia dominium in Eccleſia ante prætij integram ſolutionem tranſlatum non dicitur *Ricc. Collect. deciſ. p.6. Collect.* 2201. *Borell. ſum. deciſ. tit.* 15. *n.*34. *Bordon. p.1. reſol.*27. *n.*8. *&* 57. *Boſſ. d. num.*250.

Diſmembratio bonorum vnius Eccleſiæ, vt alteri vniantur, ſine ſolemnitatibus, & beneplacito Apoſtolico fieri non poteſt *Lapp. alleg. 66. nu. 1. & 5. Panor. in cap. ad audientiam, de Eccl. ædific. Franc. in cap. 1. num. 1. de Eccl. ædific. Rot. deciſ. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in nou. & apud Achil. deciſ. vnic. eod. tit. & deciſ. 239. num. 1. part. 1. & deciſ. 223. num. 1. part. 6. & dec. 6. num. 2. & dec. 68. n. 1. part. 7. recent.*

Infeudatio pariter rerum Eccleſiæ eſt expreſsè prohibita ſine ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico, quod intellige de bonis Eccleſiæ in communi, vt notant *Scribentes ad Extrauag. Ambitioſæ*; nam quoàd bona Eccleſiæ Romanæ ſpeciales Conſtitutiones habemus. Sic igitur in hac materia Infeudationis, diſtinguendum eſt id, quod iure communi fieri poterat, ab eo, quod modo fieri poſſit.

141 Et quidem in primis Ciuitates, Terræ, Oppida, Caſtra, Arces, & loca ad ius, & proprietatem immediatam Sedis Apoſtolicę pertinentia nullo modo alienari poſſunt, ità quòd nec etiam in feudum concedi, vel alias quomodolibet ſub titulo Ducis, Vicarij, Gubernatoris, aut cuiuſ-

cuiuscumque alterius tituli ad vitam, vel in perpetuum, vel ad longum tempus, vel ad Beneplacitum Sedis Apostolicæ possint dari, etiam si alias infeudari, vel alienari solitæ fuissent, & etiam contemplatione meritorum erga Sedem Apostolicam, vel prætextu necessitatis, aut euidentis vtilitatis; quæ ideò ad eamdem Sedem quomodòlibet deuoluta, & pro tempore deuoluenda, absque alia declaratione, & illorum
142 possessionis apprehensione eo ipso Sedi, & Cameræ Apostolicæ incorporata, ac ad ius, & proprietatem, & dominium pristinum, & ad possessionem redijsse censeri debent, perindè ac si per quadraginta Annos, & vltra, Ciuitates, & loca prædicta à Sede præfata immediatè possessa, & nunquam in feudum, vel alium titulum concessa fuissent. Et ne dum horum bonorum quæuis alienatio est omninò prohibita, sed & insuper prohibitum est de præfatis alienationibus tractare, consulere, verba facere tam publicè, quàm priuatim, ac propterea de mittendis Oratoribus ad Sedem Apostolicam super præmissis, Oratoris huiusmodi munus recipere, præfatas alienationes, per se, vel per alium Summo Pontifici insinuare, vel suadere, sub pæna excommunicationis Papæ reseruata, quin & tales vt S. R. E. rebelles etiam in primo capite læsæ Maiestatis, & locorum proditores considerantur, eorum bona ipso iure confiscata decernuntur, & beneficijs priuantur, & perpetuò infames declarantur. Quoniam verò aliquibus
143 præfata bona de facto possidentibus, ea meliorare concessum fuerat, cum pacto vt ab ipsis, nisi refectis melioramentis amoueri possent, huiusmodi facultas reuocata etiam fuit, & solum in casu necessariç conseruationis permissa; ità decreuit B. Pius V. vt patet ex eius *Const.* 35. confirmata à *Greg.* XIII. *Const.* 3. *à Sixto V. Const.* 26. *à Clement.* VIII. *Const.* 1. in qua comprehendit etiam bona, quæ nondum in feudum data fuerunt, quæque deuoluta non erant, & proindè reuocat *Constitut. Greg.* XV. circa non deuoluta, ab *Innoc.* IX. *Constit.* 1. *ab Vrban.* VIII. *Constit.* 4. *ab Innoc.* X. *Constit.* 3. Et hæc *B. Pij V. Const.* est vna de illis, quas Cardinales iurant in susceptione Pilei Cardinalitij, nec non ab initio Conclauis. Sub hac tamen B. Pij V. Bulla, comprehendi etiam concessiones guberniorum, quæ vltra triennium de locis prædictis fieri contingerent, declaratum fuisse in Consistorio à *Greg.* XIII. *die 3. Aprilis* 1581. aduertit *Cherub. in annot. ad Const.* 3. *eiusdem Greg.* XIII. Quod & factum à Sixto V. refert *in annot. ad Const.* 26. *eiusdem Sixti V.*

Declaratum itidem fuit à *Gregor.* XIII. *Const.* 65. §. 13. sub hac B. Pij V. *Const.* non comprehendi bona feudalia confiscata. Quod & factum à *Sixto V. Const.* 6. §. 8. aduertit idem *Cherub. add. Const.* 35. *B. Pij V.* docet *Bonac. de alien. p.* 8. *num.* 6. Clemens etiam VIII. *Const.* 41. quæ incipit *Iustitiæ ratio* §. 14. declarauit sub hac B. Pij V. Const. de non infeudandis, per triennium non comprehendi feuda, seu bona iurisdictionalia vi eiusdem suæ *Constitut.* empta *Bonac. d. num.* 8.

Iure etiam nouo Ciuitates, Oppida,
144 Castra, Feuda, Iurisdictiones, & alia quæcunque bona immobilia in Statu Ecclesiastico existentia, alicui Communitati, Vniuersitati, Collegio, vel personæ exteraneæ, seù forensi, sine beneplacito Apostolico, in feudum concedi, vel alienari non possunt. Exceptis tamen censibus, locis montium, Vrbe, eiusque districtu ad decem milliaria, nec non mulierum dotibus, ità decreuit *Sixtus V. Const.* 3. quæ incipit: *Sollicitudo*, & confirmatum fuit à *Clem.* VIII. *Const.* 1. quæ incipit: *Ad Romani*, *à Paulo V. Const.* 108. quæ incipit: *Pastorale munus*. *Ab Vrbano VIII. Const.* 4. quæ incipit: *Sacrosancti Const.* 6. quæ incipit: *Sanctissimus Const.* 41. quæ incipit: *Olim felicis*, *& Constit.* 65. quæ incipit: *Decus*. Cum declaratione ne alienentur Castra, aliaque stabilia, vel quasi stabilia in personas extraneas extra Statum Ecclesiasticum manentes, vel à die initi contractus non venientes ad habitandum in Statu

Eccle-

Ecclesiastico, sub pœna confiscationis absque altera declaratione, quamuis contrahentes Sedis Apostolicæ subditi essent, in Statu tamen continuò, & personaliter non manerent,
145 vt patet ex *Conft. 6. & 41. Vrban. VIII.* in quibus omnes facultates alienandi, vel infeudandi, in Statu Ecclesiæ, extraneos, motu etiam proprio Papæ cuicunque personæ concessas reuocat, & annullat.

Clemens verò VIII. distinguens Communitates, Vniuersitates, & Collegia, quæ extra Statum Ecclesiasticum existunt, & Ecclesiastica non sunt. Nec non Principes extraneos quoscumque, qui intra Statum Ecclesiasticum verisimiliter venire non possunt ad habitandum, ab alijs qui habitare possunt in Statu Ecclesiastico, voluit ne ad fauorem priorum aliqua de bonis stabilibus dispositio fieri possit, hoc etiam extendens ad census, & ad bona etiam in Vrbe, & in quacunque parte Status Ecclesiastici existentia; excepta causa dotis, nec non Romanæ Curiæ Officijs, & locis montium. Præfatas autem Sixti V. & Clem. VIII. literas, de alienationibus non faciendis in forenses innouarunt, & extenderunt Paul. V. *Conft.* 108. Vrb. VIII. *Conft.* 65. 72. 151. 153. 157. Innocent. X. & Sanct. Mem. Alexander VII. in sua *Conft.* quæ incipit: *Vt ea*, in fine huius Comm. ad Bullam Vrb. VIII. relata, in qua prædecessorum Cõstitutiones confirmat. Hinc sequitur, quòd licèt versemur in bonis ad Ecclesiam deuolutis, & in feudum concedi, aut quomodolibet alienari solitis, personis in dictis Constitutionibus prohibitis reconcedi non possunt, cum declarentur inhabiles ad acquirendum bona prædicta. In hac verò materia alienationum Romæ prohibitarum in forenses ex Bullis Sixti V. Clement. VIII. Paul. V. Vrban. VIII. & Innoc. X. celebrem habes *Controuersiam* eruditissimi Viri, inter Iurisconsultos, Consultissimi, & Iurisprudentia peritissimi Iulij Caponi inter eius *impress.* 3. Hinc & sequitur bona omnia iurisdictionalia ad quamlibet Ecclesia, vel pium locum pertinentia intrà Italiam existentia, si ad Ecclesiam deuoluantur in feudum iterum concedi non posse sine expresso beneplacito Apostolico, & solemniratibus præscriptis ab Vrb. VIII. *Conft.* 51. quæ incipit: *Humanæ salutis*.

Cæterum quòad alia Ecclesiarum bona alienari, & inuestiri solita, si ad Ecclesiam deuoluantur, reconcedi posse communis est DD. sententia, neque in hac parte Iuris Canonici dispositiones, de quibus, *Scribentes ad cap. 2. de feud.* innouarunt præfatæ Pontificiæ Constitutiones, loquentes, de bonis feudalibus, & Iurisdictionalibus. Et ità expresè docent *Innoc. Panorm. in cap. vt super nu. 11. de reb. Eccl. non alien.* *Paul. de Castr. cons.* 156. *Feder. de Senis cons.* 109. *Cald. cons.* 1. *Redoan. q. 2. cap.* 18. *& ex Curt. Soccin. Leon. in Thes. Ricc. prax. p. 1. res.* 76. *Gennen. prax. Neap. cap. 60. num. 5. & 6. Boss. d. tit. 18. num.* 291. Et patet ex deductis in præcedenti *Notabili*, vbi disertè dixi de concessione, & reconcessione bonorum Emphyteuticorum.

Ad plenam verò huius materiæ intelligentiam generalem regulam, nota quòd res Ecclesiæ à nullo siuè seculari Clerico, siuè Regulari, aut ab eorum Prælatis sine solemnitatibus alienari possunt, vel vltra triennium locari, aut in Emphyteusim dari, nisi in casibus à iure permissis.

Quòad solemnitates attinet, nota per *Extrauag. Ambitiosa*, reuocatas remanere veteres iuris solemnitates, quas omnes supplet beneplacitum Apostolicum absolutum, sine conditione, & ex certa scientia, vt alijs relatis dixit *Rot. dec. 65. nu. 1. & 178. num. 2. p. 2. diuers. & dec. 473. nu. 3. p. 2. recent.* Nam si esset conditionatum, cum clausula, *seruata iuris forma*, vel cum clausula, *quatenus per diligentem inquisitionem &c.* Vel cum clausula, *si ita est*, referendo se ad expressa in supplicatione, seruanda esset forma rescripti Apostolici, cuius verba quòd nunc seruare sufficiat, notat *Redoan. Rubr. de Auctorit. Prælati* §. *sed an in alienatione n.* 7.

Sic igitur hodiè in rerum Ecclesiæ alienatione duo sufficiunt, causa iusta, & beneplacitum Apostolicum, Quamobrem,

mobrem, & si agatur de alienatione bonorum, quæ sunt de Mensa Prælati, si beneplacitum Apostolicum sit absolutum, non requiritur citatio illius, vel Capituli, sed sufficit quòd alienatio vtilis probetur. *Rot. dec.338. num. 2. & decis.443. num.4. coram Seraph. Rebuff. de reb. Eccles. non alien. num.15.* Et quamuis consensus Vniuersitatis, de cuius bonorum alienatione agitur, sit necessarius ex natura rei, tamen vbi agitur de alienatione rei spectantis ad Ecclesiam, vel opus pium, non est necessarius nisi disiunctiuè, & nisi suppleatur per Papam Supremum rerum Ecclesiæ Administratorem. *Rot. dec. 1027. num. 8. coram Seraph. Panorm. cons.41. num. 3. lib.1. Paris. cons. 24. num.4. lib.4. Ruin. cons.64. n.1. lib.1. Donat. q.18.*

Verum tamen est, quòd quamuis beneplacitum Apostolicum suppleat solemnitates iuris antiqui, non tamen iustam alienandi causam supplet; quare vbi non adest necessitas, vel euidens Ecclesiæ vtilitas, alienatio est nulla, neque beneplacitum Apostolicum suffragatur, in quo etiam non expressa, semper subintelligitur hæc clausula. *Si in euidentem &c. Rot. dec.181. num. 4. p.1. dec. 178. num.2. p.2. diuers. dec.96. nu.3. p. 2. recent. Quarant. verbo Alienatio num.7. Boss. d. tit. 18. nu.94. & 191.* cum alijs ab ipsis relatis. *Rot. coram Greg. decis.504. num.5. dec.223. n.1. & 2. p.6. recent. dec.6. num.1. dec.68. n.9. p.7. recent. & dec. 6. nu. 7. coram Emin. Ottobono.*

Quòad res Ecclesiæ notandum hoc vocabulum res, hic largè sumi, adeò vt comprehendat bona omnia, siuè corporalia, siuè incorporalia, siuè mobilia, siuè immobilia, ex quibus breuiter tangam, quæ sine beneplacito Apostolico alienari possint. Sic igitur licet inter non alienabilia primum sibi locum vendicent bona corporalia, quæ sunt immobilia vtpotè Agri, Domus, Vineę, & similia, casus tamen aliquos in iure expressos habemus in quibus generalis assertio de non alienandis bonis Ecclesiæ immobilibus, sine beneplacito Apostolico, suas exceptiones recipit, quarum prima patet *ex cap. Terrulas 12. q.2.* ibi: *Terrulas, aut vineolas exiguas, & Ecclesiæ minus vtiles, aut longè positis paruas; Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi potestatem habet.* Terræ igitur valoris exigui, sine beneplacito Apostolico etiam hodiè ab Episcopo alienari possunt; neque dispositioni *cap. Terrulas* fuisse per *Extrauag. Ambitiosæ*, aut per Bullam Vrban. VIII. derogatum; tradit *Quarant. verb. Alienatio n. 41.* vbi ità à S. Cong. Concilij declaratum testatur *Ricc. prax. resol.36. Barbos. ad d. cap. Terrulas num. 1. & de off. Episc. alleg. 95. num.50.* cum alijs relatis per *Bonac. de alien. disp. vnic. part. 4. Tamb. de Iur. Abb. disput. 13. q.9. num.2. Boss. tom.3. tit.18. n.293:* Quarè etiam stante iuramento de non alienandis bonis Ecclesię inconsulto Romano Pontifice, res modicas alienari posse tradunt, *Panorm. in cap. vt super num.15. Ricc. d. resol. 36. Borgnin. decis.45. num.75. lib. 1. Boss. d. num.293. Seraph. dec.401. in fin.* Quæ nam verò terræ dicantur exiguæ notat pluribus relatis *Grat. discept.452. num.19. Nald. verb. Prælatus num.7. Boss. d. num.295. Palaus tom. 2. tr. 11. p. 14. num. 2. Zerol. in prax. p. 1. verb. Alienatio. Passerin. de Hom. stat. q. 185. art. 7. inspect. 2. num. 312. cum seqq.* quibus notat conditiones necessarias ad hoc vt iste, terrulæ legitimè alienari possint.

Secunda exceptio est de rebus Ecclesiæ potius damnosis, quàm vtilibus, vt multis relatis docet *Barbos. Iur. Eccl. lib.3. cap.30. num.19. & 20.* vbi post *Caualcan. dec.45. num.34. p.1.* dicit procedere, vbi bona essent aquosa, syluosa, sterilia, inundata, infructuosa, & ruinam minantia. Hanc tamen exceptionem non admitto, nisi cum priori coincidat, nimirum, nisi huiusmodi bona simul sint parua. Et in puncto quòd res steriles sine solemnitatibus iuris alienari non possunt ex *Quarant. & Sopran.* tradit *Tambur. de Iur. Abb. tom. 3. disp. 13. q.2. num. 21. & ex Redoan. & Capyc. Boss. d. tit.18. num.293.* Et DD. simpliciter asserentes res infructuosas sine

fine beneplacito Apostolico alienari posse, intelligi debent, si huiusmodi res sint modicæ. Inutilitas siquidem rei vel simpliciter, vel comparatiuè est iusta causa alienandi res Ecclesiæ, quæ tamen ad legitimam alienationem non sufficir, sed simul requiritur beneplacitum Apostolicum. *Rot. dec. 243. num. 12. part. 7. recent. Redoan. rubr. de caus. incommod. num. 10.*

Tertia exceptio est de bonis incertis, & incognitis, aut difficilis recuperationis, quæ inconsulto Papa licitè alienantur si in alienatione appositum sit pactum, quòd laicus proprijs expensis, & periculo illa recuperet. *Rot. decis. 631. num. 3. p. 2. recent. Redoan. de alien. cor. quæ seru. seruand. non possunt num. 32. & 33. ex Nald. Sauant. & Nauar. Donatus q. 77. & Boss. vbi sup. num. 375.* Hanc autem exceptionem limita, vt aduertit *Rot. d. decis. num. 5.* in bonis locari, vel infeudari solitis, quæ ad Ecclesiam delata recuperari non possunt. Alias licet difficultas recuperandi bona, vel ipsorum incertitudo sit iusta causa alienationis, non tamen sufficit, sed præter ipsam beneplacitum Apostolicum exigitur.

Quarta exceptio est, quòad bona, quæ facilem diuisionem non admittunt. Puta si pro indiuiso relicta sit domus Ecclesiæ, & laico, quæ diuidi non potest, volente enim laico suam portionem vendere, poterit Ecclesia, & propriam vendere sine solemnitate, eò quòd venditio est necessaria, vt pluribus relatis notat *Lezan. tom. 2. cap. 19. num. 58. & ex Bordon. tom. 1. resol. 27. num. 5. & 45. Boss. d. tit. 18. num. 376.*

Quinta exceptio est grauis necessitas non admittens moram, & ideò non concedens tempus petendi beneplacitum Apostolicum. *Card. in Clement. 1. de reb. Eccl. non alien. Redoan. rubr. de rer. mobil. modic. alien. n. 51. Tamb. de Iur. Abb. tom. 3. d. 13. q. 9. num. 4. Quarant. verbo Alienatio num. 42. Panorm. cap. fin. num. 8. de Eccl. ædific. & post Piasec. Vgol. Gionag. Filliuc. & Ciarl. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 95. num. 58.*

Sexta exceptio prouenit ex incapacitate, puta si bona relicta sint Religioni, quæ ex proprio Instituto ipsa possidere non possit, hoc enim casu sine beneplacito Apostolico distrahi possunt, quia non solum bona relicta non remanent Ecclesiæ incorporata, sed neque ei possunt incorporari. Et ità declaratum à S. Congreg. refert *Barbos. verbo Alienatio nu. 10. Dian. part. 5. tract. resol. 6. Boss. d. tit. 18. num. 379. Donat. q. 63.*

Septima denique exceptio est si bona relicta sint Ecclesiæ sub conditione, vt sine aliqua solemnitate alienari possint. Hanc tamen absolutam exceptionem non admitto, sed dico talem conditionem, vti contra ius habendam pro non adiecta, *cap. verum, de condit. appos.* & sic relictum, sine solemnitatibus alienari non posse tradit *Quarant. verbo alienatio num. 31. Couar. in cap. tua de testam. Sopran. tract. 44. cap. 4. nu. 29. Bonac. de alien. p. 4. num. 11.* Quòd si aliquid Ecclesiæ relictum esset sub conditione, vt vendatur ad aliquem effectum determinatum puta emendi ex prætio aliquid pertinens ad Dei cultum, vel ad effectum erogandi ipsum prætium in pauperes, arbitror, quòd Ecclesiæ ità relictum absque altera solemnitate vendi posset, quia intentio donantis non fuit, vt Ecclesia haberet rem relictam, sed vt haberet rem ex eius prætio emptam.

Bona item immobilia incorporalia, vtpotè sunt iura, & actiones, sine solemnitate alienari non posse, communiter docent Doctores, idem asserentes de mobilibus prætiosis, quæ seruando seruari possunt, vt pleno calamo tradit *Passerin. loc. cit. à num. 340. vsque ad num. 446.* Cæterum in alienatione rerum, & fructuum, quæ seruando, seruari non possunt nulla requiritur solemnitas, vel Beneplacitum Apostolicum, vt patet ex declaratione *Sac. Congreg. Concil. in nullius 18. Septembr. 1627.* quam refert, *Lezan. p. 2. cap. 19. num. 57.* Et ita expressum habetur *in Extrauag. Ambitiosa*, & ibi communiter docent *Canonistæ*. Quas verò pœnas incurrant contra formam *Paulinæ* bona Ecclesiæ alienantes, in ipsamet

Extra-

Extrauag. Ambitiosæ, expressum habemus, & communiter docent DD. de materia. *Alien. rer. Eccl.* tractantes.

Affrancatio item rei censualis, vel emphyteuticæ cum sit species alienationis, sine solemnitatibus, & Beneplacito Apostolico fieri non potest. *Rot. decis.* 13. *&* 14. *part.* 1. *diuers. & dec.* 1080. *num.* 9. *coram Seraph. & in Romana pratensa deuolutionis* 10. *Martij*, *&* 10. *Maij* 1595. *coram Millino Ricc. prax. part.* 1. *resol.* 77. *Boss. tit.* 18. *num.* 312. Hoc autem intellige de affrancatione voluntaria, & non de necessaria, quæ nimirum fuit in pactum deducta *Rot. dec.* 1080. affirmant *Ricc. & Boss. loc. cit.*

Contractus itidem, qui Precarium dicitur, per quem vtile alicuius rei dominium transfertur *l.* 1. *ff. de precario cap.* 3. de precarijs, non potest fieri de rebus Ecclesię sine solemnitatibus *Redoan. de reb. Eccles. alien. q.* 2. *cap.* 24. *Ricc. prax. p.* 1. *resol.* 61. *Barbos. Iur. Eccl. p.* 3. *cap.* 30. *num.* 27. *Boss. d. tit.* 18. *num:* 313.

Præcariæ etiam, contractus scilicet, quo ad præces res aliqua ad certum tempus alicui conceditur, de quinquennio verò ad quinquennium renouatur, *cap.* 1. *& fin. de precar. Syluestr. in verb. Precarium. Redoan. quæst. d.* 2. *cap.* 24. celebrari non potest de rebus Ecclesiæ sine solemnitatibus, *Reodan. vbi supra Barbos. d. num.* 27. Sequitur enim naturam locationis ad longum tempus.

Concessio quoque alicuius rei per translationem dominij ad beneplacitum, cum sapiat naturam perpetuę alienationis, quia sine causa reuocari non potest. *Capic. dec.* 116. *&* 121. *alleg.* 119. *num.* 116. *Ricc. prax. part.* 1. *resol.* 61. *Boss. d. tit.* 18. *num.* 314. Annuos etenim redditus ad beneplacitum concessos, vti perpetuos considerari aduertit *Grat. discept.* 756. *num.* 21. ad sui iustitiam, & valorem solemnitates iuris exigit in alienatione rerum Ecclesiæ requisitas, *Ricc. & Boss. loc. cit.* Gratiam siquidem ad beneplacitum factam censeri perpetuam ex *Capicc. decis.* 123. *num.* 4. *addit. ad dec.* 116. habet *Ricc. d. resol.* 61. Sic Officialis à Principe ad eius beneplacitum creatus, perpetuò creatus dicitur *l. iuris peritus ff. de excus. Tut. l. principalibus ff. si cert. pet. vbi Alex. num.* 6. *Ias. in l. centesimis* §. *ita stipulans ff. de verb. oblig. Mascard. de prob. conclus.* 188. *num.* 8. *lib.* 1. *Ann. cons.* 56. *num.* 22. *vol.* 1. Quod & procedere in Officiali ab Episcopo deputato voluit *Gutier. l.* 2. *can. quæst. q.* 11. *num.* 4. *Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.* 12. *num.* 8. vbi docet deputatum ad aliquod officium absque legitima causa remoueri non posse, idem affirmat *Menoch.* alijs relatis in *addit. ad l.* 1. *de arbitr. q.* 55. *num.* 21.

In contractu item superficiario dicto, cum res alienetur sequitur, quòd celebrari debeat, iuxtà leges de rebus Ecclesiæ non alienandis *Redoan. vbi supra*, *& Boss. num.* 315.

Colonarius item contractus cum sit vera emphyteusis, & alienationem importet, vt ex *Benedict. Canophil. in repet. Extrauag. Ambitiosæ*, habet *Redoan. d. q.* 2. *cap.* 23. sine iuris solemnitate de re Ecclesiæ fieri non potest, *Redoan. vbi supra*, *Boss. numer.* 316.

Locatio item vltra triennium de rebus Ecclesiæ sine solemnitatibus hodiè fieri non potest, adeòut vna Ecclesia, bona alterius vltra triennium conducere nequeat. *Extrauag. Ambitiosæ. Couar. var. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 4. *Redoan. de reb. Eccl. non alien. q.* 58. *num.* 21. *Caroc. de locato part.* 3. *tit. de reb. Eccles. locand. concl.* 5. 6. *&* 9. *Bonac. tract.* 2. *de alien. bonor. Eccles. q. vnic. punct.* 2. *num.* 24. *Tambur. de Iur. Abb. tom.* 3. *disput.* 14. *q.* 1. *cum seqq. Barbos. Iur. Eccl. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 30. *& de offic. Episc. alleg.* 95. *num.* 3. *& seqq.* vbi aduertit triennium, à tribus fructuum collectionibus esse computandum, latè etiam disputat, an locatio vltra triennium facta vitietur in totum, & an rerum Ecclesiasticarum fructus vltra triennium locari possint, de quibus, & latè *Ciarlin. controuers. forens. cap.* 105. *à num.* 127, *& seqq.* Quamobrem non solum hodiè est prohibitum res Ecclesiæ sine solemnitatibus locare in perpetuum, *cap. ad audientiam*,

tiam, *de reb. Eccl. non alien. cap. nulli eod. tit. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 2. vbi num.* 7. dicit locationem ad 30. annos cenſeri perpetuam. Vel ad longum tempus, nimirum ad decem annos *Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* & pluribus relatis *Barboſ. ad d. Clem. 1.* Sed neque ad nouennium, quòd olim fieri licitum patet ex gloſſ. in *cap. veſtræ de locato, & in Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* Et hoc procedit tam in Prælatis ſecularibus, quàm in Regularibus, quibus vltrà triennium res Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, locare hodiè non eſt permiſſum, vt vno ore concludunt DD. præſertim Canoniſtæ ad *Extravag. Ambitioſæ*, patet ex Decret. Vrb. VIII. iuſſu edito ſupra relato; & reſpectiuè ex citatis Romanorum Pontificum Conſtitutionibus, diſertè notat, *Paſſerin. de Hom. ſtat. q. 185. art. 7. à nu. 208. vſque ad 246.* vbi hanc materiam varijs limitationibus, & concluſionibus latè exornat.

Ad rem verò nota, & memoriæ retineas, quòd locationes rerum Eccleſiaſticarum, quæ repreſentata pecunia, vel anticipatis ſolutionibus fiunt in præiudicium ſucceſſorum, ſunt prohibitæ, ità ſtatuit *S. Trid. Concil. ſeſſ. 25. de reform. cap. 11.* notant *Bellett. diſquiſ. Cleric. p. 1. tit. de Cler. ædbit. §. 4. Piaſec. prax. Epiſc. part. 2. cap. 4. num. 65. verſ. locationes Genuenſ. in practicab. Eccleſ. quæſt. 166.* Quandò verò, & quomodò ſucceſſor in beneficio, locationi à prædeceſſore factæ, ſtare teneatur, vide *Paſſerin. loc. cit. num. 241. & ſeqq.*

Datio in ſolutum, quæ emptioni, & venditioni comparatur ſine iuris ſolemnitate fieri non poteſt *Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 2. cap. 17. Afflict. dec. 335. num. 18. Cephal. conſ. 252. num. 34. & conſ. 255. num. 3. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1147. num. 14. Gutier. practic. lib. 2. q. 157. Menoch. de arbitr. caſu 171.* cum alijs relatis à *Barboſ. ad cap. nulli 10. de reb. Eccleſ. non alien.* Limita in dotatione in ſolutum neceſſaria, facta nempè Iudicis auctoritate ad æs alienum reſtituendum, *Barboſ. alys citatis verbo Alienatio num. 14.*

Ceſſio iuris, actionis, litis, & cauſæ reſpicientis rem Eccleſiæ alienari prohibitam ſine ſolemnitatibus non eſt permiſſa *Panorm. ad cap. 1. num. 8. de depoſito, & ad cap. nulli, num. 9. de reb. Eccl. non alien. Sylueſtr. verbo Alienatio num. 8. & 17. Verall. deciſ. 106. num. 3. p. 1. & dec. 318. p. 3. Gratian. diſcept. 674. num. 6.*

Dimiſſio item poſſeſſionis de re Eccleſiæ eſt ſpecies alienationis prohibita, adeò vt neque pro derelicta ipſam habere ſit permiſſum, quicquid dixerit *Nata apud Boſſ. tit. 18. num. 253.* Ita *Redoan. rubr. de ſignif. verbo Alienatio Grat. diſcept. 674. à num. 7. & cap. 846. num. 22.*

In Tranſactione quoque rerum Eccleſiæ, eædem ſolemnitates, quæ in alienatione requiruntur *Aym. conſ. 323. num. 1. Fed. de Senis conſ. 94. Riminald. conſ. 129. num. 3. lib. 5. Rebuff. de alien. rerum Eccleſ. num. 66: Grat. diſcept. tom. 3. cap. 476. num. 16: & plenius tom. 5. cap. 846. nu. 8. & 13: Coccin. deciſ. 301. num. 1. Add. ad Greg. deciſ. 418. num. 17.* Dubius verò litis euentus eſt cauſa ſufficiens ad tranſigendum ſuper re Eccleſiæ, & Tranſactio cum ſolemnitate iuris facta valet, vt pluribus relatis notat *Barboſ. Iur. Eccl. lib. 3. cap. 30. n. 41. Couar. var. lib. 2. cap. 17. num. 2. Rot. in Bononien tranſactionis 14. Iunij 1628. coram Ghiſlerio, & deciſ. 178. p. 1. diuerſ.*

Compromiſſum de re Eccleſiæ alteri tradenda ſine iuris ſolemnitate fieri non poteſt, ſe habet enim ad inſtar Tranſactionis, ex notatis per *Redoan. loc. cit. num. 20. Grat. diſcept. 674. num. 15. & diſcept. 379. à nu. 10. Barboſ. verbo Alienatio nu. 17.* Quod intellige ſi non ſit neceſſarium, vt perpenſis verbis textus in *cap. cum tempore, de Arbitr.* reſoluunt *Pinell. Pereira, Seſſe, Fuſar.* quos referunt *Barboſ. d. num. 17. Grat. diſcept. cap. 379. num. 10.* Nota tamen quòd vbi agitur de bonis iuriſdictionalibus in Statu Eccleſiaſtico exiſtentibus contractus neceſſitas locum non habet, quia huiuſmodi bona ſunt prohibita alienari etiam ex cauſa neceſſaria per *Conſtitut. 108. Pauli V.*

Re-

Renunciationem hæreditatis, donationis, aut Legati Ecclesiæ facti, sine iuris solemnitate fieri non posse, eò quòd per talem renunciationem res Ecclesiæ alienatur, pluribus relatis asserunt Barbos. de off. Episc. alleg. 95. num. 54. Redoan. rubr. de signif. verbi Alienatio §. pariter repudiatio. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 4. nu. 12. Contraria tamen sententia est verior, quam docent Panorm. in cap. tua nos, num. 9. vbi Card. & Imol. de his, quæ fiunt à Prælat. Et re multum discussa Syluest. verb. Alienatio num. 18. Ricc. prax. p. 1. resol. 92. Rot. dec. 30. lib. 2. p. 3. diuers. Fut. decis. 519. seù in nouis 507. lib. 2. Bellet. disquis. Cler. part. 1. tit. de Cler. debit. §. 5. num. 11. cum seqq. Barbos. ad cap. nulli, num. 9. de reb. Eccl. non alien. & lib. 3. de iur. Eccl. cap. 40. num. 42. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 14. num. 11. Bonac. de alien. part. 2. num. 33. Palaus tom. 1. tract. 12. part. 15. §. 1. nu. 11. Peyrin. tom. 1. in Const. 9. Iul. 11. num. 16. Lezan. tom. 2. cap. 19. num. 60. Boss. d. tit. 18. num. 266. cum alijs ab istis relatis, Prælatus enim in acquirendis Ecclesiæ præiudicare potest, quamuis ei actio quæsita sit Gloss. in cap. fin. verb. meliorem 16. q. 6. Felin. in cap. verum num. 11. de for. compet. Rip. respons. 61. num. 8. Ricc. prax. p. 1. resol. 92. Rot. diuers. p. 3. decis. 233. num. 6. & decis. 284. num. 9. lib. 3. Bellett. disquis. Cleric. tit. de Cler. debit. §. 5. num. 10. Seraph. dec. 1198. num. 2.

Certi tamen iuris est, quòd hoc sine iusta causa facere non potest Syluestr. verb. Alienatio num. 18. Si autem faciat quamuis non incidat in pænas Extrauag. Ambitiosæ, tamen mortaliter peccat in Christum, & Ecclesiam iniustè sacrilegus. Ecclesiæ verò in integrum restitutio competit, eum ei hoc beneficium detur respectu acquirendorum, & ratione lucri cessantis. Iustam autem causam repudiandi agnoscas in hæreditate damnosa, & litigijs, atque vexationibus subdita. Dic etiam iustam causam esse si id fiat, ex pietate erga illos, ad quos hæreditas, vel legatum repudiatum peruenire debet, vti Testatoris consanguineos, & pauperes, aut ad vitandam causam scandali, & malè opinionis, quòd Religiosi in acquirendis facultatibus contra proprium institutum, & Apostolicum exemplum, intenti videantur, vt ex Redoan. Valero, & Bellotto habet Boss. d. tit. 18. num. 276. Non posset tamen Prælatus sine iuris solemnitate repudiare hæreditatem prouenientem Monasterio ex persona religiosi in eo professi, nam ex vi professionis Monasterium confestim bonorum profitentis dominium acquirit etiam quòad possessionem, quia per professionem fit transitus in Monasterium cum omnibus suis bonis, si bonorum dominio sit capax Bart. in auth. ingressi num. 28. C. de Sacros. Ecclesijs, Bald. in auth. si qua mulier num. 15. C. eodem Alex. cons. 80. n. 4. lib. 2. Rot. in Perusina bonorum 19. Nouemb. 1584. coram Pamphil. Grat. cap. 118. num. 33. & 34. Ricc. prax. p. 1. resol. 97. Sanch. in sum. lib. 1. cap. 12. num. 23.

Pignoratio etiam, hypothecatio scilicet, de rebus Ecclesiæ fieri non potest sine iusta causa, & iuris solemnitate, quod patet, ne dum inspecta Extrauag. Ambitiosæ, & Sac. Cong. Concil. Decret. Vrban. VIII. iussu edito, & supra relato, sed ex hoc ipsa Vrbana Const. ibi; quæcumque pignorationes. Verum cum hypotheca alia dicatur generalis, alia specialis non leuis dubitatio insurgit, vtrum prohibitio intelligi debeat de generali, vel speciali. De generali intelligendam esse docent Nauar. de alien. rerum Eccles. num. 2. Barbos. de off. Episc. alleg. 19. num. 85. de Iur. Eccl. lib. 3. cap. 30. num. 29. & ad cap. nulli, de reb. Eccl. non alien. num. 6. Filliuc. tom. 3. tract. 44. cap. 2. num. 2. Peyr. tom. 1. Const. 9. Iulij II. num. 13. Boss. tit. 18. num. 4. Donatus p. 2. tract. 14. q. 67.

E' contra verò quòd non sit prohibita hypotheca generalis docent Panormit. in d. cap. nulli, num. 3. & in cap. 2. num. 3. de precar. ex Barbat. Dec. & Antonio de Fano Couar. lib. 2. var. cap. 16. nu. 7. Redoan. rubr. 1. §. Item Laym. lib. 3. tract. 4. cap. 10. num. 2. Palaus tom. 2. p. 15. num. 2. DD. com-

muniter *ad d. cap. nulli*, *Bordon. reſolut.* 27. *num.* 13. *Ciarlin. controuerſ. p.* 2. *cap.* 183. *à num.* 107. Et declaraſſe *Sac. Cong. Concil. ſub die* 14. *Iulij* 1638. quòd in decreto Vrb. VIII. non ſit comprehenſa hypotheca generalis refert idem *Ciarlin.* apud *Boſſ. tit.* 18. *num.* 4. addens idem tenuiſſe *Rotam in Amerina Bonorum coram Veroſpio* 19. *Aprilis* 1641. *& coram Roias* 21. *Februarij* 1642. *&* 2. *Iunij* 1645.

In hoc opinionum conflictu, ex vtraque parte probabilium attenta diſpoſitione *text. in dicto cap. nulli*, illorum ſententiam hodiè amplectendam opinor, attenta diſpoſitione *Extrauag. Ambitioſæ*, & hac *Vrban. Conſt.* quaſcumque pignorationes abſolutè prohibentem, quod & apertè deducitur ex alijs Pontificijs Conſtitutionibus, in quibus ſub clauſulis ampliſſimis omnis alienatio, & hypotheca ſine conſenſu Papæ prohibetur, etiam in caſu, quo cenſetur neceſſaria, quia Sedes Apoſtolica de hac neceſſitate cognoſcere vult, & videre verum talis ſit, quòd ſalua iuſtitia alienandi facultas negari non poſſit; vt aduertit *Paſſerin. loc. cit. à num.* 266. *vſque ad num.* 278. vbi hanc materiam plenè examinat, & contrarijs reſpondet.

Mutuum etiam accipere non poteſt Eccleſia ſine ſolemnitatibus, cum cambio, aut ſolutione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ex Decreto Vrban. VIII. & ſpeciali declaratione S. Congregat. prout haberi in libello dicto, *Decreta recentiora fol.* 158. tradunt Barboſ. *in ſum. verb. Alienatio nu.* 9. *Lucerna Regular. verb. alienatio num.* 1. *Lezana tom.* 3. *verb. alienatio num.* 5. *Donat. p.* 2. *prax. tract.* 14. *q.* 68. Et ad rem nota, quòd in cauſa mutui Eccleſia eſt priuilegiata; adeò vt ad ipſum ſoluendum obligari non poſſit, niſi creditor probet pecuniam mutuatam in Eccleſiæ vtilitatem conuerſam fuiſſe. *Auth. hoc ius porrectum* C. *de Sacroſ. Eccleſ. cap. penult. de fideiuſſ. vbi* Innoc. *& Panorm. num.* 4. *Couar. lib.* 2. *var. cap.* 17. *num.* 3. *Redoan. de alien. q.* 4. *num.* 1. *Gratian. diſcept.* 196. *num.* 8. Et DD. communiter quos refert *Paſſerin. loc. cit. à num.* 279. *vſque ad num.* 299. vbi hanc materiam varijs Concluſionibus eruditiſſimè exornat.

Fideiuſſio itidem per quam obligantur bona Eccleſiæ immobilia, vel pretioſa mobilia etiam per generalem hypothecam, ſine ſolemnitatibus eſt prohibita, nam omnes fideiuſſiones, cautiones, & obligationes habentes vim ius præbendi ſuper bonis Eccleſiæ ſunt ſpecies alienationis. Quamobrem *Clem. VIII. conſt.* 78. §. 10. expreſsè prohibet ſubditis Status Eccleſiaſtici, fideiuſſiones, vel cautiones præſtare, aut alias obligationes facere, pro Communitatibus non Eccleſiaſticis extra Statum Eccleſiaſticum exiſtentibus.

Cenſus etiam impoſitio vti ſpecies alienationis, quia per huiuſmodi contractum venditur libertas bonorum Eccleſiæ, ſine ſolemnitatibus eſt prohibita. Negari ſiquidem non poteſt, quod impoſitio cenſus non ſit alienatio *l. fin.* C. *de reb. Eccl. non alien. Lezan. verb. alienatio num.* 5. *& part.* 2. *cap.* 19. *& cap.* 55. Et huiuſmodi contractus habetur expreſſus in *decreto Vrbano* VIII. Quinimò, & Sac. Congregationem declaraſſe non licere Regularibus, pro ſolutione etiam æris alieni vendere cenſus, notant *Gauan. & Nouar. Lucern. Regular. verb. alienatio núm.* 3. *Lezan. d. num.* 5.

Quæ dico de impoſitione cenſus, militant in impoſitione cuiuſuis ſeruitutis ſuper re Eccleſiæ, ſi per ipſam nouum aliquod ius ſuper eadem re in alium transferatur *Quarant. verbo Alienatio num.* 21. *Rebuff.* quem ſequitur, *Barboſ. ad d. cap. nulli nu.* 14. *& verb. alienatio num.* 10. & apud ipſum *Gomez. Cephal. Peregr. & alij.*

Inter alienationes denique de rebus Eccleſiæ prohibitas, fructiferarum, & cæduarum arborum inciſio ponitur, & fructiferas arbores incidentes ſine ſolemnitatibus iuris incurrere pœnas alienantium res Eccleſiæ, tradunt *Nauar. conſ.* 7. *de reb. Eccleſ. non alien.* Rodriq. *tom.* 1. *q.* 27. *art.* 4. *Quarant. verb. alienatio nu.* 33. Ricc. *prax. p.* 1. *reſol.* 50. *num.* 1. *Tambur.*

de Iur. Abb. tom. 3. *disp.* 13. *q.* 3. *Barbos. ad Extravag. Ambitiosæ num.* 30. *Sepran. in append. ad Eill. tract.* 44. *cap.*4. *nu.* 7. *Rot. dec.* 553. *p.*2. *recent. Donat. prax. p.* 2. *tract.* 14. *q.*69. cum alijs ab ipsis relat. Et quamuis probabile sit, quod tradit *Bonac. de alien. p.*2. *num.* 7. Arborum scilicet incisionem non comprehendi sub *Paulina*, quia incisio est damnificatio, & aliud est alienare, aliud damnificare. Attamen in hoc standum est praxi Romanæ Curiæ, & Sacræ Congreg. Concil. quæ Ecclesiarum Rectoribus arbores non cæduas incidere non permittit sine Sedis Apostolicæ licentia, & aliter facientes seuerè puniuntur, vt testatur *Passerin.* vbi supra *num* 304. *in fin.*

Decimum quintum notabile est quòd
147 *Vrbana Const.* generaliter reprobat, & damnat, quoteumque, & qualiacumque Sedi Apostolicæ, Iurisdictioni, Immunitati, & Libertati Ecclesiasticæ, seu Ecclesiæ, vel personis Ecclesiasticis, earum iuribus, bonis, & fructibus quomodòcumque præiudicialia, cum omnibus indè sequutis, vt distinctè patet ex notatis in præcedenti *Notabili*.

Decimum sextum notabile est, quòd
148 præiudicialia quæque Libertatem, & Immunitatem Ecclesiasticam respicientia, siuè Ecclesiasticorum, siuè ipsarum Ecclesiarum bona, Iura, & fructus respiciant, non possunt dici conualidata per lapsum temporis immemorabilis cum fama priuilegij Apostolici, iuncta etiam scientia, & permissione Romanorum Pontificum. Hinc de medio sublatas nota quæstiones, quin imò multorum as-
149 sertiones, ex scientia, permissione, vel vt melius dicam Romanorum Pontificum tollerantia tacitum ipsorum elicientes consensum, in his, etiam quę Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum Immunitatem offendunt. Atque ideò, hoc præmisso argumento docere non verebantur, Laicorum Principum iurisdictioni ea omnia legitimè competere, quæ licèt iure communi inspecto sint iurisdictionis Ecclesiasticæ; data tamen scientia, & permissione Romani Pontificis, conualidata remanent, quasi per speciale priuilegium in potestatem laicalem translata; Et vt cæteros DD. prætercam, qui Laicali Iurisdictioni patrocinantes, scripsisse reperiuntur, contra Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, hoc innixi fundamento consuetudinis immemorabilis addita scientia, & patientia Romani Pontificis, quorum dicta ante hanc *Vrbani Constitutionem*, inter intricatas iuris cauillationes aliquam verisimilitudinis speciem habebant. Cautè legendum admoneo alias Eruditissimum Virum D. Franciscum Roccum Re-
150 gium Consiliarium Neapol. in suo *Tract. de Offic.* Neapolis Typis dato Anno 1669. cuius reuisio, atque relatio Sacræ Congregationis decreto mihi vti vni ex eiusdem Congregationis Consultoribus, commissa in hanc sententiam descendi, meumque fuit consilium præfatum *Tract. de Offic.* singulari indigere expurgatione, correctionemque faciendam, signatis locis correctione dignis Reuerendissimo eiusdem Congregationis Secretario consignaui, præsertim propter ea, quæ Libertati, & Immunitati Ecclesiasticæ perniciosissima exponit in §. 1v. vbi loquitur. An Clerici, & personę Ecclesiasticę comprehendantur sub laicalibus prohibitionibus contra extrahentes prescriptis, nam inter cætera, quæ ibi habentur à Iure aliena, & Sacrorum Canonum decretis, Pontificijsque Constitutionibus repugnantia, suam intentionem fundat in consuetudine immemorabili, quam habere dicit vim priuilegij, addita scientia, & patientia Romani Pontificis, qui censetur dispensare, dum ei nota sunt grauamina, quæ Ecclesijs, & Ecclesiasticis inferuntur, eaque non prohibet cum prohibere possit. Nullam siquidem consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam introduci posse eruditè demonstrat *Surd. cons.* 301. *vbi impugnat cons.* 1000. *Menoch.* Quodque consuetudo, quæ
151 Ecclesiasticos laicali iurisdictioni aliqualiter supponit, vti improba attendi non debeat, & nulla sit, infinitis propemodum DD. allegatis docet *Sperell. d.* 12. *nu.*59. *& dec.*37.

Et

Et omni prorſus dubio apud Pios DD. caret, ſtante publicatione, quæ quot annis fit de Bulla in Cæna Domini, in qua ne dum prohibetur laicis violatio libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ ſub pæna excommunicationis Papæ reſeruatæ, ſed in ſpecie cuicumque conſuetudini, ſeù præſcriptioni derogatur. Salua etiam manent Iura Eccleſiæ, & Ec-
152 cleſiaſticorum ſtante prouida hac *Vrban. Conſt.* de qua ſi eruditiſſimus *Rocch.* notitiam habuiſſet, vel ſi ipſam perpendiſſet, in quarta parte ibi: *Nec non reliqua.* Vbi, Papa, poſtquam damnauit omnia, & ſingula Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum præiudicialia, ſpecialiter declarat non fuiſſe conualidata, etiam ex tempore immemorabili cum fama priuilegij Apoſtolici, iuncta etiam ſcientia, & permiſſione Romanorum Pontificum, pro certo non ſe fundaſſet in conſuetudine immemorabili, neque in ſcientia, & patientia Papæ. Quamplurima etenim Romanos Pontifices tolleraſſe, & tollerare perſpicimus; at cum ipſo-
153 rum patientia non ſit voluntaria ſed coacta hinc approbans conſenſus inferri non poteſt, vt eruditè poſt alios ponderat *Sperell. d. deciſ. 37. num. 61.* vbi benè aduertit, quòd non ſufficit tacitus Papæ conſenſus, ſed expreſſus requiritur.

Decimum ſeptimum notabile eſt, per
154 quod confirmantur expreſſa in notabili ſuperiori; quòd ex lapſu temporis immemorabilis, iuncta etiam ſcientia, & patientia Papæ, vbi de præiudicialibus Eccleſiæ agitur nulla beneplaciti Apoſtolici præſumptio, vel aliqua bona fides, poſſeſſio, aut præſcriptio iuduci poſſit, prout rotundis literis legitur in quarta parte *huius Conſt.* ibi: *Nec non reliqua.* Vbi Papa quot annis reprobari conſiderat in Bulla Cænę Domini, ad maiorem quoque cautelam reprobat, & damnat, neue beneplacita in præiudicialibus Eccleſiæ præſumi valeant, ſemper denegata fuiſſe declarat; ipſa præiudicialia, quatenus opus ſit reuocando, caſſando, & annullando cum conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & fama priuilegij, quas illicitas, & irrationabiles dicit; prout etiam ſancitum repetitur *in cap. Conſuetudines. De conſuetudine.* Et conſuetudinem Ec-
155 cleſijs oneroſam, ſeù præiudicialem ratione carere, patet ex not. *in cap. 1. de his, quæ fiunt à maior. part. Cap. cap. ad audientiam, cap. cum inter nos, de conſuetud. cap. cum cauſa, de ſent. & re iud. Hoſt. hic num. 6. & 7. cum cæteris Canoniſtis.* Quarè vti corruptela extirpari debet *cap. mala diſt. 8. cap. fin. de conſuet.*

Hæc autem regula etiam procedit in
156 Statuto Epiſcopi, quod ſi Eccleſiæ grauamen inferat eſt nullum, vt poſt *Goffred.* firmat *Hoſt. in cap. Conſuetudines in fin. vbi & Card. cum Abb. & Anch.* idemque docet *Hoſt. in cap. Quæ in Eccleſiarum num. 4. de Conſt.* Nec non ſibi locum vindicat
157 in Statutis Legati à Latere, vt patet ex ſupra notatis ad hanc *Vrban. Conſtit.* & expreſſis *in cap. Dilectus, de offic. Legat.*

De quo verò grauamine intelligenda
158 eſſet reprobatio conſuetudinis, quę fit in cit. *cap. conſuetudines*, non leuis erat quæſtio inter Canoniſtas, adeò vt *Bellam. hic in 2. quæſt.* ſe de hoc ſemper hæſitaſſe, & à maioribus ſemper dubitatum audiuiſſe fateatur, neque clarè à quoquam deciſum vidiſſe; Aſſerit enim *gloſſ. in princ. & Io: Andr. num. 2.* verba præfatæ decretalis eſſe intelligenda de conſuetudine, quæ multum lædit Eccleſiam *Hoſtien. etiam hic num. 5.* explicat verbum, *grauamen*, ſcilicet enorme, & oneroſum *Collectar. n. 3. & Abb. num. 5.* magnum grauamen exigunt; idemque *Abb. conſ. 72. num. 3. lib. 1.* ait non quamlibet conſuetudinem contra Eccleſiam eſſe nullam, ſed illam, quæ magnum præiudicium affert *Decius* quoque hic reſtringit textum ad conſuetudinem multum grauantem *Bellam. d. q. 2.* magnum, & notabile grauamen exigit *Cardin. denique in 2. oppoſ.* dicit, quòd grauat immodicè.

Quare propter authoritatem conſuetu-
159 dinis teneri Eccleſiam tolerare incommoda non multum lædentia non vulgaris fuit DD. ſententia innixa

dictæ decretali in *cap. consuetudines*, iuncta *gloss. secund. Card. in 2. oppos.* A' consuetudine etenim sine magna causa non esse recedendum patet ex *l. in rebus ff. de Const. Princ. cap. cum consuetudinis, de consuetud.* Et quamuis in remedijs ordinarijs curetur etiam de modico *cap. ultim. 14. q. ult. cap. si proponente, de rescript.* hoc tamen fallere propter authoritatem consuetudinis notat idem *Card. in 2. oppos.*

Omnis tamen quæstio, & præfata di-
160 stinctio inter magnum, & modicum præiudicium, quæ procedit de plano in terminis iuris communis sublata remanet per hanc *Vrban. Constitutionem*, in qua reprobando consuetudines Ecclesię præiudiciales vtitur Papa verbis vniuersalibus, & geminatis, vt patet ex *Secunda parte dictę Const.* ibi: *in §. Nihilhominus*, & ex *quarta parte*, ibi: *Nec non reliqua*, & ibi: *omnia quotcumque, & qualiacumque &c. quomodolibet præiudicialia*. Quæ quidem verba, quodcumque præiudicium, cuiuscumque sit qualitatis comprehendere videtur ex *not. per gloss. in cap. vt circa in verb. omnia, & singula, de elect. in 6. Iason. in l. Titia §. fin. num. 3. ff. de verb. oblig.* Quarè etsi Constitutio non esset intelligenda de quolibet præiudicio, sed de graui; & magno duntaxat; vt sic interpretationem reciperet à iure communi, secus tamen dicendum attentis verbis vniuersalibus, & geminatis, quæ impediunt ne Constitutio restrictiuam interpretatio-
161 nem recipiat, ità *Salicet. in l. 2. C. de noxal. Alex. cons. 118. num. 5. lib. 5. & cons. 35. num. 8. & 9. lib. 6.* latè *Crauett. cons. 193. per tot.* Et quatenus modicitas præiudicij non videretur sufficiens ad annullandam consuetudinem, Papam in hac parte
162 consulendum forè arbitror, cum hæc Constitutio interpretationem non admittat, sed ad literam sit intelligenda, vbi Apostolica declaratio non accedit, vt patet in septima parte eiusdem, ibi: *Et quatenus &c.*

Sublata item hodiè remanet quæstio,
163 quæ non leuis erat inter Canonistas. An dispositio *cap. consuetud.* improbantis, consuetudines Ecclesijs onerosas locum sibi vindicet in Clericis, & eorum bonis patrimonialibus, nam hodiè reprobata opinione negatiua in quam descendit *Abb. in d. cap. consuetudines, num. 3.* cum alijs relatis per *Fagn. in Comment. ad d. cap. consuetudines num. 28.* opinio affirmatiua, pro qua olim pugnabant *Host. Io: And. ad d. cap. consuetudines*, quos sequuntur *Butr. Io: de Imol. & Io. de Anan.* & pro qua facit *text. in cap. Clericis, de Iudic. & in cap. ex literis, de Pignor.* hodiè canonizata, & approbata remanet *in hac Vrban. Const.* qua irritæ decernuntur consuetudines, Ecclesiasticis, eorumque bonis, iuribus, & fructibus præiudiciales, & in qua de Clericis eorumque bonis, iuribus, & fructibus explicitè loquitur, vt pluribus notat *Fagn. loc. cit. à nu. 27. vsque ad 31.*

Et generalis sit regula, quòd quælibet consuetudo, siuè generalis, siuè particularis libertati Ecclesiasticę contraria, ne dum per Constitutiones Pontificias, Sacraque Concilia reprobata remanet, vt patet ex *cap. Clerici, de Iudic. ex cap. Inolita, cap. Placuit, cap. si Clericus, cap. si quis ex fratribus, & cap. Peruenit 11. q. 5. cap. Imperialis dist. 21. & cap. nouerint, de sent. excom.* Sed ex ipsis Imperialibus legibus, vt legitur in *Auth. Cassa C. de Sacros. Eccles.* quam postea Honor. III. confirmauit, excommunicando in *d. cap. Nouerint*; omnes, qui consuetudines introductas contra libertatem Ecclesiasticam introductas seruari fecerint, quod & quot annis fit per publicationem Bullę Cænę Domini, vt notant *Colleg. Bonon. in respons. contra Venetos num. 59. Vgolin. in respons. ad Iurisconsult. Gymnas. Patauin. cap. 7. Io: Franc. Fagn. de iust. censur. Paul. V. p. 4. fol. 116. Bonac. de censur. disp. 2. q. 4. pun. 2. Sousa contra Venetos. Marth. de Iurisdict. part. 4. cent. 1. cas. 7. num. 12. Suar. contra Regem Angl. lib. 4. cap. 22. n. 3.* Idque etiam si sit quantumuis immemorabilis. *Azor. p. 1. lib. 5. cap. 11. q. 1. Pesant. de Immunit. Eccl. disp. 2. num. 2. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 10. num. 1. Duard. in Bull. Can. cap. 14.*

disput.

disput. 74. *num.* 2. *& disput.* 76. *nu.* 5. *Surd. consf.* 301. *nu.* 53. *tom.* 3. *Marth. cent.* 2. *cas.* 101. *Comitol. in Apolog. contra Venet. cap.* 3. *num.* 8. & alij innumeri per ipsos relati.

Neque hodiè locum habet limitatio, quòd immemorabilis cum fama constanti Priuilegij Papæ iuuet, & excuset à pænis, præsumique faciat iustum titulum in ijs, quorum quis citra priuilegium Papæ non esset capax, vt docuerunt *Suar. d. lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 17. *Laym. lib* 4. *tract.* 9. *cap.* 10. *num.* 2. *Rot. in recent. decis.* 698. *num.* 4. *part.* 1. *& decis.* 545. *num.* 1. *part.* 2. *Mantic. decis.* 289. *n.* 2. quia hæc consuetudo per hanc Vrb. VIII. Const. explosa remanet. Et in hac parte turpiter hallucinatos nota *Salgad. de potest reg. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 138. *& seq. Ceuall. de cognit. per viam viol. gloss.* 4. *num.* 1. *& seq. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 32. *num.* 4. *Pereir. de man. reg. cap.* 5. *num.* 8. *& seq.* De quibus dici iure potest, quod de *Couarruuia in respons. ad quandam epist. pro Venet.* dixit æterna memoria dignus Card. Bellarminus, nimirum. *E se il Couarruuia dice il contrario, noi habbiamo à credere più alle Scritture, e à Santi Padri, che al Couarruuia, il quale in materia di giurisditione si è mostro sempre partiale.* Quod & notat *Maderiag. de Senat. cap.* 39. §. 2. Quarè cautè legi debent, vt de *Couar.* monet *Suar. de relig tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 16. *& Tanner. in defens. Eccles. libert. lib.* 2. *cap.* 16.

Hinc Sacr. Congregatio Immunitatis censuris explodendam decreuit consuetudinem, qua Iudices laici reos confugientes ad loca immunia posse indè extrahere prætendebant sine licentia Ordinarij, donec discutiatur an gaudeant immunitate, ipsosque in carceribus, & vinculis detinere, ac laicalis militiæ assistentia custodire, sub prætextu ne interim fugiant. Eiusdem etenim Sac. Congreg. decreto *in vna Calaguritana die* 31. *Augusti* 1649. Sancitum fuit non posse Magistratus, & Iudices laicos prætextu consuetudinis reos ad Ecclesias confugientes, propria authoritate extrahere etiam in casu expresso à Const. Gregor. & Ordinarium in extrahentes ad censuras procedere posse. Quicquid dixerint *Gambacurt. Villadieg. Acugn. Correa Clar. Couar. & alij.* Nam forma Constit. Gregorianæ exactè seruari deber, licèt notoriè constet reum commisisse delictum in illa exceptum, cuius probatio pro forma requiritur.

Cessant itidem hodiè inspecta hac *Vrb.*
164 *Const.* quæ iuri communi derogat ipsumque corrigit, Canonistarum clamores, de qua consuetudine intelligenda essent verba præfatæ decretalis in *cap. consuetudines*; nam in hac constitutione generaliter reprobanrur consuetudines præiudiciales Ecclesijs, Ecclesiasticis, eorum bonis, iuribus, & fructibus; vndè indistinctè sublata remanet quælibet consuetudo, seù præscriptio Ecclesiæ, & Ecclesiasticis præiudicialis, quòd enim attinet ad quadragenariam, & immemorabilem, quæ induci de iure posse videbantur, etiam si Ecclesiæ essent onerosæ. *Auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. cap.* 1. *de præscript. in* 6. disertis verbis reprobantur in octaua parte dictę Constit. ibi: *Præsentes quoque.*

Aduertendum tamen quod Vrbanus
165 *in hac sua Const.* ibi: §. *Non intendimus*, declarat se non intendere immemorabilem tollere, nisi in casibus, in quibus per Sacr. Canones, Concilia Vniuersalia, Apostolicas Constitutiones expressè reprobatur, vel alias de iure non suffragatur. Vndè noto, quod hæc *Constitutio Vrbani VIII.* quoad partem, qua immemorabilem improbat, parum operatur, cum se restringat ad terminos iuris communis. Et hoc solum operatur, quod in quibusdam casibus in ipsa *Const.* specialiter expressis, nec non in alijs, in quibus à iure reprobata reperitur, qualibet ratione submota, consuetudo, seu præscri-
166 ptio immemorabilis hodiè sustineri non potest, quamuis cum ipsa priuilegij fama concurrat, vt ad literam patet ex verbis *ipsius Const.* ibi: *in* §. *Nec non reliqua.* Quamobrem
167 etsi laicus sit incapax iuris conferendi, *cap. si quis deinceps*, *cap. per laicos*,

laicos,

per laicos, cap. Laicis 16. q.7. adeò vt neque illud acquirere possit ex conditione adiecta in limine fundationis *Lambert. de iurepatron. part. 1. q. 9. art.1. num.70. 96. & 105.* neque ex immemorabili *Lambert. d.tract. part. 3. lib.2.q.1.art.12. Seraph. dec.1382. num.3.* concurrente tamen fama pri-
168 uilegij, de iure immemorabilis suffragetur *Felin. cap. causam, quæ à num. 2. de præscript. & in cap. cum contingat num. 4. & 5. de for. compet. Prob. ad Monach. in cap. nullus, n. 3. de temp. ordin. in 6. Aufrer. de pot. sæcular. super Eccles. regul.2. num. 25. Balb. de præscript.1. part.5. part. principalis quæst. 7. à num. 16. Crescent. decis.1.num.2. de decim. Put. dec.365. lib.1.* Similiter quamuis laici sint incapaces decimarum, neque illas vllo
169 vnquam tempore præscribere valeant *d. cap. causam, quæ de præscript. Rebuff. de decim. q.10.* concurrente tamen fama priuilegij, iure capaces dicebantur, vt dixit *Rot. decis. 215. part.2. diuers. & in recent. decis. 698. num.2. p.3. & decis. 545. num. 1. p.4. & decis.22. num. 14. & decis.56. n.1. p.7.* Consimili itidem modo specta-
170 to iure communi laico suffragatur possessio immemorabilis ad nominandum Capellanos amouibiles in Ecclesijs Parochialibus, si fama priuilegii concurrat, vt notat *Bald. d. q.7. Anton. Gabr. concl. 1. de præscrip. à num.6.* Quæ omnia hodiè cessant, quia Vrbani VIII. Constitutio in præiudicialibus Ecclesiarum improbat, & annullat consuetudines, & præscriptiones quamuis immemorabiles, & cum prætensa fama priuilegij Apostolici, nisi de ipsis priuilegijs constet in scriptis, & registrata reperiantur in registris Apostolicis, aut exhibeantur originalia, vel eorum legitima transumpta, vt ad literam exprimitur *in hac Constit.* ibi: §. *nec non reliqua*, & clarè patet ex dictis supra *in 3. notabili.*

Sic igitur efficax olim iuris argumen-
171 tum desumptum à consuetudine, vel præscriptione immemorabili hodiè cessat attenta *hac Vrbani Constit.* vbi agitur de Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum præiudicialibus; Hinc est quòd cum præiudiciale consideratum fuisset Parochiali iurisdictioni quod Regulares sine Parochi consensu Claustra processionaliter egredi possent. Super verò controuersiam processionum Regularium reperirentur diuersę declarationes Sac. Congregationum, quæ forsan ambiguitatem inducere poterant Vrban-
172 S. M. VIII. peculiarem Congregationem deputauit, in qua sub die 27. Iulij 1628. decretum fuit, vt infrà.

Regularibus, & Confraternitatibus in Regularium Ecclesijs esse permissum, in eorum Ecclesia, & Claustro tantum processiones facere, & non extrà: Si verò Ecclesia claustro careat eisdem Regularibus, & Confraternitatibus licere processiones facere intra ambitum dumtaxat earumdem Ecclesiarum,
173 *hoc est propè muros Ecclesiæ, siuè exeundo à Ianua Ecclesiæ, & intrando per aliam, siuè per eamdem, & semper propè muros Ecclesiæ, & non extrà dictum ambitum, nisi de licentia, consensu, & cum cruce Parochi, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus, priuilegijs tantum Apostolicis Sac. Trid. Concilio posterioribus in suo robore permanentibus, quibus per hoc decretum minimè censeatur derogatum;* Quo decreto alijsque post ipsum emanatis relatis per *Barbos. in decis. Apostol.* minimè obstantibus, cum Fratres Ordinis Prædicatorum allegata consuetudine immemorabili, intenderent ipsis licere sua claustra processionaliter egredi; Hinc per Illustris, & Reuerendissimus D. Bernardus Galesius Patruus meus dilectissimus; Præpositus Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Blasij Finarij, quæ Dignitas habet annexam Curam animarum, vti Parochus, Ad Sac. Rituum Congregationum supplicem libellum obtulit, in quo cum præsenti dubio, alia etiam cumulauit. Verum placuit Eminentissimis Patribus partem audire, & ad hunc effectum Eminentissimum D. meum Cardinalem de Maximis Ponentem deputauit, coram quo pluribus factis contradictorijs; Doctissimo Viro P. Passerino Procuratori Generali eiusdem Ordi-

Ordinis cum suis Aduocatis acriter
informante; Præpositi verò partes
me patrocinante, sequens resolutio
emanauit.

Sac. Rituum Congregatio in controuersia
174 *Sauonen Dubiorum relata per Emi-
nentissimum D. Cardinalem de Maxi-
mis inter Præpositum Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Blasij Finarij ex
vna, & Fratres Ordinis Prædicato-
rum eiusdem loci partibus ex altera
censuit.*

*Ad primum seruandum esse decretum
Congregationis Emm. Cardinalium
Mellini, Vbaldini, & Ginetti, & RR.
PP. Palutij Secretarij Sac. Concil: &
Benigni Secret. S Rituum specialiter
deputatorum à S.M. Vrban. VIII. edit.
die 27. Iuly 1628. & seruandum de
ordine eiusdem Sanctissimi ab omnibus
Sac. Congreg. in casibus contingentibus
tenoris sequentis. Regularibus, &
Confraternitatibus in Regularium Ec-
clesijs esse permissum in eorum Ecclesia,
& Claustro tantum processiones facere,
& non extrà. Si verò Ecclesia claustro
careat eisdem Regularibus, & Confra-
ternitatibus licere processiones facere
intra ambitum duntaxat earumdem
Ecclesiarum hoc est propè muros Eccle-
siæ, siuè exeundo ab vna Ianua, & in-
trando per aliam, siuè per eamdem, &
semper propè muros Ecclesiæ, & non
extra dictum ambitum, nisi de licen-
tia, consensu, & cum Cruce Parochi,
non obstantibus, quibuscunque consue-
tudinibus, & præscriptionibus etiam
immemorabilibus: priuilegijs tamen
Apostolicis per hoc decretum minimè
derogatum censeatur. Et proindè dictis
Fratribus Prædicatoribus denegandas*
175 *esse remissoriales ad probandam di-
ctam assertam eorum consuetudinem
immemorabilem; illudque seruari man-
dauit, non obstantibus quibuscumque
interpretationibus per eos factis dictum
Decretum intelligi de consuetudinibus
præteritis ante dictum annum 1628.*
176 *non autem postea legitimè quæsitis, &
quibuscumque alijs decretis aliarum
Congregationum postea editis, vt præ-
tendebant.*

Ad secundum Regularibus obtenta prædi-
177 *cta licentia ingrediendi limites Pa-
rochiæ, non licere facere eorum pro-
cessiones eadem ferè hora, eadem die,
eodem in loco, & per easdem vias, in
quibus Clerus Parochialis ad processio-
cessiones procedit, sed semper ipsum
Clerum præferendum esse. Quò verò
ad Confraternitates esse præferendam,
quæ prius facere consueuit, & in con-
cursu cum Parochiali ipsam esse præfe-
rendam ad formam aliorum Decreto-
rum in similibus editorum.*

Ad Tertium Regulares inuitatos ad fune-
178 *ra debere se conuenire in Parochiali
non autem expectare Parochum per
vias, vel in Domo defuncti, quacum-
que prætensa consuetudine etiam imme-
morabili in contrarium non obstante, &
seruanda esse Decreta eiusdem Sac.
Cong. in similibus sæpè edita.*

Ad Quartum spectare ad Parochum de-
179 *clarare per quam viam exportandus
sit defunctus, & reliqua alia omnia
disponere vsque ad ianuam Ecclesiæ,
quando Cadauer est sepeliendum in Ec-
clesia Regularium.*

Ad Quintum non licere Regularibus pul-
180 *sare eorum Campanas die Iouis San-
cti post silentium illarum Parochialis,
& die Sabbati Sancti ante earumdem
pulsationem, quas omnes declarationes
in posterum seruari mandauit.* Hac
die 19. Settembris 1671.

Fr. Episcopus Partuen. Card. Brancacius.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Hoc vltimum Decretum est singulare,
& nullibi reperies, quin ad ipsum
superandum non parum insudaui,
allegantibus Regularibus stylum ip-
sum Romæ in contrarium. Placuit
tamen PP. Eminentissimis auditis
rationibus in hac parte euidenter de-
ductis rescribere prout instabam, nec
vnquam fuisse taliter rescriptum pu-
to, quia neque Barbos. in suis De-
cis. Apostolicis, neque Nicol. in
suis Flosculis, aliquam de consimili
Decreto mentionem faciunt.

Decimum nonum notabile est, quòd
181 aduersus quæcumque præiudicia-
lia in hac *Vrbani VIII. Constit.* ita
expressa, vt nullum præiudicium ex-
clusum remaneat, Sedi Apostolicæ,
cæterisque inferioribus Ecclesijs, &
personis Ecclesiasticis semper in in-
tegrum restitutio competit, vndè
quadriennij lapsus attendi non de-

bet

bet cum nec ipsa immemorabilis præscriptio obstet, vt patet ex supra deductis, & ad literam exprimitur in quarta parte huius *Const.* ibi: *Nec non reliqua*, disertè notat *Passerin. de Hom. stat. q.185. art.7. inspect.12. per tot. præsertim num.692.*

Vigesimum notabile est, quòd simpli-
182 ces enunciatiuæ non probant ius patronatus, sed de ipso constare deberi; nam vt ad literam legitur in hac *Vrbani Const.* in quinta parte, ibi: *Insuperque*. Cum aliquando in prouisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, Primatialium, & Patriarchialium, alijsque gratijs, & dispositionibus Apostolicis fuerit ob incuriam quorundam Sedis Apostolicę, seu Romanæ Curię Officialium inaduertenter in præiudicium liberę prouisionis eatum, narrata, vel etiam forsan de facto admissa præsentatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantumlibet, vt præmittitur, qualificati, absque eò quòd de eius iure præsentandi, nominandi, vel supplicandi constitisset. Ideò Papa motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine præfatas narratiuas, enunciatiuas, seu assertiones Sedi Apostolicæ quomodòlibet præiudiciales, factas, seu admissas nullum Sedi Apostolicæ, & statui Ecclesiarum præiudicium intulisse, nec inferri potuisse declarat, & omnia respectiuè præiudicialia irrita decernit.

Quod autem attinet, & respicit materiam Iurispatronatus, quæ inter cæteras, Ecclesiasticas Curias nunquam otiosas deserit, sed est in praxi frequentissima, quamuis enunciatiuis
183 præsertim appositis in literis Apostolicis, hominum memoriam excedentibus probetur iuspatronatus, vt patet ex pluribus congestis per *Rot. decis.224. num.4. & 5. p.1. rec.* & distinctè patebit ex his, quæ tradam infrà in hoc ipso notabili. Hoc procedit si de contrario statu antece-
184 denti; vel alias de libera prouisione per literas erectionis, vel altero modo non constet, aliter tales narratiuæ, enunciatiuę, & assertiones, vti Ecclesiæ præiudiciales nihil probant, nulloque temporis tractu firmantur, nec immemorabilis prodest, vt ad literam patet ex hac *Vrb. Constit.* in qua non tollitur simpliciter modus à Iure communi expressus probandi Iuspatronatus per enunciatiuas memoriam hominum excedentes, Sed damnatur, & reprobatur inaduertenter facta narratio, vel etiam de facto admissa præsentatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantumlibet qualificati, absque eo, quòd de eius iure præsentandi, nominandi, vel supplicandi constitisset, & aliquandò prædicta, seu alia Sedi Apostolicæ narratiua præiudicialis in prætenso Ecclesiarum vltimo statu fundata extitit, etiam si de contrario statu, aut alias de libera prouisione, etiam per literas erectionis, aut alio modo appareret, seu constare posset; ex quibus verbis *ex hac ipsa Const.* desumptis hæc duo ad literam collige, quòd scilicet enunciatiua non probat ius patronatus, nisi de iure præsentandi, nominandi, vel supplicandi constet; nimirùm nisi in casu quo enunciatiua innixa sit legitimo iuri præsentandi, nominandi, vel supplicandi. Et quòd enunciatiua, seu narratiua iurispatronatus nihil operatur quamuis fundata in vltimo Statu Ecclesię, vel Beneficij, vel constaret de statu contrario antecedenti, vel alias de libera prouisione.

Hinc est quòd cum Iurispatronatus co-
185 lore, Ecclesiastica beneficia à multis in seruitutem redigerentur, *Sac. Trid. Concil.* multa veteris Iuris Canonici innouauit, suppleuit, correxit pleraque verò desuetudine antiquata restituit, adeò vt conciliaribus eius decretis quicquid ante ipsum Concilium scriptum, vel sancitum reperiatur, in Iurispatronatibus constituendis, approbandis, vel admittendis standum sit. Nam quoad Constitutionem attinet in *Sess.24. de reform. cap. 12.* ità decreuit: *Nemo quacumque ratione, nisi Ecclesiam, Beneficium, aut Capellam de nouo fundauerit, & construxerit, seu iam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis proprijs, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit,*

patro-

patronatum impetrare, aut obtinere possit, & debeat. Quod & alias iure
communi ſancitum reperiebatur, vt
vno ore concludunt Canoniſtæ, quos
pleno calamo refert *Vini. de Iur. pa-
tron.* & patet ex *cap. filijs, cap. qui-
cumque, cap. pia mentis 16. q. 7.* do-
cet *gloſſ. in d. cap. pia mentis*, ibi:
*Patronum faciunt Dos, Edificatio,
Fundus*, quæ verba indicant quo-
186 modò Iuſpatronatus acquiratur,
fundatione nimirum, dotatione, &
conſtructione; nec alterum modum
habemus expreſſum in iure. Hinc
eſt quod ſi vnus daret fundum, alter
Eccleſiam conſtrueret, alter verò
dotem conſtitueret, ſuppoſito con-
ſenſu Ordinarij ad formam iuris,
omnes in ſolidum efficerentur Patro-
ni, vt eruditè docet Vir nunquam
interitura fama præclariſſimus, &
eruditiſſimus *Fagn. in cap. quoniam,
num. 45. & 49. de Iur. patr.*

Quinimò cum per emptionem Ius pa-
187 tronatus acquiri non poſſit, *cap.
quia clerici 6. de Iur. patr.* quia vti
res ſpiritualis nec emi, nec vendi
poteſt *cap. de Iure eodem. Concil. La-
teran. in Append. Tit. de Iur. patron.
cap. 16. & 17.* & qui ipſum emerit,
illo ſpoliari debet, vt diſertè notant
*Azor. Moral. inſt. p. 2. lib. 6. cap. 20.
q. 8. Suar. de relig. tom. 1. lib. 4. de Si-
mon. cap. 28. num. 17. Redoan. de Si-
mon. p. 3. cap. 22. num. 12. Bonac. de
Simon. q. 4. §. 11. num. 3.* Nam & ſi
ſub generali venditione V. G. alicu-
188 ius Caſtri, eiuſque iurium veniat
Iuſpatronatus, quia tranſit cum vni-
uerſitate bonorum, vt in terminis
hæredum patroni etiam ſi ſint extra-
nei notatur *cap. filijs 16. quaſt. 7. & in
cap. 1. de Iur. patr. Couar. var. lib. 2.
cap. 18. num. 6. Barboſ. de Off. & pot.
Epiſc. alleg. 71. num. 3.* licet inter eos
non diuidatur, *cap. ex literis, cap.
cum ſaculum, de Iur. patr. Lambert.
lib. 1. part. 2. q. 5. art. 11. cum ſeqq. &
q. 8. art. 1. Azor. Inſt. Moral. part. 2.
lib. 6. cap. 20. q. 8. Menoch. de arbitr.
lib. 1. q. 54. à num. 46. Mar. Anton.
var. reſol. lib. 1. reſol. 40. num. 5. re-
ſol. 60. num. 13. reſol. 108. num. 22.
Rice, in Collect. deciſ. p. 5. collect. 1679.*
Tranſit enim ius patronatus cum bo-
189 norum poſſeſſione, quibus inſepa-
rabiliter inhæret. *Surd. de aliment.
tit. 9. q. 22. num. 27. & 28. Suar. de
relig. tom. 1. tract. 3. de Simon. lib. 4.
cap. 28. num. 12.* quod & apertè colli-
gitur *ex d. cap. ex literis*, ibi: *villa,
in qua Eccleſia ſita eſt.*

In terminis villæ, vel caſtri dati in do-
190 tem, quòd tranſeat in maritum;
docent *Tiraquel. poſt leg. connub. gloſ.
9. num. 7. Molin. de primog. lib. 1. cap.
24. num. 3. Menoch. conſ. 66. num. 27.
Mantic. deciſ. 140. num. 2. & 13. Rice.
tract. de nouiſſ. probat. iuriſpatr. reſol.
191. num. 2.* cum alijs relatis per
Barboſ. dicta alleg. 71. num. 38. Et
hæc eſt verior magiſque communis
DD. ſententia, quicquid dicant *Abb.
191 in cap. vlt. num. 8. de conceſſ. præ-
bend. Felin. in cap. cum olim, de maior.
& obed. & in cap. cauſam qua num. 8.
de præſcript. Guillielm. de Bened. in
cap. Raynutius verb. cætera bona n. 37.*
Et fruſtratorium eſt dubitare, vtrum
192 concurrente viro, & vxore ad præ-
ſentandnm, quæ præſentatio ſit præ-
ferenda, in qua quæſtione torquen-
tur *Abb. d. num. 8. Lambert. de Iur.
patr. d. lib. 1. part. 2. q. 10. art. 2. & 3.
Tiraq. poſt leg. connub. gloſſ. 9. nu. 6.
Mantic. de tacit. & ambig. conuent.
lib. 13. tit. 30. à num. 20.* Nam ſoli
marito, conſtante matrimonio ius
præſentandi competit, adeò vt præ-
ſentatio per vxorem facta admitti
non debeat.

In terminis conductoris caſtri, vel vil-
193 læ, vbi eſt ius patronatus quòd in
ipſum conductorem tranſeat colligi-
tur ex *cap. ex literis*, ſiuè conductio ſit
facta ad longum, ſiuè ad modicum
tempus, vt reprobata diſtinctione
DD. quos pleno calamo refert, tra-
dit cum alijs *Barboſ. Iur. Eccl. lib. 3.
cap. 12. de Iur. patr. nu. 225. & 226.*
Et ratio eſt euidens, nam ſi per loca-
tionem ad tempus modicum, locatæ
rei commoditas, ità in conductorem
tranſit, vt ei re conducta vti, & frui
liceat, *l. ex conducto 16. ff. locat. Bart.
in l. 1. §. 1. ff. eodem, & in l. 1. nu. 3.
C. de Iur. emphyt.* tranſire etiam de-
bet ius præſenrandi, quod eſt com-
moditas, & vt ita dicam fructus qui-
194 dam iuriſpatronatus, iuxta recep-
tam doctrinam *gloſſ. in verb. capi-
tulo, in cap. cum olim, de maiorit. &*

ohed. & gloss. vlt. in cap. Bertoldus, de re iud.

In terminis hæreditatis venditæ, in qua
195 ius patronatus consistat, quòd in emptorem transeat, tradunt *Lambert. d. p. 2. lib. 1. quæst. 5. art. 15. Garc. reg. 341. Mozz. de contract. tit. de empt. & vendit. §. de naturalibus empt. & vendit. num. 41. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 25. Ricc. d. collect. 1676. Salaz. de vsu, & consuet. cap. 32. num. 7; Genuens. in pract. Neap. cap. 61. num. 26.*

In terminis palatij venditi, præsertim
196 si additus ad Capellam iurispatronatus non aliundè pareat, quàm per illud, quòd in emptorem transeat notat *Zaborell. in cap. cum secundum, vers. idem dico in palatio vendito, de Iur. patr. Boer. decis. 322. Bertazol. de claus. instrum. claus. 26. gloss. 13. num. 3. Barbos. d. cap. 12. num. 2.* vbi reprobat *Innoc. Io: Andr. Host. in d. cap. ex literis*, contrarium docentes, nec non *Ioseph. Ludouic. in concl. 42.*

In terminis Curatoris hereditatis iacen-
167 tis, quod præsentare possit ad beneficium iurispatronatus dictæ hæreditatis tradit *Ricc.* alijs relatis *tract. de nouiss. probat iurispatr. resol. 192. num. 5.*

In terminis Tutoris, quòd validè præ-
198 sentare possit, traditur per *Feder. de Sen. cons. 212. in 1. dub. Lambert. d. lib. 2. pag. 1. q. 2. art. 10. Rot. coram Lancellot. in Forolinien Iurispatr. 25. Octobr. 1559. & 15. Maij 1600. & in Segobien Capellania 13. Ianuarij 1623. coram Vbaldo*, vbi dicitur sufficere, quòd communiter reputaretur Tutor, quamuis esset minus legitimus. *Caputaq. decis. 323. in fin. p. 3.*

In terminis vsufructuarij vniuersitatis
199 bonorum, quòd in ipsum transeat iuspatronatus, tradunt *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 24. num. 3. Menoch. cons. 66. num. 26. Ricc. de nouiss. probat. iurispatr. resolut. 192. num. 6. & resol. 194.* Nota tamen non transire in fideicommissarium, sed rema-
200 nere penes hæredem *Bart. in l. quia perinde §. 1. & Alex. ff. ad Trebell. Couar. var. lib. 2. cap. 18. n. 8. Eman. à Costa in cap. si pater verb. Trebellianica num. 4. de testam. in 6.* commu-nem fatetur *Molin. d. cap. 24. num. 4.* quamuis ipse contrarium teneat, & dictum fuit in *Vicen beneficij 11. Decembris 1619. coram Vbaldo.*

In terminis sequestri, quòd nempè se-
201 questrata villa, castro, vel fundo in quo consistat iurispatronatus, electio, seù præsentatio ad beneficium vacans durante sequestro pertineat ad sequestrem latè tradunt *Io: Andr. Imol. Felin. Roch. Gambar. Cosm. Corras. Vestr.* & alij, quos referunt, & sequuntur *Garz. de benef. part. 5. cap. 6. num. 1. Guttier. de tutel. part. 3. cap. 7. num. 8. & 16. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 23. num. 17. Cened. canon. quæst. lib. 1. q. 10. per tot. Azor. inst. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 25. q. 17. Ricc. de nouis. probat. iurispatr. resol. 192. num. 7.* Hoc autem procedit in
202 sequestratione voluntaria, quæ nimirum fit de partium consensu, quo casu possessio in sequestrem transit, vt probat *textus*, ità intelligendus *in l. licet §. rei deposita ff. depositi.* Non in necessaria, quæ scilicet fit iubente Iudice, hoc enim casu certum est possessionem non transire in sequestrem, nisi id expressè actum sit, vt probatur *in l. interesse 39. ff. de acquir. possess.* non aliter interpretanda, & ità prædicta iura conciliant *Menoch. remed. 3. retin. à num. 86. Carac. de sequestr. part. 1. q. 4. num. 2. Gom. Lusit. decis. 277. num. 3. & decis. 131. nu. 3. Seraph. decis. 746. n. 3. Barbos. Iur. Eccl. d. cap. 12. num. 235.* vbi non obstare docet *text. in cap. examinata 15. de Iudic. et num. 236. cum seqq.* docet Iuspatronatus non
203 transire in depositarium, neque in illum, cui pignoratus esset fundus, iuspatronatus annexum habens.

In terminis publicationis omnium bo-
204 norum, seù vniuersæ hæreditatis patroni delinquentis factæ per Iudicem etiam laicum, quòd iuspatronatus transeat in Fiscum, in quem transeunt bona, cui est annexum, pluribus relatis tradit *Barbos. de Off. Episc. allegat. 71. num. 45.* Quoniam verò resolutio huiusce inspectionis aliquas declarationes patitur, de quibus meum non est agere in præsenti, ideò consule *Clar. §. fin. q. 78. num. 8.*

num.8. Molin. d. cap.24. num.26. Decian. tract. crimin. lib.5. cap.44. n.24. Surd. de Aliment. tit.9. q.22. num.28. Azor. inst. moral. part.1. lib.8. cap.12. quaest. 9. Farin. prax. crim. part. 1. q.25. num.151. Garc. de Benef. part.5. cap.9. num.25. Viuian. prax. iurispat. part.3. lib.15. cap.2. Leo Thesaur. for. Eccl. p.2. cap.6. num. 36. Hoc autem
205 atamen nota, quòd vbi iurispatronatus esset personale, & de per se principale, atque distinctum non includeretur in confiscatione bonorum, nec Iudex laicus iurisdictionis defectu ipsum confiscare posset, sed penes delinquentem remanet, donec priuetur per Iudicem Ecclesiasticum, vt plenè docent alijs relatis Farinac. de haeresi q.190. §.1. num.24. Garc. de benef. part.5. cap.9. num.25. cum seqq. Sanch. praecept. Decalog. tom. 1. lib.2. cap. 19. Ricciul. de iure personar. extra grem. Eccles. existent. lib. 5. cap. 34. Sanctarel. de haeresi cap. 19. Et hoc casu Ecclesiam libertatem acquirere tenuit Rot. decis. 53. num. 5. part. 2. recent. & in Lucana Iurispatronatus coram Coccino impressa per Viuian. in prax. Iurispatr. decis.106.

In terminis feudatarij, vel emphyteu-
206 tae, quod in ipsos ius patronatus transeat, si fundus cui inest infeudetur, vel detur in emphyteusim, post Azor. instit. moral. part. 2. lib.6. cap. 20. q.12. notant alij relati per Barbos. Iur. Eccl. lib.3. cap. 12. num.240. & seqq.

In terminis donationis, quòd nimirum
207 per donationem iurispatronatus in alium transferatur, patet ex cap. illud, cap. insinuatione, cap. nullus, cap. praeterea de Iur. patr. cap. vnic. de iurepatr. in 6. tradunt Lambert. lib. 1. part.2. quaest. 4. art.1. Vgolin. de offic. Episc. cap. 51. num. 6. Ricc. de nouiss. probat. iurispatr. resol.186. Barbos. de Off. Episc. part.3. alleg.71. num.20. & num.21. vbi tradit quòd in donatio-
208 ne omnium bonorum, iurium, & actionum venit iuspatronatus. Et num. 22. vbi docet quòd non venit
209 in donatione generali à Rege facta, nisi de eo specificè sit facta mentio.

In terminis permutationis, quod nem-
210 pè per permutationem iurispatronatus transeat de vno in alium, tradit alijs relat. Barbos. d. cap. 12. num.245.

In terminis itidem cessionis, dixit Rot.
211 decis. 736. num. 6. part. 1. recent. Verum tamen est, quòd in donatione, permutatione, vel cessione iurispatronatus à laico in laicum fa-
212 cienda requiritur consensus Episcopi, alias est nulla Ricc. loc. cit. resol.187. Mantic. decis.86. num. 5. Seraph. decis. 884. num. 1. Rot. decis. 337. num. 4. & 257. num. 1. part. 1.
213 & decis.576. p.2. recent. Nec sufficit auctoritas Vicarij generalis, nisi constet de mandato speciali. Gratian. discept. cap.303. num.10. & seqq. latè Ricc. loc. cit. resol. 183. Barbos. de iur. Eccles. cap. 12. lib. 3. à num. 246. vbi plura ad rem notat. Dixi consensum ordinarij necessarium esse in translatione iurispatronatus facienda per donationem, permutationem, cessionem, de laico in laicum, quia
214 si facienda esset de Ecclesia in laicum, fieri non posset sine beneplacito Apostolico, Rot. decis.146. n.6. p. 1. recent. Si verò facienda esset de
215 laico in Ecclesiam consensum Ordinarij necessarium non arbitror, cum res spiritualis redeat ad suum esse.

Vtque ad propositum filum redeam, & si sub generali venditione alicuius fundi, & eius iurium veniat ius patronatus, si tamen specialiter venda-
216 tur, & distrahatur cum ipso fundo confestim amittitur, Sac. Trid. Concil. sess.25. de reform. cap. 9. vbi decretum legitur nulli licitum esse ius patronatus in alios, venditionis, aut quocunque alio titulo transferre, contra canonicas sanctiones, poena excommunicationis proposita, & amissionis ipsius iuris, notat Barbos. in Collect. Concil. ad d. cap. 9. nu.81. dixit Rot. decis.536. num.183. & 184. part.14. recent.

Quinimò vt supra dictum fuit, cum ius
217 patronatus per emptionem acquiri non possit, vbi de constructione fundatione, vel dotatione non constat, cum per Sac. Trid. Concil. sublata fuerint Iura patronatus ex priuilegio, per vsurpationem acquisitum praesumitur, quapropter idem met

Concil. sess. 25. de reformat. cap. 9.
quosdam præscripsit modos, quibus
iuspatronatus probari debet, præter
cæteros secundum iuris dispositio-
nem adducendos, vt sigillatim osten-
dam.

Attenta siquidem Concil. Trid. disposi-
218 tione in d. cap. 9. Titulus iurispa-
tronatus probatur, primò ex authen-
tico documento fundationis, vel do-
tationis, non priuilegij, aut alterius
qualitatis, vel accidentis extrinsecè
aduenientis. Ità docent Cassad. dec.
7. de Iurepatr. Monet. de commut. vlt.
volunt. cap. 10. num. 210. Barbos. de
off. Episc. alleg. 72. num. 21. Rot. in
Burgi S. Donini iurispatronatus 20.
Iunij 1622. coram Merlino impress.
post prax. Viuian. decis. 17. num. 1. &
in Albanen Prioratus 21. Maij 1603.
coram Penia. Authenticum verò do-
cumentum, iuxtà subiectam mate-
219 riam erit Bulla erectionis, siuè
consensus Ordinarij, aut Papæ in
scriptis datus ad fundandum, con-
struendum, vel dotandum. Alphons.
de Leon. de offic. Capellan. p. 1. q. 4.
prax. 2. num. 17. & seqq. vbi probat
220 scripturam publicam continentem
fundationem, vel dotationem, aut
constructionem sufficere, idemque
affirmat de testamento, vel codicil-
lo, in quo fuit facta dotatio; notat
verò num. 36. ex mente S. Congregat.
& Sac. Rot. requiri pro forma, vt
probatio fiat per scripturas authen-
ticas, adeò vt regula constitui de-
beat, quòd probatio per testes non
sufficiat, & quæ dici possint Scriptu-
ræ authenticæ, latè tradit Barbos. de
Off. Episc. alleg. 72. à num. 21. Quan-
dò autem iurispatronatus existentia
per authentica documenta probari
non potest, ipsummet Sac. Trident.
Concil. prouidet quomodò proban-
da sit inter priuatos, de quibus
vsurpationis suspicio esse non po-
test.

Quòd scilicet probetur iuspatronatus
ex multiplicatis præsentationibus per
221 tempus immemorabile, Trid. d.
cap. 9. colligunt Menoch. cons. 336. &
de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. nu. 3.
cum seq. Mascard. de probat. conclus.
103. nu. 6. Franc. Leo Thes. for. Eccl.
part. 2. cap. 21. num. 3. cum alijs alle-
gat. per Rot. dec. 148. num. 1. & decis.
211. num. 1. p. 1. recent. & decis. 674.
num. 2. p. 2. recent. Possessio autem
immemorabilis verificatur in lapsu
centum annorum Mar. Ant. var. re-
sol. lib. 1. resol. 80. nu. 11. Franc. Leo
Thes. for. Eccl. part. 2. cap. 21. num. 5.
Garc. de benef. p. 12. cap. 1. num. 263.
Ricc. de nouiss. probat. iurispatr. resol.
205. num. 6. Et probari iuspatrona-
tus ex præsentationibus per spatium
centum annorum effectum sortitis,
222 eò quòd ex ipsis præsumitur titu-
lus fundationis, vel dotationis, dixit
Rot. coram Put. decis. 199. & 206. lib.
1. in correctis, et decis. 312. n. 4. part.
1. recent. in Iannen. Abbatiæ coram
Buratt. inter eius impress. dec. 884. vbi
Feren. lit. A. concordantes adducit, &
coram eodem Buratt. decis. 542. num. 1.
et dec. 172. num. 1. vbi Ferentil. alias
decisiones refert, et in Florentina Ca-
pellæ coram Pirouano impress. per Vi-
uian. post prax. Iurispatr. decis. 61.
num. 2. Adeò vt modici temporis de-
223 fectus centenariæ effectum non
tollat Lotter. de re benef. lib. 2. q. 7.
num. 63. Ricc. in tract. de nouiss. pro-
bat. iurispatr. resol. 206. num. 6. et re-
sol. 223. Rot. in dicta Florentina Ca-
pellaniæ impress. post Viuian. decis. 61.
num. 3. et in Burgi S. Donini impressa
per eumdem dec. 18. num. 6.

Et ex mente Concilij in quibusuis
224 quantumuis priuatis centenaria
requiritur, & non sufficit quadrage-
naria in hac Vrban. Constit. expressè
abrogata, vbi agitur contra liberta-
tem Ecclesiæ. Franc. Leo. Thesaur.
for. Eccl. part. 2. cap. 6. num. 8. Garc.
de benef. p. 5. cap. 9. num. 97. & 141.
Et vbi instrumentum fundationis,
vel dotationis deficit, ita essentiali-
ter requiritur immemorabilis, vt ne-
que per æquipollens adimpleri pos-
sit. Coccin. decis. 25. num. 2. & 3.
Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 7.
num. 125.

Nota tamen quod si constaret de vitio
225 à principio inualido, hoc casu con-
tinuatæ huiusmodi præsentationes,
& immemorabilis, nihil suffragaren-
tur, & hoc est quod præsertim dici-
tur in hac Vrban. Const. docent Man-
tic. decis. 318. num. 1. Ricc. de nouiss.
probat. iurispatr. resol. 47. Rot. de-
cis. 548.

cis. 548. *num.* 2. *p.* 2. *recent. & coram Buratt. dec.* 172. *num.* 2. vbi ait prædicta procedere quando non constat de vitio contrario, vel de præcedenti statu libertatis.

Probatur etiam ex præsentationibus
226 per quadraginta annos effectum sortitis, si eum quadragenaria possessione concurrat publica vox & fama. *Cassad. decis.* 3. *num.* 4. *de probat. Achil. dec.* 6. *eod. tit. Alphons. de Leon. de Offic. Capell. part.* 1. *q.* 4. *prax.* 2. *num.* 60. *cum seqq. Mantic. decis.* 318. *num.* 5. *Seraph. decis.* 1103. *&* 1141. *num.* 6. *Coccin. decis.* 174. *num.* 2. *Rot. dec.* 77. *num.* 2. *decis.* 312. *nu.* 3. *part.* 1. *recent. & dec.* 360. *num.* 8. *decis.* 694. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* cum alijs pleno calamo relat. à *Barbos. d. cap.* 12. *n.* 85. *&* 86.

Item probatur per enunciatiuas vltra
227 centum annos *Garc. d. cap.* 9. *n.* 21. Quæ autem in enunciatiuis concurrere debeant tradit *Beltram. ad decis. Greg. dec.* 407. *num.* 6. *notat* Rot. *dec.* 518. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. *recent.* Et pluribus probat *Ferentill. in annot. ad dec. Buratt.* 172. *litt. T.*

Item probari potest per insignia familię
228 sculpta in Ecclesia *Lambertin. de Iurepatron. lib.* 3. *q.* 5. *art.* 4. *num.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 90. *num.* 10. *& præsumpt.* 130. *nu.* 31. *Seraphin. decis.* 552. *num.* 2. *& decis.* 1141. *num.* 7. Coccin. *decis.* 230. *nu.* 1. *Buratt. decis.* 927. *num.* 4. *vbi Ferentil.* Rot. *in Lucana iurispatronatus* 26. *Iunij* 1619. *coram Dunozetto impressa post tract. Viuian. de iurepatr. decis.* 26. *num.* 15. *&* 16. Canaler. *dec.* 159. *num.* 8. Hoc autem intellige si insignia sint antiqua, & altera causa assignari non possit, ob quam apposita fuerint, vt patet ex citatis *decis. coram* Coceino 230. *num.* 1. *&* Cenaler. 159. *num.* 8. *& in part.* 1. *recent. decis.* 14. *num.* 3.

Probatur itidem iuspatronatus, aut ex
229 denominatione Capellæ alicuius familiæ. Rot. *dec.* 694. *num.* 6. *p.* 2. *recent. & coram Buratt. decis.* 927. *n.* 3. Aut ex inscriptionibus positis in marmoribus, lapidibus, aut lignis Ecclesiæ, vel alterius loci publici *Menoch. de præsumpt.* 73. *num.* 7. *Ricc. prax. rer. for. Eccl. resol.* 125. *num.* 3. *Garc. d. cap.* 9. *num.* 91. Rot. *dec.* 374. *num.* 7. *p.* 2. *recent. & in Mutinen Plebis* 24. *Nouembr.* 1623. *coram* Coccino.

Probatur quoque iuspatronatus ex sen-
230 tentia antiqua Ordinarij, quòd scilicet iudicasset beneficium pertinere ad præsentationem alicuius patroni, *Put. decis.* 237. *lib.* 2. *in correctis. Ricc. prax. resolut.* 125. *Ciarlin. controuers. cap.* 58. *num.* 5. *& cap.* 107. *num.* 88. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *q.* 13. *n.* 152. *Buratt. decis.* 42. *num. vlt.* Dicetur verò antiqua, si quinquaginta retrò
231 annis completis lata reperiatur, *Gratian. discept. cap.* 310. *nu.* 90. *Ricc. de nouiss. probat. iurispatron. resolut.* 233. *num.* 2. *Ciarlin. d. cap.* 57. *nu.* 7. Nota tamen, quòd sententiæ latæ
232 per Ordinarium etiam ante Concil. Trid. hodiè non probant iuspatronatus, si aliundè non iustificaretur, *Grilenzon. cons.* 147. *num.* 28. *Ciarlin. d. cap.* 57. *num.* 8. *& cap.* 107. *num.* 86.

Præfatis alijsque iuris modis priuatas
233 personas ius patronatus probare posse patet ex *d. cap.* 9. *Trid. Concil.* per quod nihil alteratum reperitur circa huiusmodi probationes alias secundum iuris dispositionem faciendas, vt dixit *Rot. decis.* 798. *num.* 4. *part.* 1. *diuers. decis.* 331. *part.* 2. *diuers. decis.* 360. *num.* 2. *& decis.* 374. *nu.* 1. *part.* 2. *recent.* Canal *dec.* 560. *num.* 1. *& in Florentina Capellæ impressa post prax. Viuian. dec.* 61. *num.* 1.

Dixi priuatas personas præfatis modis
234 iuspatronatus probare posse, quia aliter decretum reperitur à *Trident. Concil. in d. cap.* 9. quoad potentes, & Magnates, quorum iura quoniam plerumque præsumuntur ex vsurpatione, ideò ad docendum verum titulum plenior, & exactior probatio requiritur, neque ipsis immemorabilis temporis probatio suffragatur, nisi authenticis scripturis simul probent præsentationes cōtinuatas quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint. Hæc autem forma à *Trid.* determinata omninò obseruari debet, quamuis maior, vel æqualis potentia concurreret in Ordinario. *Beltram. ad decis. Greg. decis.* 222. *num.* 11. *Lotter. de benef.*

benef. l. 2. q. 3. num. 129. & reprobata decisione iuris decimandi coram Blanchetto firmauit *Rot. in Lucana iurispatronatus* 14. *Iunij* 1621: *coram Coccino, & in Ferrarien Archipresbyteratus* 16. *Iunij* 1628. *coram eodem, & in Sorana iurispatronatus* 28. *Aprilis* 1603. *coram Pamphilio, & in Iacen Parochialis* 23. *Iunij eodem anno coram eodem*. Neque attendi debet doctrina *Gabr. Marescot. & Ricc.* contrarium sentientium quos refert, & sequenter *Viuian. in prax. iurispat. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 77.

Hoc autem Trid. Concil. decretum
235 exactiorem, & pleniorem probationem requirens, procedit non solum in petitorio, sed etiam in possessorio *Gregor. decis.* 222. *num.* 1. *Rot. decis.* 756. *num.* 31. *p.* 2. *recent.* Sustulit enim *Concilium Trid. d. cap.* 9. omnem possessionem *Seraphin. decis.* 1395. *num.* 4. & 5.

Et respicit etiam omnia iura patronatus
236 ante Concilij Trid. publicationem fundata, nam & si de natura legis sit futura respicere, & non præterita *l. leges C. de legibus*, hæc tamen lex vti declaratoria iuris antiqui trahi debet ad præterita, vt disertè probat *Barbos. in Collect. ad cap.* 3. *nu.* 3. *de const.* Vndè Doctores loquentes de iure patronatus fundato ante Concilium pleniorem illam, & exactiorem probationem in eo requirunt ad probandum titulum, vbi ex vsurpatione præsumitur, ità *Paris. de confident. q.* 28. *num.* 210. *Monet. de commut. vlt. volunt. cap.* 10. *nu.* 204. *nou. quæst. forens. lib.* 1. *Seraph. decis.* 1312. 1367. 1395. *Mantic. decis.* 89. 208. & 253. Et aduertas qualiter *Ricc. decis.* 257. *p.* 4. errauit aliter di-
238 cendo, & allegando decisionem *Sac. Congreg.* falsò enim existimauit, quòd caderet super *d. cap.* 9. *Concil. Trid.* nam loquitur in terminis *cap.* 12. *sess.* 14. *de reform.* quòd intelligendum de iurispatronatibus in futurum acquirendis post Concilium, non verò de acquisitis, censuit *Sac. Congreg. in decisione à Ricc.* malè allegata, prout eam referunt *Armendar. in addit. ad recop. legum Nauar. lib.* 4. *tit.* 30. *l.* 1. *de iurepatr. n.* 22. *Cauagnol. in addit. ad cons.* 90. *Menochij.*

Sic igitur cum *Sac. Trid. Concil. d. cap.*
239 9. *sess.* 24. mandet potentes personas iuspatronatus prætendentes teneri ad probandum titulum fundationis, & dotationis, ob præsumptam vsurpationem sublatis priuilegijs, & consuetudinibus in contrarium *Rot. decis.* 510. *num.* 2. *part.* 3. *recent. et decis.* 487. *num.* 3. *part.* 4. *et decis.* 90. *num.* 2. *et* 9. *part.* 12. *et decis.* 514. *num.* 13. *part.* 13. *recent.* Decretum verò Tridentini omninò obseruari debeat, & eius requisita verificanda veniant in probatione iurispatronatus potentium personarum, vt patet ex ipso *Concil. cap.* 9. *vers. in ijs autem personis*, casu quo de titulo fundationis, & dotationis constare non possit, non aliter temporis immemorabilis probatio eis suffragari potest, quàm si præter reliqua ad ipsum tempus immemorabile probandum necessaria, latè deducta per *Barbos. Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 12. *à n.* 30.
240 *cum seqq.* præsentationes etiam continuatæ non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint authenticis scripturis probentur, quod est adeò verum, vt neque ad hunc effectum sententiæ Ordinarij Canonizatoriæ iurispatronatus suffragentur *Rot. post Viuian. de Iurepatron. decis.* 53. *nu.* 8. *et coram Peuting. decis.* 383. *num.* 2. Quinimò neque sufficiant narratiuæ in literis Ponti-
241 tificijs appositæ, nisi in eius titulus fundationis, & dotationis exprimitur *Rot. post Viuian. de Iurepatr. dec.* 9. *num.* 6.

Dic igitur primò, quòd non sufficerent
242 præsentationes centum, vel ducentum annorum, si non sint continuatæ, idest quòd vna alteram sequatur, *Paris. de confident. q.* 28. *num.* 285. & alijs relatis *Ricc. de nouiss. probat. iurispatr. resolut.* 113. *num.* 4.

Dic secundò, quòd non est necessaria
243 probatio temporis continuati in præsentando, si probentur extrema, quia tunc media præsumuntur, *Cassad. decis.* 2. *num.* 7. *de probat. Seraph. decis.* 337. & *decis.* 1141. *Rot. post Viuian. de Iurepatr. decis.* 61. *num.* 4. *et coram Buratt. decis.* 38. *num.* 4.

Dic

Dic Tertiò, quòd non sufficit si pro-
244 bentur continuatæ, sed simul probandum, quòd sint effectum sortitę, vt ad literam legitur in d. cap. 9. Concil. Trid. effectum autem sortitas dici possunt si appareat de earum confirmatione, Parif. d. q. 28. num. 256. Seraphin. dec. 1141. Massobr. in prax. habendi concursum praeud. 13. dub. 4. nu. 3. Ricc. de nouiss. probat. iurispatr. resol. 115. & 116.

Dic quartò vnicam præsentationem
245 non sufficere, quamuis continuatā spatio annorum quinquaginta, & vltra, Trid. enim Concil. d. cap. 9. plures exigit, easque effectuatas Rot. decis. 557. num. 1. part. 4. diuers. Ferentil. ad Buratt. decis. 139. num. 12. Et nota qualiter, quòad effectuationem præsentationum Rota sæpius
246 canonizauit doctrinam Oldradi consult. 229. vt disertè docet Barbos. Iur. Eccl. lib. 3. cap. 12 115.

Dic quintò probationes prædictas per
247 publicas scripturas necessariò esse faciendas, vt ad literam legitur in d. cap. 9. Concil. Trid. & ex ipso colligunt, Rot. decis. 199. num. 4. p. 2. diuers. Marescot. var. lib. 2. cap. 52. num. 52. Lotter. de re beneficiaria lib. 2. quæst. 13. nu. 128. Ricc. de nouiss. probat. iurispatr. à resol. 1. vsque ad 65.
248 vbi ostendit, quibus casibus instrumentum dicatur authenticum ad probandum iuspatronatus.

Dic sextò non sufficere præsentationes
249 probare per testes, vel alterum æquipollens, ità ex d. cap. Trid. colligunt Parif. de confident. q. 28. n. 147. Piasec. prax. Episc. p. 2. cap. 5. num. 5. Marescot. var. lib. 2. cap. 52. num. 2. Garc. d. cap. 9. num. 113. Mantic. decis. 89. num. 2. vbi quòd ità respondit Sac. Cong. Concil. Beltram. ad Greg. decis. 222. num. 11. Rot. decis. 299. n. 4. p. 2. diuers. & post Vtnian. de Iurepatr. decis. 9. num. 9. Testium etenim probatio exclusa remanet per ipsum Concil. d. cap. 9. quia de testibus omninò non confidit, vbi vsurpationis adest præsumptio, ideòque ipsis exclusis exigit scripturas authenticas,
250 quare nec ipsæ enunciatiuæ Ordinariorum, quamuis plures, & antiquæ in collationibus emanatæ nihil prosunt ad probandas huiusmodi præsentationes quòad effectum à Concilio requisitum, quia nil aliud esse videntur, nec magis operari, quam testium depositiones Ferentil. ad Buratt. decis. 139. num. 14. Seraph. decis. 1367. num. 5. Rot. in Terracinen iurispatronatus 10. Aprilis 1620. coram Merlino. Opinor tamen censeri
251 posse authenticas scripturas quòad hunc effectum testium depositiones in antiqua acta deductas, & redactas, nec non in publico Archiuio repertas, vt benè resoluunt Menoch. cons. 336. num. 23. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 10. num. 210. Barbos. de Offic. Episc. allegat. 72. num. 26. Rot. decis. 542. & 580. p. 4. diuers. per doctrinam Angel. in l. vlt. C. de edict. D. Adrian. tollend.

Dic septimò quòad hunc effectum, ne-
252 que sufficere si prætendatur probare per testes, authenticas scripturas fuisse deperditas, iuxtà formam cap. olim de priuileg. Ità Parif. de confid. q. 8. num. 258. latè in puncto Rot. in Calaguritana Iurispatron. de Viana 2. Decembris 1624. coram Remboldo, vbi nuncupatim refert, & reprobat Genuensem in prax. Neap. & Garc. de benef. contrarium tenentes.

Illudque est in hac materia considera-
253 tione dignum quod probari debet ex actis fuisse cognitum de iurepatronatus, iuxta formam præscriptam in d. cap. 9. Trid. nec statur assertioni per Ordinarium factæ, Rot. dec. 421. num. 3. part. 2. recent. Quin & constare debet fuisse citatum procuratorem fiscalem de cuius interesse agitur, Seraphin. decis. 1395. n. 7. vers. nec fuit citatus.

His positis videndum remanet, quę sint
254 personæ, de quibus loquitur Concil. d. cap. 9. & Gonzal. gloss. 18. n. 66. testatur Sac. Congreg. Concil. declarasse iuspatronatus ex vsurpatione præsumi attenta dispositione Concil. d. cap. 9. in Communitatibus, Vniuersitatibus, Ciuitatum Dominis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, alijsque perpetuam iusdictionem habentibus, quod idem affirmat de persona potenti in aliquo loco Barbos. Iur. Eccles. lib. 3. cap. 12. à num. 130. cum seqq. vbi refert, quæ nam dicantur

tur

tur personæ, & familiæ potentes. Præsumitur ergò iurispatronatus vsur-
255 patio si probetur possessorem iuris patronatus fuisse, vel esse dominum loci in quo situm est beneficium *Rot. decis. 219. num. 1. part. 1. recent. & decis. 421. num. 1. & decis. 756. nu. 3. p. 2. recent.* Quapropter prætendente Marchione Castri Cisternæ Asten. Diæc. habere Iuspatronatus super Parochiali Ecclesia eiusdem loci, prouisus Apostolicus de ea, vti beneficio libero causam introduxit coram Ordinario, à quo reportata contra eundem D. Marchionem sententia fauorabili, quæ in gradu postea appellationis, à Nuntio Taurinen confirmata fuit, tandem per ipsum D. Marchionem causa ad Curiam delata, ipsaque de more Vtriusque Signaturæ Refendario commissa, quoniam dubitari non poterat, quod præfatus Marchio loci Cisternæ, eiusque auctores sint de ijs, in quibus iurispatronatus vsurpatio præsumitur, pro certo ad eius fauorem Iuspatronatus canonizari non poterat, nisi concurrentibus probationibus Conciliaribus *d. cap. 9.* quæ si ex parte dicti Marchionis deductæ, & probatæ fuissent benè pro
256 certo processisset sententia in eius fauorem lata pro existentia, & canonizatione prætensi iurispatronatus: Verum cum vnicum eiusdem Marchionis fundamentum ad vsurpationem excludendam, in hoc consisteret, quòd scilicet iuspatronatus prædictum à Sixto IV. ex titulo oneroso Dominis loci Cisternæ concessum reperiatur, ac propterea quod non cadat sub reuocatione facta per Concil: ex *decis. Seraph. 499. num. 4.* Concessio verò Sixti IV. facta sit Dominis loci Cisternæ propter ex-
257 pensas tunc temporis factas in ipso, & alijs Castris, super quibus cum Camera transactio emanauerat: hinc nulla hæsitandi vmbra aderat, quòd talis concessio iurispatronatus fuerit ex priuilegio; Iura verò patronatus ex priuilegio per *Trid.* omninò sublata fuisse, patet ex supra deductis, & ex *d. cap. 9. eiusdem Concil.* vbi solum præseruantur Tituli dotationis, & fundationis, *Spada cons. num. 2. lib. 2.* Titulus verò dotationis, & fundationis dici non potest nisi expensæ, & onera passa, ip-
258 sius Ecclesiæ vtiliratem concernant, super qua Iuspatronatus prætenditur, latè *Viuian. de Iurepatron. lib. 2. cap. 5 num. 17. & seqq.* Et hoc est adeò verum, vt non sufficiat simplex expensa in ordine ad ipsum
259 beneficium, ad hoc vt priuilegium in casu dicatur ex causa onerosa concessum, sed requiritur quòd dotis medietatem excedat, alias si sit minor Iuspatronatus semper dicetur concessum ex gratia, vt optimè notat *Massobr. in prax. habend. concur. prælud. 7. dub. 3. num. 50.* cum alijs relatis per *Barbos. Collect. Concil. Trid. sess. 24 cap 9. num. 70.* vbi dicit expensam debere æquiualere concessioni, vt Iuspatronatus sit ex Titulo oneroso; de qua re consultus arbitratus sum præfatam sententiam ex hac parte esse iniustam, ex altera verò, quòd nempè ipsa lata fuerit non citatis legitimis contradictoribus, Ordinario scilicet, & Dataria principaliter interessatis, non obstante protestatione facta in actis per prouisum Apostolicum, solum instantem pro Manutentione, dixi eamdem sententiam esse nullam. Quare causa iterum commissa in gradu appellationis R. P. D. Vrsino inter Romanæ Aulæ Præsules, & Iudices iurisprudentia peritissimo cum super hac ipsa difficultate emanasset Scriptura pro veritate eruditissima R. P. D. Mei Io: Dominici Thomati Episcopi Asten Fratris, vtrioue, virtute, integritate, & iustitia præstàrissimi, ipsam quamplurima notatu digna continentem, & singulares conclusiones ad rem nostram facientes, includentē per extensum refero:

Pro reuocatione sententiæ latæ ad fauorem D. Marchionis loci Cisternæ hoc vnum sufficere videtur, quòd nempè ea lata est cum non legitimo Contradictore, nam ibi Canonizatur Iuspatronatus non citatis Ordinario, ac Dataria principaliter interessatis, & qui reperiuntur in libera possessione conferendi non attenta protestatione antecedenter facta in Actis Archiuij sub die 30.

Maij

Marij 1673. per D. Thomam prouisum Apostolicum, quòd citarentur interessati, vt in terminis dixit *Rot. coram Vbald. decis.* 198. *num.* 10. quoniam ipse solummodò instabat pro manutentione, quæ non erat denegãda, etiam quandò deducta per nominatum à prætenso Patrono aliquem gradum releuantis probationis constituerent, dum lis erat cum eodem nominato ex punctualibus *decis. Ninot.* 39. *n.* 3. *& in rec. p.* 13. *decis.* 514. *num.* 14. *& seqq.*

260

Et nihilhominus Iudex, non denegata, nec concessa manutentione petita, eumdem Prouisum Apostolicum inexpensis condemnauit, quòd legibus, & rationi repugnat, cum victus inexpensis condemnetur ex communi praxi, & talis dici nequeat D. Thomas principalis noster à sua possessione non amotus per Iudicem, à quo.

Verum ad tollenda omnia oblecta deducta super negocio principali per Dominum loci Cisternæ prætendentem habere Iuspatronatus Parochialis, de qua disputatur, & vt ipsius prætensio totaliter euellatur merita

261 causæ aggrediendo, dicimus ab eo non probari Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, quæ probatio eò magis debet esse concludens. Primò quia agitur contra Prouisum Apostolicum *Cochier. ad regulam octauam gloss.* 1. *num.* 3. *& ad reg.* 40. *de derogatione Iurispatronatus num.* 32. *in fin. Garz. de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 573. *& seqq. Rota in rec. p.* 8. *dec.* 224. *num.* 5. Vbi quod alias beneficium præsumitur liberum *Innoc. in cap. cum Venerabilis num.* 9. *de except. l. altius cum ibi not. C. de seruit. & aqu.*

Secundò quia Ecclesia de præsenti li-

262 bera reperitur, dum Dataria est in possessione conferendi, ideòque nunquam præsumitur fuisse serua. *Abb. in cap. querelam de Elect. Gamb. de offic. legat. lib.* 3. *tit. de potest. eiusdem in benef. confer. num.* 325. *pag. mihi* 83.

Tertiò ex quo habemus Sacram Con-

263 cil. Trid. dispositionem *sess.* 24. *cap.* 9. mandantis probari titulum fundationis, & dotationis à Dominis locorum ob præsumptam vsurpationem sublatis priuilegijs, & Consuetudinibus in contrarium *Rot. in rec. p.* 3. *dec.* 510. *num.* 2. *& p.* 4. *d.* 487. *num.* 3. *et p.* 12. *dec.* 90. *num.* 2. *&* 9. *& p.* 13. *dec.* 511. *num.* 13.

Quæ Conclusio est adeò vera, vt nec

264 etiam ad hunc effectum sententiæ Episcoporum Canonizatoriæ Iurispatronatus suffragentur, *Rot. post Viuian. de Iurispatron. dec.* 53. *num.* 8. *& coram Peuting. dec.* 383. *num.* 2. Nec minus sufficiant narratiuæ appositæ in literis Pontificijs, nisi in eis exprimatur titulus fundationis, & dotationis; *Rota post Viuian. eod. tract. dec.* 9. *num.* 6. Et ratio est, quia de iure communi tale ius non competit nisi ex fundatione, vel dotatione, aut constructione DD. *in cap.* 3. *de Iurepatron. Gloss. in cap. pia mentis q.* 7. *Innoc. in rubr. de Iurepatr. nu.* 2. *Lambert. eod. tract. lib.* 1. *p.* 1. *art.* 6. *& p.* 2. *art.* 2. *num.* 1.

His itaque firmatis, nõ obstant duę limi-

265 tationes ex aduerso allegarę, quòd nempè præsens Iuspatronatus sit ex titulo oneroso concesso à Sixto IV. Dominis looi Cisternæ, qua propter non cadat sub reuocatione priuilegiorum facta per Concilium ex *decis. Seraph.* 449. *num.* 4. quòdque insuper moderno Domino loci assistat immemorabilis possessio præsentandi desumpta ex Testibus examinatis, & ex eadem concessione Sixti in actis registrata, ideòque immemorabilem præscriptam quasi possessionem habere naturam fundationis, & dotationis, eamque sufficere ad effectum probationis prædictæ.

Nam motiuo immemorabilis optimè respondet D. causæ Patronus in S. in casu nostro, & primò quod Testes præter exceptiones Personales non

266 deponunt iuxtà requisita *Gloss. in cap.* 1. *de præscript. in* 6. *Rot. post Viuian. de Iurepatron. dec.* 10. *per tot.* Secundò, quia inuerisimilia apertissimè deponunt, dum duæ vltimę prouisiones nempè Dominici, & Thomæ de Boda factæ fuerunt à Dataria tanquam de beneficio libero sciente asserto Patrono, & propterea excluditur allegata immemorabilis *Abbas in cap. querelam de Elect. Rot. dec.* 81.

*dec.*81. *num.* 3. *p.* 11. *rec.* Et tertiò,
267 quia ex eadem Conciliari dispositione vltrà immemorabilem, exiguntur præsentationes effectuatę spatio quinquaginta annorum, quæ in casu nostro omninò deficiunt *Letter. de re benef. lib.* 2. *q.* 13. *num.* 124. *& seqq. Rota dec.*90. *num.*8. *p.*12. *rec.* Et similes præsentationes per authenticas scripturas probari debent, non
268 autem per testes, ex quo forma tradita à Concilio non potest adimpleri per æquipollens *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 52. *num.* 2. *Garz. de benef. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 113. vbi affert declarationes S. Congregationis Concilij *Viuian. de Iurepatr. part.* 2. *lib.* 11. *cap.*5. *num.*84.

Immò quandò, vt in proposito, con-
269 stat de origine Priuilegij, seù concessionis Iurispatronatus, immemorabilis nunquam prodest *Massobr. in prax. habend. concurs. prælud.*7. *dub.*3. *num.*85. *& seqq. Garz. d. cap.*9. *num.* 119. *& seqq. Barbos. in Collectan. ad Concil. sess.*25. *de Reformation. cap.*9. *num.*68.

Alteri verò motiuo priuilegij onerosi non compræhensi in Conciliari derogatione. Respondetur ponderando verba eiusdem met concessionis Sixti IV. ibi enim Sum. Pontifex concedit Antonio inuestito eiusque hæredibus, & successoribus vna cum Castro insimul Iuspatronatus ad Parochialem Ecclesiarum SS. Geruasij, & Protasij eiusdem loci Cistetnæ, *quod illius temporales Domini, seù feudatarij habere consueuerunt*, sunt verba propria Constitutionis. Quapropter vel Dominus loci Aduersarius vult vti Iurepatronatus, vt dicitur ei competente ab Antiquo ante Pontificatum Sixti, aut verò vlt vti eodem iure sibi competente ex eadem Constitutione. Primo casu, quia existentia dicti
270 Iurispatronatus est fundamentum intentionis Pontificis, nisi de eo doceatur, gratia non suffragatur, nec probat existentiam illius, quoniam Pontifex alio modo locutus fuisset, quandò illud simpliciter concedere voluisset, vt in similibus terminis doctissimè ponderat *Coccin. omninò videndus dec.* 1784. *num.* 64. *& seqq.*

271 Et quidem optima ratione, quoniam narratiua Pontificis etiam cum clausula *motu proprio* non probat, quandò continet factum alienum, & de eo principaliter dubitatur *Paris. cons.* 114. *num.*22. *lib.*4. *Gabr. de probat. conclus.* 2. *nu.* 60. *Lupus allegat.* 7. *propè finem nu.*8. Vbi habetur, quod motus proprius Papæ non probat *Spada cons.* 20. *num.* 12. *lib.* 2. Præcipuè quandò narratiua non emanauit causa cognita, nam tunc impugnari potest, & non probat Iuspatronatus, vt post *Dec. in cap. iurauit nu.* 1. *&* 2. *de probat.* & alias auctoritates firmat *Rota in rec. part.*3. *decis.*510. *sub num.* 1.

Secundò autem casu nec etiam eidem
272 Domino loci suffragatur concessio Sixti IV. quoniam iste dicitur titulus priuilegij omninò sublatus à Concilio ex iam deductis, non autem titulus dotationis, & fundationis *Spada d. cons.*20. *nu.* 2. *lib.* 2. optimè *Gamb. de offic. legat. lib.* 3. *tit. de potest. eiusdem in benef. confer. num.*321.

Et licèt pars aduersa conetur defendere priuilegium præscriptum esse one-
273 rosum, & ex iustitia concessum à Summo Pontifice propter expensas tunc temporis factas in Castris, super quibus emanauerat transactio cum Camera ibi: Et prò conseruatione Iurium Cameræ in præfatis Castris pluribus annis magnas expensas fecit &c. Nihilhominus æquiuocat manifestè, tum quia in Iure non reperitur alius modus expressus pro acquisitione Iurispatronatus titulo oneroso, & ex iustitia quam ille fundationis, dotationis, & constructionis, cum cæteræ aliæ concessiones sint priuilegiatiuæ, & ex mera gratia *Abb. cons.* 54. *num.* 1. *& cons.*59. *num.*2. *part.*1. *Spada cons.*20. *sub num.* 12. *vers. non obstat lib.* 2. *de Luca tract. de Iurepatr. disc.* 55. *nu.*2. *Adden. ad Buratt. decis.* 1. *num.* 13. *Coccin. d.*1613. *num.*4.

Tum etiam, quia Conclusio, quòd
274 Iuspatronatus ex priuilegio competens, si sit concessum titulo oneroso, non dicatur sublatum à Conc. Trid. quamuis in se sumpta, sit verissima, illa tamen est intelligenda, quatenus expensæ factæ, & onera passa

passa concernant vtilitatem ipsius Ecclesiæ, in qua prætenditur acquisitum Iuspatronatus; & in his terminis loquuntur quotquot auctoritates ex aduerso allegari solent, & ità loquitur *Decis. Seraph.* 499. vbi sermo est de primitijs Villæ assignatis fabricæ Ecclesiæ, & *Adden ad Greg. decis.* 397. *num.* 6. qui etiam loquitur de augumento Dotis beneficij; latissimè *Viuian. de Iurepatronatus lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. *& seqq.* Vbi pariter considerat causam onerosam respicientem tamen vtilitatem ipsiusmet Ecclesiæ.

Immò vt tali casu priuilegium dicatur
275 ex causa onerosa concessum, nec etiam sufficit simplex expensa in ordine ad ipsum beneficium, sed requiritur quòd illa excedat medietatem dotis, alioquin si sit minor, semper Iuspatronatus dicetur ex gratia, & non ex iustitia, vt benè ponderant *Massobr. in praxi habend. concurs. praelud.* 7. *dub.* 3. *num.* 50. *& seqq. Viuian. de Iurepatronatus lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. *vers.* & ad acquirendum Iuspatronatus, *Barbos. ad Concil. Trident. d. sess.* 25. *cap.* 9. *num.* 70. *de reformat.* vbi dicit expensam debere æquiualere concessioni, vt Iuspatronatus sit ex titulo oneroso.

In præsenti autem casu expensæ non sunt factæ in ordine ad Ecclesiam SS. Geruasij, & Protasij loci Cisternæ, sed in ordine ad alia Castra prius incamerata, & posteà restituta in transactione hæredibus illorum, qui fuerant priuati, vt cantant verba eiusdem Sixti suprà relata. Ideòque necessariò dicendum Iuspatronatus esse ex mero priuilegio gratioso, non autem ex causa onerosa, quæ ex iam deductis desumitur solummodò à fundatione, dotatione, & constructione.

Decisio denique *Rotæ in Mediolanen*
276 *Prioratus* 4. *Martij* 1646. *coram rec. mem. Cardinali Corrado* alias deducta per DD. ex aduerso scribentes prò punctualissima, ex quo loquitur in consimili casu Bullæ Sixti IV. nullo modo applicatur, quia vt apparet ex lectura, loquitur de familia priuata domus de Montegarijs, ibi aderat expressa reseruatio Iurispatronatus, quod ex alia Bulla Sixti V. emanata post Concilium, declarabatur existere non ex priuilegio, sed ex vera, reali, actuali, & integra fundatione, & lis erat inter Compatronos, cum quibus admittuntur leuiores probationes. Quæ omnia cum deficiant in casu nostro meritò non applicantur, Ideòque reuocanda vltima sententia, quæ ex prædictis summoperè claudicat, & pro reuocatione obtinenda exuberat primum nostrum motiuum.

Præfatis accedit, quòd præfatus Mar-
277 chio instrumenta produxit ex quibus constat de venditione dicti Castri Cisternæ, nec non Iurispatronatus super Parochiali dicti loci sub vocabulo SS. Geruasij, & Protasij, vndè oculariter patet, qualiter etiam in casu quòd ius aliquod Marchionibus eius auctoribus super dicta Parochiali loci Cisternæ competijsset per dictas Venditiones Castrorum, & Iurispatronatus ex dispositione dicti *cap.* 9. *Concilij Trid.* ipsum amisissent, & ipso facto de dicto Iurepatronatu priuati, atque interdicti extitissent, quia & si sub Venditione Castri, illiusque iurium veniant etiam Iuspatronatus, attamen si specialiter cum Castro distrahatur, & vendatur confestim Iuspatronatus amittitur. *Ità Barbos. in Collect. Concil. d. cap.* 9. *num.* 81. *Rot. p.* 14. *recent. dec.* 536. *num.* 183. *&* 184.

Quarè &c.

Cæterum ad propositum dispositionis
278 *Concilij Trid. in d. cap.* 9. notare non desinam Iurapatronatus concessa à quadraginta annis citra Concil. Trid. debere reuideri ab Ordinario, ad effectum vt reuocari debeant, vel confirmari, secus in illis, quæ concessa fuerunt quadraginta annis ante Concilium, vt post *Garc. tradit Filliuc. quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 2. *num.* 62. censuit *Rot. decis.* 4. *num.* 4. *p.* 2. *recent.* Dum enim *Concil. d. cap.* 9. subijcit examini, & reuisioni Ordinarij iuspatronatus concessum ex augumento à 40. annis citra, est etiam signum euidens, quòd vult cætera iura patronatus ex augumento concessa ante 40. annos valida remanere *Beltram. ad decis. Greg*or.

gor. decis. 397. *num.* 6. Interim autem dum reuidentur sua quasi possessione patronos priuandos non esse dictum fuit in *Barchinonen Prioratus* 11. *Maij* 1609. *coram Coccino, & in Cesaraugustana de Mella* 6. *Nouembr.* 1617. *coram eodem*, quas decisiones refert *Massobr. in prax. habendi concursum prælud.* 7. *dub.* 3. *num.* 66. *secundum impressionem Romanam*.

Vigesimum primum notabile est, quod
279 non est standum vltimo Statui Ecclesiarum, vbi de contrario statu, antecedenti, aut alias de libera prouisione, etiam per literas erectionis, aut alio modo constare potest, Idcirco narratiuæ Sedi Apostolicæ præiudiciales in prætenso fortasse Ecclesiarum vltimo statu fundatæ existentes, in hac Vrbani *Constitut.* ibi: *Insuperque &c.* vti erroneæ, & inaduertenter factæ Pontificia auctoritate irritæ decernuntur. Vbi etenim constat de vitio inualido à principio, neque ipsam immemorabilem, & continuatam possessionem aliquid suffragari aduertit *Mantic. dec.* 318. *num.* 1. *Ricc. de nouiss. prob. iurispatr. resol.* 47. *Rot. dec.* 548. *num.* 2. *part.* 2. *rec. Baratt. decis.* 172. *num.* 18.

Vigesimum secundum notabile est,
280 quòd decreta in prouisionibus Ecclesiarum pro cultu diuino, & felici ipsarum Ecclesiarum gubernio apponi solita perdurant, quòusque fuerint adimpleta. Neque simplicem assertiuam quòd per obitum prouisi, vel alias expirauerint eum nihilhominus perdurare debeant, vti erroneam Ecclesiæ præiudicare declarat *Vrban. in hac Constit.* ibi; *insuperque*, vbi & in sequentibus talia decreta censeri repetita donec adimpleta fuerint etiam declarat.

Vigesimum tertium notabile est, quòd
281 Reges, & Principes, facultates, indulta, seù alias gratias à Sede Apostolica postulantes, iuxta antiquum stylum literas declarationis, & promissionis Papæ concedenti transmittere debent, quibus se obligent pro obseruantia, & conseruatione quarumcumque immunitatum, libertatum, & Iurium Sedis Apostolicæ, Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, eorumque bonorum, vt ad literam colligitur in memorata *Constit.* ibi; *insuperque*.

Vigesimum quartum notabile est, quòd
282 expeditiones gratiarum factæ vigore conuentionum, concordatorum, & transactionum, & compactorum cum Sede Apostolica initorum, quæ tamen expirarunt, declarantur erroneæ erroneèque respectiuè expeditæ, nullumque intulisse neque inferri potuisse, vel in futurum posse præiudicium Sedi Apostolicæ, ac Statui Ecclesiarum decernitur in *hac Constit.* ibi: *insuperque*, vbi & sancitur statum vltimum ipsarum Ecclesiarum Ciuitatum Terrarum, Dominiorum, Castrorum, & locorum iurisdictionalium, nec non quarumcumque facultatum, gratiarum, concessionum, aliorumque iurium Sedis Apostolicæ, & Ecclesiarum inferiorum non fuisse, neque vnquam esse attendendum, vbi de antecedenti contrario statu, vel initio constat.

Vigesimum quintum notabile est, quòd
283 interpretatio huius Constitutionis, quibuscumque etiam Regularibus est interdicta sub pæna excommunicationis latæ sententiæ, & nullitatis gerendorum, vt ad literam legitur *in hac Constit.* ibi: *Et quatenus &c.*

Vigesimum sextum notabile est, quòd
284 Interpretatio gratiarum, & dispensationum à Sede Apostolica emanatarum in fauorem Imperatoris Regum, & aliorum Supremorum Principum interdicta est quibuscunque Regularibus, alijsque cuiuscumque status, seù gradus sub pæna excommunicationis latæ sententiæ, prout clarè patet ex verbis huius *Constit.* ibi: *Et quatenus &c.*

Vigesimum septimum notabile est,
285 quòd hæc *Constitutio*, & cætera omnia Apostolica diplomata, & dispositiones ante declarationem, ad literam debent intelligi, declaratio verò, Papæ reseruatur, vt apertè colligitur ex ipsa *Constit.* ibi: *duntaxat nobis*.

Vigesimum octauum notabile est, quòd
286 Vrbanus VIII. in hac *Constitutione*, expressa præiudicialia damnat, & reuocat, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine,

ne, vt ad literam patet ibi: *Idcircò motu &c.*

Clauſula etenim motu proprio ſingula-
287 rem vim habet, & varios producit effectus notatos per DD. *in cap. ſi motu proprio de prabend. in 6.* quos pleno calamo refert *Barboſ. de clauſ. 79.* Hæc ſiquidem clauſula habet vim clauſulæ, *non obſtantibus &c.* nec non clauſulæ, *ex certa ſcientia*, Nec non ſpecialis expreſſionis. Vndè fit quòd literæ Apoſtolicæ abſque altera iuſtificatione executioni demandari debeant, vti innixæ voluntati, & verbo Papæ *Achil. dec. 10. de Probat. Put. deciſ. 101. lib. 3. Seraph. deciſ. 1484. num. 10. Rot. deciſ. 633. num. 3. & deciſ. 645. num. 2. part. 1. & deciſ. 656. num. 1. part. 2. recent.* & diſertè probat *Barboſ. loc. cit.* vbi decem, & nouem huius cauſæ mirabiles effectus notat, & limitationes aduertit.

Clauſula verò, *de plenitudine poteſtatis*,
288 tantam vim habet, quantam habent ſimul illæ, *motu proprio*, *ex certa ſcientia*; tantumque operatur, vt cauſæ ratio non ſit exquirenda in Principe, cur ita faciat. *Mart. clauſ. 259. nu. 1.* Deroget omni legi contrariæ, clauſulam etiam derogatoriam habenti *Ridolph. tract. de ſuprema Principis poteſt cap. 5. n. 4.* Abſque altera derogatione, contraria de medio tollat, & omnes nullitatis defectus ſanet, quia tunc Princeps in legibus humanis, quinimò ex iuſta cauſa in diuino, & naturali iure diſpenſat, vt eruditè docet *Barboſ. clauſ. 41.* vbi decem huius clauſulæ effectus numerat, Limitationes aduertit, & Doctores de vi, & effectu huius clauſulæ loquentes plena manu refert.

Vigeſimum nonum notabile eſt, quod
289 poſitis clauſulis executiuis, remotis obſtaculis, & contrarijs in genere, & in ſpecie derogatis; *Vrb. VIII. in hac Conſtit.* contenta inuiolabiliter per quoſcunque Iudices, etiam S. R. E. Cardinales, & quaſcunque Congregationes iudicari poſſe decernit cum clauſula, *ſublata*; *& decreto irritanti*, vt ad literam conſtat, ibi: *ſublata eis &c.* & ibi; *irritum*, *& inane &c.*

Summam ſiquidem vim in illa clauſula,
290 *ſublata*, notant DD. quos plena manu refert *Barboſ. clauſ. 175.* Claudit enim os Iudici, & ei aliter iudicandi facultatem tollit, nec audiendi ſunt venientes contra literalem intellectum Conſtitutionis, in qua hęc clauſula appoſita reperitur, niſi prius à Papa in Signatura gratiæ oris apertitione obtenta. *Rot. in Calaguritana pratenſa confidentia impreſſ. per Marcheſ. de Commiſſ. p. 2. pag. 426.* Propterea comprehendit omnes Iudices
291 quauis dignitate fulgentes, etiam S. R. E. Cardinales, adeòut graui pæna dignus eſſet Iudex, qui ante oris apertionem iudicaret, *Mandoſ. de Monitorijs q. 6. nu. 44.* Ligat etiam
292 ignorantes, & omnes futuros, quoſcunque Iudices. *Marcheſ. de de Commiſſ. p. 1. tit. de commiſſ. appell. cap. 6. num. 2.* Non valet oppoſitio de Regulis Cancellariæ quamuis fauorabilibus. *Mart. clauſ. 176. n. 11.*
293 Et in ſpecie non poſſe opponi regulam, *de iure quaſito non tollendo*, cenſuit *Rot. in Papien Bonorum*, quæ eſt *deciſ. 177. num. 3. part. 2. recent.* Neque Signatura Iuſtitię os aperire poteſt ad impugnandam conceſſionem, cui hæc clauſula adiecta reperitur. *Mart. clauſ. 176. num. 39.* Quandòcunque, & in qualibet in-
294 ſtantia opponi poteſt. *Rot. in Calaguritana Canonicatus impreſſ. per Marcheſ. de commiſſ. part. 2. pag. 426.* Vide plures alios huius clauſulæ effectus, obſeruatis etiam limitationibus pleno calamo notatos per *Barboſ. d. clauſ. 175.*

Singulares quoque effectus producit,
295 *Decretum irritans*. Irritat enim, & annullat omnia, quæ in contrarium fiunt, *cap. ſi eo tempore de elect. in 6.* adeòut actus factus contra decretum irritans ſit ipſo iure nullus parte etiam non opponente. *Rot. deciſ. 142. num. 4. part. 2. recent.* Et etiam ſi partes millies conſentiant
296 *Menoch. conſ. 398. num. 48.* Etiam ignorantes liget, *cap. ſi poſtquam, cap. dudum, cap. ſi beneficia de pra-*
297 *bend. in 6.* Præſcriptionem tollat *Rebuff. ad leges Gallia tit. de ſir. & irren. concord. Habil. verſ. plus dicit*,
298 Abroget conſuetudini ne dum in

præ-

teritum, sed etiam in futurum *Mart. clauf.* 191. *num.* 9. Operetur etiam
299 ante literarum præsentationem *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss. vlt. num.* 50. *Barbos. clauf.* 40. *num.* 37. & *per tot.* vbi latè refert vim huius decreti cuius decem effectus numerat, varijs ampliationibus, & limitationibus ipsos exornat, Doctores verò de hac clausula tractantes plena manu refert.

Trigesimum notabile est, quòd in hac
300 Constitutione specialiter derogatur regulæ de iure quæsito non tollendo, & Constitutioni Pij IV. de gratijs interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus infra certum tempus in eadem Camera præsentandis, & registrandis; vt ad literam patet ibi: *Non obstantibus &c.* Nunquam enim Papa censetur velle præiudicare iuri quæsito tertij, nisi expressè hoc dicat, adeòut nec ipsa clausula, *de plenitudine potestatis*, deroget regulę *de iure quæsito non tollendo*, *Rota in Cæsaraugustana exemptionis impress. per Marches. de sommiss. p.* 2. *pag.* 125.

Trigesimum primum notabile est, quod
301 Vrbanus VIII. inuiolabilem huius Constitutionis obseruantiam intendens non solum tollit obstacula prouenientia ex quibus vis Constitutionibus Apostolicis etiam specialibus, aut ex Concilijs etiam Vniuersalibus, sed & quæcumque alia, vt ad literam colligitur ibi: *Non obstantibus quibusuis Constitutionibus &c.* & ibi: *Nec non quibusuis conniuentijs, tolerantijs, consensibus, taciturnitatibus, permissionibus, vsibus, consuetudinibus etiam longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama priuilegij Apostolici, ac statutis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, priuilegijs quoque, indultis, concessionibus, licentijs, & literis Apostolicis, quibuscunque personis etiam, vt præmittitur, qualificatis, ac Prouinsijs, Regnis, Ciuitatibus, Vniuersitatibus, Ecclesijs, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, Societati Iesu, alijsque locis, & personis quibuslibet, etiam speciali nota, & expressione dignis, etiam motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decreti etiam irritantis, et alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innouatis.*

Trigesimum secundum notabile est,
302 quòd in hac ipsa Constitutione Vrbanus VIII. dat facultatem Sac. Congreg. Romanæ Rotæ, Cameræ, vel alteri Iudici à Papa specialiter deputato causa cognita ipsam declarandi, & ad causarum terminationem veniendi, vt patet, ibi: *Non intendimus tamen.*

Hinc declaratum fuit hanc *Vrbani Con-*
383 *stit.* quòd non præsumatur beneplacitum nisi ex cursu 100. annorum non habere locum in Regno Poloniæ, vt patet ex rescripto *S. Congreg. Concil. die* 24. *Settembris* 1646. cui declarationi inhærendo idem dixit, *Rot. decis.* 200. *part.* 10. *recent. & soram Bich. dec.* 474. Et propterea illic militat dispositio iuris communis, quod ex obseruantia 30. Annorum præsumatur Beneplacitum.

Item, licet Beneplacitum Apostolicum sit necessarium etiam quando
304 contrahitur inter duas Ecclesias, *Rot. p.* 4. *recent. decis.* 277. *num.* 9. *et seqq. tom.* 2. *et decis.* 561. *num.* 7. *p.* 5. *et in Leodien Dominiorum* 25. *Iunij* 1649. *coram Eminentissimo Corrado.* Nec non etiam si fiat alienatio personę eiusdem Ecclesię *Rot. decis.* 3. *num.* 32. *p.* 7. *recent. et in Gerunden Canonicatus, et Præpositura* 3. *Maij* 1647. *coram Dunozetto, inter eius impress. decis.* 776. *num.* 14. Declaratum attamen fuit Vrbani VIII. *Constitutionem*, quòd non præsumatur Beneplacitum Apostolicum, nisi ex cursu 100. Annorum, non habere locum, vbi agitur contra aliam Ecclesiam *Rot. in Vicen portionum* 1. *Iunij* 1643. *coram Dunozetto, inter eius impress. decis.* 713. *in Romana Census* 13. *Iunij* 1663. *coram Priolo, in Pampilonen Iurium Parochialium* 19. *Ianuarij* 1669. *Beuilaqua, et in Rauenaten decursus Aquarum* 12. *Iuny* 1665. *coram eodem.*

Decla-

Declaratum etiam fuit Vrbani VIII.
305 *Conſt.* non comprehendere cauſas antea per ſententiam terminatas, ſed eas relinquere in terminis iuris communis, vnde ſufficit curſus 30. Annorum. *Rot. in Romana Domus 16. Martij 1665. coram Beuilaqua.*

Declaratum quoque fuit Vrbani VIII.
306 *Conſt.* non comprehendere cenſus impoſitos per laicos antequam bona ad Eccleſiam tranſirent *Rot. in Romana Cenſus 13. Iunij 1663. coram Priolo.*

Declaratum denique fuit centenariam exceptuatam in *Conſt.* Vrban. VIII. intelligendam etiam ſi deficiant aliqui Anni *Rot. in Bonon. Bonorum Emphiteuticorum die 1. Iunij 1663. coram Albergato; & in Senen Emphiteuſis 17. Martij 1664. coram Emeriz.*

Trigeſimum tertium, & vltimum nota-
307 bile eſt, quòd in hac ipſa *Conſtit* præſeruatur centenaria poſſeſſio pacifica iuncta obſeruantia, ſi tamen concurrat titulus verus, & legitimus exiſtentis in dicta poſſeſſione, & ſolum reprobatur in caſibus, in quibus per Sacros Canones, ſeù Concilia Vniuerſalia, vel Apoſtolicas Conſtitutiones reprobata reperitur, vel in hac ipſa *Conſtit.* ei derogatur prout colligitur ex ſupra notatis.

Tota difficultas conſiſtit ad dignoſcen-
308 dum quomodò centenariæ dinumeratio fieri debeat. Et faciendam habito reſpectu ad tempus motæ litis, non editæ Conſtitutionis in terminis centenariæ completæ, poſt editam Conſtitutionem Vrbanam, dixit *Rot. in dicta Romana Domus 28. Iunij 1669. coram Eminentiſſimo D. Cardinali pro Datario. In Placentina Emphiteuſis 1. Maij 1660. relat. in dicta Romana Domus 30. Maij 1672. coram Emeriz. impreſſ. in fin. huius Tract.* recedendo ab opinione, quam alias tenuiſſe videtur in *Romana Vinea 2. Maij 1661. coram Eminentiſſimo Cardinali Cerro impreſſ. inter recent. p. 13. d. 319. num. 19.* Et in terminis immemorabilis, quæ exigitur ad probandum Iuſpatronatus, quòad perſonas, in quibus cadit vſurpationis ſuſpicio, quod ante Trid. non debeat eſſe probata, ſed ſufficiat ſi ſit probata ante motam litem tradit *Corrad. prax. benef. lib. 4. cap. 4. nu. 39.* diſertè *Sola vident. ad Conſtitut. Sabaud. tit. de Inſign. part. 1. gloſſ. 2. num. 3.*

Quamuis alias centenaria, ſeù imme-
309 morabilis ſuper cultu alicuius Sancti, vt excepta ſit à Decreto Vrban. VIII. ſuper non cultu, ante annum 1625. quo dictum decretum emanauit completa eſſe debeat. *Bordon. contr. 13. num. 40.* vbi teſtatur ità à *S. Congreg. Rit.* declaratum *die 23. Martij 1652.* In materia etenim Canonizationis, Vrban. VIII. declarauit immemorabilem curſum intelligi tempus centum Annorum metam excedens. Hinc eſt quòd ad probandum cultum immemorabilem requiritur probatio talis exceſſus, vt ex prædicta declaratione ſupponunt *Scacch. de Canonizat. Sanct. ſect. 10. cap. 1. lit. C. Lezan. conſ. 1. num. 36. Bordon. controuerſ. 13. num. 46.* diſertè notat *Pignatell. conſult. 243. per totam*, vbi docet quomodò probetur cultus immemorabilis, & *Conſult. 244.* vbi exponit. An verba illa per modum declarationis exceptiuè expreſſa in Decretis Vrban. VIII. *Aut per communem Eccleſia conſenſum &c.* coluntur intelligenda ſint de Eccleſia particulari. *Conſult. 245.* vbi exponit, an verba illa; *Aut Patrum, virorumque Sanctorum ſcripta*, in eiſdem Decretis appoſita reſpiciant ſeruos Dei, qui obdormiuerint in Domino ante tempora Alexandr. III. ad Pontificatum elati nonis Septembris 1159. Et *Conſult. 246.* vbi examinat. Quomodò intelligi debeant verba illa: *Vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolica, vel Ordinarij coluntur.* Et *Conſult. 247.* Vbi exponit, an Prophetia, ſiuè reuelationes ſolidum ſanctitatis argumentum præſtent. Et *Conſult. 248.* vbi docet, quanto temporis ſpatio, proceſſus Canonizationis Apoſtolica authoritate demandatus, vt ſit legitimus abſolui debeat. Et *Conſult. 249.* in qua exponit, quando in cauſis Canonizationum noua remiſſoria concedi, vel denegari debeat. Et *Conſult. 250.* vbi notat? An ſtandum ſit ſimplici enunciatiuæ

Com-

Commissionis, non insertę in literis Remissorialibus. Et *Consult.* 251. in qua examinat, an Officium Vicarij, cui Canonizationis causa delegata reperitur post obitum sui Episcopi expiret. Et *Consult.* 252. in qua tradit an mulieres in causis Canonizationis pro testibus admitti possint. Et *Consult.* 253. vbi docet: An Indulgentiæ, die anniuersario alicuius Serui Dei, concessæ visitantibus eius Altare, seù Capellam respiciant publicam venerationem, seù solemnem cultum ab Ecclesia concedi solitum Sanctis Canonizatis, aut alias à Sede Apostolica in Sanctitate comprobatis.

CONSTITVTIO ALEXANDRI S. MEMORIAE VII.

De non alienandis in forenses bonis stabilibus in Statu Ecclesiastico existentibus, siue iurisdictionalia sint, siue iurisdictione careant.

ALEXANDER EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

VT ea, qua par est sollicitudine commisso Nobis à Diuina Maiestate subditorum S. Sedis Regimini respondere, ac vigili prouidentia eorum vtilitati prospicere valeamus, ea, quæ à Summis Pontific. Prædecessoribus nostris de non alienandis in forenses bonis stabilibus tam iurisdictionalibus, quam iurisdictione carentibus in nostra Ditione Ecclesiastica sitis prouidè sancita fuere pari Constitutione duximus innouanda.

Siquidem recol. mem. Sixtus Papa V. Prædecessor noster, qui crebriùs subditorum facultates augerentur, ac ne importuno in exteros transitu suorum diminutæ substantiæ, in alienæ messis cederent fœcunditatem, prohibuit bona quæcumque stabilia, seù immobilia sita in Statu Ecclesiastico, etiam Oppida, iurisdictiones, feuda, & similia à quacumque persona in quouis statu etiamsi Imperiali, Regali, ac Ducali constituta, ac etiam Ecclesiastica dignitate, & speciali mentione notanda insignita in quamlibet personam extraneam, Communitatem, Collegium, ac Vniuersitatem, quæ temporali Sedis Apostolicę dominio subiecta non esset, vllatenus transferri, tàm titulo venditionis, quàm permutationis, donationis, ac locationis supra triennium, nec non in emphyteusim, feudum, liuellum, pignus, seu precarium concedi, Apostolica prius non impetrata facultate, sub pœna nullitatis contractuū, aliorumque gestorum. Excepit tamen ab huiusmodi prohibitoria Constitutione, Census, Officia, loca Montium, Mulierum dotes, ac ipsam Almam Vrbem, vna cum eius circuitu ad decem milliaria protendendo, ac simul filios, vel hæredes prædictarum mulierum soluto matrimonio, dummodo exteri fuerint teneri, vel infra triennium sibi in eodem statu domicilium eligere, vel dicta bona in alios præfato statui subiectos transferre, ciuilitatibus, si quæ fuerint derogando, sanciuit.

Sed ne hominum calliditas ad subterfugia nimium studiosè, in procliuis prædictæ Sixti Constitutionis leges, nec quidem indirectè posset eludere fel. record. Clemens Papa VIII. dubia quæ inposterum circa ipsam oriri possent explanaturus eandem Constitu-

Conſtitutionem innouauit, ac decreuit nulli licere, præterquàm Eccleſiaſticis Collegijs extra Eccleſiaſticum ſtatum poſitis, nec quidem Vniuerſitatibus, Communitatibus, ac quibuſuis cæteris Principibus ſtabilia, aliaque bona, & iura quæ proſtabilibus habentur (citra tamen loca Montium, & Officia Romanæ Curiæ) nedum in eiuſdem Eccleſiaſtici ſtatus confinio, verùm nec in ipſamet Vrbe exiſtentia poſſidere etiam ſub quouis titulo, & contractu præterquàm ex cauſa dotis, nec non ex qualibet diſpoſitione tàm inter viuos, quàm ex Teſtamentis, Codicillis, Legatis, Donationibus cauſa mortis, & alijs quibuslibet vltimis voluntatibus ſub pœna amiſſionis bonorum, quæ Camera Apoſtolica poſſit ipſo iure, ac propria authoritate vindicare, ac penès ſe, donec vita taliter diſponentium durauerit, retinere, ac inſuper priuationis officiorum contra ipſos Tabelliones, qui de eiuſmodi contractibus ſeſe rogauerint.

Acceſſit itidem Conſtitutio ſanct. mem. Pauli Papa V. Prædeceſſoris noſtri, qua, vt ea, quæ in ſuper narratis Conſtitutionibus Sixti V. & Clementis VIII. diſpoſita legebantur Pontificiæ authoritatis oraculo fortius communitur, eaſque quo minus ſubuerti poſſent falſis interpretationibus ſubtraheret, ipſas declarauit, ac iuſſit facultatem prædictam alienandi inſcriptis prius obtinendam eſſe, ac inde in ipſo actu contrahendi exhibendam penès Notarium, falſi pœnam, ac amiſſionis officiorum Tabellionibus; Priuationis verò rei alienatæ contrahentibus inijciens.

Quoniam verò nonnullis artificiosè præinuentis ad contractuum ſecuritatem cautelis aditus paruerat alienandi, etiam non impetrata à Summo Pontifice congrua facultate fel. record. Vrbanus Papa VIII. pariter Prædeceſſor noſter, expoſitas ſuperiùs litteras confirmauit, eaſque extendi ad bona in confinibus Territorij Baronali exiſtentia, ad Caſtra demolita, Tenutas, & Prædia etiam non iuriſdictionalia, cenſuſque ſuper huiuſmodi bonis impoſitos, nec non ad ius prælationis illorum vigore reſultans declarauit, terminumque trium menſium ſucceſſiuè præfixit, intra quem vnuſquiſque, qui nulliter contra præfatas Conſtitutiones contraxerat à geſtis recederet; mandans inſuper Notarijs omnibus, vt infra terminum ſupradictum in margine inſtrumenti abolitionem contractus adnotare tenerentur, eiſdem pœnis in ſupradictis Conſtitutionibus comminatis, eos, ſi non paruerint, ſubijciens. Vt autem quęlibet doloſa conuentio, quæ ſub palliato dotium conſtituendarum prætextu in præiudicium S. Sedis iniri poſſet, euitaretur, idem Vrbanus VIII. recenſitas litteras Sixti, Clementis, & Pauli innouans, & confirmans eaſdem ad quoſcumque contractus occaſione quarumlibet dotium etiam ratione educationis infantium, aliarumque miſerabilium perſonarum per quaſcumque perſonas ſubditas, ſeu forenſes, ac de quibuslibet bonis iuriſdictionalibus nempè, ac non iuriſdictionalibus, ſtabilibus tamen, celebrandos extendit, abſque ſua, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis licentia, pœnamque adiecit priuationis eorundem bonorum ad fauorem Cameræ, vel alterius inferioris Eccleſiæ, à qua contrahentes illa recognoſcerent, omneſque facultates alienandi in non ſubditos, acquirendi, ac domicilij non conſtituendi in ſtatu Eccleſiaſtico illuc vſque contra præfatas Conſtitutiones conceſſas reuocauit.

Et cum quò feruentiùs dd. Prædeceſſorum cura nouis, ac iteratis Conſtitutionibus inconcuſſę ſtuderet obſeruantię, cò callidiora nonnullorum verſutia germanum earumdem intellectum inuertendo, ſuſcitaret inuenta, quibus ſeſe tutò reciperent, ac quomodolibet cum forenſibus, ac exteris impunè contraherent, ſpecioſa palliatione, beneplacitum Apoſtolicum reſeruando, ſeu apponendo clauſulas (quatenus non obſtent Apoſtolicę Conſtitutiones, ac ex nunc pro tunc quando ceſſauerint earum obſtacula, & non aliàs, aliter, nec alio modo) & alias formu-

tas, & clausulas adhibendo, quibus eorum consensus conditionaliter tantùm exhiberetur, rec. me. Innocentius PP. X. Prædecessor noster approbatis, & innouatis dd. Prædecessorum Constitutionibus, eas pariter ad contractus initos cum reseruatione beneplaciti Apostolici, ac cum clausulis, quatenus non obstent &c. alijsque similibus conditionalem consensum quomodolibet inducentibus, ac iurium cessiones super stabilibus extendit, nec non etiam ad contractus celebratos (cum relatione ad minutas, & scripturas penès contrahentes existentes) & per Procuratorem, aut negociorum gestorem vigore mandati generalis etiam cum decreto Iudicis, vel per aliam quantumuis priuilegiatam personam cuiuscumque dignitatis, ac speciali nota recensendam, vel denique quouis iuridicarum solemnitatum apparatu præmunitos, cunctosque ita contrahentes pœnis in supradictis Constitutionibus inflictis mulctandos decreuit, licentiamque in scriptis super huiusmodi contractibus implorandam à Romano Pontifice, ac in eadem serie contractus explicandam esse declarauit, derogans cuicumque ciuilitati, seu Priuilegio, Indulto, aut Decreto Ciuilitatis, quolibet titulo etiam oneroso, ac sub quauis amplissima verborum structura concessæ, subdens præterea simplicem domicilij electionem apud acta publica nequaquam suffragari, sed opus esse, vt priuilegio incolatus quoad præmissa quis vti possit, verè, & realiter domicilium in Statu, vel Vrbe prædictis in perpetuum, & animo permanendi constituere. Et cum præiudicium S. Sedis æquè immineret si bona propè Vrbem consita dictis Constitutionibus supposita nullatenus remaneant, idcircò sub eisdem quæcumque Casalia, Tenutas, & Pedicas, siue iurisdictionalia, siue non vltra quatuor ab eadem Vrbe milliaria comprehensa mandauit. Insuper, vt cò magis dd. Constitutionum obseruantia firmata remaneat, vltra eas per dd. Prædecessores comminatas, addidit pœnas confiscationis bonorum prædictorum, vel eorum prætij, aut eius quod erit loco pretij, siue solutum fuerit, siue promissum, & destinatum, & interim ad cambium, vel sub alio interusurio penès contrahentes, vel alios relictum, si absque prędicta præcedente licentia in fauorem forensis quoquo modo illorum Dominus absolutus fuerit. Sin verò huiusmodi bona fideicommisso, vel Primogenituræ alijuè restitutioni supposita fuerint, tunc durante vita tantùm contrahentes ad Cameram, vel Ecclesiam à qua prædicta bona recognoscerentur spectare decreuit, siue Contractus à Tutore, vel Curatore, vel alio quolibet administratore celebratus fuerit, pœnasque ad arbitrium sui, vel pro tempore existentis Pontificis, eos, qui taliter nomine alieno contraxerint, vel consensum qualitercumque prestiterint constituendas reseruauit, reuocans quascumque licentias contrahendi in fauorem forensium absque Romani Pontificis facultate vsque illuc quomodolibet concessas. Successiuè autem cunctis, qui contra tenorem dd. Constitutionem de facto contraxisse reperiantur terminum trium mensium, citra tamen præiudicium Cameræ quoad pœnas vigore earum incursas præfixit, quo temporis spatio vnicuique liceret, quod taliter gesserit retractare, ac in pristino statu, quo ante conuentionem erant singula reponere, eoque elapso, ac contractibus huiusmodi non abolitis ad Cameram bona prędicta pertineant, iniungens simul Notarijs quibuslibet, vt Instrumenta omnia super præmissis per eos confecta exhibere, ac reuocationem gestorum omnium in eorundem margine designare teneantur, loca autem Montium, & Officia Romanæ Curię, vti nec suorum Prædecessorum subiecta remansere Constitutionibus, ita pariter ab eisdem exempta fore, nec comprehensa censeri confirmauit.

Verum quia ad nostram notitiam deuenit complures forenses, præmissis nullatenus attentis bona tam feudalia, quàm allodialia cum iurisdictione, & sine, in nostro Statu Ecclesia-

stico

ſtico ſita nihilominus poſſidere, eoſque forſan à tenore ſupradictarum Conſtitutionum recedendo contraxiſſe, nos cuncta quæ à præfaris Prędeceſſoris noſtris, vt Subditorum vtilirati, ac noſtri Status vberiori incremento conſulerent ſalubritet ſancita fuere, priſtinæ reſtituere obſeruantiæ, eiſque firmiora fulcimenta parare, eaquè omnia, & ſingula, quæ prædictis vllatenus valeant aduerſari, etiam ſi de neceſſitate exprimenda forent è medio tollere cupientes, prædictarum Conſtitutionum, ac omnium contrariorum quoquomodo directè, vel indirectè aduerſantium, & aliorum quorumcumque de iure exprimendorum tenores, ac ſeries, ac ſi de verbo ad verbum inſerti fuiſſent pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. Vrbani VIII. ac Innocentij X. Prædeceſſorum Conſtitutiones, ac omnia, & ſingula in eis, & earum qualibet contenta, & expreſſa etiam forſan deſuper non enunciata confirmamus, & approbamus, ac inuiolabiliter in omnibus, & per omnia obſeruari decernimus, & mandamus. Atque, vt ſingula in eiſdem Conſtitutionibus expreſſa plenius executioni demandentur, hac in parte etiam eorundem Prædeceſſorum veſtigijs inhærentes, omnes, & ſingulas facultates, licentias, ac Indulta quęcumque ſuper quibuſuis bonis ſtabilibus, Tenutis, Tenimentis, ac locis, tam iuriſdictionalibus quam iuriſdictione carentibus ſiue ſint fœudalia, emphyteotica, & liuellaria, ſiue allodialia in quocumque loco Status Noſtri Eccleſiaſtici conſiſtentia, contrahendi, nec non illa etiam retinendi, & non habitandi in Vrbe, ſeu Noſtro Statu Eccleſiaſtico à Prędeceſſoribus noſtris, vel à nobis in fauorem forenſium cuiuſuis ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, ac præeminentiæ, tam laicalis quam Eccleſiaſticæ etiam motu proprio, & ſub quibuſuis clauſulis, & cauthelis derogatorijs, ac derogatoriarum derogatorijs, & reualidatorijs, nec non reintegratorijs in priſtinum ſtatum validum quomodolibet, qualitercumque, & quomodocumque conceſſas, & impartitas, ac conceſſa, & impartita penitus, & omninò reuocamus, annullamus, & abolemus, ac pro reuocatis, annullatis, & aboliris haberi volumus, & mandamus. Cæterum quoad eos, qui hactenus contraxerunt, & bona prędicta retinuerunt, & poſſident vigore licentiæ à Prædeceſſoribus Noſtris, vel à nobis obtentæ opportunò curantes occurrere conſilio vnumquemque ad illam re ipſa exhibendum in actis dilecti filij Franciſci Lucarelli Notarij Cameræ Noſtræ infra tres menſes à die publicationis præſentis noſtræ Conſtitutionis in hac Vrbe faciendę adſtringimus, & obligamus, nec non infra eumdem terminum ad Vrbem, ac Noſtrum Statum reſpectiuè venire, ac reſpectiuè redire ibiquè verè, ac cum effectu Domicilium animo, ac propoſito non recedendi ampliùs perperuòque cum familia manendi realiter conſtituere, prout etiam in eiſdem dictorum noſtrorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus præcipitur ſub pœnis in illis reſpectiuè contentis, volumus, & mandamus. Decernentes ſic, & non alias &c.

Notæ ad præfatam Alexandri VII. Conſtitutionem, & eius Geſta.

Verba huius Conſtitutiones clara ſunt, & vtpotè declaratoria aliarum Eccleſiaſticarum Sanctionum per Pontificia Diplomata emanatarum, maiori declararione non indigent, quapropter in Notis Hiſtoricis. Alexandri S. Mem. VII. Vitam, & Geſta recenſendo, duntaxat immorabor. Præter ergò generales Eccleſiaſticas Sanctiones, rerum Eccleſię alienationes prohibentes, alias habemus Romanorum Pontificum Conſtitutiones particularium quorumdam bonorum diſtractiones ſpecialiter denegantes, vt de alienatione vel infeudatione Ciuita-

nitatum, aut locorum S.R. Ecclesiæ etiam prætextu euidentis vtilitatis patet *ex Const.* 35. B. Pij V. *ex Const.* 3. Greg. XIII. *ex Const.* 1. Clement. VIII. *& ex Const.* 4. Innoc. IX. Bona item iurisdictionalia Ecclesiarum intra Italiam existentia alienare prohibitur Vrban. VIII. *Const.* 51. Nec non alienationes bonorum immobilium in Statu Ecclesiastico existentium in extraneos prohibitæ reperiuntur, in *Const.* 3. Sixti V. in *Const.* 78. Clem. VIII. *in Const.* 108. Paul. V. in *Constit.* 65. 72. 151. 153. Vrban. VIII. & in *Constit.* quæ incipit. *Vt ea sub die* 17. *Febr.* 1660. Alex. S. M. VII. in qua eum præfatas Prædecessorum suorum Constitutiones referat, confirmet, atque declaret; ad literam ideò ipsam retuli, ne hisce nostris Commentarijs, quicquam desit, per quod Ecclesiarum Ecclesiasticorum, nec non Status Ecclesiastici indemnitati consulitur, quod semper præ oculis habuit Alex. VII. qui sedit Romanus Pontifex Ann. 12. mens. 1. & dieb. 15. à die nimirum 7. Aprilis Anni 1655. qua in locum Innocentij X. renunciatus fuit, vsque ad diem 22. Maij hora 22. Anni 1667. qua diem extremum clausit. Ab obitu enim Innocent. X. post Sedis Apostolicæ interregnum mensium 3. Fabius S.R.E. Cardinalis Chisius patria Senensis, Flauij filius, doctrina, ingenio, sapientia, prudentia, vitę integritate, & sanguinis nobilitate præclarissimus, qui claris parentibus, vt par erat sui generis nobilitati educatus à primo suæ vitę curriculo generosæ indolis specimen prebens, Pithagoræ biuium offendens, herculeo more molli voluptatis semita contempta, per asperum virtutis callem ad gloriam tendens, admirabili ingenio, solertia, atque labore, certam supremæ cuiuslibet dignitatis spem sapientibus ostendebat; Vir summæ apud omnes existimationis, ab Vrbano VIII. sapientum fautore vtriusque Signaturę Referendarij Prælatura decoratus, & Prolegatione Ferrariensi auctus, in quo munere tanta vigilantia, atque prudentia, cunctis præterquam sibi cautus, inter contagiosas confinantium Ciuitatum calamitates, Ferrariensium saluti consuluit, vt id sanè ab eius diligentia prodigiosè promeritum omnes agnouerint, ne pestifero halitu Ferraria afflaretur. Ad Melitenses, inde, Inquisitoris sibi dignitate delata procedens tanta integritate, & pietate enituit, vt omnium mentes in sui admirationem, & venerationem raperet. Quapropter Apostolici Nuncij delato munere, Coloniam transmissus parem rebus gerendis animum afferens singulari prudentia, rerumque agendarum dexteritate sibi demandatam legationem perfecit, in Germanicis Comitijs pro pace inter Christianos Principes componenda sudatissimè laborauit. Hæreticorum furoris, hæresumque pestis, vniuersam Germaniam vastatis, profligationi piissimè institit. Aliasque res Ecclesiæ grauissimas, & difficilimas confecit. Hinc tanta eius virtutum fama, rebus ipsis comprobata exereuit, vt Innocentius X. Integritatis Acer Censor, ipsum Romam reuocauerit, & status à secretis electum eius fidei Sapientię, & integritati maiora Sedis Apostolicæ negotia concrediderit, & inter purpuratos communi omnium plausu ipsum adscripserit. In maiori verò Augustorum Patrum subsellio locatus, & in publicę Curæ partem ascitus, in hac tam illustri prouincia, & Cardinalitio munere obeundo tantò maior virtute, sapientia, & consilio apparens, quantò ampliori munere, & honore fulgebat, Anno Domini 1655. die 7. Aprilis, magno omnium purpuratorum Patrum consensu, & studio, ad numerum 65. ascendentium, in quorum oculis, eius animi celsitudo Cardinalitię dignitatis fastigio non inæqualis, constantia rerum humanarum amphractibus superior, & prudentia, qua in publicis quibusque muneribus obeundis castigatissimi iudicij, singularis pietatis, integritatis, atque Clementiæ specimen in dies magis ostenderat, fixa remanebat, inter eius præconia potissimum eminentibus Numinis cultu, religionis cura, in sacris Christiani Orbis Comitijs opera diligen-

diligentissimè nauata, tot tantisque virtutibus sine vlla vitiorum mixtura, quod rarum est emicantibus, reluctans, & meliorem suffragatoribus electionem suadens Romanus Pontifex electus, electioni de se factæ pro viribus obstitit, neque prius consensum suum præstare voluit, quàm in lacrymas effusus, Cælo porrectis precibus, Deum consuleret, quo facto, ne diuinæ vocationi repugnare velle videretur, priuatam adorationem de more suscepit, à suprema Pontificatus dignitate eò magis desideratus, quò magis ipsam vel oblatam obijciebat, vel colatam prorsus eiurabat. In Principis verò Apostolorum Basilica publicè præstari solitam, Sede non vt moris est in medio, sed in infima Altaris maioris parte collocata, Crucifixum amplectendo, recepit; die autem 18. Aprilis Pontificio ornatus phrygio, & triplici diademate coronatus. Alexander VII. dictus, nona verò die Maij, toto Orbe, & Vrbe plaudente, quòd Nutantis Reipublicę fatalis eius Curæ diuinitus commissa remanerent, Lateranensem Basilicam adiuit, pompaque, plausuque solemni possessionem de more adeptus fuit. Hinc ad Sedis Apostolicæ moderamen conuersus, Principatum à decore Domus Dei, sanctissimè auspicatus, nouo, & nunquam forsan antea viso regnandi genere, tutelam potius, quàm dominatum in subditos exercere incipiens, tot, & tanta sanctitatis, mundique contemptus testimonia dedit, vt quàm despicienda sit temporalis vitæ gloria, in ipsa suæ inaugurationis pompa, ipsoque gloriæ principatu Sarcophago mortis memor in proprium cubile introducto, demonstraret. Ad commune verò bonum se natum esse agnoscens vt supremę Pontificatus dignitati, sibique satisfaceret in id primum omni cura intendit, in, quod & inregro sui Pontificatus decursu totus incubuit, vt Christiana pietate, bonis artibus, virtutibusque florentibus aurea secula reuiuiscerent. & Ecclesia ipsa iam iam nouo decore induta, in veterem dignitatem, & religionis zelum assurgeret; ad sui venerationem omnium animos pellicere malens sanctimoniæ sublimitate, cælestisque suæ benignitatis suauitate, quam corpora adigere Maiestatis fastigio, Summus animarum Pastor, ne Christo supremo omnium Pontifici, se absimilem exhiberet Thyarę gloriam in Maximis humilitatis, & charitatis operibus ostentare cæpit, inopes perendino quoque die cibo, potuque reficiendo, in Nosocomijs visu, ore, manu, ægros adiuuando, in Parthenonibus illocabilium Virginum centurias enutriendo, familijs extrema laborantibus inopia secretum auri subsidium mittendo, vtque terrena omnia pro Cælesti beneficio commutaret, nullis, aut laboribus, aut vigilijs parcens, sudoribus fatigatus assiduis, diuina penè in alijs, vni sibi inimica dilectione, Catholicæ Ecclesiæ deseruiens inter omnium linguarum benedictiones triumphabat Alexandri Nomen, Catholicis solatium afferens, hæreticis, apud quos etiam laudatissimus habebatur, timorem incutiens ipsorum etiam erga Apostolicam Sedem venerationem conciliians, adeòut Danemarci Regis frater, qui Romæ fortuitò aderat, ad osculum pedum ipsius se contulerit. Et quamuis eius Pontificatus initijs sese inuidæ temporum calamitates obiecerint, hæreditariam tamen sapientiam, atque prudentiam; quibus diuina, & humana reguntur à maioribus possidens fortium animos aduersis probati didicit, ijs potius Alexandri virtutibus, atque præconijs ampliorem viam sternentibus. Raro enim alium Pontificem inueniemus, cuius Pontificatus initia tot, tamque præclara maximarum rerum euenta æquè nobilitarint, & cuius virtus in bonis, malisque Reipublicæ magis enituerit. Certè, vel tria hæc aduentus in Vrbem Christinę Suecorum Reginæ, Grassantis vbique, & Romæ, & in Ecclesiastica Dictione pestis, nec non exundantis Tyberis alluuionis, & stragis argumenta, de Alexandri virtutibus fidem faciunt. Illud enim magnificentiæ, & pietatis specimen in his præbuit, vt nescias in quo fue-

rit

rit mirabilior Reginam ne regio more excipiendo, an malos, Parentis instar è Reipublicæ visceribus euellendo. Christinam etenim Suecorum Reginam Christianis Sacris imbutam percalcato Regno ad Sacra Apostolorum limina veneranda, Sedique Apostolicæ, & Romano Pontifici Christi Vicario veram obedientiam præstandam Romam aduenientem Pontificio apparatu, sumptuque Regio excepit, & Sacramento Confirmationis ipsa die Domini Natiuitati Sacra, Alexandræ adito nomine consignauit, quod præclarissimum Catholicæ veritatis argumentum Alexandri Pontificatum inter cæteros celeberrimum reddit. Vt equidem pijssimos Imperatores, & Reges prætercam, qui purpuræ splendoribus, Regnisque abrenunciatis Catholicam Religionem in sancta humilitate profitentes, Deo potius seruire, quàm alijs dominati maluerunt, sponteque ad Monasticæ Vitæ quietem conuolarunt, quorum nemini secunda fuit Christina, verum inter Regias mulieres, quæ sanctitatis, & Catholicę pietatis præclara dederunt testimonia ipsa maior adinueniri possit haud scio. Radegundam etenim Francorum Reginam à Clothario Viduam relictam Sedenre Ioanne II. Anno Domini 566. Pictauis in Monasterio ab ipsa constructo Monasticam vitam excoluisse. Engilbergam Augustam viro destitutam, Ioanne VIII. sedente Anno 875. Brixię Monastico habitu sumpto Christo nupsisse. Vvillam Augustam post Berengarij mortem, Sedente Ioanne XII. Anno 964. Sanctimoniale Velum assumpsisse. Theresiam ab Arabum Rege eius viro delusam, & vti Christianam repudiatam, regia veste deposita sedente Sergio IV. Anno 1010. Monasticam Vitam professam fuisse, Chunegundem Augustam post mortem Henrici Imp. eius viri, cum quo mutuo consensu Virgo permanserat Anno 1025. Sedente Ioanne XX. Imperialibus ornamentis dimissis in Monasterio Confugiensi à se ipsa erecto, Monasticum habitum, quem sibi ipsa suis manibus operata fuerat susecepisse. Adelaidem, quam & Praxedem alij dicunt Henrici III. Imp. Vxorem post inauditas ab eo possa turpitudines, & mala, Mathildis Comitissæ opera, ad quam confugerat, Vrbano II. deductam, Anno 1093: eodem Vrbano Sedente Monasterium ingressam fuisse. Brigittam Suetiæ Reginam Viduam relictam Anno 1363. ad Vrbanum V. venisse à quo confirmatione regulæ Ordinis à se instituti impetrata virtutibus, atque miraculis clara, diuinis reuelationibus ditatam atque dotatã inter sanctos relatam fuisse. Mariam Anglię Reginã, postea Philippi II. Hispaniarum Regis vxorem Anno 1553. Sedente Iulio III. pulsis ministris hæreticis Religionem Catholicam restituisse. Cypri, & Bosnæ Reginas Turcarum Armis fugatas, Regno, & bonis omnibus expoliatas, ad Sixtum IV. confugisse, & Romę liberale hospitium adinuenientes pijssimam Vitam duxisse. Alias quoque regij sanguinis fæminas, neglectis seculi vanitatibus, spretisque nuptijs Sanctissimę vitæ præclara dedisse specimina, tum sacra, tum prophana Historica documenta plenè testantur. Reginam verò, quæ primo suæ ętatis flore, inter hęterodoxę religionis licentias enutrita, potentissimi Regni viribus suffulta, à suis subditis quasi Numen adoratam, solo Catholicæ fidei intuitu, diuinique amoris zelo motam Sacrilegi Lutheri dogmata ab hæterodoxis tradita eiurarit, vnaque cum Regno conculcarit, & percalcarit præter Christinam huc vsque alteram non adinueni. Hæc enim vnica proles illius Gustaui Adulfi, qui iure militaris roboris prototypon, & Regum facile Princeps dici posset, ni inter tenebras in quibus adoleuerat, extremum quoque diem clausisset, à Patris obitu vti legitima Sueciæ Regina recepta, recognita, & venerata, Regni Curis, & literarum studijs intenta, Iustitiæ vindex acerrima, omnia periucunda reddens, exteras ipsas nationes in sui admirationem rapiens, ab omnium ordinum hominibus vti integerrimum Regiæ Maiestatis Numen, & Sapientię Oraculum

culum venerabatur, tantiſque virtutibus eminebat, vt nil aliud ad tet optimi Regis Ideam efformandam, quam Catholicæ veritatis lumen ei profectò deeſſet, quod intermiſſorum nunquam ſtudiorum opera, & in omni ſcientiarum genere, ſacrarum, præſertim literatura, quibus ab impijs Nouatoribus controuerſam Catholicam veritatem, & veræ Religionis Lumen exquirebat, diuino aſſlante ſpiritu non diu abſuit, ægrè ferente Cælo tam nobilem Heroinam tantis virtutibus exoratam, doctrinæ præſtantia, & morum innocentia præclariſſimam inter hæreſum tenebras deambulare. Præclarum ſanè diuinæ gratiæ miraculum, quòd conſeneſcentem in Vniuerſo Orbe Chriſtianam pietatem renouauit, dum Lutheranorum impijs dogmatibus ciutatis, ſubditorum amore neglecto, paternis delicijs percalcatis, natiui Climatis erroribus confutatis, ſpretis Regijs nuptijs, ab ipſis Regni Comitijs, ad firmandam Regni ſucceſſionem, exoptatis, Regnò ipſo relicto, ad Chriſti Vicarij pedes Chriſtina euolauit, ſacroque inſignita Chriſmate, Catholicæ fidei veritatem profeſſa, inter Catholicas Regina potius ſine Regno viuere maluit, quam à Catholicis dogmatibus aliena tot Gentium Domina, heretiris dominari. Nequierat diuina penè anima, vno Regno claudi, ſed ad commune bonum, ad Regum exemplar prodire debuit, & in Orbis Regia, innumerabilium Martyrum ſanguine purpurata, pretioſiorem aſſumere purpuram. Alexandro maiorem ne dum Orbis ſpolijs triumphando, ſed ipſum Angelicis animi ſui dotibus fecundando, & inter Infidelium furores, Catholicam Religionem tuendo, augendo, & propagando. Per ſingulas eius virtutes non ibo, cum meum non ſit deſcribere, quæ ſatis admirari vix poſſum, Teſtis mihi ſit Roma nihil admodum mirari, vel laudare aſſueta, quæ clariſſimo plauſu vti Regij ordinis decus, & ornamentum Chriſtinæ Maieſtatem verbo, & exemplo Catholicæ Eccleſiæ commodis deſeruientem veneratur, eiuſque morum ſuauitatem, in omni ſcientiarum, & linguarum genere experientiam admiraculum vſque excellentem, Religionem, Prudentiam, Iuſtitiam, & pietatem ne dum admirabunda excepit, ſed exteras nationes in eius admirationem conuertit. Vtque alia Chriſtinæ Suecorum Reginæ virtutum documenta prætercam, in quibus exacti Hiſtorici partes adimplebo *in meo Opere Pontifices Legiſlatores inſcripto in Epitome Hiſtorico*, iuxtà Annos Sedis Alex. VII. digeſto. Et ad rem meam propriùs accedendo ad Alexandrum redeam, omnium cladiſſi, atrociſſima peſtilentiæ lue, ſędè, graſſante, Romam non ſolum, ſed & circumfuſa ora funeribus viduantem, in feſtis locis alexipharmacorum, Annonæ, & Miniſtrorum profuſa, atque opportuna copia, paterna prouidentia opitulatus Alexander in reſecandis crudeliter graſſantis morbi radicibus, in aditu virulentis progreſſibus intercludendo, in opprimenda Epidemiæ hydra, de proſtratis quotidiè cadaueribus vberius pullulante, tantam vigilantiam præſtitit, quòuſque tabificam vim mali penitus compreſſam, atque extinctam vidit, adeòut vitam ei acceptam referrent ſuperſtites, morientes verò tanta pietate adiuti vix extrema ſentirent. Eximia pietate commiſeratus exundantis Tyberis Maris inſtar ſæuientis alluuionem, & ſtragem, qua nullam poſt illam, quæ Sedente Clem. VIII. maxima extitit, hominum memoria maiorem recolit, in enormem ſiquidem altitudinem Tyberim, adeò excreuiſſe vidimus, vt Aelij Pontis, S. Angeli dicti, Arcus in altum, data opera ad emittendam aquarum multitudinem, eductos vinceret, in plateas, & fora effunderet, domus vbique aquis oppleret, vias inundaret, lacus vbique, & labes faceret, aditus, exitùſque ædium obſtrueret, & liquida obſidione cingeret, detrimenta, quæ potuit tanta vigilantia prohibuit, vt Incolarum metus occuparit, Regionibus, quibus Tyberis ineuberat diligentibus Curatoribus præpoſitis, Eminentiſſimo nimirum, & Reuerendiſſimo D. Flauio

uio

uio Cardinali Chisio, & Excellentissimis DD. Mario, & Augustino altero Pontificis fratre, alter ex altero fratre Nepote, qui paratis Cymbis per vias discurrentes domos obsessas adibant, non de publico constitutas pecunias, sed priuatas suas facultates, in miserorum subsidium conferentes cibo, potuque omnes recreabant, & ad diuinæ iræ furores placandos præsens malum elemosynis auertere futurum publicis præcibus indictis præuenire cupiens, in Basilica S. Mariæ Maioris, ad quam supplex processionaliter accesserat in genua prouolutus, tunc duntaxat præcandi finem fecit, præces in gratias vertendo, cum Tyberim decrescere audiuit, orabat enim Alexander quasi imperaret, cessitque confestim Tyber, quasi obaudisset, senseruntque Superi, non in solis Clauibus Pontificis, sed & in præcibus pondus esse. Pauci profectò ex Romanis Pontificis reperiuntur, qui præclara publicæ pietatis opera non condiderint, & quorum insignis, sanctæque liberalitatis monumentum aliquod non extet. Plerique sunt, quorum multa inueniuntur, & oculis obuia, & scriptis edita. At inter ipsos Alexandri VII. nomen prægrandi laude dignum eminet, quòd vix exacto duodecim Annorum curriculo, tot tantaque molitus sit, vt ne dum nemini superiorum ante se Pontificum, vel magnificentissimo cedat, sed & Romanos ipsos Imperatores antecellat, sub quorum Imperio, ante quam Pax Ecclesiæ foret, aliarum ruinis Roma olim creuit, totiusque Orbis Victrix, victarum adeò Gentium spolijs abundauit, vt eius magnificentia aliarum parta fuerit iniuria, vndè non temerè accidit, si à tot Barbaris Nationibus deuastata postea cecidit cum singulæ dum ipsa diriperent, sua repeterent. Norunt omnes, quicunque Romam norunt, quantum Alexander fidelium præsidio atque leuamini, necessarias etiam conseruandæ vitæ horas sibi, vt plurimum subtrahens vigilauerit ardentissimoque rerum Ecclesiç tuendarum, & amplificandarum studio ductus Ecclesiasticorum iurium Assertor constantissimus, & libertatis Ecclesiasticç defensor acerrimus nullo vnquam metu concussus extitit, nec non quantum Vrbis Magnificentiç, tum in Sacrorum Templorum structura, tum in sternendis vijs, forisque ampliandis, atque ornandis tribuerit. Reges enim & Christianos Principes de sua ad Romanæ, & Vniversalis Ecclesiæ Primatum assumptione certiores fecit. Vt fælicius Pontificis partes sustineret Vniuersali Iubileo indicto, & celebrato diuinam opem implorauit. Annonç affluentia Vrbem recreauit, & sterilitatis mala exturbauit, aliaque singularia largitatis, & pietatis monumenta præstitit, quibus humanç, & Christianç vitæ necessitas continetur, quæque ad instituendum Principem, & Pastorem Optimum desiderantur; Quatuor Vrbis Basilicas personaliter visitauit, & ad Populi mores emendandos, Cleri disciplinam, diuinumque cultum sanctius ordinandum, quatuor Apostolicos Visitatores delegit, inter quos Marcum Antonium Thomatum Pedemontanum Episcopum Bitectensem, virum integerrimum, & literarijs editis laboribus, vbique præclarissimum deputauit. Ad Hispanum Monarcham, & Galliç Regem, pro pace inter ipsos ineunda, & arma in Barbaros dirigenda Legatos Apostolicos transmissit, nec modicè laborauit, cumque bella magis vigere viderentur formatis ad suæ cælestis Benignitatis exemplar Catholicorum Principum, & Christi Gregis moribus furentium Armorum dissidia in Christiano Orbe sedauit. Imperatori, & Venetis aduersus Turcas ipsos infestantes præstitis subsidijs, ingenti vi auri sequentis Martis tela in Otomani Imperij exitium conuertere studuit. Ad compescendos Moscouitarum furores Poloniæ Regnum inuadentium suppetias missit. Heluetijs Catholicis, ad protetuiam hæreticorum ipsos infestantium comprimendam, auxiliares opes subministrauit. Ad leuamen Communitatum peculiarem Congregationem instituit, Bullam Gregorij XIII. de datis, & promissis

miſſis pro gratia à Sede Apoſtolica impetranda, vel obtinenda, ad ipſos etiam Papę conſanguineos illam extendendo, confirmauit. Quæcunque dona in poculentis etiam, & oſculentis conſiſtentia Datario, ac cæteris Datariæ Officialibus recipere prohibuit. Innocentij X. Bullam de damnatione Ianſeniſmi confirmauit, & ſenſum Cornelij Epiſcopi Iprenſis in propoſitionibus à Sede Apoſtolica damnatis, reprobum omninò fuiſſe declarauit. Signaturæ Votantes in Collegium erexit, & promouendorum ad Prælaturam Referendariatus vtriuſque Signaturę, Apoſtolico dato Diplomate, requiſita præfixit. Venalia Subdiaconorum, & Acolitorum officia à Pontificio Sacello procul abiecit; Subdiaconorum loco Sac. Rom. Rotę Auditoribus ſubſtitutis, loco verò Acolitorum Votantibus Signaturæ ſubrogatis, quibus deficientibus eorum vices ſupplent Abbreuiatores Parci Maioris Collegium vetuſtiſſimum, & prçclariſſimum, purpuratorum, & ſupremorum Pontificum Seminarium. Officia itidem præsbyteri Aſſiſtentis, Diaconi, & Subdiaconi, à tribus Canonicis ex Vrbis Baſilicis deſumptis, in Pontificio Sacello exerceri decreuit, Presbyteri Aſſiſtentis munus Canonico Baſilicæ Lateranenſis, Diaconi miniſterium, Canonico Baſilicę Vaticanę, Subdiaconi officium Canonico Baſilicæ S. Mariæ Maioris deferens, quos & Prælatos domeſticos creauit. Congregationem doctrinæ Chriſtianę in Gallia à Statu Regulari amouit. Luctus inſignia in conſanguineorum obitu expandi ſolita, Cardinalibus deferre prohibuit. Patres Societatis Ieſus Venetijs in priſtinum ſtatum repoſuit. Sacrę Conſultæ, nec non Sacræ Rotæ Tribunalibus præſenti Maieſtate aſſidens proprij luminis claritate integerrimę illorum Iuſtitię fulgores adauxit. Sacræ Rotæ Romanę Areopagi Auditoribus violaceis togę, galerique inſignibus, alijſque honorificis additis noua decora tribuit. Sac. Conſiſtorij Aduocatis Manteloni, ſeù Cappę perforatę vſum priuatiuè quòad omnes conceſſit. In qualibet Vrbis Regione honeſtis moribus fæminam eum ſalario ſcutorum quinque pro quolibet menſe, ad pauperes puellas inſtruendas magiſtram conſtituit. Marmoreæ Statuæ erectionem ab Vrbis Conſeruatoribus ipſi decretam, vti glorioſum Alexandri monumentum in Capitolio collocandam, ſancta fultus humilitate recuſauit, Senatu, Populoque Romano proprijs Votis ſatisfacientibus, Statuæ loco, de hæroicis Alexandri Virtutibus ad perpetuas æternitates aurea inſcriptione erecta. Apoſtolicæ Cameræ Clericos in Sacellum Pontificium reuocauit. In Hadriani molem vulgò Caſtrum S. Angeli per viam ſecretam accedens Archiuium, ibi Apoſtolicum viſitauit. Bibliotecam Vaticanam libris vndique conquiſitis, & aducta celebri Ducis Vrbinatenſis, empta prætio ſcutorum decem mille, notabiliter auxit. Vrbis Vniuerſitatem, hoc eſt Romanę Sapientię Lyceum à Leone X. fundatum, à Greg. XIII. Sixto V. Clem. VIII. Paulo V. Vrbano VIII. Innoc. X. continuatum, Auctorum amplitudine Operis magnificentia Profeſſorum peritia, doctrinarum varietate, Cathedrarum multitudine præclariſſimum circumducto operis ambitu perfecit, ſex Cathedras, quæ ad eius perfectionem deſiderabantur inſtituit, Dogmaticam nimirum de Controuerſijs fidei, Decreti Gratiani, Pandectarum, Inſtitutionis Iuris Canonici, Inſtitutionum Criminalium, & Hiſtorię Eccleſiaſticę, ad quas & ad exhedrarum pro tempore vacantium Magiſterium Profeſſores doctrina præſtantes, in ſua quoſque profeſſione inſignes delegit. Ne mortua ſine libris, in quibus loquuntur mortui literarum ſtudia remanerent in ipſa Romanæ Vniuerſitatis Sapientia celebrem Bibliothecam inſtituit, quæ operis magnificentia oculos alijcit, librorum varietate, & multitudine, ad triginta millia volumina, aſcendentium citra faſtidium mentes erudit, Adoleſcentibus illicium, ſenibus ſubſidium, otioſis ſpetaculum, occupatis diuerticulum, ſtudioſis nego-

negotium, & Alexandri Memoriæ, cuius Statua Marmorea, animæ instar Bibliothecæ Vitam præbere videtur gloriosum per secula monumentum; vtque sacratius eiusdem Sapientiæ Romanæ Templum redderetur, in Cæmeterio Priscillæ S. Alexandri Martyris inuentum Corpus eidem donauit in Ara Maxima reconditum: Quinimò summus Sapientiæ excultor Alexander Archygimnasij Romanæ Vniuersitatis ab ipso, vndequaque perfecti solemnia celebrauit, & illa quasi natalitia Sacro Cardinalium comitante Senatu consecrauit, & Professores cuiusque facultatis Principes in exhedris magisterium exercentes audiuit, hoc facto significans se esse optimum Sapientiæ, & Sapientum Altorem, atque Patronum. Hæreticales Francisci Burri Mediolanensis propositiones damnauit, eiusque effigiem in Campo Floræ concremari iussit. In quosdam Regij Galliarum Oratoris domesticos Cytneæ gentis attentato, exortum dissidium, paterno zelo, summa dexteritate, atque prudentia occupauit, & vt de eius propenso erga Catholicos Reges, & Principes animo, Gallia quoque certum argumentum haberet, Flauium S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Chisium sibi ex fratre Nepotem Sacrosanctæ Lateranensis Basilicæ Archipresbyterum, Signaturæ Iustitiæ Præfectum, in quo cuncta Naturæ, & Virtutis ornamenta in alijs diuisim emicantia splendidius colliguntur, ad Ludouicum XIV. Galliarum Regem à Latere Apostolicum Legatum transmisit, qui ipsum sumptu regio, ingentique animi hilaritate, & humanitate excepit, eiusque aureos mores, corporis maiestatem, animi candorem, in difficillimis quibusque negotijs pertractandis prudentiam, in perficiendis Sapientiam, nec non in omnium ordinum hominibus liberalitatem, in maximis Charitatis operibus præfulgentem admiratus, ad Quiritum iucunditatem, & ad commune Catholici Orbis bonum ipsum natum haud fateri nequiuit, & arctiori beneuolentiæ Vinculo Regiæ gratiæ adiecit. Ad Augustam Leopoldi Imperatoris sponsam Philippi IV. Hispaniarum Regis filiam in Germaniam properantem, & Mediolanum transeuntem, ipsummet Cardinalem Chisium à Latere Legatum delegit. Deturpatam à temporis voracitate Vrbis maiestatem excoluit, ornauit, & ad elegantiorem formam redegit. Cæpta, imperfectaque suorum Prædecessorum opera perfecit. Vaticanæ Basilicæ Sacella, picturis celeberrimis ex musiuo compositis, mirificè exornauit. Apostolorum Principis Petri Cathedram, fusili ex ære, auroque interlita constructa mole, quatuor Doctorum Ecclesiæ ipsam detinentium æneis ingenti magnitudine statuis conflatis, & inauratis in nobiliori eiusdem Basilicæ situ collocauit. Columnarum Theatrum cum Lateralibus Porticis Vaticanę Basilicæ Area complanata sumptu incredibili perfecit, quorum nobilissima structura, & mirabilis machina perennitatis splendorem miscet, & loci sanctitas venerationis incrementum capit. Nobili Architectura compositam Palatij Vaticani scalam extruxit, & Salam Regiam exornauit. Cuilibet Congregationi peculiare Archiuium in ipso Vaticano constituit. Vetustissimum Rotundæ Templum, superstitiosæ Gentilitatis famosum olim Pantheon, nunc omnibus Sanctis consecratum, complanato foro, stratisque domibus, nobilem eius prospectum impedientibus, nec non restituto porticu inter Vrbis ruinas ferè sepulto, & ferreis cratibus circumsepto, ad veterem elegantiæ formam redegit. Templum Deiparæ Virgini sub Titulo Pacis consecratum præclaris ornamentis insigniuit. Ecclesiam S. Marię de Populo ad tam elegantem formam redegit, vt perennitati splendorem miscuerit, sancti illius loci venerationi incrementum dederit, & in Festo Natiuitatis Deiparæ Virginis Pontificiæ Capellæ celebrationem in ipsa deuotionis gratia ordinauerit. Portam, quæ à populo suam denominationem sumit pulcherrimis additis ornamentis restaurauit. Populi Aream desertæ turpitudinis speciem

præ-

præseferentem lateralibus muris extructis ad nouum decorem reduxit, & in ipsa duas Ecclesias à fundamentis erigendas curauit. Pontificium Palatium in Quirinali ad Palatinæ familiæ commoditatem ampliauit. Prætiosum Sacellum in Cathedrali Ecclesia Senarum confecit. Gandulfiani Castri Ecclesiam, primo in fundamentis lapide posito, extruxit. Ariciæ Ecclesiam à primo itidem lapide erexit, & constitutis Canonicalibus Præbendis, Collegiatæ Titulo condecorauit. Sacrosanctæ Lateranensis Basilicæ Maiorem portam ex ære confecit. Vrbis muros restaurauit. Ad Vrbis Ornatum, & in vmbraculum peregrinantium Forum Boariũ, aliasque vias solis radijs expositas, virentium plantarum decursu muniuit. Alexandro Tertiò patricio Senensi funebre Mausuleum operis, & materiæ nobilitate insigne in Lateranensi Basilica erexit. In Area Capitolina prope Cęli Aram Palatium cuius nobilis ædificij ideam iactis fundamentis Clemens VIII. conceperat, Innocentius verò X. ideato opere extruere continuauerat, perfecit. Roma Deiparæ Virginis intercessione, à lue contagiosa expiata, Senatus Populique Romani Votum de ipsi Deiparæ Templo erigendo, & in ipsum mirabilem S. Marię in Porticu effigiem transferenda, adimplendum curauit, collataque maxima pecunię summa, vbi sita erat angusta Ecclesia, dicta S. Maria in Campitelli, nobile, & prætiosum Templum extrui iussit. Ecclesiam Collegiatam S. Mariæ in Via Lata, & S. Andreæ, vulgò della Valle, nobili prospectu: Ecclesiam S. Marię in Vallicella, vulgò la Chiesa noua, & Ecclesiam S. Augustini, nec non Ecclesiam S. Caroli, vulgò de Catinari, demolitis domorum earum Maiestantem obtenebranrium Insulis, stratisque Areis mirificè illustrauit. Montis vulgò Magnanapoli arduo lenito cliuo faciliorem ad Quirinalem viam strauit. In Ciuitate Veteri tutam ab omnibus ventis stationem nauigijs præstitit, amplumque Naualem construxit, & Nauigiorum structuræ aptas Arbores incidere prohibuit. Obeliscum veteris superstitionis monumentum, Marmorei Elephantis humeris impositum, in Area S. Mariæ super Mineruа erexit. Caij Cestij Sepulchrum, vti Romanæ Antiquitatis insignem memoriã restaurauit. Ab Alexandro VI. in foro S. Marię Transtyberis extructum fontem, vetustate collabentem, & exsiccatum, in meliorem formam reduxit, & nobiliori loco, in medio nimirum Areæ collocauit, & abundantis aquę riuos ad ipsum deduxit. Varios quoque fontes publicæ commoditati direxit. Vias nouas amplissimas strauit, stratas dilatauit, angustas magis aperuit, Viamque Apiam in parte communicabilem reddidit. Arcum vulgò di Portogallo Viæ Cursus Maiestatem deturpantem, eiusque latitudinem in medio perstringentem, occulique prospectum interrumpentem de medio sustulit. Loca quæ tenebricosa, aut nimium humida, aut deformem Ciuitatem, vel in salubrem reddebant reformauit, tantaque Vrbi præstitit, vt eam non modò exornasse, sed renouasse meritò censeri possit. Franciscum de Sales B. Titulo decorauit. B. Thomam de Villanoua, & eumdem B. Franciscum de Sales Sanctorum numero adscripsit, & varia SS. Festa in Kalendario retulit. Cardinales Viros, & doctrinæ pręstãtia, & Vitę integritate pręclarissimos triginta & octo creauit, dumque Catholicę Reipublicæ beneficio insistebat, & magna gloriosè peragebat, quorum nonnulla scitu digniora, reliqua reticendo carptim recensui, contracto prauo corporis habitu innumeris, quibus nunquam succubuit Laboribus, non sine Sapientum mętore, vrinę morbo oppressus occubuit in Quirinali die, & Anno supra notatis, Sepultus verò fuit in Vaticano eique successit Clemens Sanctæ Memoriæ Nonus, Iulius S. R. E. Card. Rospigliosus, quem ipse Alexander Status à secretis elegerat, & Purpura Cardinalitia ornauerat; cuius virtutes, Clementiam, integritatem, & Liberalitatem ad portentum vsque eminentes pleno calamo referam in meo Opere *Pontifices Legislatores* inscripto, in

Notis ad eius Vitam, & Gesta. Hoc vnum tamen de eius inenarrabili beneficentia, & animi gratitudine argumentum referre liceat, quòd vix ad Apostolicæ Nauis moderamen conuersus Sigismundum Chisium, Alexandri VII. ex fratre Nepotem, meritissimum, optimæ indolis adolescentem, qui inter domesticæ Sanctimoniæ singularia exempla non minus Religione, quam nobilitate fascibus, & ditionibus clara enutritus, hæreditariam sapientiam, atque prudentiam, à maioribus possidens literarum studijs intentus, summa integritatis laude, & Sapientiæ opinione, inter Romanæ Aulę Heroes præfulgebat, in primo suę Adolescentiæ flore S. R. E. Cardinalem creauit, cuius dotium fulgor, aurei mores, præclarissimæsque virtutes, omnium animos in sui amorem, & admirationem rapientes Alexandri patrui laudes ei communes, & proprias faciunt. Legati enim Apostolici munus in Ditione Ferrariensi tanta vigilantia, & integritate exercet, vt Ferrarienses alterum in ipso Alexandrum venerentur, cuius prudentia, regnandi maiestas, & virtus ætatem præuenientes, certam spem exhibent Sigismondum S.R.E. Cardinalem Chisium, & dignitate, & sapientia alterum aliquando Alexandrũ futurum. Vel pauca de Alex.VII. Clemente IX. Christina Suecorum Regina. Flauio, & Sigismondo S.R.E. Cardinalibus Chisijs, hic subnectere temporis, & laboris non exigui opus foret, quorum virtutes, ac gesta magis facunda ęncomia à fæliciori calamo exigunt, quæ tamen luculentissimè non sine debitis præconijs confutatis Francisci Carriere in Chronologia Pontificum calumnijs, atque mendacijs exacti Historici more recensere conabor, in meo Opere *Pontifices Legislatores* inscripto, Tum in *Notis ad Vitam Alex.* VII. *& Clem.* IX. Tum in *Epitom. Historico* iuxta Annos Sedis cuiusque ipsorum digesto, de cuius Operis ordine, vide notata in Epistola ad Lectorem in principio *Comment.* Opus profectò maximum, sed ad mediam ferè perfectionem perductum, breuique fauente Deo explendum, si Roma velit. Nunquam etenim intermissa laborum, & librorum contrectatione, à studijs assurgerem, ni alienis, & domesticis curis distractus calamo parcere coactus essem.

DOMI-

DOMINICI GALESII COMMENTARIVM

AD CAP. QVIDAM CEDENDI XII. DE RENVNCIATIONE PRO EXPLICATIONE QVAESTIONIS

An Beneficium Reſtitutionis in Integrum locum habeat in caſu huius Textus.

SVMMARIVM.

1 *Petita, & obtenta cedendi licentia facienda eſt ceſſio.*
2 *Verba huius textus deſumpta fuerunt ex cap. 28. Lateran. Concil.*
3 *Exponitur, quo tempore Concilium Lateranenſe celebratum fuerit.*
4 *Lateranenſe Concilium ſuam à Laterano denominationem ſumit.*
5 *Cardinalis Raſponus laudatur.*
6 *Redarguitur Cellotius expendentem hunc canonem ex corpore Gratiani.*
7 *Qui cedendi licentiam obtinuit, cedere compellitur.*
8 *Iſte textus duas habet partes, in prima ponitur factum, in ſecunda ius.*
9 *Nemo inuitus proprium beneficium renunciare cogitur.*
10 *Nemo de vna ad alteram Eccleſiam inuitus transfertur.*
11 *Nemo cogitur permutare proprium beneficium.*
12 *Nemo inuitus beneficium Eccleſiaſticum recipere cogitur.*
Quid in Epiſcopatu, vel Cardinalatu ibidem num. 12.
13 *F. Vincentius Cardinalis Vrſinus laudatur.*
14 *Limitatur generalis regula, quod nemo inuitus proprium beneficium renunciare cogitur, vbi legitima cauſa aliter exigit.*
15 *Ex cauſa, quis cogitur reſignare beneficium Eccleſiaſticum.*
16 *Ex cauſa, quis de vna ad aliam Eccleſiam inuitus transferri poteſt.*
17 *Item ex cauſa quis proprium beneficium permutare compellitur.*
18 *Qui petyt, & obtinuit licentiam reſignandi, vel cedendi proprium beneficium, ad cedendum compellitur.*
19 *Procedit tam quoad ſimplicem beneficiatum, quàm quoad habentem dignitatem Eccleſiaſticam etiam Epiſcopalem.*
20 *Diſpoſitio cap. quidam cedendi, hodiè reſtringitur ad Epiſcopatus, & ad alia beneficia Conſiſtorialia.*
21 *In beneficijs ſimplicibus, vel alijs inferioribus etiam Dignitatibus, quæ extra Conſiſtorium expediuntur non attenditur diſpoſitio cap. quidam cedendi.*
22 *De ſtylo Curiæ etiam poſt obtentam* renun-

renunciandi licentiam in beneficijs inferioribus locus est pœnitentiæ, quoùsque beneficiati consensus in Camera, vel Cancellaria sit extensus.

23 *Regula* 44. *Cancellariæ de consensibus emanauit ad correctionem Iuris communis, quo cauetur per solam supplicationem à Papa admissam gratiam omninò esse perfectam.*

24 *Regula de consensibus, stylo Curiæ introducta fuit ad euitandas fraudes in renunciationibus beneficiorum inferiorum fieri solitas.*

25 *Regula de consensibus, & stylus Curiæ non obseruatur in beneficijs Consistorialibus.*

26 *Item non obseruatur in renunciatione Episcopatuum.*

27 *Quæ sunt de stylo strictè interpretari debent, nec facienda extensio de casu ad casum.*

28 *Stylus contra ius commune tantum habet de potentia quantum de actu.*

29 *In renunciatione Episcopatuum fraus considerari nequit.*

30 *Episcopatuum renunciatio fit, & pertractatur à S. R. E. Cardinalibus coram Papa in Consistorio.*

31 *Decretis generalis Concilij Lateranensis specialiter est derogandum, vt dici possit, quod Papa intentionem habuerit aliter decernendi.*

32 *Episcopus, qui renunciandi licentiam petijt, nullaque conditione suspensam obtinuit, renunciare cogitur, neque est locus pœnitentiæ.*

33 *Episcopatuum renunciatio in manu Papæ duntaxat fieri potest.*

34 *Dignitatis Episcopalis prærogatiua humanam intelligentiam transcendit.*

35 *Romanus Pontifex Dei vices in Terris gerit.*

36 *Papæ Iudicium caleste appellatur arbitrium.*

37 *Variatio est Ecclesiasticis prohibita.*

38 *Variatio est nota leuitatis.*

39 *Variatio ex qua sequitur superioris illusio est detestabilis.*

40 *In pœnam simulationis Ecclesia priuandus est Episcopus, qui causam falsam in precibus exposuit.*

41 *Ecclesia amplius idoneus non creditur, qui ex iusta causa cedendi licentiam obtinuit.*

42 *Variatio est permissa in actibus pendentibus à voluntate priuatæ personæ, & in ipsis re integra locus est pœnitentiæ.*

43 *Variatio non est permissa in actibus in quibus desideratur superioris auctoritas.*

44 *Supplicatio signata à Papa tacitam habet conditionem quatenus postulans petitis, vti velit.*

45 *A' Papa concessa in gratiam duntaxat petentis, ante acceptationem non obligant, ne beneficium in iniuriam redundet.*

46 *A' Papa concessa in vtilitatem, vel exigente necessitate Ecclesiæ etiam petente reluctante suum effectum sortiri debent.*

47 *Episcopatus renunciatio non admittitur sine causa Canonica.*

48 *Episcopus, qui ex iusta causa cedendi licentiam petijt, renunciationem in foro etiam conscientiæ perficere tenetur.*

49 *In Coadiutorijs requiritur Coadiuti consensus.*

50 *Vbi agitur de vtilitate, & necessitate Ecclesiæ etiam inuito datur Coadiutor.*

51 *Explicantur verba text. in cap. Nisi cum pridem, de renunc.*

52 *Explicantur verba text. in cap. Lecta* 14. *de renunc.*

53 *Narratur factum de Eustachio Metropolitano Pamphiliæ in confirmationem huius text.*

54 *Per assensum Papæ absque altera acceptatione petentis, libello renunciationis oblato gratia perfecta dicitur.*

55 *Postulatio supponit consensum, quo qui cedendi licentiam petijt, se Papæ voluntati submisit.*

56 *Beneficium restitutionis in integrum locum non habet aduersus obtentam licentiam renunciandi Episcopatui.*

57 *Læsio considerari non potest in eo, qui ex causa licentiam renunciandi petijt, eamque obtinuit.*

58 *Læsionem sentit Ecclesia ex infirmitatibus Episcopi.*

59 *Ex causa Episcopo inuito eius Ecclesia alteri confertur.*

60 *Papa exigente causa Episcopum inuitum priuare solet, quamuis ipse non sit in culpa.*

61 Be-

61 *Beneficium restitutionis in integrum non datur adversus legem moralem obligantem in foro conscientiæ.*

62 *Cessante causa renunciationis restitutio in integrum locum habet, vbi ius alteri non est quæsitum.*

63 *Diuino, & Ciuili iuri repugnat inepto Pastori Dominici Gregis curam tradere.*

64 *Vbi ius tertio quæsitum reperitur non est amplius locus pœnitentiæ.*

65 *In electione, postulatione, & præsentatione, si alteri ius quæsitum sit, pœnitentiæ amplius locus non datur.*

66 *Aduersus renunciationem beneficij non Consistorialis etiam post consensum, re integra, in integrum restitutio locum habet.*

67 *Sub mortali Ecclesias dimittere tenentur, qui ex causa se in Populos sibi commissos amplius proficere desperant.*

68 *Redituum compensatio danda est illi qui renunciare compelluntur.*

69 *Coactus resignare beneficium sine causa, resignationem factam annullare potest.*

70 *Actus coactus est nullus, & non nocet.*

71 *Qui reseruata pensione renunciare intendit, non cogitur renunciare simpliciter.*

72 *Restitutio competit Episcopo, qui Papa inscio Episcopatui renunciasset.*

73 *Parochus pro congrua habet intentionem fundatam in iure.*

74 *Parochialis non excedens fructus Ducat. 100. non est grauanda pensione.*

75 *Parochus debet esse contentus congrua à principio assignata.*

76 *Vbi congrua est tenuis, sed rector habet vnde ex ipsa viuat, sibi imputet si tenue beneficium acceptauit.*

77 *Vbi congrua non sufficit ad præstanda alimenta, aduersus congruæ assignationem in integrum restitutio competit.*

78 *Restitutio in integrum competit Pensionario pro obtinenda congrua aduersus pensionem ipsam absorbentem.*

79 *Confessio iurata præuia informatione emissa, quemlibet errorem excludit.*

80 *Narratiua valoris per ascensum facta à prouiso de tempore reseruationis pensionis, intelligitur de valore deductis omnibus, iuxta stylum* Cancellariæ.

81 *Aduersus quamcumque confessionem, & assignationem restitutio in integram competit Beneficiatis, vbi congrua esset tenuis, adeò vt viuere non possent.*

82 *Probationes faciendæ super assignatione congruæ iudicium petitorium respiciunt.*

83 *Admissio articulorum pro probanda tenuitate beneficij fieri debet non retardata solutione pensionis; & ità rescribere solet Signatura.*

84 *Non admittuntur articuli propriæ confessioni ex directo contrarij.*

85 *Ad effectum probandi non remanere congruam iustificandi sunt fructus per integrum decenniam.*

86 *Consensus Titularis intelligitur, sub eadem conditione, sub qua pensio reseruata fuit.*

87 *Clausula,* dummodò remaneant 100. pro Rectore, *apposita in reseruatione pensionis, transfundit onus probandi in pensionarium, in Iudicio petitorio.*

88 *Stante clausula,* dummodò &c. *admittuntur articuli ad effectum reseruandi congruam Titulari.*

89 *Clausula,* dummodò &c. *data confessione Titularis asserentis se plenè informatum de valore beneficij, non respicit tempus reseruationis, sed tempus futurum.*

90 *Nulla decisione probatam reperitur, quòd admittantur articuli, valori ab ipso met prouiso medio iuramento narrato directè contrarij, tempus ipsum confessionis percutientes.*

91 *Ad pristinam veritatem reuocatur, quòd ab aliquibus incautè dicitur de introductione examinis Episcoporum.*

92 *Examen Episcoporum fuit introductum à Greg.* XIII.

93 *Clemens* VIII. *pro examine Episcoporum specialem Congregationem deputauit.*

94 *Falsum est quod non obtineatur finis in Episcoporum examine, vt idonei ad tantum munus assumantur.*

95 Igno-

140 *Trid. Concil. decreuit ad Cathedrales Ecclesias insignes Viros esse eligendos.*

141 *Greg.* XIV. *voluit obseruantiam Concil. Trid.*

142 *In quacumque Synodo Prouinciali praescribenda est forma examinis à Metropolitano habendi, approbanda à Papa.*

143 *Greg.* XIV. *conqueritur de inobseruantia Trid. Concil.*

144 *Episcoporum examen extra Curiam Legatis Apostolicis, & Nuncijs, & Ordinarijs demandatur.*

145 *In Curia Cardinalibus ad hoc deputandis.*

146 *Praescribitur forma, seù instrūctio Examinis faciendi.*

147 *Designatur, qui testes pro habendis qualitatibus promouendi examinari debeant; & in quibus.*

148 *Quid obseruandum in promotione Regularium exprimitur.*

149 *Candidatus professionem fidei facere debet.*

150 *Promouendus, qui praesens est in Curia omnes Cardinales adire debet antequam Ecclesia proponatur.*

151 *Exponitur, quaenam inquisio fieri debeat de promouendis ad Ecclesias, quae prouideri solent Consultationibus Sac. Consistorij.*

152 *Non precibus, vel humano affectu se mouere debet, qui Episcopos ordinat.*

153 *Processus, & Examinis faciendi praxim pro promouendis ad Episcopatus, tradit Paris.*

154 *In Gallia pro promouendis ad Cathedrales sufficit aetas annorum* 27.

155 *Episcopale munus est formidabile.*

156 *Priuilegium Doctoratus non suffragatur promouendis, sed de eorum idoneitate per Examen constare debet.*

157 *Doctrina est virtus, & Character Episcopi.*

158 *Assumendi ad Episcopatus Italiae ad Vrbem pro examine subeundo accedere debent.*

159 *In Hispania, & in Gallia examen fit coram Legatis, Nuntijs &c.*

160 *Examen Episcoporum cum rigore dirigitur, & fit coram Papa, & Congregatione ad hoc deputata.*

161 *Deputati ad Congregationem Examinis Episcoporum, vocantur Examinatores.*

162 *Examinatores coram Papa, & Cardinales doctrinae idoneitatem in promouendo exquirunt.*

163 *Promouendus si reperitur idoneus, ad Regimen Ecclesiae praeficitur.*

164 *Qualitates promouendorum habentur seruata forma Const. Gregor.* XIV. *& Instructionis Vrb.* VIII.

165 *Si Papa referat fit expeditio Ecclesiae sine processu.*

166 *Refertur Decretum Alexandr.* VII. *circa examen testium ad habendas alias qualitates promouendi praeter expressas à Greg.* XIV. *& Vrb.* VIII.

167 *In quibus testes interrogari debeant exponitur.*

168 *Viri etiam doctissimi, & Praelaturae dignitate Insignes ab Examine non eximuntur.*

169 *Franciscus S. R. E. Cardinalis Nerlius ante Cardinalatum creatus fuit Archiepiscopus Florentinus, & dispensatus ab Examine.*

170 *Aberrant qui introductionem Examinis Episcoporum vtilem non putant.*

171 *Referuntur, & laudantur Cardinales qui Congregationem Examinis Episcoporum actualiter constituunt.*

172 *Patriarcha Vgolinus laudatur:*

173 *R. P. D. Iacobus de Angelis Archiepiscopus Vrbinaten laudatur:*

174 *R. P. D. Antonius Albergatus S. Rotae Decanus laudatur.*

175 *R. P. Raymundus Capisuccus S. Pal. Mag. laudatur.*

176 *R. P. Oddo de Comitibus laudatur.*

177 *Familia de Comitibus est nobilissima inter Romanas.*

178 *Card. de Comitibus laudatur.*

179 *R. P. Laurentius Brancatus laudatur.*

CAP. QVIDAM CEDENDI. XII.

Cuius Summarium ex ipso textu desumptum est.

QVi petijt cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere com-
1 pellitur.

Verba huius decretalis desumpta fue-
2 runt ex *cap.* 28. *Concily Generalis*, celebrati sub Innocentio Papa III. de quo egi supra in *cap. cum venissent. De in integr. rest.* Anno enim Domi-
3 nicæ Natiuitatis, & humanæ Redemptionis MCCXV. celebratum fuit Romę Oecumenicum Conciliū, omnium vtique in Europa celebratorum celeberrimum, cui ipse Innocentius Papa, huius nominis III, præfuit, in quo etiam duo Patriarchæ Orientales, Constantinopolitanus, scilicet & Ephesinus, nec non 400. Episcopi, cum alijs Ecclesiæ Prælatis vsque ad numerum 2212. interfuerunt. Vt post *Abbatem Vspergensem*, qui illo tempore floruit testantur *Matth. Paris. Spondan. Raynald.* & omnes vbique Sacri Historici *anno* 1215. Illustrant *Bin. Coriolan. & Labbeus in Notis ad ipsum* Concilium, quod ideò *Lateranense* inscriptum fuit, quia in Sacrosancta Late-
4 ranensi Basilica celebratum, de qua plura refert *Gabriel. Pennotus lib.* 3. *Canonic. regul. cap.* 1. *&* 2. Omnia verò exacta eruditione describit Eminentissimus, & Reuerendissimus D. Meus Cæsar S. R. E. Cardinalis
5 Rasponus, Vaticano dignus, pietate, prudentia, sapientia, iustitia, liberalitate, nec non præstantissimis omnigenæ eruditionis, & virtutis dotibus quaquauersum præclarissimus, in *Tract.* inscripto. *De Basilica, & Patriarchio Lateranensi.*

Inter huius Sacrosancti Concilij Canones, ad deprauatos mores Ecclesiasticorum corrigendos, & hæreticos damnandos præsertim editos, verba huius textus descripta habentur, & ex *Canone* 28. fuisse desumpta satis euidenter colligitur, ex ipsa textus inscriptione, ibi: *Innoc.* III. *in Concilio Generali.* Reperiri quoque hunc textum in *cap.* 1. *hoc tit. in* 4. *collect.* aduertit hic *Gonzal. in Comment.* vbi *num.* 1. meritò laudat *Hallierium de hierarch. Eccles. art.* 2. *in fin. fol.* 220. quòd iustè *Cellotium* redarguat,
6 hunc ipsum Canonem ex corpore *Gratiani* expendentem, qui tamen in integro *Decreti* volumine non reperitur, neque facta temporum computatione inter *Innoc.* & *Gratian.* aliquod probabilitatis argumentum super hoc deduci posse euidenter constat.

Ex hoc autem Textu generalem asser-
7 tionem vno ore deducunt Canonistæ: *Quod scilicet, qui cedendi licentiam petijt, ex quo illam obtinuit cedere compellitur.* Ità communiter docent *Abb. Antiq. Zabar. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Bald. Butr.* Illustrant *Viuian. ration. prim. lib. iuris Pontif. fol.* 163. *Alagon. in compend. Iur. Canon. pag.* 90. cum alijs, quos refert *Ant. Aug. collect.* 4. *Decret. lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. Eamdemque Conclusionem ex hoc textu desumunt *Maiol. de irregularit. lib.* 3. *cap.* 6. *Fusc. de visit. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 1. *Reginald. prax. fori pænit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 328. *vers. aduerte Cassad. decis.* 1. *num.* 3. *& decis.* 2. *num.* 7. *de renunc. Mandos. Regul. Cancell. de infirm. resignant. quæst.* 9. *num.* 4. *Suarez. de Religion. lib.* 1. *cap.* 16. *Petr. Greg. lib.* 17. *Syntag. cap.* 17. *Ceuallos commun. opin. quæst.* 283. *Pasquetus ad Innoc. lib.* 3. *epist.* 140. *Lother. tom.* 2. *de re benef. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 34. *Paris. de resignat. lib.* 3. *quæst.* 18. *num.* 48. *& seqq.* eruditè *Gonzal. in Comment. ad hunc Text. num.* 3.

Quæ quidem assertio, seù generalis
8 Conclusio à *Canonistis* communiter ex hoc textu desumpta, & à *Theologis* vno ore approbata, apertè colligitur ex litera eiusdem Textus, in cuius prima parte factum ponitur, ibi: *Quidam cedendi licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt.* In secunda verò quid iuris sit exprimitur, ibi: *Sed cum in postulatione huiusmodi, aut Ecclesiarum commoda, quibus præsunt, aut salutem videantur propriam attendisse, (quorum neutrum suasionibus aliquorum quærentium, quæ sua sunt, seu etiam leuitate qualibet nolumus impe-*

impediri) eos ad cedendum decernimus compellendos.

Nam licet generalis Regula sit, quòd
9 nemo inuitus proprium beneficium resignare cogitur, quam ab omnibus DD. receptam restatur *Innoc. in cap. licet, num. 2. de electi*, & passim omnes.
10 Prout nemo inuitus de vna ad aliam Ecclesiam transferri potest ex decreto *Concil. Constant*, de quo testatùr *Abb. in cap. constitutus, nu. 14. de relig. dom. & in cap. vlt. de postul. prælat.* vbi idem in *Pisan. Concil.* statutum asserit.
11 Et nemo ad permutandum beneficium, quod obtinet est cogendus, vt eruditè docet *Fed. de Sen. tract. de permut. benef. n. 39. Petr. de Vbald. eod. tract. num. 62. Paris. de resignat. lib. 3. q. 19. num. 2.* vbi de communi testatur. Quia vt
12 optimè ratiocinantur *Feder. de Sen. & Petr. Vbald. loc. cit.* Sicut nemo beneficium, vel dignitatem Ecclesiasticam recipere cogitur, quod & probat *Innoc. in cap. 1. de his, quæ fiunt à mai. part. capit. & in cap. quam sit de elect.* ita neque acceptum renunciare, quamuis habeat dignitatem Episcopalem annexam, *Abb. in cap. ad supplicationem nu. 8. de renunc. Roman. cons. 345. num. 1. Paris. loc. cit. num. 10. vbi ex Cald. Abb.* & alijs hoc etiam extendit ad Cardinalatum, exemplum ponens Episcopi Florent. qui nolebat acceptare Cardinalatum, & cuiusdam Hispani, qui tempore Gregorij XIII. dignitatem Cardinalitiam expresè recusauit, neque ab eius proposito amoueri potuit, in quo & nouissimum exemplum, simulque rarum præbuit hu-
13 militatis argumentum Eminentissimus, & Reuerendissimus D. Meus Vincentius S.R.E. Tit. S. Sixti Card. Vrsinus, S. Cong. Concil. Præfectus virtutis eminentia, & vitæ Innocentia vbique præclarissimus, qui seculi curis neglectis, Vrsinæ Domus delicijs percalcatis, Grauinæ Ducatu renunciato, cum inter Religiosos Ordinis Prædicatorum, Regularem Vitam selegisset, eademque animi pietate, & morum humilitate, qua Religionis habitum sumpserat, ab omni vanitate alienus inter Prædicatorum Candidata Lilia angelicè viueret Sanctissimi D. N. Clementis X. proborum amatoris motu proprio, se ad Cardinalitiam Dignitatem vocatum audisset, non semel Purpuram recipere recusauit, diùque Romanam Curiam in dubio reliquit, An sibi vltrò oblatam Cardinalitiam dignitatem recepturus esset; neq; profectò recepisset, Regularem humilitatem, & Monasticam quietem, quibuscumque dignitatibus præferens, ni Papæ præcepto ad ipsam acceptandam quasi inuitus pertractus fuisset. In vtroque commendabilis, & quod Purpuræ fulgoribus spretis humilem, ac venerabilem S. Patriarchæ Dominici habitum prædilexerit; & quod propriam voluntatem abnegando, Christi Vicarij mandantis obtemperans, se verum obedientiæ filium demonstrauerit, à dignitate Cardinalitia tantò magis desideratus, quantò magis ipsam fugiebat. Et ne à proposito themate diuertar exquirendo veritatem quæstionis, vtrum inuitus ad Dignitatem Ecclesiasticam Episcopalem scilicet, vel Cardinalitiam recipiendam, cogi possit neuè propositæ materiæ argumentum egrediar, ad rem nostram rediens aptiori loco ipsam examinandam remittens, in hoc duntaxat insisto, quòd vniuersalis Regula ab omnibus vbique DD. recepta, quòd nemo inuitus beneficium, in quo vel ius habet, vel habere credit renunciare cogatur, suas
14 limitationes patitur, quas elaborato stylo, decem allegatis exemplis, alijsque quæstionibus in hac parte propositis, & solutis, refert *Parisius de resignat. d. quæst. 19. per tot.* Vndè mihi generalem hanc limitationem allegare sufficiat, quòd nimirum toties cessat quoties legitima causa aliter exigit. Causa enim à iuris regulis facit recedere *l. si hominem ff. mand. Dec. in cap. cum sit, num. 13. de appell. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 52. num. 5.* Et in terminis, quòd
15 quis ex causa cogi possit ad resignandum beneficium, quod obtinet, docent: *Abb. in cap. quidam in 2. not. & in cap. ad supplicationem, de renunc. Vbald. de perm. benef. num. 63. Fed. de Sen. in eod. tract. num. 39.*

Iacob. de Concil. lib.9. art. 3. num. 25. vbi declarat *Innoc.* dictum *in cap. licet*, non procedere accedente causa *Paninus de auct. Cap. Sed. vacant. p.2. q.2. num. 13.* vbi exemplum assignat quando fit in pœnam *Roman. conf. 345. num. 3. & 5.* vbi tradit, quòd ex
16 causa, quis inuitus de vna ad aliam Ecclesiam transferri potest, quod & dicit *Fel. in cap. qua in Ecclesiarum, num. 43. de const.* & de communi testatur *Add. ad dict. conf. Romani*; Et
17 procedere respectu permutationis beneficiorum, ad quam ex causa, quis cogi potest, est communis *DD.* opinio, de qua testantur *Fed. de Sen. & Petr. de Vbald. loc. cit.*

Inter præcipuas verò causas, ex qui-
18 bus, quis inuitus proprium beneficium resignate, illique cedere compellitur ea est, quam exprimit litera præsentis textus, quòd scilicet, qui cedendi licentiam petijt, ex quo illam obtinuit cedere compellitur. Communis etenim DD. sententia, ex ventre præsentis textus deducta, in hoc conuenit, quòd, qui à superiore licentiam petit resignandi, vel cedendi proprium beneficium, illamque obtinet, ad ipsum cedendum, vel resignandum compelli possit, & hanc sententiam tenent præter supra allegatos *Bernard. Anton. de Butr. num. 5. Card. Zab.* & omnes passim *Canonistæ hic. Gloss. in cap. nisi, vers. licentia, & ibi etiam Cardin. hoc tit. Host. in sum. Tit. de renunc. §. quis renunciare, num. 6. vers. non potest. Goffred. in sum. de renunc. num. 15. Petr. Rauen. in compend. iur. Canon. p.3. tit. renunc. vers. & nota pulchrum Bonif. de Vital. in clem. vnic. num. 19. de renunc. Dec. in cap. ex parte, num. 4. de rescript. Gamb. decis. 19. Cassad. decis. 1. num. 3. & decis. 2. num. 7. de renunc. Petr. Greg. Sytagm. iur. lib. 17. cap. 17. & lib. 41. cap. 14. num. 1. Rebuff. consf. 90. num. 12. Ex Theologis D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. vers. sed contra D. Anton. in sum. part. 3. tit. 19. §. 1. in fin. Siluestr. & Tabien. in verbo. Renunciatio.*

Quæ quidem Conclusio ad literam probata in hoc textu desumpto ex Concilio generali Lateranensi in quo Innoc. III. qui illos cedendi licentiam postularunt, eaque obtenta cedere prætermittunt, ad cedendum compellendos esse declarauit, ibi: *eos ad cedendum decernimus compellendos*, cum maiori non indigeat probatione ad vlteriora pertransco, &
19 cum communi DD. ne dum ipsam procedere assero in simplici beneficiato, sed & in habente Ecclesiasticam dignitatem etiam Episcopalem, vt exemplificant *Host. Ioan. Andr. Card. Butr. Anan.* Respectu enim simplicis beneficiati habemus casum expressum in hoc *text.* vndè nulla hæsitandi causa remanet, prout affirmant *Corn. conf. 106. num. 4. lib. 4. Dec. conf. 484. num. 1. Cephal. conf. 138. num. 70. lib. 1. Socin. Iun. conf. 12. num. 2. Roland. à Vall. conf. 77. num. 5. lib. 1.* Et procedit, siuè à Papa, siue ab alijs inferioribus Ordinarijs licentia petita, & obtenta fuerit. Nec refert vtrum per se, vel per alium, dummodò constet de mandato beneficiati, vt ex mente *Host. Ioan. Andr. Card. Anton. de Butr. & Abb.* in hoc text. & communi, atque recepta DD. sententia concludit *Paris. de Resign. d. quæst. 19. num. 62. & 63.*

Respectu verò Dignitatis Episcopalis, eadem militat ratio, cui nostri textus dispositio innititur, quarè & sub eadem comprehendi, disertè testantur *Dec. in cap. at si clerici §. de adulterijs, num. 18. de iud. & in cap. secundo requiris num. 2. de appell. Idem conf. 284. col. 2. & conf. 301. col. 2. Paris. conf. 83. num. 21. vol. 3. conf. 66. n. 3. vol. 4. Crauett. conf. 118. num. 15. Old. conf. 185.* Nam vbi eadem iuris est ratio, eadem legis dispositio militat, vulgata *l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio ff. de verb. oblig.*

Quinimò aduertendum, quòd disposi-
20 tio præsentis textus hodiè restringitur ad Episcopatus, & cætera beneficia Consistorialia, nam quoad beneficia simplicia, seù alia inferiora,
21 etiam Dignitates, quæ expediuntur extra Consistorium, recessit ab Aula, & modernis Cancellariæ regulis attentis, stylus Curiæ stat in contrarium, in his enim etiam post petitam, & obtentam renunciandi licen-

licentiam, quòusque beneficiati consensus in Camera, vel Cancellaria sit extensus, locus est pænitentię,
22 per *Reg.* 44. *Cancellaria de Consensibus*, vi cuius vltra consensum causalem per supplicationem importatum, formalis etiam requiritur, pręstandus in Cancellaria, ad hoc vt ad literarum expeditionem deueniri possit. Vndè recepta Romanæ Curiæ praxis est, quòd in præfatis beneficijs, inferioribus tunc solum perfecta dicatur renunciatio, postquam constat de consensu in Camera, vel Cancellaria præstito *Mohed. decis.* 5. *num.* 1. *de renunc. Put. decis.* 111. *n.* 3. *Flamin. lib.* 8. *q.* 8. *Barbos. hic num.* 3. Adeòut si quis alibi consentiat, nulliter consensisse dicatur. *Put. decis.* 360. *num.* 6. *lib.* 2. *Cocchier. Reg.* 44. *Cancell. num.* 41. & de illis beneficijs, quorum renunciatio fit per supplicationem porrectam Datario Papę loquuntur *Sacra Rota Decisiones*, & *DD. suffragia*, quibus asseritur etiam post signatam supplicationem, ante formalem consensum in Camera, vel Cancellaria præstitum resignantem pænitere posse, vt benè ponderat *Paris. d. q.* 19. *num.* 75. *Regula enim* 44. *Cancellaria de consensibus*, ema-
23 nauit ad correctionem Iuris Communis, quo cauetur per solam supplicationem à Papa admissam, gratiam omninò perfectam censeri, iuxta literam huius *text.* & deductis in *Clem. vnica de renunc.* Strictè proindè, vtpotè exorbitans à Regulis iuris communis de beneficijs inferioribus, & Dignitatibus non Consistorialibus, atque ideò in casibus præcisis, de quibus loquitur, intelligi debet, *Gratian. discept.* 191. *nu.* 22.

Ad euitandas siquidem fraudes, quæ
24 in renunciatione beneficiorum inferiorum fieri poterant, vt notant *Gomez. in reg. de public. resignat. q.* 7. *num.* 3. & 4. *Mandos. in reg.* 19. *q.* 9. *num.* 3. *Cocchier. Reg.* 44. *de Consens. in princ. Boer. decis* 348. *num.* 4. & 5. *Put. decis.* 199. *lib.* 2. emanauit Reg. 44. *Cancell. de Consensibus*, iuxtà quam Curiæ stylus contra dispositionem huius textus introductus fuit. Nam cum consensus tacitus, qui resultabat ex porrectione supplicationis in manu Datarij Papæ ad impetrandam resignandi licentiam, videretur formalis ad validatem ipsius renunciationis *Cassador. decis.* 1. *de renunc. Mohedan. decis.* 60. *Crescent. decis.* 210. *lib.* 1. dummodò constaret de porrectione facta per ipsos resignantes, vel per eorum legitimos procuratores *Guidobon. decis.* 92. In quo præcipuè fundantur Constitutiones Alex. VI. & Leon. X. de quibus *Boer. decis.* 348. Experientia verò doceat varias fraudes fieri, & casum dari posse, quòd falsis alterius nomine supplicationibus porrectis, quis inuitus proprijs beneficijs expoliaretur. *Sarnen. de publ. resignat. q.* 7. *num.* 3. & 4. *Put. decis.* 3. *lib.* 3. *cum alijs supra allegat.* Ideò emanauit præfata Regula Cancellariæ de consensibus, latè *Sarnen. de infirm. resignat. q.* 31. & in hac regula fundatur stylus Curiæ de præstando consensu in Camera, vel in Cancellaria, adeòut non prius in renunciatione formalis consensus considerari
25 possit. Quæ Regula, & stylus cum solum respiciat beneficia, quæ non sunt Consistorialia, nec obseruatus reperiatur quòad Consistorialia præsertim in renunciationibus Episcopa-
26 tuum, hinc sequitur ad huiusmodi renunciationem extensionem fieri nullo modo posse, in stylo enim stri-
27 ctissima interpretatio fieri debet, adeòut non extendatur de casu ad casum, de loco ad locum *cap. vlt. de consuetud. cap. audites, de rescript. l. de quibus ff. de legibus Felin. cap. in nostra, de rescrips. Bellam. decis.* 65. & 461. vbi aduertit, quòd stylum allegantes, specialem casum, in quo ità actum sit deducere debent, vt dignosci possit vtrum argumentum procedat ex illo, ad eum, de quo est controuersia. Hinc optimè tradit *Dec. cons.* 72. *col.* 2. *vers.* & *ista conclusio*, stylum contra ius commu-
18 ne tantum hebere de potentia, quantum de actu, & non plus, quare limitatè intelligitur, vt locum habeat duntaxat in casibus, in quibus ità obseruatum fuisse constaret, latè *Cranett. de antiq. temp. part.* 4. *in princ. num.* 42. quo fit vt indubitata, & communis sit Conclusio,

quòd

quòd ſtylus introductus contra ius commune, illos non excedat terminos, quinimò ad ipſos ſimpliciter reſtringatur, in quibus introductus reperitur *Bald. conſ. 275. lib. 2. & in l. 2. num. 9. C. com. vtriuſq. iud.* Quapropter cum ſtylus, quòd reſignantes pænitere poſſint, etiam poſt obtentam facultatem reſignandi, quòuſque conſenſum formalem in Camera, vel in Cancellaria præſtiterint, repugnet Iuri communi, de quo in præſenti textu; introductus verò reperiatur, quòad renunciationem beneficiorum inferiorum, non extenditur ad renunciationem Epiſcopatuum, in quibus præſertim ceſſat ratio introductionis eiuſdem ſtyli, quia in renunciatione Epiſcopatuum
29 fraus conſiderari nequit, cum fiat, & pertractetur à S. R. E. Cardinali-
30 bus coram Papa in Conſiſtorio, vt diſputata quæſtione concludit *Pariſ. de reſignat. lib. 3. q. 18. num. 68. & ſeqq. & lib. 8. q. 5. à num. 46. & q. 8. num. 10.* docent *Pac. Iordan. Elucubr. Canon. tom. 1. Prælud. 8. nu. 86. & 87. Cocchier. dicta Reg. 44. de Conſenſ. verb. tale beneficium. Nald. in ſum. verb. renunciatio num. 8. Lezan. in ſum. p. 4. verb. renunciatio num. 12.* cum alijs allegatis per *Barboſ. hic in fin. & Tract. Iur. Eccl. lib. 3. cap. 15. §. 2. num. 119.* Quod & libentius eſt firmandum, quia cum ſtylus, de quo agitur ſit contra legem certam, non ſolum non eſt coadiuuandus, ſed imò intereſt, quòd annulletur, iuxtà tradita per *Menoch. conſ. 52. num. 51. & conſ. 101. num. 74. lib. 1. Alciat. conſ. 220. in fin. Burſat. conſ. 393. num. 20. lib. 4.* Eò magis cum verſemur in decreto Concilij generalis Lateranen-
31 ſis, quod ſpeciali indiget derogatione, vt dici poſſit, quòd Papa intentionem habuerit diſpenſandi, vel aliter decernendi.

Dico igitur Epiſcopum, qui petijt, &
32 obtinuit à Papa licentiam renunciandi nulla conditione ſuſpenſam, cogendum eſſe, vt ad finem inchoatam renunciationem perducat, nec pænitentiæ amplius locum eſſe, per rationes ſatis luculenter deductas in litera huius textus, ibi: *Sed cum in poſtulatione huiuſmodi; aut Eccleſiarum commoda, quibus præſunt, aut ſaltem videantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum, querentium, quæ ſua ſunt, ſeù etiam leuitate qualibet nolumus impediri.* Probant *text. in cap. quam periculoſum 7. q. 1. cap. ex tranſmiſſa, cap. in præſentia de renunc.* Confirmat Innoc. III. *lib. 3. epiſt. 240.* ibi: *Nec liberum ſit ſuæ voluntatis arbitrium, in ſuperioris iudicium tam translatum; quia frequenter nobis illuderetur à ſubditis, ſi deambulatoria eſſet ſubiectorum voluntas, ad examen conditionis noſtræ delata.* Affirmat Iuo Carnotenſis epiſt. 131. ibi: *De presbytero, qui Eccleſiam, quam regebat, nulla cogente neceſſitate in manu tua refutauit &c. Iuſtum eſt, vt in iudicio, quod de ſe iudicauit, permaneat.* Et hanc Concluſionem illuſtrant, quos pleno calamo referunt *Barboſ. in Collect. ad hunc text. & eruditiſſimus Gonzal. in ſuis Comment. ad eumdem.*

Quæ quidem aſſertio eò magis ſine controuerſia procederet, vbi Sac. Congregatio rebus Conſiſtorialibus præpoſita, prout eſt inconcuſſus ſtylus Curiæ, & inalterabiliter obſeruatur in Epiſcoporum renunciationibus, cognita cauſa, vel cauſis ab Epiſcopo renunciare volente, pro legitima renunciatione admittenda deductis; liberam Eccleſiæ dimiſſionem, approbante Sanctiſſimo, admittendam cenſuiſſet; & eiuſdem decreti vigore, prout ſtylus eſt Epiſcopus per rogitum Notarij Eccleſiam dimiſiſſet, & Sanctiſſimus reſignationem admiſiſſet, Epiſcopo ab illo vinculo in Conſiſtorio, vt moris eſt abſoluto iuxta formam, de qua *Hoſt. in ſum. Tit. de tranſ. Prælat.* & ſecundum Decretum S. Cong Epiſc. relat. per *Maſſobr. in Praxi habendi Concurſum fol. 304. num. 12.* Nam cum Epiſcopatuum renunciatio in manu Papæ duntaxat fieri poſſit, & ab ipſo de
33 poteſtate ordinaria ſolum probata legitima cauſa renunciandi admitti: Licet de poteſtate abſoluta hoc etiã facere poſſit ſine cauſa: ſi poſtquam renunciatio fuit admiſſa, licita eſſet pænitentia Romanus Pontifex illuderetur non ſecus, ac ſi iſtius ſupremum iudicium à poſtulantium arbitrio

trio penderet, quod graue esset absurdum, vt patet ex deductis *in cap. bonæ 4. vers. si enim, de postul. Prælat.* Explicat *gloss. ad nostrum text. in verbo compellendos*, ibi: *sed hoc ideo est, ne illudatur Papa*.

Nec aliter dici posse patet, tam attenta
34 persona, quæ licentiam petit, quam persona, per quam huiusmodi licentia petitur, & persona Papæ concedentis. Persona enim, quæ licentiam petit est Episcopus, cuius dignitatis prerogatiua humanam transcendit intelligentiam *Bursat. cons. 351. num. 4. vol. 4.* Persona verò per quam licentia petitur, vt quotidiè experimur, est aliquis ex S. R. E. Cardinalibus, quorum dignitas quanta sit disertè tradunt *Barbat. Manfred. Card. Alban. & alij in tract. de Auct. Card.* Persona denique ad quam
35 pertinet cedendi licentiam concedere est Romanus Pontifex, qui Dei vices in Terris gerit, & cuius iudi-
36 cium, cæleste appellatur arbitrium, vt pluribus notatis docet *Barbos. tract. de Iur. Eccl. lib. 1.* vbi & ea tradit, quæ respiciunt præeminentiam Dignitaris Episcopalis, & Cardinalitiæ. Maximum autem scandalum oriretur, ne dum si huiusmodi personæ illuderentur, sed si Ecclesiasticis variare esset permissum, in qui-
37 bus præsertim variationem prohibitam esse constat *cap. cum autem 24. de Iurepatron. cap. publicata 58. de elect. cap. mutare de reg. iur. in 6.* Et in viro variationem leuitatis notam
38 esse tradit *Seneca epist. 35.* ibi: *Mutatio voluntatis indicat animum mutare*. Variationemque præcipuè detestabilem esse, si ex ea superioris se-
39 quatur illusio, colligitur ex *cap. 1. de appellat. in 6. l. 1. C. de appell. l. vlt. C. ne quid in loc. publ.* Quapropter concludendum, quòd Episcopus, qui suæ Ecclesię renunciandi licentiam petijt, ipsamque obtinuit, Episcopatui cedere non solum cogi potest, sed ad cessionem faciendam cogi
40 debet. Nam vel causa cessionis petendæ vera fuit, vel falsa: si falsa in pœnam simulationis, & quòd falsas preces proposuit, priuandus est Ecclesia, & ad perficiendam renunciationem compellendus, vt tradit hic *Gonzal. num. 5. in fin.* Si vera quia Ecclesiæ, non priuatæ personæ vtilitas, vel necessitas respicitur, renunciare cogendus est cum Eccle-
41 siæ idoneus amplius non credatur, quemadmodum decreuit *Innoc. III. in Concilio Lateran.* & patet ex hoc *text.* ibi: *eos ad cedendum decernimus compellendos*, & hic communiter notant Canonistæ, *Abb. num. 1. & 2. Hostien. num. 5. vers. etiamsi Episcopus. Butr. num. 10. Anan. Bald.* & alij, quos pleno calamo hic refert *Barbos. in Collect.* quibus adde *Layman. ad fin. Syluester in sum. verb. renunciatio q. 2. Sanchez. cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 36. num. 30. Rot. in recent. part. 9. decis. 133. num. 2.*

Nec obstar dicere, quòd in actibus humanis locus est pœnitentiæ, siuè sint ciuiles, vt patet ex *l. 1. & vlt. C si mancipium, & l. mancipia 8. C. qui sine manumissione l. 3. ff. de cessione bonorum l. 2. qui bonis cedere.* Siuè Ecclesiastici *cap. perpetuò 7. cap. nulli 8. de elect. in 6.* Vndè videtur dicendum, quod qui cedendi licentiam petijt, re integra pœnitere possit, cuius obiectionis difficultas augetur, quia renuntiandi facultas in eius fauorem, qui renuntiare cupit, semper concessa intelligitur, *cap. 2. cap. nisi 10. de renunc.* ac proinde ei, qui cedendi licentiam petijt, pœnitere licebit, eò magis, quod ex litera textus in *cap. nisi cum pridem, de renunc.* aperte constet, quòd in renunciatione petita perseuerantia desideratur.

Nam breuiter respondeo, quòd cum
42 maximum fit discrimen inter actus, qui pendent à voluntate, & potestate priuatæ personæ, & illos actus, qui superioris auctoritate, & licentia indigent, vt celebrentur. In primis variationem esse permissam, & re integra locum esse pœnitentiæ; *dict. l. 1. C. si mancipium d. l. 3. ff. de cession. bon.* In illis verò, in quibus
43 superioris auctoritas desideratur, vtpotè est renunciatio Episcopatus, variationem non permitti, nec pœnitentiam admitti, ne superior, Pontifex videlicet, illudatur.

Nec releuat, quod signata supplicatio
44 à Papa, tacitam conditionem annexam

nexam habere censeatur, quatenus postulans petitis vti velit, prout distinguendo gratias, quæ fiunt motu proprio Papæ, à gratijs, quæ fiunt ad petitionem alterius, iuxta doctrinam *Abb. in cap. fin. num. 13. de postulat. Calderin. conf. 1. de translat. Episc.* dixit *Rot. in recent. part. 3. decis. 706. num. 4. & in Auenionen denominationis 27. Nouembris 1671. §. & quamuis coram R. P. D. Rondinino.*

Maximum etenim discrimen itidem est inter ea, quæ fiunt à Papa fauore petentis, in solam illius gratiam, ab ijs, quæ fiunt ob vtilitatem, vel exigente necessitate Ecclesiæ. Ea enim,
45 quæ fauore petentis in eius gratiam à Papa conceduntur, ante acceptationem non obligant, ne beneficium, in iniuriam redundet; Ea verò, quæ à Papa admissa reperiuntur
46 ob necessitatem, & vtilitatem Ecclesiç, prout est Episcopatus renunciatio, quæ sine canonica causa non
47 admittitur, & prius examinatur per per Iuridicum processum in S. Congregatione rebus Consistorialibus præposita, etiam petente reluctante suum sortiuntur effectum, cum tunc Papa Episcopum etiam inuitum priuare soleat, *cap. omnis in fin. 7. q. 1. cap. nisi cum pridem, vbi Innoc. nu. 5. de renunc. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 4. num. 167. Ricciuell. de iur. person. lib. 9. cap. 5. num. 8. Barbos. Iur. Eccl. lib. 3. cap. 15. §. 1. num. 95.*

48 Quinimò & ipse Episcopus in conscientia, tenetur petitam renunciationem perficere, si agnoscat, quod in Ecclesia eius curæ commissa quicquam amplius proficere non potest, & Episcopi partes adimplere iuxta celebrem text. in *d. cap. nisi cum pridem, de renunc.* Et ità docent vno ore Theologi *D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. Sot. de Iust. & Iur. lib. 10. q. 2. art. 4. Tolet. Inst. Sacerdot. lib. 5. cap. 4. Gregor. de Valentia Oper. Theolog. tom. 3. disput. 10. q. 3. punct. 4. §. de secundo.* Et ità rescripsit S. Congregatio Concilij *in Lucana 23. Decembris 1623. & 27. Iulij 1647.* quæ hac de causa Parochum Populo exosum resignare coegit.

Corroborantur prædicta in fortioribus
49 terminis Coauditoriæ, in qua licet ad euitandam Votum captandæ mortis Coadiuti consensus requiri soleat iuxtà tradita per *Mandos. de signat. grat. tit. de Coadiutor. vers. Coadiutoria aliqua. Garz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 52. Rot. coram Peutinger. dec. 483. num. 9.* Si tamen doceatur de necessitate, vel vtilitate
50 Ecclesiæ etiam inuito datur Coadiutor, quia vtilitas, & necessitas Ecclesiæ magis attenditur, quam votum captandæ mortis, quod in Coadiutoribus decernendis indirectè consideratur, *cap. penult. de Cler. egrot. cap. vnic. eodem Tit. in 6.* & vbique scribentes; *Melchior. Phebdecis. Lusitan. 2. num. 4. Gratian. discept. 818. num. 37.* Et in terminis præcisis postquam Episcopus Coadiutorem petierat, & post assensum pænituerat, quod adhuc cogi debeat ponderata doctrina Parisij rescripsit *Sac. Cong. Consistorialis in Papinien Coadiutoriç prima Aprilis 1637.* Seruauitque Sanctissimus in *Argentina Coadiutoria fauore* Cardinalis de Lottaringia, de quo *Rota in 6. part. recent. decis. 133. n. 7.*

Minus obstant deducta ex *d. cap. nisi cum pridem.* Nam in illo non dici-
51 tur perseuerantiam esse necessariam, aut desiderari in renunciante, sed solum refertur Calaritanum Præsulem in diuturna impetratione licentiæ ad cedendum permansisse.

Neque tandem aduersatur textus in *cap. lecta 14. de renunc.* in casu enim
52 huius *cap.* Abbas S. Petri licentiam duntaxat cedendi petierat, & licet, qui cedendi licentiam petijt ea impetrata pænitere non possit, qui tamen adhuc non impetrauit, sed solum ad illam impetrandam nuntium misit, vt in casu *d. cap. lecta*, pænitere potest, prout aducit *Gonzal. in Comment. ad hunc text. num. 7.* vbi & secundum hanc doctrinam accipiendum tradit *text. in Clem. vnic. de renunciat.* vbi asseritur, quòd, qui ad beneficium renunciandum procuratorem constituit, mandatum reuocare potest, quia cum licentia cedendi per procuratorem impetrata non esset, rectè pænitentię locus aderat.

Factum

Factum verò; quod habetur in Episto-
53 la Synodi Ephesinæ ad Synodum
Pamphilæ, de Eustathio Metropolitano Pamphiliæ, qui renunciationis libellum coram Patribus dederat; Theodoro verò in eius locum suffecto, cum pænituisset, libellum per negligentiam oblatum asserens, & ad suam Ecclesiam petens restitui, per rescriptum Synodi Ephesinæ à Patribus Synodi Pamphiliæ honorem pristinum, & Communionem recepit; præterquam quòd pro lege vniuersali accipi non potest, cum à Patribus ex œconomiæ, & dispensationis ratione Eusthatio indultum fuerit; confirmat potius, quam obstet dispositioni nostri Textus, nam vt benè notat, *Theodorus Balsamon in Scholijs ad præfatam Epistolam*, quam refert in fine Synodi. Patres Synodi Pamphilię pietate, & misericordia ducti, Eustathio quidem Episcopi honorem, & communionem consenserant, non tamen ipsum loco, & administratioi restituerunt. Concludendum igitur, postquam libellus renunciationis oblatus est, & cedendi licentia, canonica causa expressa, perita, non esse locum pænitentię. Nam & absque altera acceptatione petentis per Papę assen-
54 sum gratia perfecta dicitur, vt benè
distinguunt *Abb. in d. cap. fin. nu.* 13. *ibique Adden. verbo inuitus Calderin. cons.* 2. *de Transact. Episc. Lotter. de re benef. lib.*2. *q.*28. *num.*79. *Rot. recent. p.*3. *d. decis.*306. *num.*4. *& part.* 9. *decis.* 350. *num.* 13. *repetita coram Bichio decis.*221:

Neque de consensu petentis dubitari
55 posset, vbi geminata eius postula-
tio præcessisset, nec alterum consensum expectandum esse, quia per primum, se Papę voluntati submisit, docent *Io. Andr. in cap. quod ob gratiam num.* 5. *de elect.* Abb. *cons.* 101. *nu.*3. *&* 4. *Rot. coram Coccino decis.* 736: *num.* 8. *&* 47. Aduertit hic *glossa in verbo cedendi*, & ad literam patet ex hoc textu ibi: *Quidam cedendi licentiam cum instantia postulantes*. Et nota ex ipsa litera textus rationem, quare cedere compellantur; quam & aduertit hic *gloss. in verbo compellendos* dicens; quòd in huiusmodi compulsione Papa Ecclesię commodum, vel propriam petentis salutem considerat, quorum neutrum vult impediri, & ideò compellitur.

His positis, quæro an Episcopo, qui
56 renunciandi licentiam petijt, eam-
que obtinuit, per beneficium restitutionis in integrum subueniri possit. Et Respondeo negatiuè ex rationibus supra allegatis, ea præsertim inspecta, quòd non sine Canonica causa Episcopatus renunciatio admittitur, & in eius admissione non fauor petentis, sed necessitas, & vtilitas Ecclesię consideratur. Sic igitur cùm restitutionis fundamentum
57 sit lęsio; hæc autem considerari non
possit in eo, qui renunciandi ex causa licentiam obtinuit; sequitur non esse locum beneficio restitutionis in integrum, aliter subueniretur non
58 lęso, & lęderetur læsus, nimirum
Ecclesia, quæ ex infirmitatibus Episcopi lęsionem sentit, vnde sequitur, quod & Episcopo canonica
59 causa laborante, inuito, ac reluctan-
te, alteri eius Ecclesia conferatur, vt dixi supra, & notant communiter scribentes ad *cap. nisi cum pridem, de renunciat.* & multis allegatis tradit *Barbos. de Iur. Ecclef. lib.* 3. *cap.* 15. §. 2. *num.* 25. Quòdque Papa exigente causa Episcopum inuitum
60 priuare soleat, etiam si ipse non sit
in culpa, in terminis odij, & persecutionis post *Abb. in cap. quæsitum num.* 8. *de rerum permutat.* aduertit *Barbos. alijs alleg. de off. & pot. Episc. p.*3. *alleg.*113. *num.*9.

Præfatis accedit, quòd cum Episcopus,
62 qui ex legitima causa, munus Epi-
scopale in commissi sibi gregis cura consistens, implere amplius nequit, quod facere impediunt omnes causæ in Canone expressę, in conscientia teneatur ad renunciandum Ecclesiæ, vt patet ex supra allegatis firmando hanc Conclusionem, & docet *D. Thom.* 2.2. *q.*185. *art.*4. quem Theologi communiter sequuntur. Si postquam renunciandi licentiam petijt, & probata legitima causa ipsum obtinuit, in integrum aduersus petitionem factam restitui posset, sequeretur quòd beneficium restitutionis integrum daretur contra legem mora-

iem obligantem in conscientia, hoc autem dicere esset absurdum, cum nulla sit legis ratio, quæ intendat restitutionem dare aduersus id, quod iure factum est, vt inde, quod illicitum est locum habeat.

Vbi autem cessaret causa ab Episcopo pro obtinenda renunciatione allega-
62 ta, puta quia per mortem personæ potentis, Inimicitiæ causa sublata remaneret, Beneficium restitutionis in integrum locum habere posse arbitror, si tamen post licentiam obtentam, non sit quæsitum Ius tertio. Cæterum si causa non cesset, siuè ius non sit quæsitum tertio, siuè sit quæsitum, vt colligitur ex DD. supra allegatis, neque ipsius Papę arbitrium extenditur, loquor de potestate ordinaria, vt renuncianti possit per in integrum restitutionem suc-
63 currere, quia omnibus Canonicis, & Apostolicis Constitutionibus repugnat, quòd Catholici Gregis cura ijs committatur, qui Pastoralę munus adimplere nequeunt.

Distinctio verò, quòd ab aliquibus datur post obtentam facultatem renunciandi pænitentiæ, tunc locum non esse, si sit alteri ius quæsitum, secus si non fuerit quæsitum non procedit in terminis, prout colligitur ex præcitatis DD. quorum fundamentum non est ius alteri quęsitum, sed illusionis, & variationis prohibitio. Verum tamen est, quod si ius tertio
64 quęsitum fuisset, eò fortius pęnitentiæ locus non esset, vt hic notant *Host. Io. And. Egid. 3. oppo. Gar. Butr. num. 7. Paris. de resign. lib. 3. q. 19. num. 64. & seqq.* Patet in electione,
65 postulatione, & in præsentatione, in quibus pænitentia, postquam ius alteri quæsitum est, amplius non admittitur. *Din. in reg. mutare num. 5. de reg. iur. in 6. Abb. in cap. bona 2. num. 11. de postul. prælat. Paris. loc. cit. num. 66. vbi testatur de communi.*

Quæ dixi de petita, & obtenta renunciatione Episcopatus militant in cæteris beneficijs Consistorialibus. Nam quòad non Consistorialia, vt dictum est supra attento stylo Curię est pænitentię locus quoùsque prę-stitus sit consensus in Camera, vel Cancellaria; Quinimò ad fauorem beneficiati, qui proprio beneficio
66 cessit, etiam post consensum pręstitum, dummodò tertio ius quęsitum non sit beneficium restitutionis in integrum locum habere posse puto. Hac motus ratione, quod in renunciatione, quæ fit de beneficijs simplicibus, & inferioribus, Papa intendit principaliter gratiam petentis, vbi autem vtilitas, vel Ecclesię necessitas aliter exigeret, etiam ante præstitum consensum, qui licentiam renunciandi petijt, ipsamque obtinuit renunciare semper cogendus esset. Et regula sit, quòd vbi necessitas, & vtilitas Ecclesię ad renunciationem faciendam impellit, hæc verò probata legitima causa, à Papa fuit admissa, pænitentię amplius locum non esse, nec petentes in integrum restitutionem esse audiendos, sed renunciationem perficere negligentes, vt statim sequatur compellendos. Quin imò sciant Beneficiati, quibus Animarum cura est commissa, quod vbi ex infirmitate perpetua, vel graui Inimicita Populi, & odio ineuitabili in ipsos, cessaret
67 spes quòd Pastorale munus adimplere amplius nequirent, proficiendo in Populum eorum curę commissum; tenentur sub mortali ipsas Ecclesias dimittere, prout sine controuersia affirmant post D. Thom. quos sanctitate, atque virtute Insignes Theologos, Catholica veneratur Ecclesia; à quorum doctrina discedere in multiplicitate etiam beneficiorum Ecclesiasticorum, & quòad sumptus redditus, atque prouentus ipsorum beneficiorum, moderato, & honesto victu deducto, in pauperes distribuendos, est æternę fælicitatis, vna cum Theologastris aliter disputantibus, & consulentibus, apertam iacturam facere.

Cæterum nota, qualiter ei, qui renun-
68 ciare cogitur recompensa, & contracambium reddituum dari debet, vt viuere possit, quod pluribus citatis tradit *Paris. de resignat. lib. 3. q. 19. num. 35.* vbi de communi testatur, & in facti contingentia, ità seruatum vidisse asserit, quod & affirmat *Abb. in cap. vlt. de confir. vtil. vel inutil. num. 13.* vbi vult, quòd Episcopo,

etiam

etiam propter delictum renunciare coacto contracambium detur.

Nota etiam, quòd absque legitima, &
69 approbata causa beneficium resignare coactus, resignatum repetere potest, & factam resignationem annullare; ità colligitur ex *Butr. Card. Zabarel. Abb. & Imol. in cap. 2. & 3. & cap. ad audientiam*. De his, quæ vi metusue caus. dixit *Rot. decis. 5. nu. 2. de renunc. in nou.* Et ità communiter practicari affirmat *Paris. loc. cit. num.* 141. vbi pleno calamo refert DD.
70 hanc conclusionem firmantes; & vti regulare adducit, quòd actus coactus sit nullus, & non noceat; Exemplum afferens de quibusdam Episcopis, & Vicarijs, à Sacrorum Canonum decretis deuiantibus, & beneficiatos renunciare cogentibus, vt suis familiaribus, & amicis beneficia conferant. Affirmat etiam, quòd si quis vult renunciare in Curia beneficium ad fauorem vnius, cogi non possit ad renunciandum in fauo-
71 rem alterius. Prout, qui reseruata pensione renunciare intendit, non potest cogi renunciare simpliciter; iuxta tritam, & receptam Curiæ praxim.

Restitutio attamen in pristinum ei competeret, qui ignorante Prælato suo,
72 Papa videlicet in Episcopatu, renunciationem fecisset. Talis enim renunciatio non tenet, quamuis in præiudicium renunciantis tenere videatur, vt patet ex litera text. in *cap. denique suffredus 3. caus. 6. q. 3.* ibi: *Quòd si qualibet ambiguitas, vel aliqua fortasse super eius examinatione, vel Episcopatus abrenuntiatione oborta fuisset contentio, ex more ad Apostolicam Sedem referri conuenerat, & nostra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omissum hactenus dolemus, dilectissimam mihi gloriam vestram vehementer efflagito, vt iam dictus Suffredus Episcopus proprio restituatur Episcopio &c.*

Hic etiam quæro, an beneficium restitutionis in integrum locum habeat ad obtinendam congruę assignationem, eò quòd Beneficiatus attenta tenuitate beneficij, non habeat vndè ex fructibus eiusdem viuere, & Ecclesię oneribus supplere valeat. At cum Beneficium tenue dici possit, vel vti tale in se, quia scilicet incompetenter dotatum, vel quia temporum iniuria congrua dote spoliatum reperitur; vel vti tenue per accidens, quia nimirum tanta pensione grauiatum; quæ partem congruæ absorbeat, præsentem ideò difficultatem distinctis quæstionibus ad maiorem facilitatem expono.

Quæro igitur primò. An Beneficium restitutionis in integrum competat Beneficiato ad impetrandam assignationem congruę, aduersus tenuitatem Beneficij.

Secundò, quæro an restitutio in integrum locum habeat aduersus congruæ assignationem, vbi beneficij congruam pensiones absorbent.

Quòad primam quæstionem. Quoniam
73 certi iuris est Parochum pro congrua habere intentionem fundatam in *Concil. Trident. sess. 24. cap. 13. de reform.* vbi sancitur Parochiales non
74 excedentes summam ducatorū 100. pensionibus non esse grauandas, quod & firmat *Coccin. in annot. decis.* 240. *num.* 4. Quamuis generalis
75 Conclusio sit, quòd Parochus contentus esse debet congrua à principio assignata, vt resolutum fuit in *Tullen congruę 26. Iuny 1596. coram Seraph. & coram Coccin. decis.* 734. Cum distinctione tamen est proce-
76 dendum. Vel congrua est tenuis, Rector tamen viuere potest, & Ecclesiæ oneribus supplere; in casu intrat Conclusio, quòd contentus esse debet congrua a principio assignata, sibi enim imputet, si tenue beneficium acceptauit; vt notat *gloss. in cap. 1. verbo necessitatem 20. quæst. 2. Rebuff. de congr. q. 12. num. 92. Rot. in Astoricen congrua 23. Martij 1588. coram Montica.* Aut congrua est ita
77 tenuis, vt Rector non habeat, vndè ex ipsa viuat, & Ecclesiæ onera supportet, & hoc casu saltem per viam restitutionis in integrum ei succurritur aduersus congruæ assignationem, nec per congruæ acceptationem sibi præiudicasse dicitur, cum non agatur de præiudicio suæ personę tantum, sed ordinis Clericalis. *Rebuff. d. q. 12. num. 91.* considera-

tum fuit in causa Pacen *congrua* 8.
Iunij 1612. *coram Sacrato*, & distin-
guit *Rot. coram Coccin. d. decis.* 734.
*n.*8. *& decis.* 2046. *n.*6.

Quòad secundam quæstionem, nimi-
78 rum an beneficium restitutionis in
integrum competat Pensionario, pro
obtinenda assignatione congruæ ad
exclusionem pensionis; congruam
absorbentis. Respondeo affirmatiuè
præsertim, vbi beneficium fuisset
grauatum præuia narratiua valoris
facta à pensionario per ascensum,
qui de redditibus eiusdem se infor-
matum cum iuramento asseruisset.
Nam cum in casu cesset iuris reme-
dium ordinarium, quia confessio iu-
rata, & emissa præuia informatione,
75 quemcumque errorem excludit, &
periurium inexcusabile reddit, vt
in puncto *Lotther. de re benef. lib.* 1.
*q.*38. *nu.*51. facit *decis. Coccin.* 1450.
num. 15. Et narratiua valoris per
ascensum, quæ fit à prouiso de tem-
pore prouisionis, & reseruationis
pensionis intelligitur de valore de-
ductis oneribus, etiamsi clausula illa
non exprimatur, iuxtà stylum Can-
cellariæ, vt in puncto dixit *Rot. in
Romana pensionis* 15. *Ianuarij* 1627.
coram Verili, *& in decis.* 808. *coram
Merlino*, recurrendum est ad iuris
remedium extraordinarium, ad be-
neficium nimirum restitutionis in in-
81 tegrum, quod beneficiatis compe-
tere, vbi congrua esset tenuis, adeòut
viuere non possent, etiam aduersus
quamcumque confessionem, & assi-
gnationem dixit *Rot. coram Coccin.
d.* 734. *num.*8.

Verum tamen est, quòd cum probatio-
82 nes faciendæ super assignatione con-
gruæ respiciant iudicium petitorium,
vt distinguendo firmat *Rota coram
Baratt. decis.* 409. *num.* 1. *& coram
Eminentissimo Cels. decis.* 346. *num.* 2.
83 Instante pensionario pro admissione
articulorum ad probandam tenuita-
tem beneficij; & consequenter nulli-
tatem pensionis ex defectu valoris,
articulorum admissio non est facien-
da simpliciter, sed fieri debet non
retardata solutione pensionis; Hinc
est quod ad Signaturam in gradu
appellationis à decreto admissionis
articulorum commissione porrecta,
rescribere solet vt Iudex à quo, non
retardata solutione pensionis admit-
tat articulos, prout rescripsit sub
die 5. *Aprilis* 1674. *in causa Bononien
pensionis*, proponente R. P. D. Mco
Ioanne Dominico Thomato:

Nota ad propositum præsentis materię,
74 quòd nunquam admittuntur articuli
confessioni propriæ de directo con-
trarij *Rot. decis.* 211. *num.* 20. *part.* 8.
recent. Duran. decis. 214. *num.*3. *Du-
nozet. decis.* 903. *num.* 3. *decis.* 952.
*num.*5. *Bich. decis.* 232. *num.* 15. *decis.*
265. *num.*12. *decis* 447. *n.*3.

Secundò nota, quòd ad effectum pro-
85 bandi non remanere congruam iu-
stificari debent fructus per integrum
decennium. *Rot. decis.* 187. *num.* 24.
part. 11. *recent.*

Tertiò nota, quòd vbi in reseruatione
86 pensionis apposita esset clausula
dummodò centum pro Rectore re-
maneant, consensus Titularis, &
narratiua eiusdem intelliguntur, sub
eademmet conditione, sub qua pen-
sio reseruata existit *Bich. decis.* 222.
num. 2. *& seqq.* Et quod per dictam
87 clausulam in iudicio petitorio onus
probandi spectet ad Pensionarium
testatur *Garz. de benef. part.* 1. *cap.*5.
*num.*424. vbi plures casus affert. Et
quod Titulari sufficiat, dicere pen-
sionem esse nullam in iudicio petito-
rio, per dictam clausulam *dummodò*
pluries resolutum fuit à *Signatura*,
& à Rota, signanter coram *Baratt.
decis.* 261. *num.* 17. *in add.* 1. *&* 483.
nu. 1. *& seqq. Bich. decis.* 255. *per tot.*
Memoriæ autem retineas, quòd stan-
88 te dicta clausula *dummodò &c.* pas-
sim admittuntur articuli super valo-
re Ecclesiæ ad effectum reseruandi
congruam Titulari. Quæ tamen da-
ta confessione ipsius Titularis asse-
rentis se plenè informatum de valo-
re beneficij, non respicit tempus re-
89 seruationis, sed tempus futurum.
Neque vt verum fatear vllam huc
vsque doctrinam, vel decisionem
inueni, quæ dicat admittendos esse
articulos valori ab ipsomet prouiso
90 medio iuramento narrato, directè
contrarios eiusdem confessionis tem-
pus percutientes, & solum decen-
nio elapso a die reseruationis, si ex
causa postmodum superuenta, arti-

culetur

culetur fructuum diminutio, probatio est admittenda. Quod itidem verum est in Prouiso absque confessione certi valoris facta per ascensum cum iuramento, vel in successore beneficij, ad quorum instantiam super valore eiusdem semper admittuntur articuli.

Ne quid etiam insincerum, vel crudum in sapientum animos illabatur, cum dispositio nostri textus, ad Episcopalium Sedium renunciationes, hodiè restricta sit, vt patet ex supra deductis; & vno ore concludunt Canonistæ. Quoniam de Episcopalibus Sedibus sermo incidit, & de
91 Episcopis promouendis loqui contigit; ad pristinum statum, & veritatem reuocare agredior, quæ de Introductione Examinis Episcoporum, à nonnullis perperam dicta inuenio, qui in dubium reuocantes.

Vtrum introductio Examinis Episcoporum sit commendatione digna; Asserunt non ex inde obtineri finem, vel intentum, vt saltem idonei, & habiles ad tantum munus assumantur, ideòque adesse videri malum absque compensatione boni, dum istud Examen practicari solum videtur more Scholarium super aliquibus paucis interrogatorijs ad breue tempus. Quæ quidem assertio quantum à veritate distet, euidenter colligitur ex ipsamet sapientissima, & pijssima Episcoporum Examinis intro-
92 ductione: Episcoporum siquidem vtilissimum, & necessarium Examen, à Gregorio XIII. qui vti Episcopus Cremonen Sacro Tridentino Concilio interfuerat eiusdem Sacri Concilij sensuum conscio, introductum fuit. Clemens postea VIII. Congre-
93 gatione ad hoc specialiter deputata, ad quam ne dum S. R. E. Cardinales, sed & alios ex sapientissimis sapientissimos viros assumpsit, & assumi solent, qui Examinatores vocantur, ad rei grauitatem designandam, coram ipso Romano Pontifice habendum in dixit, prout inuiolabiliter obseruatur.

Hinc patet non subsistere in facto, quin
94 immò apertè falsam esse illorum assertionem. Quod per Episcoporum Examen non obtineatur finis, vel intentum, vt scilicet idonei, & habiles ad tantum munus assumantur. Certior etenim de promouendorum idoneitate, & habilitate cognitio haberi non potest, quam, quæ desumitur ab experimento scientiæ, qua promouendi pollent; nullumque euidentius experimentum præstari potest, quam se exponere Examini, in quo primarius Sedis Apostolicæ finis est promouendorum doctrinam exquirere, cum satis omnibus notum sit, malorum omnium pestiferam radicem esse ignorantiam, igna-
95 rosque, & se ipsos, & animas illorum gubernio commissas ipsasque
96 Ecclesias euidenti perditioni exponere. Neque huc vsque percipere potui, qua veritate affirmare potuerint, quod Episcoporum Examen practicetur solum more Scholarium super aliquibus paucis interrogatorijs ad breue tempus, eo modo, quo in paruis Ciuitatibus, & locis adolescentes ad ordines promouendi interrogari solent. Probatissimos enim
97 notoriæ idoneitatis, & Sapientiæ Viros, qui de rebus Ecclesiasticis Lucul ētissimos Tractatus typis euulgauerant ad Examen coram Papa accedentes grauissimo timore concussos, & audiui, & vidi. In terminis equidem implicat ipsorum dictum. Nam ad Episcopatus assumi
98 duntaxat debent, & solent viri eminentes, de quorum doctrina, & fama probatissimum habeatur testimonium, pro ipsis verò examinandis ex Eminentioribus in Sacrorum Canonum, & Theologiæ speculatiuæ, vel moralis facultatibus doctissimi seliguntur Viri, vndè patet tam inspecta qualitate materiæ ad quam Examen restringitur, quàm ipsorum Examinatorum, & Examinandorum, in Episcoporum Examine de rebus tantum grauissimis, & Episco-
99 pali Statui proportionatis agi posse. Nec Papæ Maiestas, Tot Sapientissimorum Cardinalium præsentia, tot præclarissimorum Virorum prauisum studium, sine graui iniuria præfatam, licet falsam assertionem admittere potest. Inter grauiores Se-
100 dis Apostolicæ curas Ordinatio Episcoporum est grauissima, qua propter

pter ab ipsis Ecclesiæ Catholicæ in-
cunabilis, de promouendis ad gu-
bernia Ecclesiarum, diligens scruti-
nium fieri cæptum fuit, diligentissi-
mamque ordinandorum Episcopo-
rum perscrutationem prævia morum,
101 & idoneitatis inquisitione à Chri-
stianis tractari solitam, antiquissi-
mam esse testatur *Origenes contra Cel-
sum lib. 8. in fin.* dicens tantam adhi-
beri solitam diligentiam, vt qui pri-
mi inter Christianos essent, ad regi-
men animarum asciscerentur Diaco-
no item proclamante in Ecclesia,
patuisse omnibus aditum obijciendi
ordinando, si quod patrasset aliquan-
dò crimen. Quod & quoque ex ve-
tustissimis *Ecclesiæ Ritualibus* colligi
diserte demonstrat *Baron. Annal.
Tom. 2. Ann. 224. fol. 321. lit. E.*
Idemque tradit *Lamprid. in Alexan-*
102 *drum Seuerum* Imp. asserens, Ale-
xandrum in Præsidum electione
Christianos imitatum esse. Quid au-
tem Christiani in re tam graui age-
rent, ita vt Ethnicis Imperatoribus
exemplum darent diligenter expli-
103 cat *S. Cyprianus Epist. 68. ad Hispa-
nos conscripta*, ibi: *Videmus de diui-
na auctoritate descendere, vt Sacerdos
plebe præsente sub omnium oculis deli-
gatur, & dignus atque idoneus publico
iudicio, ac testimonio comprobetur &c.
Nec hoc in Episcoporum tantum, sed &
Sacerdotum, sed in diaconorum ordi-
nationibus obseruasse Apostolos ani-
maduertimus &c. Propter quod dili-
genter de traditione diuina, & Apostò-
lica obseruatione obseruandum est, &
tenendum, quod apud nos quoque, &
ferè per* Prouincias *vniuersas tenetur.
Vt ad ordinationes ritè celebrandas,
ad eam plebem, cui præpositus ordina-
tur Episcopi eiusdem Prouinciæ proxi-
mi, quique conueniant, & Episcopus
deligatur plebe præsente, qui singulo-
rum vitam plenissimè nouit, & vniuſ-
cuiusque actum de eius conuersatione
perspexit.* Quamobrem cum in Epi-
scoporum ordinatione de summa re-
rum Catholicarum agatur, cumque
104 ad Vniuersalis Ecclesiæ Guber-
nium maximè pertineat, vt de Epi-
scopis, & Pastoribus idoneis salubri-
ter in Domino fidelibus prouidea-
tur, quod declarat. *Apostol. 1. ad
Thimoth. 3.* ibi: *Oportet Episcopum*
105 *irreprehensibilem esse vnius vxoris
virum*, idest non bigamum, *sobrium,
prudentem, ornatum, pudicum, ho-
spitalem, doctorem, non vinolentum,
non percussorem, sed modestum, non
litigiosum, non cupidum*, Verbum
enim *oportet*, quo Apostolus vtitur
Episcopi qualitates designando, præ-
106 cisam necessitatem importat, adeò
vt Apostolus apertè moneat, ne quis
Episcopatum affectet, nisi virtutibus
supradictis ornetur. Et in hoc po-
tissimum Romanos Pontifices, qui
B. Petri locum tenent, & Christi
vices in Terris gerunt, ex ipsiusmet
107 Christi Domini præcepto, *Pasce
Oues meas*. Semper inuigilasse, at-
que elaborasse, innumerabiles pro-
pemodum Apostolicę Sanctiones, &
Sacrorum Conciliorum Canones
apertè demonstrant, Iuribus omni-
bus in hoc conspirantibus vt Pasto-
res boni, atque Ecclesię regendæ
108 idonei assumantur. Nam vt ex-
clamat Innoc. III. *in Concilio Genera-
li, relat. in cap. Nihil est, de elect.
Nihil est quod Ecclesiæ Dei magis offi-*
109 *ciat, quàm quod indigni assumantur
Prælati ad regimen animarum.*
Quapropter ne Catholico Gregi occù-
110 lati Pastores deessent, secundum
varia tempora, varij modi in electio-
nibus Episcoporum ab ipsis Roma-
nis Pontificibus successiuè præscri-
pti fuere, & iuxtà varias pro tempo-
rum occurrentes circumstantias, va-
rijs personis ius Episcopos eligen-
di ab ijsdem Pontificibus con-
cessum siue permissum in iure re-
peritur.
Hoc autem cum hodiè, quòad Episco-
111 palium Sedium collationem, &
institutionem sit Sedi Apostolicæ re-
seruatum, vt patet *in Extrauag. Etsi
in temporalium. De præbend. inter
Commun. in Clement.* In *Plerisque,
de elect.* quæ sunt Clem. V. *In Ex-
trauag. Sancta Romana, de elect. inter
Commun.* quæ est Benedict. XI. *In
Extrauag. Ex debito, de Elect. inter
Commun.* quæ est Ioann. XXII. *In
Extrauag. ad regimen de Præbend. in-
ter Commun.* quæ est Benedict. XII.
Nec non liquet *ex regul. 3. Cancell.*
Vndè Papa omnes Episcopatus con-
fert

ſere reſeruata duntaxat Regibus Hi-
112 ſpaniæ, Galliæ, & alijs ex Apoſto-
licæ Sedis conceſſione poteſtate no-
minandi Epiſcopos in ſuis Regnis, vt
de Rege Hiſpaniæ notant *Boet. Epi-
ſcopo de Regal. lib. 2. nu. 131. Anaſtaſ.
Germon. de Sacror. Immunit. lib. 3.
cap. 12. num. 40. Borell. de Præſtantia
Reg. Cathol. cap. 50. Bobadilla in poli-
tic. lib. 2. cap. 18. num. 215. Salgad. de
Protect. Reg. part. 3. cap. 10. nu. 223.
Solorzan. de Iur. Indiarum Tom. 2.
lib. 3. cap. 2. num. 7. & 8. & cap. 4. nu.
28. & 29. Garc. de Benefic. part. 5.
cap. 1. num. 214. cum ſeqq. Marian.
lib. 24. cap. 16. ad fin.* De Rege Gal-
liæ *Rebuff. in concordat. Tit. de nomi-
nat. Reg. ad Prælat. Carol. Graſſal.
lib. 2. de Regal. Franc. Iur. 3. Petr.
Gregor. de elect. cap. 5. num. 23. Boet.
Epo heroic. quæſt. de Iur. Sac. lib. 1.
Tit. de Regal. & vni. iur. Princ. in
benef. Eccleſ. num. 26. & 262. Renat.
Choppin. de domanio Franc. lib. 2. tit.
10. & de Sacr. politia lib. 1. tit. 7. n. 22.*
De alijs verò laicis poteſtatibus
*Azor. Inſt. moral. p. 2. lib. 6. cap. 14.
q. 3. Germon. d. cap. 12. num. 31. Boet.
Epo vbi ſupra num. 267. Accuna Hiſt.
Eccleſ. Epiſcop. Portugal. p. 2. cap. 15.
ſit. 127.* Circa quas conceſſiones à
113 Sede Apoſtolica Laicis Principibus
Epiſcopos nominandi iure priuilegij
factas Sac. Trid. Concil. nihil inno-
uaſſe reperitur, vt colligitur ex *cap.
1. ſeſſ. 24. de reform.* vbi ſolum ipſos
114 hortatur, & monet vt bonos Pa-
ſtores, & Eccleſiæ gubernandæ ido-
neos promoueri ſtudeant, quoſque
digniores, & Eccleſiæ magis vtiles
iudicauerint, non quidem præcibus,
vel humano affectu, aut ambientium
ſuggeſtionibus, ſed eorum exigenti-
bus meritis præfigi diligenter curent.
Sic inquam cum omnium Epiſcopa-
lium Sedium collatio, & inſtitutio
ſit hodiè ſimpliciter, & generaliter,
quòad omnes Eccleſias tam in Curia,
quam extra vacantes, Papæ reſerua-
115 ta, & ſolum in Germania ius ſeù
conſuetudo canonicæ electionis per
Capitula faciendæ obſeruetur, & vi-
geat vt alijs relatis teſtatur *Lauor.
var. Lucubr. tom. 1. Tit. 4. cap. 15.
num. 24. Laym. de Prælat. Eccleſ. elect.
cap. 15. q. 161.* Romanos pro tempore
Pontifices in re tam graui non ſine
ſummo labore occulatè, & cautè
procedere ſtuduiſſe Apoſtolica de-
creta teſtantur. Neue altiora prin-
cipia repetam exactiſſimæ inquiſitio-
nis, qua Pontificiæ Conſtitutiones
in promotionibus ad Cathedrales
Eccleſias procedendum præſcribunt,
præmiſſa inconcuſſa Sedis Apoſtoli-
cæ vigilantia, vt ne dum inepti, ſed
cupidi licet apti ad Epiſcopatus non
116 aſſumantur, quia dignus ex ambi-
tione fit indignus, *cap. principatus 1.
q. 1.* Ab Alexandri III. decretis exor-
dium facere ſufficiat, quæ ex Sac.
Lateran. Concil. tranſlata fuerunt in
117 *cap. in Cunctis de elect.* quo ſanci-
tur vt hi qui ad Epiſcopalem digni-
tatem aſſumuntur præter ætatem,
morum grauitatem, legitimos nata-
les, Sacrum ordinem, literarum
quoque ſcientiam, & doctrinam ha-
beant. Quod & ex S. *Trid. Concilij*
decreto habemus in *cap. 2. ſeſſ. 22. de
reformat.* ibi: *Quicumque poſt hac
ad Eccleſias Cathedrales erit aſſumen-
118 dus, is non ſolum natalibus, ætate,
moribus, vita, atque alijs, quæ à Sac.
Canonibus requiruntur plenè ſit prædi-
tus &c. Scientia verò propter hac eiuſ-
modi polleat, vt muneris ſibi iniun-
gendi neceſſitati poſſit ſatisfacere, Ideò
qui antea in Vniuerſitate Studiorum
Magiſter, ſiuè Doctor, aut Licentiatus
in Sac. Theologia, vel iure Canonico
merito ſit promotus, aut publico alicu-
ius Accademiæ teſtimonio idoneus ad
alios docendos oſtendatur &c.*
Receptum ideò fuit, vt qualitates pro-
119 mouendi ad Epiſcopatum referan-
tur, & diſcuriantur in Conſiſtorio
ſecreto coram Papa, & S. R. E. Car-
dinal. relatio verò fiat ab vno Cardi-
nali, cum alijs circumſtantijs, prout
in *Lateran. Concil. ſub Iul. II. & Leon.
X.* decretum reperitur, & habetur
in *Conſtit. II. Leon. X. ſuperna, de ge-
ner. cler. & laico. ac Rom. Cur. refor-
matione*, ibi: *Vt ab his ſumamus exor-
dium, quæ pro nunc magis expedire vi-
dentur, & quæ ſæpè per ſingulas ætates
neglecta magnam Chriſtianæ Religioni
perniciem attulere, & in Eccleſia Dei
maxima ſcandala pepererunt, à pro-
motionibus ſcilicet ad Eccleſiaſticas di-
gnitates conſtituimus exordiri. Cum*
pia

piæ mem. Alex. III. prædecessor noster etiam in Lateran. Concil. decreuerit, vt ætas, morum grauitas, ac literarum scientia in personis promouendis in Episcopos, & Abbates diligenter inquirantur, nihilque magis Dei Ecclesiæ officiat, quam cum immeriti assumuntur Prælati ad regimen Ecclesiarum, propterea in promotionibus Prælatorum, quorum à Romano Pontifice magna ratio haberi debet, eo præsertim, quod de promotis per eos ad Ecclesias, seu Monasteria in extremo iudicio Deo rationem reddituri sunt. Statuimus, & ordinamus, vt deinceps perpetuis futuris temporibus parochialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesijs, & Monasterijs pro tempore vacantibus de personis iuxta præfatis Alex. constitutianem, ætate matura, grauitate morum, literarum scientia præditis non ad alicuius instansiam per commendam, & administrationem, seu conseruationem, aut alio quouis modo prouideatur, nisi ratione vtilitatis Ecclesiarum prudentiæ, nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ cum competenti literatura: & in Sede Apostolica meritorum, aliter visum fuerit faciendum &c. Quinimò, vt accuratius diligentiusque idoneæ personæ promoueantur, statuimus, vt Cardinalis, cuius electionis, postulationis, aut prouisionis Ecclesiæ, seù Monasterij relatio committetar, antequam in Sacro Consistorio, vt moris est, referat commissionem examinis, ac relationis sibi datam vni cuiuslibet ordinis antiquiori Cardinali in ipso Consistorio per se ipsum, vel si ea die, qua sibi commissionis onus iniunctum fuerit, Consistorium non fuerit, per Secretarium suum, aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus notam facere debeat, qui tres priores alijs quam primum sui Ordinis Cardinales eam significare teneantur, negotiumque electionis, administrationis, postulationisue, aut promotionis summariè, & de plano per se ipsum dictus relator examinet, & si qui contradixerunt his vocatis idoneos, graues, & fide dignos testes, & si expediens opusque fuerit alios ex officio assumere, processusque, & iura homini, vna cum dictis testium die faciendæ relationis secum ad Consistorium referre debeat, neque vllo modo referat, si præsens in Curia promouendus maiorem Cardinalium partem antea non adiuerit, vt quæ à referente collega sint Cardinal. audituri occulta fide quantum promouendi attinet cognoscere possint.

Et ita paucis mutatis, vel additis vsque
120 ad tempora *Pauli IV.* obseruatum fuisse liquet, qui omnium primus voluit, & introduxit, vt propositiones Consistorialium, non eo Consistorio, vt hactenus fiebat, sed sequenti absoluerentur, vt interim S. R. E. Card. de qualitatibus promouendi certiores reddi possint, ita testatur *Mandos. Reg. 24. Cancell. de mala promot. quæst. 3. num. 12.*

Hoc idem sub eodem *Pio IV.* anno 1563. decreuit Trid. Concil. bre-
121 uiori, tamen faciliori, atque vtiliori forma data, quæ hodiè est in viridi obseruantia, & habetur in *sess. 24. cap. 1. de reformat.* ibi: *Omnes verò inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcumque de promouendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu à quibuscunque etiam in Romana Curia habita per Cardinales, qui relationem facturus erit Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur, in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment se adhibita accurata diligentia inuenisse promouendos, qualitatibus à iure, & ab hac sancta Synodo requisitis præditos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse, qui Ecclesijs præficiantur, ita vt relatione in vno Consistorio facta, quò maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit in aliud Consistorium iudicium differetur, nisi aliud Beatissimo Pontifici videtur expedire.* Ingentem animi terrorem incutiunt verba à Spiritu Sancto in Sac. Tridentino Concilio prolata circa accuratam diligentiam, quæ adhibenda est in examinandis qualitatibus promouendi, dum Cardinales, quibus datum est de promouendi qualitatibus testimonium sumere, *affirmare debent se adhibita legitima diligentia inuenisse promouendum qualitatibus à iure, & à S. Synodo Triden-*

tina

tina requisitis praditum, ac certo existimare sub periculo salutis aterna idoneum esse, qui Ecclesia preficiatur. Ex quo patet, quam diligens scrutinium, & inquisitio fiat antequam Pastorale munus alicui deferatur, cum hi quibus incumbit promouendi qualitates, & virtutem inquirere, affirmare prius debeant se certò existimare sub periculo salutis æternæ idoneum
122 esse. Quapropter quisquis sibi meritò timere debet, ne dicam exhorrescere cum tam periculosum munus assumit, ne indignum, vel ineptum, omissa debita diligentia, aut ad alicuius instantiam, aut importunis sollicitatus præcibus, vti idoneum approbet, vel digniori præterito, minus dignum præferat; alias ineuitabile salutis æternæ dispendium se passurum pro certo teneat, cum damnum, quod ab indignis, vel ineptis Pastoribus Dominici Gregis Ouile patitur irreparabile reddatur. Si qui lucernæ munere perfungitur ignorantiæ tenebris inuolutus, atque demersus existat, quid inde sequi potest nisi quod *Saluator* ait *Matth. 6. Si lumen quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ quanta erunt.* Quanta igitur cautione, & diligentia
123 procedendum sit: in promotionibus eorum, qui ad regimen Ecclesiarum assumuntur, non solum colligitur ex prædictis, sed & admonet *Leo* X. in præcitata sua Const. ibi: *eo præsertim quod de promotis per eos Ecclesias in extremo iudicio Deo rationem reddituri sunt.* Eleganter etiam docet *D. Chrysostom. hom.* 35. vbi de hac re loquens, ita ait: *Opus quidem*
124 *desiderare bonum, bonum est: primatum autem honoris concupiscere vanitas est. Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se horret.* Vndè euidens deducitur argumentum, quod qui importunè, & auidè tota commota Curia, multiplicatis Principum præcibus, ambitionis sug-
125 gestione ad animarum Regimen, ad Episcopales honores promoueri student; vti habentes inordinatum appetitum terreni honoris, & dignitatis, ac proindè præesse tantum machinantes, & non prodesse, à tanto munere repelli debent, *cap. miramur dist. 6.* Nam exclamat *Gregor. lib. 1. Pastoral. cap. 9.* Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus, nec coactus accedat.

Et quoniam ex his, qui ad Episcopatus
126 concurrunt, (nostris etenim temporibus benè adoptatur exclamatio *Petrarchæ de remed. vtriusque fortunæ lib. 1. dialog. 107. O uertigo morum pessima, ad quod olim consueuerant, & deberent cogi homines indè nunc pertrahi non possunt.*)

Quidam sciunt, possunt, & volunt præesse. Quidam sciunt, possunt, & nolunt. Quidam verò nec sciunt, nec possunt, sed volunt. Scire, posse, & velle, aut charitatis est, aut superbiæ. Si Charitatis est, quia vt
127 inquit *S. Bernard. serm. 58. sup. Cantic. procedit ex quadam intima stimulatione sollicitante nos æmulari fraternam salutem, æmulari decorem domus Domini, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iustitia eius, & laudem, & gloriam eius, vt euellat, & destruat, ædificet, & plantet.* Qui Episcopatum desiderat bonum Opus desiderat, vt ait *Apostolus*, quod nomen *Opus* rem difficilem designat,
128 negotium, non otium, animi sollicitudinem non delectationem, dixit enim *Apostolus* Opus, non Imperium, non dominationem, non dignitatem, vt scirent Episcopi se destinatos esse labori, ac ministerio, & seruituti inseruire debere, vt admonet *D. Bernard. in epist. ad Rom. homil. 11.*

Si superbiæ, à tanto munere repelli de-
129 bet, quia Episcopi sunt Pastores non sui, sed gregis curam habentes, naturæ opus attendentes, non dignitatem, laborem non delicias, non crescere fastigio, sed humilitate decrescere, vt fiant serui, & ministri hominum propter Christum, vt intermissa Rachelis decora facie intrent ad Liam oculis lippam, de Monte cum Moyse descendant ad campos, & de otio contemplationis, ad laborem actionis. Vndè est quod dignus, ex ambitione fit indignus, *cap. Principatus 1. q. 1.*

Scire, posse, & nollæ, vel humilitatis
130 est, vel inertiæ. Si humilitatis; hi profectò ad regimen venire cogi debent, hi ad Prælaturas vocari; hi

Ff sunt,

sunt, quos fugientes Primatus desi-
derat; sicut se desiderantes horret,
vt aduertit *D. Chrysost.* Si verò
inertiæ, quia omninò desistunt;
131 grauis est eorum culpa, nec sunt
cogendi cum Episcopatus officium
sit operis, & si onus amplectatur po-
tens est Dominus augere gratiam
suam, vt lucra ex lucris, & ex pro-
fectibus profectus accedant. Si verò
Episcopus onus abhorreat, & insuf-
ficientem se reputet, sera querela
est, prius sedisse debuerat, & æsti-
masse opus, sarcinulam ponderasse,
computasse virtutum sumptus, & di-
gnitati meritum ac vigilantiam com-
parasse.

Nec scire, nec posse, sed velle, cupidi-
132 tatis, temeritatis est, & stultitiæ:
& vt plurimum accidit, quod qui
auidè ad Episcopatus dignitatem
aspirant, ex ijs sint qui licet velint,
nesciunt tamen, nec possunt; nam
si scirent quod volunt, pro certo fu-
gerent, quod scirent, vt cum Episco-
pale munus tale sit, vt multis sanè
magnis, & sanctis in Dei Ecclesia
viris, eius refugiendi causa fuerit,
summa etenim ignorantia est velle
quod non possumus, & amplecti
quod nescimus. Qui Episcopatus
affectant S. Chrisostomum, Grego-
rium, Nazianzenum, Augustinum,
atque Bernardum consulant, & ni
insano honoris apetitu correpti om-
ninò cecutiant, non solum ad Epi-
133 scopatus promoueri prostituta
fronte non petent, sed spontè obla-
tos, vel recusabunt, vel inuiti susci-
pient; Vtque Sanctorum Patrum ex-
clamationes prætercam aduersus il-
los, qui sine merito laboris, & vir-
tutis promoueri ambitiosè student,
quas omnes referre alterius volumi-
nis seriem exigeret, hoc Nazianz.
dictum sufficiat. *Nemo sapiens læto
animo creatur Episcopus: quis pericula,*
134 *& supplicia ei proposita considerat,
atque adeò stultus videri potest, ac re-
prehensione dignus, cum viam ingredi
possit complanatam, & expeditam,
spontè se in locum angustum, periculo-
sumque redegerit.* Nam vt admonet
*S. August. relat. in cap. ante omnia
dist.* 40. *Nihil est miserius; tristius,
& damnabilius apud Deum Episcopa-
tus officio, si perfunctoriè agatur, & si
vt decet, nihil periculosius.* Quarè
non mirum, si *S. Vincentius in serm.
7. Dominica 2. post. oct. Paschæ,* mi-
ratur quomodò Episcopi cum gau-
135 dio viuere possint. Qui denique
ad dignitatem Episcopalem anhe-
lant, & vt Episcopi euadant, inten-
tatum medium non deserunt audiant
D. Bernard. epist. 24 *ad Episc. Lan-*
136 *don. Væ tibi Episcopo, quia peccata
Populi comedis, ac si propria tibi minus
sufficere viderentur. Dic mihi quan-
tum desudas, vt gemitibus, orationi-
bus, pœnitentia, prædicatione diluas
peccata illorum, quorum bona comedis?
Venies miser ante Tribunal Christi,
& audietur grauis querela Populorum,
accusatio dura eorum, quorum vixere
stipendys, neque diluere peccata, qui-
bus facti sunt duces ceci, & fraudulen-
ti mediatores. Quid tibi insipiens deli-
tiæ sapiunt? Quid diuitiæ illę oblectant
occulos? Quibus mercaris tam graue
iudicium, tam duræ temetipsum obli-
gans rationi? Vniuersa quidem vsque
ad quadrantem nouissimum exegeris?*
Parum tuta esse culmina, & illis ti-
mendum validè probant, quæ narrat
Corn. in cap. 11. *numer.* ibi: *Adria.
nus* II. *Papa, teste Petrarcha, nullum
supplicium maius de hoste poscebat,
quam vt Papa fieret.* B. Pius V. di-
cere solebat. *Cum essem religiosus
sperabam benè de salute anima mea;
Cardinalis factus extimui; nunc Pon.
tifex creatus pene despero.* Contra
honores se munit, qui de honoribus
ità sentit, & culminibus incipit esse
maior, qui infrà culmina se veræ hu-
militatis sensu locat. Memoria di-
gnum est dictum *S. Hilarij Can.* 3. *in
Matthæum. Meminissemus, quia om-
nis sæculi honor Diaboli est negotium,
in quo ita se exercet, vt animas am-
bientium lucretur.*

Vtque ad rem nostram redeamus, quia
137 non obstante Decreto Sac. Trid.
Concilij, quòd viri Insignes ad Epi-
scopatus eligi debeant, præscripta
forma processus conficiendi in Cu-
ria, vel extra circa qualitates pro-
mouendi, experientia docuit multos
nihilhominus promoueri non ha-
bentes qualitates à *Iure Pontificio, &
Oecumenicis Concilijs* requisitas defi-
ciente

ciente nimirum vita, moribus, vel doctrina, aut prudentia, quod pessimi exempli esse nemini latet, eò quòd salus gregis ex Pastoris vita, atque doctrina magnoperè pendeat. Nam si in quibusuis Ecclesiæ gradibus, & ministris curandum est tales eligi, qui religione, & sanctitate fideles ædificent, multò magis elaborandum erit, ne in eius electione erretur, qui supra omnes gradus constituitur *can. cum 33. q. 5. cap. vnico §. ad exhibendum, de Sacr. Vnct.* Et cui tanquam seruo fideli, & pru-
138 denti totius familiæ cura traditur, qui ad omnem virtutem, & mandatorum Dei obseruantiam aliorum forma esse debet *D.Thom. 2.2.q.185. art. 5. & ibi Caietan. Turrecrem. in cap. peruenit 7. q. 1. Prep. in cap. accusatio 2. q. 7. Gig. de resid. Episc. cap. 14.* Hinc est, quod Gregor. XIV. qui in minoribus constitutus, vti Episcopus Cremonen Sac. Trid. Concil. inter-
139 fuerat, vt quæ in eo sancita fuerant debitæ executioni demandarentur summopere exoptans, eiusdemque Sac. Concilj sensuum conscius, in promouendis ad Cathedralium Ecclesiarum Regimen formæ per Concilium præscriptæ, inuiolabilem obseruantiam intendens, sex S.R.E. Cardinalibus pietate, prudentia, & doctrina insignibus negotium examinandum commisit, qui omnibus maturè perpensis; nec non consideratis circumstantijs, illisque eidem *Gregorio XIV.* relatis. Ipse die 15. Maij Ann. 1591. peculiarem Constitutionem edidit, quam in Secreto Consistorio publicauit, cuius tenore inspecto patet quanti momenti sit Episcopi electio, & quam grauis, ac diligens antequam Episcopus eligatur, ex Ecclesiæ instituto, inquisitio præcedere debeat.

In §. etenim 1. eiusdem Constit. Greg.
140 quæ est *6. Bullar. nou. tom. 2. fol. 691.* habetur Sac. Trid. Concilium decreuisse ad Cathedrales Ecclesias viros insignes eligendos esse.

In §. 2. desiderium eiusdem *Greg. XIV.*
141 de obseruantia decret. Concil. exprimitur.

In §. 3. dicitur Concilium Tridentinum mandasse, vt in quacumque Synodo
142 prouinciali præscriberetur forma examinis à Metropolitano habendi, Romani postea Pontificis arbitrio approbanda.

In §. 4. Hoc paucis in locis adhuc fa-
143 ctum fuisse Pontifex conqueritur.

In §. 5. Huius examinis munus extra
144 Curiam Sedis Apostolicę Legatis, Nuncijs, & Ordinarijs, vbi Episcoporum fit prouisio demandatur.

In §. 6. In Curia verò Cardinalibus ad
145 hoc deputandis, vel Protectoribus Regnorum, si ad eorum protectionem Ecclesia prouidenda pertineat examen committitur.

In §. 7. Forma, siue instructio exami-
146 nis faciendi præscribitur; per Auditores, seu Vicarios fieri prohibetur; articuli, ac testes non à promouendo, sed ab ipso inquisitore formandi, inducendi, & interrogandi erunt; Schedulam tamen continentem nomen, cognomen, patriam, parentes, ætatem, ordinem, gradum, professionem, functionem, si quam candidatus exercuit, loca, in quibus aut Theologiæ, aut Iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, denique amicos, ac familiares, qui tam ipsum, quam Parentes eius intimè nouerint, Prælatus inquisitionem facturus, à promouendo, vel alio faciendam curet.

In §. 8. Testes examinandi præscribun-
147 tur, qui absque suspicione, amoris, odij, timoris, inimicitiæ, sanguinis, veritatem sponte fateantur. Vtrum nempè promouendus sit ex legitimo matrimonio procreatus, parentibus Catholicis natus, Trigesimum annum expleuerit, Sacris Ordinibus ad minus ante sex menses initiatus, sit Doctor in S. Theologia, vel Iure Canonico, vel licentiatus in publica Vniuersitate. Honestam, & laudabilem vitam duxerit, & ducat, & sit honestæ conuersationis. Scientia tali polleat, vt cuiusque muneris spiritualis, & temporalis sibi iniungendi necessitati satisfacere possit, & ad populum Christianum erudiendum sufficiat. Regulariter enim tres, vel quatuor testes noti, & fide digni examinari so-

lent super existentia Ecclesiæ, & totidem super idoneitate circa qualitates per Sac. Trid. Concil. requisitas, quas expressas habes in dicta Constitutione *Greg.* XIV.

In §. 9. dicitur quod in Regularibus
148 promouendis suorum Superiorum sufficientis doctrinæ testimonium exigitur: Non omnes tamen Superiores, sed ij duntaxat, qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt, hoc testimonium facere possunt, quibus absentibus, vel impeditis ipsorum Vicarij, seu Commissarij Generales, vel in Romana Curia Procuratores generales Ordinum, aut Congregationum in hac parte succedant.

In §. 10. Sancitur Professionem Fidei
149 à Candidato faciendam esse in manibus Prælati, cui inquisitio commissa fuerat, nisi loci distantia prohibeatur; tunc enim viciniori Ecclesię prouidendæ committenda erit, quæ coram Notario, & testibus recipiatur, & in publicis tabulis redigatur vna cum toto processu ad Apostolicam Sedem clauso, & obsignato transmitten.

In §. 11. habetur, quod Processus ad
150 Curiam transmissos Cardinalis Promotor, & tres priores Ordinum Cardinales examinent, atque expediant: Promotor vero Cardinalis, siue Relator promouendum moneat, si in Curia præsens fuerit, vt omnes Cardinales adeat, antequam Ecclesiam proponat, vt quæ à referente Collega audituri sunt, oculata fide, quantum ad personam ipsius promouendi attinet, cognoscere valeant.

In §. 12. Hæc eadem inquisitio præscri-
151 bitur de promouendis ad Ecclesias, quæ Sacri Consistorij Consultationibus prouideri solent.

Hortatur denique, & monet omnes à Sede Apostolica ius, & priuilegium habentes nominandi, præsentandi,
152 vel eligendi Episcopos, vt sciò apud se cogitent quanti momenti sit hoc negotium, & ideò non præcibus, aut humano affectu, vel ambientium cupiditatibus se moueant. Admonet etiam omnes, qui vel examinando, vel inquirendo, vel testimonium ferendo operam suam præstabunt, vt in hoc negotio versentur ea fide, & diligentia, vt à Deo, & à Rom. Pontifice laudem expectare valeant alioquin sciant non euasuros Apostolicæ Sedis censuram.

Hæc sunt, quæ in *Greg.* XIV. Constitutione quoad qualitates promouendorum ad Ecclesiarum Cathedralium Regimen, continentur, cuius forma est exactè seruanda tam in processibus conficiendis in Curia, quàm extra; huiusmodi verò pro-
153 cessus, & examinis faciendi distinctam, atque eruditam praxim exponit *Flamin. Paris. de resign. Tom. 2, lib. 8. q. 5.*

Notandum verò, quòd qualitas in
154 *Greg. XIV.* Constitutione circa ætatem promouendi exacta; quòd nimirum trigesimum annum expleuerit; limitationem recipit in Gallia, vbi in præficiendis ad Cathedrales, & Metropolitanas Ecclesias vigesimum septimum eorumdem ętatis annum sufficere notat hic *Paris. & lib. 7. q. 2. num. 16.* & ex *Rebuff.* & alijs aduertit *Barboss. de Offic. & potest. Episc. Allegat. 1. num. 27.*

Ex hac itidem *Gregorij* XIV. Constitu-
155 tione aduertendum, quòd cum hi qui ad formidandum Episcopale munus promoueri debent singulari tùm diuinarum, tum etiam humanarum rerum scientia commendandi sint, *cap. cum in cunctis, de elect.* Ex Concilij verò Tridentini dispositione à nonnullis sufficiens adiudicaretur, si is qui Episcopali dignitate fulgere cupiebat alicuius Academiæ, & Publici Gymnasij suffragio, vel auctoritate Magister, aut Doctor, vel Licentiatus in Sacra Theologia, aut in Iure Canonico creatus esset. Idem Greg. optimè conscius, quòd priuilegium non facit Doctorem, & quod Apostolus, non Lauream in Episco-
156 po, sed doctrinam exigit, quòdque mens Concilij non fuit simplex Doctoris nomen approbandi, sed Doctoralem lauream, quasi doctrinæ testem exigendi in præfata sua Const. declarauit Priuilegium Doctoratus, aut licentiaturæ, vel publicæ Academiæ testimonium, nemini suffragari, sed de eorum etiam

doctri-

doctrina, in qua Episcopi summa perfectio consistit esse diligenter inquirendum, nisi ex aliqua publica functione de ipsa notoriè constaret. Et ne de promouendi idoneitate,
157 quòad doctrinam, quæ est virtus, & character Episcopi, dubitari contingat. Nam vt ait *Chrysolog. in literis prudens inuenit, vndè sapientior fiat: ibi bellator reperit, vndè animi virtute roboretur, indè Princeps accipit, quo Populos sub aqualitate componat, nec aliqua in mundo fortuna dari potest, quam literarum non augeat gloriosa notitia*. Clemens VIII. peculia-
158 ri edito Decreto constituit, quod assumendi ad Episcopatus Italiæ in Vrbe coram ipso, & Sac. Congregatione S.R.E. Cardinalium, aliorumque grauium, & doctissimorum Virorum ad hoc specialiter deputata. In Hispania verò, & in Gallia coram
159 S. R. E. Cardinalibus Legatis ibi existentibus, Legatis deficientibus coram Sedis Apostolicæ Nuntijs, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, de speciali Papæ mandato assistentibus alijs Prælatis, ac peritis Viris, vt huiusmodi negotij grauitas exigit, se examini subijciant, in quo approbati, & non alias ad Ecclesiæ regimen admittantur. Ita referunt *Franc. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 1. cap. 3. nu. 10. & 11. Campanil. diuersor. Iur. Canon. rub. 3. cap. 4. num. 4. Barbos. Iur. Eccles. Vniuers. lib. 1. cap. 8. num. 111. & de Offic. Episc. allegat. 1. num. 25. Lanor. Var. Lucubr. tom. 1. Tit. 4. n. 19. Cohell. not. Cardin. cap. 15. Congreg. 7. lit. C.*

Hoc autem ita inuiolabiliter seruatur,
160 vt assumendus ad Episcopatum Italiæ, quamuis in literis censenuerit, nihilhominus ad Vrbem accedere, & rigido potius, quam leui examini coram Summo Pontifice, & Congregatione Cardinalium, aliorumque sapientissimorum virorum ad hoc specialiter deputata se subijcere cogatur: qui Cardinales, & probatæ ex eminentioribus Romanæ Curię virtutis viri, Examinatores vocantur, singuli destinatam habentes
161 facultatem, Theologiæ nimirum speculatiuæ, vel moralis, aut Sacrorum Canonum pro examine faciendo, quarum alteram ex Papæ benignitate promouendorum optioni pro examine subeundo relinquitur. Hinc est, quòd facultate delecta, in qua quis de sua idoneitate experimentum dare malit, Examinatores ad ipsam præfixos adire debet, quibus, & si suam voluntatem pandat, hi tamen arctissimo secreti vinculo obstricti, difficultates in examine perquirendas, neque directè, neque indirectè aperire possunt, sed stato die, & hora, quæ prçuia intimatione notificatur, coram Papa accedere debent, vt ibi præsentibus cæteris Car-
162 dinalibus, alijsque ad Congregationem Examinis Episcoporum assumptis, doctrinę idoneitatem in promouendo exquirant, ipsum examinando per tempus notabile, quod præfinitum dimidiæ saltem horæ esse solet. In tam autem graui, & erudito congressu si promouendus examini satisfaciat, vti idoneus approba-
163 tur, cæteris verò qualitatibus à Sac. Canonibus requisitis in ipso concurrantibus Ecclesię, & animarum regimini præficitur; pro his verò habendis post Constitutionem Greg. XIV. circa conficiendos processus inquisitionis super qualitatibus eorum, qui promouendi sunt
164 ad regimina Cathedralium S. M. Vrbani VIII. peculiaris instructio emanauit, quæ inconcussè, & adamussim seruatur, nisi tamen ipse Papa referat, prout referre solet pro
165 personis sibi notis, gratis, atque dilectis, etiam quod non sint S.R.E. Cardinales. Nam hoc casu fit expeditio Ecclesię sine processu, & tunc referendo concedit, approbantibus DD. Cardinalibus, vt relato *Paris. vbi supra* notat *Corad. prax. benef. lib. 2. cap. 16. num. 59.* vbi præfatam instructionem refert, quam & habet *Barbos. Iur. Eccles. Vniuers. lib. 1. cap. 8. num. 141.* quarè ipsam prætereo, non tamen referre desinam in hac materia Decretum S.M. Alex. VII. à
166 Scriptoribus nullibi hnc vsque positum, mihi traditum à R.P.D. Ioanne Ciampino Literarum Apostolicarum in forma Breuis Sanctissimi D. N. Papæ Clem. X. à Secretis,

Maio-

Maioris Parci Præsidentiæ Abbreuiatori Viro Ecclesiasticæ veritatis literatissimo, & Historicæ eruditionis exultissimo, ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Meo Cardinali Francisco Barberino S. R. E. Vicecancellario deputato ad perquirendum vtrum in promouendis constet de legitimatione, integritate, & validitate processus ad formam Bullæ Greg. XIV. instructionem Vrban. VIII. Decretum Alex. VII. nec non quoàd cætera, quæ arcana Consistorialia in hac parte respiciunt. Instructioni autem informando processu ab Vrbano VIII: præscriptę Alex. VII. hæc addenda decreuit.

Antestis sciat quòd transferendus eo tempore, quo Ecclesiæ, à qua est
167 transferendus præfuit, & toties quoties debuit visitauerit Limina SS. Apostolorum Petri, & Pauli de Vrbe ad formam Constitutionis recol. mem. Sixti PP. V. anno 1585. decimo tertio Kal. Ianuar. sui Ann. 1. editæ, & prout ipse Transferendus se visitaturum iurauit in sua Consecratione.

Deinde Prælatus, qui recipit fidei professionem ab ipso Transferen id ipsum vt supra interroget, ac propterea an Tranferendus adimpleuerit omnia decreta, quæ in Bullis suæ prouisionis fuerunt iniuncta. Puta quod Sacrarium Sacra suppellectili sufficienter instrueret, vel Ecclesiæ Cathedralis; seu domus Episcopalis reparationibus pro viribus incumberet, aut præbendas Theologalem, seu Pænitentiariam, vel Seminarium institueret, Montemue Pietatis erigi curaret sub onere conscientiæ suę. Responsa ad hæc duo interrogatoria sub ipsa fidei emissæ professione per extensum describenda, & in forma authentica ad Vrbem transmittenda Alex. VII. pręcepit prout exactissimè seruatur.

Et notandum qualiter in his, quæ do-
168 ctrinę idoneitatem respiciunt, tanto rigore proceditur, vt neque hi de quorum doctrina, editis Operibus constat, & qui in supremis Sedis Apostolicæ muneribus, atque Gubernijs piè consenuerunt, ab Examine exempti fiant; nec nunquam ab accessu ad examen omninò eximuntur, quod & in ipsis Signaturę Votantibus non semel obseruatum vidi, & dum hæc scribo in persona moderni Archiepiscopi Beneuentani promoti, licet publicum per plures annos ius dicendo Romæ, suæ integritatis, & doctrinę experimentum dederit. Singularis verò fuit
169 gratia Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Meo Francisco S. R. E. Presb. Cardinali Nerlio, à SS. D. N. Clem. X. facta, dum ipsum de Catholica Republica alias benemeritum, probatæ integritatis, doctrinæ, & omnigenæ eruditionis hęroem, Legati Apostolici munus apud Cęlaream Maiestatem tunc fungentem, absque altera Examinis approbatione, quinimò cum positiua ab Examine dispensatione Archiepiscopum Florentinum creauit.

Toto ergo Cælo aberrant, qui vtilissi-
170 mam Episcoporum Examinis Congregationis introductionem commendatione dignam non esse putant, vel ipsum Episcoporum Examen *prarcticari solum super aliquibus paucis interrogatorijs ad breue tempus asserunt*. Perpendant S. Trident. Concil. requisita, Gregor. XIV. Constitutionem, & Clement. VIII. Decretum, qui vt quantum humana diligentia, & lubrica hominum fragilitas patitur, idonei & sapientes ad Episcopale munus assumerentur, nonnullos ex fratribus suis S. R. E. Cardinales in huius sollicitudinis partem deputauit, examinis coram ipso, & successoribus suis faciendi formam præscripsit, peculiarem super hoc Congregationem instituit, quam in præsenti constituunt Eminentissimi, & Reuerendissimi PP. S. R. E. Princi-
171 pes, & Cardines latissima meritorum amplitudine quaquauersum celeberrimi, pietate in Deum, charitate in proximum, prudentia, consilio, iustitia, eruditione, doctrina, omniumque virtutum concentu propriæ dignitatis Eminentiam longè latèque superantes.

Franciscus S. R. E. Card. Brancacius Episcopus Portuen.

Vide-

Vldericus S. R. E. Cardin. Carpineus Epiſcopus Tuſculanus.

Carolus Tit. S. Laurentij in Lucina S.R.E. Card. Roſettus.

Petrus Tit. S. Marci S.R.E. Card. Ottobonus.

Flauius Tit. S.Mariȩ de Populo S.R.E. Cardin. Chiſius Sacroſanctæ Lateranen. Baſilicæ Archypresbiter.

Carolus Tit. S. Anaſtaſiæ S.R.E. Card. Bonellus.

Carolus Tit. S. Suſannæ S. R. E. Card. Carrafa.

Paluzius Tit. Baſilicæ S. Duodecim Apoſtolorum Card. Alterius S. R. E. Camerarius.

Iacobus Tit. S. Mariæ de Pace Cardin. Ninus.

Ioannes Tit. SS. Viti,& Modeſti S.R.E. Cardin. Delphinus.

Iacobus Tit. SS. Ioannis, & Pauli S.R.E. Cardin. Roſpiglioſius.

Ioannes Tit. S. Bernardi S.R.E. Cardinalis Bona.

Gaſpar Tit. S. Silueſtri in Capite S.R.E. Card. Carpineus Vrbis Vicarius, & Sanctiſſimi Pro Datarius.

Vti quoque inter Romanȩ Curiæ Sapientes ſapientiſſimi in hac Congregatione locum habent.

Reuerendiſſimi PP. Stephanus Vgoli-
172 nus Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Vaticanæ Baſilicæ Canonicus ſummæ integritatis Præſul, qua vltra decennium Sedente Alex. VII. ſapientum fautore Pontificij Auditoris munus geſſit.

Iacobus de Angelis Vrbinatenſis Ar-
173 chiepiſcopus, ſpectatæ itidem integritatis, & Virtutis Præſul, quibus Viceſgerentis Vrbis officium ius dicendo gerit.

Antonius Albergatus Sac: Romanæ
174 Rotæ Areopagi Decanus, qui muneris, & dignitatis prærogatiua ſatis commendatus, quodcumque aliud laudis encomium tranſcendit.

Pater Raymundus Capiſuccus Ordinis
175 Prædicatorum decus, & optimi Regularis Prototypon, qui vtriuſque Theologiæ tenens faſtigia, poſt grauia ſuæ Religionis egregiè obita munera, meritis tandem onuſtus ab Innoc.X. & Clem.X. Sacri Palatij Magiſterio Præfectus, ſingulari nobilitate, virtute, & apud omnes authoritate nunquam interitura gloria, & perenni vbique apud mortales fama ſemper viuet, in ſuo eruditiſſimo prȩſertim Opere, inſcripto *Controuerſiæ Theologicȩ Selectȩ, Scholaſticȩ, Morales, Dogmaticæ, Scripturales, ad mentem D. Thomȩ Aquinatis Doctoris Angelici reſolutæ.*

P. Oddo de Comitibus Soc. Ieſus præ-
176 clariſſimorum ſuæ Societatis Mecenatum nemini ſecundus, & inter glorioſos ſuȩ familiæ hæroes Vir omnium Virtutum ſplendore ornatiſſimus, non infimum locum tenens. Clariſſima etenim de Comitibus Fa-
177 milia, inter Quiritum nobiliſſimas ſemper floruit, Romanis Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus apprimè cara, adeòut ab ipſis mirificè decorata Purpuratorum, digniſſimorumq; Præſulum,& Rom. Pont. Seminarium appel lari poſſit, cuius ſplendorem adauger, nobilitatem, quam naſcendo meruerat, viuendo faciendo ampliſſimam Eminentiſs. & Reuer. D. Meus Ioannès Nicolus S.R.E. Card. de Comiti-
178 bus Epiſcopus Anconitanus, qui ingenita ſuorum morum ſuauitate, in omni ſcientiarum genere literatura, prudentia, iuſtitia, liberalitate, non ſecus ac olim gentilitius ſuus Lotharius S. R. E. Diaconus Cardinalis, poſtea Innoc. III. ab omnium ordinum hominibus gratias colligit, Supremorumque Principum animos ad ſe pertrahit.

P. Laurentius Brancatus Minorum Conuentualium, Vir omni gloria,
179 & dignitate dignus Romanis Pontificibus Alexand. VII. Clem. IX. & Clement. X. intimè carus, ſuæ Religionis decus, probatiſſimarum Virtutum quaquauerſum laudatiſſimus, nunquam ſatis laudatus, præſertim ex ſupranotatis, ipſum recenſens inter cȩteros meos collegas Romanæ Vniuerſitatis Profeſſores probatiſſimorum Operum editione vbique laudatiſſimos.

Cæterum hoc ipſo tempore, quo huic Commentario Summam manum imponebam, & ex omni parte pro mei ingenij tenuitate abſolutum, iam typis proximum erat, in lucem prodijt diſquiſitio ex eodem textu deſumpta, digna vox, & opus Abb.

An-

Antonij de Molinarijs Viri Sapientiſſimi, inter Eccleſiaſticos religionis zelo nemini ſecundi, ob varia, Apoſtolica munera dignè expleta præclariſſimi, intimaque mihi amicitia ex corde gratiſſimi, ex qua multa ad eiuſdem Textus explicationem ſumma eruditione referta colligere potes.

FINIS COMMENTARIORVM.

Ad Maiorem Sanctiſſimæ Triadis, & Deiparæ Virginis gloriam. Sanctæque Romanæ, & Vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem.

DECISIONVM
SACRAE ROTAE ROMANAE

De in Integrum Restitutione loquentium, quæ inter Recentiores, nec non singulariter impressæ huc vsque emanarunt, quæque peculiares materias, & Conclusiones, in hoc Tractatu, & Commentarijs disputatas ad literam respiciunt.

CATHALOGVS EXACTISSIMVS

Ab ipsa Romana Rota ad vniuersam materiam Restitutionis in Integrum, quæ Iustitiæ dicitur, firmatas Conclusiones, & receptas Opiniones complectens, indicata Decisione, & loco, vbi de controuersa materia agitur.

Recentissimis alijs eiusdem Sac. Romanæ Rotæ Decisionibus nusquam impressis, ex integro additis, quarum quædam ad materiam Restitutionis in Integrum pertinent, quædam verò emanarunt in terminis Constitutiones Vrbanæ super præseruatione Iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, Personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque praiudicialibus supra impressæ, & Notis Illustratæ.

ROMAE, Typis Nicolai Angeli Tinassij. M.DC.LXXIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

CATHALOGVS OMNIVM DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE

De in Integrum Restitutione loquentium.

VArias Romanæ Rotæ Decisiones, in materia Restitutionis in integrũ, inter Recentiores, & singularia ipsarũ Decisionum Volumina sparsim registratas habemus, quas ad faciliorem ius dicentium, & in Foro Versantium commoditatem enucleatas expono, Conclusionibus duntaxat, hanc ipsam materiam concernentibus, desumptis, atque relatis.

EX PRIMA PARTE RECENTIORVM.

Pampilonen Illegitimatis, coram Iusto.

5. Decembris 1608. quæ est decis. 166. part. 1. recent.

1 REstitutio in integrum à Principe concessa, suffragatur restituto etiam antea quàm de ipsa notitiam habeat.

Salernitana Contributionis, coram Dunozetto.

12. Maij 1614. quæ est decis. 595. part. 1. recent.

2 In integrum restitutio non impedit executionem rei iudicatæ, de qua notoriè constat in Actis.

Romana Legitimæ, coram Damasceno.

9. Iunij 1614. quæ est decis. 621. part. 1. recent.

3 In præiudicialibus scientia debet esse explicita, & indubitata; quando verò, & ex quibus ignorantia potius, quàm scientia præsumatur, vbi ex capite ignorantię in integrum restitutio petitur, disertè in hac decis. exprimitur.

Lucana Bonorum, coram Damasceno.

29. Nouembris 1604. quæ est decis. 87. part. 1. recent.

4 Vt ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem 40. Annorum restitutio competat, Ignorantia debet esse ex omni parte excusabilis sine aliqua negligentię vmbra.

Læsio considerãda est inspecto tempore contractus, non postea; & cessante læsione, cessat restitutio.

Lucana Bonorum, coram Pamphilio.

27. Februarij 1606. quæ est decis. 101. part. 1. recent.

5 Quamuis restitutio in integrum post factam executionem concessa reperiatur, possessori nihilhominus manutentio conceditur.

Romana Pecuniaria, coram Pirouano.

13. Ianuarij 1612. quæ est decis. 370. part. 1. recent.

6 Petitio restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam non retardat executionem.

Roma.

Romana Pecuniaria, coram Manzanedo.

11. Decembris 1613. quæ est decis. 545. part. 1. recent.

In integrum restitutio non retardat
7 executionem iam cæptam per relaxationem mandati.

Oscen Archidiaconatus, coram Pamphilio.

4. Maij 1607. quæ est decis. 132. part. 1. recent.

In integrum restitutio locum non ha-
8 bet, quando constat de iustitia sententię, idem firmatur in *decis. 24. part. 1. recent. & in decis. 22. part. 12.*

Parisien. Pecuniaria, coram Coccino.

20. Nouembris 1613. quæ est decis. 532. part. 1. recent.

Non datur restitutio in integrum ad-
9 uersus sententiam, & rem iudicatam, nisi constet de aliquo grauamine.

Anconitana Censuum, coram Vbaldo.

24. Maij 1613. quæ est decis. 392. part. 1. recent.

Ex qualicumque iniustitia etiam non
10 notoria, restitutio in integrum conceditur aduersus sententiam, quæ transiuit in iudicatum.

Romana Locorum Montium, coram Vbaldo.

13. Nouembris 1613. quæ est decis. 525. part. 1. recent.

Minor læsus semper, & quandocum-
11 que restituitur:

Bononien Iurispatronatus, coram Pirouano.

20. Iunij 1612. quæ est decis. 427. part. 1. recent.

Cessante bono iure cessat etiam læsio,
12 quæ est pręcipuum fundamentum restitutionis in integrum.

Firmana Altaris, coram Andrea.

11. Ianuarij 1616. quæ est decis. 701. part. 1. recent.

Lapsus quadriennij post commissam
13 causam restitutionis in integrum calumniæ præsumptionem inducit.

Vrbeuetana Alimentorum, coram Pamphilio.

17. Februarij 1616. quæ est decis. 107. part. 1. recent.

Restitutus ex gratia, recuperat iura
14 alteri per condemnationem acquisita.

EX SECVNDA PARTE RECENT.

Palentina, coram Buratto.

26. Ianuarij 1615. quæ est decis. 635. part. 2. recent.

SEmper constat de causis restitutionis in integrum quando apparet de
15 de notoria iniustitia.

Romana Census, coram Card. Bononien.

23. Februarij 1609. quæ est decis. 245. part. 2. recent.

In integrum restitutio non competit
16 minori aduersus contractum iuratum, præsertim elapso quadriennio; neque ad impediendam executionem obligationis Cameralis.

Legionen Professionis, coram Pirouano.

25. Februarij 1611. quæ est decis. 329. part. 2. recent.

In integrum restitutio non datur ad-
17 uersus sententiam, nisi constito de bono iure petentis.

Virdunen Abbatiæ, coram Buratto.

5. Maij 1614. quæ est decis. 542. part. 2. recent.

In integrum restitutio ei non compe-

18 tit, qui facto proprio à possessione cecidit.

Pacen Canonicatus, coram Vbaldo.

17. *Iunij* 1615. *quæ est decis.* 781. *part.* 2. *recent.*

Aduersus rem iudicatam non datur re-
19 stitutio, nisi de eius iniustitia constet.

Non est locus in integrum restitutioni, vbi alterum iuris remedium ordinarium competit.

Leodien Fideicommissi, coram Caualerio.

2. *Maij* 1611. *quæ est decis.* 342. *part.* 2. *recent.*

Ignorantia est iusta causa restitutionis
20 in integrum, si tamen sit fundamentum intentionis agentis non præsumitur, sed est euidenter probanda.

Argentina Comendæ, coram Coccino,

30. *Maij* 1615. *quæ est decis.* 672. *part.* 2. *recent.*

Aduersus rem iudicatam restitutio cō-
21 petit, si de illius iniustitia constet; Idem firmatur in *decis.* 189. *part.* 2. *recent.*

Palentina Capellaniæ, coram Buratto.

14. *Nouembris* 1614. *quæ est decis.* .... *part.* 2. *recent.*

Quadriennio elapso aduersus rem iudi-
22 catam in integrum restitutio non datur.

Rauenaten Prædij, coram Pamphilio.

14. *Aprilis* 1624. *quæ est decis.* 534. *part.* 2. *recent.*

Ex noua causa in integrum restitutio,
23 licet pluries concessa, vel denegata, concedi debet.

Ciuitaten Infirmationis Concordiæ, coram Manzanedo.

15. *Aprilis* 1611. *quæ est decis.* 338. *part.* 2. *recent.*

In integrum restitutio Ecclesiæ, vel mi-
24 nori pro qualibet modica læsione non competit.

Burgen Præheminentiarum, coram Manzanedo.

3. *Iunij* 1605. *quæ est decis.* 139. *part.* 2. *recent.*

Executio iam cœpta non retardatur per
25 commissionem causæ restitutionis in integrum, ipsaque pendente.

Regien Prætensi Spolij, coram Manzanedo.

24. *Ianuarij* 1611. *quæ est decis.* 325. *part.* 2. *recent.*

Restitutio in integrum locum non ha-
26 bet in beneficio manuali, & amouibili, aduersus illos qui habent ius præsentandi.

Romana locorum Montium, coram Vbaldo.

13. *Nouembris* 1613. *quæ est decis.* 483. *part.* 2. *recent.*

Restitutio in integrum competit ad-
27 uersus donationem sine causa factam.

Leodien Fideicommissi, coram Caualerio.

9. *Decembris* 1611. *quæ est decis.* 364. *part.* 2. *recent.*

Non admittitur excusatio à caducitate,
28 vbicumque non est locus restitutioni in integrum. *Agitur in hac decis.* Ex quibus probetur scientia Testamenti, ad hoc vt alienans contra voluntatem Testatoris, excusari, neque restitui possit.

Leo-

Leodien Fideicommissi, coram Caualerio.

22. *May 1610. quæ est decis. 281. part. 2. recent.*

In integrum restitutio aduersus eum, qui rem alienari prohibitam ignoranter alienauit, tertiò non conceditur.
29

Conchen Archipresbyteratus, coram Litta.

1. *May 1609. quæ est decis. 13. part. 2. recent.*

30 De stylo Rotæ non pronunciatur super causis restitutionis in integrum, sed vbi restitutioni locus est, proceditur in negotio principali; Vbi verò restitutioni non est locus moderatur inhibitio vigore restitutionis in integrum emanata.

Semel denegata restitutio, in beneficialibus amplius non conceditur.

Causa restitutionis in integrum quadriennio terminari debet.

Mediolanen de Brioschis, coram Lugdunen.

3. *May 1606. quæ est decis. 164. part. 2. recent.*

31 Ex capite ignorantiæ in integrum restitutio conceditur.

Viterbien Fideicommissi, coram Coccino.

19. *Ianuary 1605. quæ est decis. 132. part. 2. recent.*

32 Restitutio in integrum minori concessa aduersus aditionem hæreditatis, prodest etiam maiori quando causa est indiuidua, secus si sit diuidua.

Romana Tutelæ, coram Pirouano.

5. *Iuly 1610. quæ est decis. 307. part. 2. recent.*

33 Ininstitia sententiæ, iustam restitutioni in integrum causam præbet.

Romana Hæreditatis, coram Buratto.

12. *Iunij 1615. quæ est decis. 723. part. 2. recent.*

34 Aduersus amissum emolumentum, restitutio in integrum minori conceditur.

EX TERTIA PARTE RECENT.

Cathanien Illegitimatis, coram Sacrato.

11. *Nouembris 1612. quæ est decis. 148. part. 3. recent.*

35 In integrum restitutio ab vno ex colligantibus obtenta, alteri litis consorti prodest.

Parmen Status, coram Sacrato.

17. *Decembris 1612. quæ est decis. 456. part 3. recent.*

36 Restitutio in integrum vni concessa, litis consortibus suffragatur.

Lucana Abbatiæ, coram Pirouano.

10. *Nouembris 1614. quæ est decis. 618. part. 3. recent.*

37 Restitutio in integrum non conceditur nisi constet de bono iure ipsam petentis.

Tiburtina Affrancationis, coram Vice Comite.

11. *Ianuary 1585. quæ est decis. 3. part. 3. recent.*

38 In integrum restitutio datur ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem 30. vel 40. Annorum. *In hac decis.* Examinatur plura ad hanc materiam pertinentia, & testatur Opinionem hanc, à diuersis Supremis Orbis Tribunalibus, receptam esse, præsertim à S. Neapolitano Cons. à Rota Bononien, à Rota Ianuen, à Rota Lucen, à Foro Fiuizanen, à Rota Auenionen, à Regio Senatu Cathaloniæ, à Senatu Pedemontano, à Senatu

natu Gratianopolitano, à Parlamento Delphinali, à Senatu Burdegalen, ab Audientia Baren, à Camera Imperiali, & ab ipsa Rota Romana, vbi veritas gloriosè triumphat.

Amerina Legati, coram Litta.

5. Iunij 1599. quæ est decis. 33. part. 3. recent.

Aduersus non aditam hæreditatem in
39 integrum restitutio competit.

Ferrarien Decimarum, coram Pirouano.

15. Ianuarij 1614. quæ est decis. 552. part. 3. recent.

Non datur restitutio aduersus rem iu-
40 dicatam, quandò constat de validitate, & iustitia sententiæ.

Firmana Beneficij, coram Remboldo.

15. Ianuarij 1616. quæ est decis. 734. part. 3. recent.

Iam cæptam executionem non impedit
41 restitutio in integrum.

Montis Politiani Pecuniaria, coram Manzanedo.

15. Martij 1613. quæ est decis. 471. part. 3. recent.

Vbi de aliquo grauamine, vel læsione
42 non constat restitutio in integrum locum non habet. Idem firmatur in *decis. 337. part. 11. rec. & decis. 276. ead. part. 11. & decis. 194. ibidem.*

Bononien Spolij, coram Pirouano.

16. Decembris 1613. quæ est decis. 546. part. 3. recent.

Restitutio in integrum aduersus rem
43 iudicatam maiori non conceditur nisi de eius bono iure constet.

Romana Deuolutionis Domorum, coram Pamphilio.

26. Martij 1599. quę est dec. 12. p. 3. rec.

Aduersus incursam caducitatem mino-
44 ri in integrum restitutio competit, potissimè, si contra Tutorem, vel Curatorem se reualere non potest.

Toletana Capellaniæ, coram Sacrato.

18. Decembris 1609. quæ est decis. 248. part. 3. recent.

Restitutio in integrum post cæptam
45 executionem, & post decretas, & relaxatas executoriales, implorata, executionem non impedit.

Colimbrien Matrimonij, coram Buratto.

22. Iunij 1616. quę est decis. 776. part. 3. recent.

Iure Ciuili attento, restitutio verbalis
46 est necessaria in fideicommissis, quidquid sit de æquitate canonica.

Pistorien Beneficij, coram Manzanedo.

23. Ianuarij 1616. quæ est decis. 736. part. 3. recent.

Aduersus sententiam iustè prolatam
47 restitutio in integrum minori non conceditur. Idem firmatur in *decis. 87. part. 11. recent. & decis. 295. part. 12.*

Carpentoracen Fideicommissi, coram Sacrato.

10. Februarij 1612. quę est decis. 409. part. 3. recent.

Restitutionis in integrum causa com-
48 missa supersedendum est in executione rei Iudicatæ.

Bononien Plebaniæ, coram Pirouano.

20. Iunij 1612. quæ est decis. 443. part. 3. recent.

Bonum ius, & læsio sunt præcipua fun-
49 damenta restitutionis in integrum. Idem firmatur *decis. 359. part. 11. recent.*

EX PARTE QVARTA RECENT.

Romana Spolij, coram Dunozetto.

13. Februarij 1615. quæ est decis. 167. part. 4. recent.

Restitutio non datur in spolio contra
50 possessorem etiam nulliter immissum à Iudice, quando constat de bono iure.

Parisien Prætensorum Scutorum 5300.

quæ est decis. 375. part. 4. recent.

Aduersus ea, quæ se habent ad lu-
51 crum, & damnum, in integrum restitutio non competit. Neque conceditur maiori alleganti læsionem in actu liberatorio mediante confessione licet erronea.

Narnien Bonorum, coram Sacrato.

4. Maij 1617. quæ est decis. 653. part. 4. recent.

Restitutio in integrum indistinctè con-
52 ceditur, quando de bono iure constat.

Vallisoletana Iurisdictionis, coram Buratto.

14. Aprilis 1617. quæ est decis. 447. part. 4. recent.

Quando de læsione constat nunquam
53 denegatur in integrum restitutio.

Turritana Bonorum, coram Buratto.

6. Iunij 1606. quæ est decis. 301. part. 4. recent.

Restitutio in integrum conceditur Ec-
54 clesiæ, Minori, & Pijs locis ad effectum probandi super directo contrarijs, & post didicita testificata. Quod procedere, nota, nisi lis mota, & prosequuta sit viuente Testatore, cui Minor, Ecclesia, vel locus Pius successit.

Restitutio in integrum, quæ ob probationes non factas denegatur maiori, Minori, aut Ecclesiæ hæredi maioris non competit, quamuis aliàs per se competeret.

Romana locationis, coram Manzanedo.

9. Maij 1611. quæ est decis. 99. part. 4. recent.

Aduersus sententiam nullam, & iniu-
55 stam datur restitutio in integrum. Sententia autem lata super eo, quod in Monitorio non fuit deductum nulla dicitur, prout iniusta censetur quando in remedio reintegrandæ non fuit probatum primum extremum.

EX PARTE QVINTA RECENT.

Vrgelien, coram Durano.

20. Februarij 1630. quæ est decis. 302. part. 5. recent.

Non restituitur minor, qui ex aditione
56 hæreditatis se læsum dicit, nisi probet hæreditatem non esse soluendo.

Toletana Decimarum, coram Verospio.

2. Decembris 1630. quæ est decis. 415. part. 5. recent.

Restitutio in integrum, vti remedium
57 omninò subsidiarium non conceditur aduersus sententiam, nisi constet de re iudicata.

Romana Domus ad S. Honuphrium, coram Durano.

15. Martij 1627. quæ est decis. 49. part. 5. recent.

Restitutioni in integrum non est lo-
58 cus, quando de læsione non docetur. Quando verò de læsione constare dicatur in hac *decis.* latè disseritur,

Romana Restitutionis in Integrum, coram Vbaldô.
17. May 1617. qua est decis. 69. part. 5. recent.

59 In concedenda restitutione in integrum in materia Emphiteuticæ, attendendus est tenor inuestituræ, à quo pendet substantia huius contractus.

Nicien Parochialis, coram Durano.
13. Martij 1628. qua est decis. 154. part. 5. recent.

60 Læsio est præcipuum fundamentum restitutionis in integrum: Idem dicitur in *decis.* 328. *part.* 12. *recent.*

Sabinen Castri Montis Rotundi, coram Coccino.
8. Februarij 1627. qua est decis. 36. part. 5. recent.

61 Aduersus sententiam, quæ transiuit in iudicatum non datur restitutio in integrum.

Romana Vineæ, coram Merlino.
4. Maij 1626. qua est decis. 11. part. 5. recent.

62 Minor in minori ætate læsus, postquam maior factus est, integrum restitutionem petere potest.

Nucerina Iurisdictionis, coram Pirouano.
1. Martij 1627. qua est decis. 41. part. 5. recent.

63 Ad obtinendam restitutionem in integrum, sufficit quòd constet de iniustitia rei iudicatæ.

Viterbien Castrorum, coram Coccino.
11. Martij 1626. qua est decis. 4. part. 5. recent.

64 Quando de læsione constat, semper in integrum restitutio conceditur. Idem firmatur in *decis.* 244. *part.* 13. *recent.*

EX PARTE SEXTA RECENT.

Romana Fideicommissi de Caetanis, coram Coccino.
7. Iunij 1634. qua est decis. 284. part. 6. recent.

65 Ex solo prætextu læsionis in integrum restitutio non datur.

Parmen Nullitatis Ordinis, coram Ghislerio.
2. Decembris 1630. qua est decis. 343. part. 6. recent.

66 Restitutio in integrum datur aduersus sententiam, de cuius nullitate, vel iniustitia docetur, quamuis non sit notoria. Idem firmatur in *decis.* 24. *part.* 10. *recent.*

Ariminen Domus, coram Dunozetto.
23. Iunij 1631. qua est decis. 59. part. 9. recent.

67 Quando de nullitate, vel iniustitia constat, non denegatur in integrum restitutio.

Romana Pecuniaria, coram Pirouano.
27. Iunij 1633. qua est decis. 360. part. 6. recent.

68 Si is cui in integrum restitutio competit per quadriennium taceat amplius non auditur.

Bononien Pecuniaria, de Blanchettis, coram Coccino.
15. Ianuarij 1613. qua est decis. 1. part. 6. recent.

69 Qui petit restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam, vti Actor intentionem suam fundare tenetur, & in re iudicata læsionem probare.

Romana Fideicommissi, de Caetanis, coram Coccino.
7. Iunij 1634. quæ est decis. 284. part. 6. recent.

70 Post lapsum quadriennij non datur restitutio in integrum, nisi constet de læsione enormissima. Læsio verò non consideratur respectu rei, quæ non fuit in lite.

Romana Restitutionis in Integrum, coram Montmanno.
4. Iulij 1631. quæ est decis. part. 6. recent.

71 De læsione docere debet, qui in integrum restitutionem obtinere intendit. Idem firmatur in *decis. 185. & decis. 170. eiusdem part. 6. recent.*

Vrbeuetana Census, coram Motmanno.
23. Iunij 1634. quæ est decis. 344. part. 6. recent.

72 Minori, qui in contractibus se maiorem esse iurauit, in pænam mendacij in integrum restitutio denegatur.

Romana Casalis, de Caualerijs coram Coccino.
14. Ianuarij 1633. quæ est decis. 178. part. 6. recent.

73 Stante iustitia, & validitate sententiæ in integrum restitutio non conceditur.

Romana Pecuniaria, coram Merlino.
10. Decembris 1631. quæ est decis. 77. part. 6. recent.

74 Ad restitutionem in integrum non admittitur, qui pecunium sibi debitam in sui crediti extinctionem recipit, quando illam bona fide consumpsit, & consequutus fuit, quod suum est.

Taruisina Feudi, coram Queipo.
5. Martij 1632. quæ est decis. 105. part. 6. recent.

75 Ad obtinendam restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam ad effectum audientiæ, de bono iure etiam semiplenè docere sufficit.

EX PARTE SEPTIMA RECENT.

Salernitana Portionis fructuum, coram Verospio.
9. Iunij 1635. quæ est decis. 50. part. 7. recent.

76 Quælibet iniustitia etiam non notoria est causa restitutionis in integrum.

Perusina Spolij, coram Royas.
4. Aprilis 1636. quæ est decis. part. 7. recent.

77 Restitui debet tam spoliatus à Iudice, quàm spoliatus à quocumque priuato.

Cauen Limitum Parochialium, coram Buccabella.
25. Iunij 1635. quæ est decis. 63. part. 7. recent.

78 Non habet locum restitutio in integrum, vbi de læsione non constat. Idem firmatur *decis. 181. part. 10. recent.*

Leodien Castri de Monbech, coram Buccabella.
9. Maij 1636. quæ est decis. 132. part. 7. recent.

79 Manutentio conceditur etiam in gradu restitutionis in integrum.

Barbastren Decimarum, coram Vbaldo,
10. Nouembris 1613. quæ est decis. 264. part. 7. recent.

80 In integrum restitutio non datur, post cæptam executionem vigore rei iudicatæ,

Romana Restitutionis in Integrum, coram Vbaldo.

17. *Maij* 1617. *quæ est decis.* 69. *part.* 5. *recent.*

In concedenda restitutione in integrum
59 in materia Emphiteutica, attendendus est tenor inuestituræ, à quo pendet substantia huius contractus.

Nicien Parochialis, coram Durano.

13. *Martij* 1618. *quæ est decis.* 154. *part.* 5. *recent.*

Læsio est præcipuum fundamentum
60 restitutionis in integrum: Idem dicitur in *decis.* 328. *part.* 12. *recent.*

Sabinen Castri Montis Rotundi, coram Coccino.

8. *Februarij* 1627. *quæ est decis.* 36. *part.* 5. *recent.*

Aduersus sententiam, quæ transiuit in
61 iudicatum non datur restitutio in integrum.

Romana Vineæ, coram Merlino.

4. *Maij* 1626. *quæ est decis.* 11. *part.* 5. *recent.*

Minor in minori ætate læsus, postquam
62 maior factus est, integrum restitutionem petere potest.

Nucerina Iurisdictionis, coram Pirouano.

1. *Martij* 1627. *quæ est decis.* 41. *part.* 5. *recent.*

Ad obtinendam restitutionem in inte-
63 grum, sufficit quòd constet de iniustitia rei iudicatæ.

Viterbien Castrorum, coram Coccino.

11. *Martij* 1626. *quæ est decis.* 4. *part.* 5. *recent.*

Quando de læsione constat, semper in
64 integrum restitutio conceditur. Idem firmatur in *decis.* 244. *part.* 13. *recent.*

EX PARTE SEXTA RECENT.

Romana Fideicommissi de Caetanis, coram Coccino.

7. *Iunij* 1634. *quæ est decis.* 284. *part.* 6. *recent.*

Ex solo prætextu læsionis in integrum
65 restitutio non datur.

Parmen Nullitatis Ordinis, coram Ghislerio.

2. *Decembris* 1630. *quæ est decis.* 343. *part.* 6. *recent.*

Restitutio in integrum datur aduersus
66 sententiam, de cuius nullitate, vel iniustitia docetur, quamuis non sit notoria. Idem firmatur in *decis.* 24. *part.* 10. *recent.*

Ariminen Domus, coram Dunozetto.

23. *Iunij* 1631. *quæ est decis.* 59. *part.* 9. *recent.*

Quando de nullitate, vel iniustitia con-
67 stat, non denegatur in integrum restitutio.

Romana Pecuniaria, coram Pirouano.

27. *Iunij* 1633. *quæ est decis.* 360. *part.* 6. *recent.*

Si is cui in integrum restitutio compe-
68 tit per quadriennium taceat amplius non auditur.

Bononien Pecuniaria, de Blanchettis, coram Coccino.

15. *Ianuarij* 1613. *quæ est decis.* 1. *part.* 6. *recent.*

Qui petit restitutionem in integrum
69 aduersus rem iudicatam, vti Actor intentionem suam fundare tenetur, & in re iudicata læsionem probare.

Roma-

Romana Fideicommiſſi, de Caetanis, coram Coccino.

7. *Iunij* 1634. *quæ eſt deciſ.* 284. *part.6. recent.*

Poſt lapſum quadriennij non datur re-
70 ſtitutio in integrum, niſi conſtet de læſione enormiſſima. Læſio verò non conſideratur reſpectu rei, quæ non fuit in lite.

Romana Reſtitutionis in Integrum, coram Montmanno.

4. *Iulij* 1631. *quæ eſt deciſ. part.6. recent.*

De læſione docere debet, qui in inte-
71 grum reſtitutionem obtinere intendit. Idem firmatur in *deciſ.* 185. & *deciſ.* 170. *eiuſdem part.6. recent.*

Vrbeuetana Cenſus, coram Motmanno.

23. *Iunij* 1634. *quæ eſt deciſ.* 344. *part.6. recent.*

Minori, qui in contractibus ſe maio-
72 rem eſſe iurauit, in pœnam mendacij in integrum reſtitutio denegatur.

Romana Caſalis, de Caualerijs coram Coccino.

14. *Ianuarij* 1633. *quæ eſt deciſ.* 178. *part.6. recent.*

Stante iuſtitia, & validitate ſententiæ
73 in integrum reſtitutio non conceditur.

Romana Pecuniaria, coram Merlino.

10. *Decembris* 1631. *quæ eſt deciſ.* 77. *part.6. recent.*

Ad reſtitutionem in integrum non
74 admittitur, qui pecunium ſibi debitam in ſui crediti extinctionem recipit, quando illam bona fide conſumpſit, & conſequutus fuit, quod ſuum eſt.

Taruiſina Feudi, coram Queipo.

5. *Martij* 1632. *quæ eſt deciſ.* 105. *part.6. recent.*

Ad obtinendam reſtitutionem in inte-
75 grum aduerſus rem iudicatam ad effectum audientiæ, de bono iure etiam ſemiplenè docere ſufficit.

EX PARTE SEPTIMA RECENT.

Salernitana Portionis fructuum, coram Veroſpio.

9. *Iunij* 1635. *quæ eſt deciſ.* 50. *part.7. recent.*

Quælibet iniuſtitia etiam non notoria
76 eſt cauſa reſtitutionis in integrum.

Peruſina Spolij, coram Royas.

4. *Aprilis* 1636. *quæ eſt deciſ. part.7. recent.*

Reſtitui debet tam ſpoliatus à Iudice,
77 quàm ſpoliatus à quocumque priuato.

Cauen Limitum Parochialium, coram Buccabella.

25. *Iunij* 1635. *quæ eſt deciſ.* 63. *part.7. recent.*

Non habet locum reſtitutio in inte-
78 grum, vbi de læſione non conſtat. Idem firmatur *deciſ.* 181. *part.* 10. *recent.*

Leodien Caſtri de Monbech, coram Buccabella.

9. *Maij* 1636. *quæ eſt deciſ.* 132. *part.7. recent.*

Manutentio conceditur etiam in gradu
79 reſtitutionis in integrum.

Barbaſtren Decimarum, coram Vbaldo,

10. *Nouembris* 1613. *quæ eſt deciſ.* 264. *part.7. recent.*

In integrum reſtitutio non datur, poſt
80 cæptam executionem vigore rei iudicatæ,

dicatæ, quinimò de stylo Rotæ sufficit, si solum executio sit petita.

Pictaueñ Commendæ, coram Ghislerio.

4. Iuly 1637. quæ est decis. 240. part. 7. recent.

81 Pendente iudicio restitutionis in integrum, anteriori possessori manutentio denegari non potest.

Tiburtina Hæreditatis, coram Carillo.

12. Iuny 1637. quæ est decis. 140. part. 7. recent.

82 Causa restitutionis in integrum, intra quadriennium peti, & terminari debet; à tempore, quo lapsus fuit annus, vel biennium datum ad prosequendam appellationem.

EX OCTAVA PARTE RECENT.

Romana Multiplici, coram Panzirolo.

29. Ianuary 1638. quæ est decis. 1. part. 8. recent.

83 Stante magna negligentia, in integrum restitutio non datur.

Meleuitana Hæreditatis, coram Panzirolo.

26. Ianuarij 1637. quæ est decis. 293. part. 8. recent.

84 Aduersus rem iudicatam tunc solum restitutio in integrum datur si de læsione constet. Idem firmatur in decis. 236. part. 10. recent.

Romana Diuisionis, coram Bichio.

15. Iuny 1640. quæ est decis. 238. part. 8. recent.

86 Aduersus præscriptionem triennalem non conceditur restitutio in integrũ ex capite ignorantiæ, nisi ignorantia sit probata.

Romana Domorum, coram Terracinen.

22. Iuny 1640. quæ est decis. 241. part. 8. recent.

87 Restitutio in integrum competit attenta læsione, ex nullitate, & iniustitia sententiæ proueniente. Idem firmatur in decis. 334. part. 10. rec.

Arriminen Fideicommissi, coram Eminentissimo Cerro.

14. Martij 1640. quæ est decis. 205. part. 8. recent.

88 In integrum restitutio competit, probata iniustitia. Idem firmatur in decis. 54. part. 10. recent.

Meliten Hæreditatis, coram Verospio.

6. February 1639. quæ est decis. 193. part. 8. recent.

89 In integrum restitutio aduersus præcisam sententiam nominatim petita, nouum & speciale mandatum procuræ non exigit, si incidenter petita sit, secus si principaliter.

Legionen Beneficij, coram Ghislerio.

4 Iulij 1640. quæ est decis. 252. part. 8. recent.

90 Restitutio in integrum aduersus non factam publicationem, resignatarium in primeuum statum reponit.

Auximana Fideicommissi, coram Dunozetto.

22. Martij 1638. quæ est decis. part. 8. recent.

91 In integrum restitutio ex capite ignorantiæ, datur fideicommissario, fideicommissi bona vindicare volenti. Fideicommissi ignorantia præsumitur etiam in vocatis, nisi scientia probetur.

Bo-

Bononien Fideicommissi, coram Bichio.

22. *Iunij 1639. qua est decis.* 157. *part.*8. *recent.*

Restitutio in integrum aduersus renun-
92 ciationem, datur ex ignorantia iuris renuncianti.

Gallien Hæreditatis, coram Ghislerio.

1. *Iulij 1639. qua est decis.* 166. *part.* 8. *recent.*

Restitutio in integrum competit Eccle-
93 siæ ex capite probabilis ignorantiæ præsertim stante dubietate articuli Iuris.

Ariminen Molendini, coram Ghislerio.

22. *Maij 1637. qua est decis.* 277. *part.*8. *recent.*

In integrum restitutio competit aduer-
94 sus sententiam, concedentem immissionem pro toto, vbi pro sola parte concedi debuisset.

Mutinen Bonorum, coram Royas.

14. *Ianuarij 1639. qua est decis.*103. *part.*8. *recent.*

Si constat de nullitate sententiæ sem-
95 per conceditur restitutio in integrum, quia nunquam in iudicatum transit. Idem firmatur in *decis.* 53. *part.*9. *recent.* & *in decis.* 46. *part.*10. *recent.*

Romana Diuisionis, coram Bichio.

20. *Iunij 1639. quæ est decis.* 153. *part.*8. *recent.*

Ex capite ignorantiæ, quæ sit crassa,
96 & supina, non datur in integrum restitutio.

Rauenaten Census, coram Dunozetto.

27. *Iunij 1639. qua est decis.* *part.*8. *recent.*

Restitutio in integrum ex capite igno-
97 rantiæ probabilis datur contra præscriptionem 30. Annorum. Idem firmatur in *decis.* 238. *part.* 8. *recent.* & *in decis.* 429. *part.* 12. *recent.* & *in decis.* 47. *part.* 13.

Romana Pecuniaria de Ghezzijs, coram Bichio.

14. *Iunij 1638. qua est decis.* 64. *part.*8. *recent.*

Aduersus omissionem inuentarij, mino-
98 nori restitutio competit.

EX PARTE NONA RECENT.

Romana seù Florentina Restitutionis in integrum, coram Panzirolo.

10. *Maij 1641. qua est decis.*82. *part.*9. *recent.*

Maioribus 25. ann. & si ex capite iustæ
99 ignorantiæ in integrum restitutio non concedatur aduersus aditionem hæreditatis factam sine inuentario, omni tamen dolo semoto ei restitutio competit, præsertim si contra communem expectationem magnum æs alienum in hæreditate emersit.

Bononien Prædij, coram Eminentissimo Cerro.

17. *Ianuarij 1642. qua est decis.* 63. *part.*8. *recent.*

Restitutio in integrum non datur mi-
100 nori aduersus lapsum temporis ad redimendum, quandò agitur de tempore conuentionali. *In hac decis.* disertè agitur de pertinentibus ad hanc materiam.

Romana Saluiani, seù Attentatorum, coram Carillo.
29. Maij 1643. *quæ est decis.*192. *part.* 9. *recent.*

Maiori læso ex facto, & culpa sua non
101 datur restitutio in integrum.
In integrum restitutio, quæ aduersus non confectum Inuentarium difficulter maiori conceditur minoribus faciliter impartitur. Idem firmatur in *decis.*381. *part.*13. *recent.*

Romana Fideicommissi de Iuuenalibus, coram Eminentissimo Cerro.
20: *Aprilis* 1643. *quæ est decis.* 169. *part.*9. *recent:*

Ex Instrumentis de nouo repertis mi-
102 nori in integrum restitutio conceditur. Idem firmatur in *decis.* 272. *eiusdem part.*9. *recent.*

Bononien Fideicommissi, coram Bichio.
16. Martij 1640. *quę est decis.*451. *part.*9. *recent.*

Restitutio in integrum aduersus præ-
103 scriptionem fideicommissi non conceditur minori, nisi in casu quod ignorantia fideicommissi esset inuincibilis.

Montis Alti Beneficij, coram Bichio.
28. *Iunij* 1645. *quæ est decis.* 366. *part.*9. *recent.*

Aduersus sententiam iniustam minori
104 datur in integrum restitutio, non obstante clausula, appellatione remota. Idem habetur in *decis.*217. *part.*13. *recent.*

Bononien Dotis, coram Bichio.
19. *Decembris* 1644. *quæ est decis.* 319. *part.*9. *recent.*

Restitutio in integrum concessa cum
105 clausula, non retardata executione, ipsam non impedit, siue de restitutione in integrum principaliter disceptetur, siuè incidenter allegetur.

EX PARTE DECIMA RECENT.

Romana de Marescottis, coram Ghislerio.
20. *May* 1647. *quæ est decis.*54. *part.* 10. *recent.*

Bonum Ius est fundamentum restitutio-
106 nis in integrum.

Sipontina Pensionis, coram Peutingero.
8. *Aprilis* 1647. *quæ est decis.*45. *part.* 10. *recent.*

In integrum restitutio datur aduersus
107 sententiam manutentionem ei denegantem, qui quasi possessionem habebat.

Auenionen Alimentorum, coram Corrado,
25. *Ianuary* 1647. *quæ est decis.* 8. *part.*10. *recent.*

In integrum restitutio conceditur ad-
108 uersus lapsum biennij præfixi ad appellandum, si appellans varias rationes adducat circa merita causæ.

Calaguritana Beneficij, coram Verospio.
15. *Decembris* 1644. *quæ est decis.*356. *part.*10. *recent.*

Vbi competit actio Ordinaria, cessat
109 in integrum restitutio.

Perusina Bonorum, coram Corrado.
29. *Maij* 1648. *quæ est decis.* 193. *part.*10. *recent.*

Causa restitutionis in integrum intra
110 quadriennium terminari debet.

Bononien Fideicommissi, coram Corrado.
30. *May* 1646. *quę est decis.* 363. *part.*10. *recent.*

Aduersus hæreditatem inconsultò aditam

111 tam minori in integrum restitutio competit, mediante confectione inuentarij à Tutore omissa.

Anconitana Dotis, coram Arguelles.

31. *Ianuarij* 1648. *quæ est decis.* 148. *part.* 10. *recent.*

Stante notoria iniustitia, non obstante
112 re iudicata parti læsę per in integrum restitutionem succurritur.

Sipontina Pensionis, coram Peutingero.

8. *Aprilis* 1647. *quæ est decis.* 45. *part.* 10. *recent.*

Restitutione in integrum admissa, eum
113 facultate manutenendi quem de iure, aduersus sententiam transactam in iudicatum manutentio concedi potest. *In hac decis.* multa habes ad hanc materiam pertinentia.

Perusina Bonorum, coram Corrado.

28. *Iunij* 1649. *quę est decis.* 328. *part.* 10. *recent.*

Aduersus lapsum triginta annorum non
114 datur restitutio in integrum.

EX PARTE VNDECIMA. RECENT.

Marsicen Iurisdictionis, coram Corrado.

11. *Martij* 1650. *quæ est decis.* 371 *part.* 11. *recent.*

Aduersus rem iudicatam non datur re-
115 stitutio in integrum, nisi concludens iniustitiæ, & læsionis probatio concurrat.

Tiburtina Castri S. Angeli, coram Meltio.

11. *Martij* 1650. *quæ est decis.* 371. *part.* 11. *recent.*

Non datur restitutio in integrum hæ-
116 redi contrauenienti promissioni defuncti, cui alteri ius quæsitum fuit. Quod intelligas si contraueniat agendo, nam si defendendo ignoranter fecerit, restitutio denegari non potest.

Pisauren Iocalium, coram Meltio.

11. *Maij* 1650. *quæ est decis.* 34. *part.* 11. *recent.*

Mulieri aduersus omissas probationes,
117 sine causæ cognitione in integrum restitutio non conceditur.

EX PARTE DVODECIMA RECENT.

Romana Domus, seù Fideicommissi de Incoronatis, coram Peutingero.

24. *Ianuarij* 1646. *quæ est decis.* 421. *part.* 12. *recent.*

Aduersus omissam Appstolorum peti-
118 tionem, in integrum restitutio læso conceditur.

Romana Hæreditatis, coram Beuilaqua.

10. *Decembris* 1655. *quæ est decis.* 107. *part.* 12. *recent.*

Aduersus lapsum temporis ad obtinen-
119 dam aliquam derogationem in integrum restitutio conceditur.

Romana Retrouenditionis Domus, coram Priolo.

7. *Iunij* 1658. *quę est decis.* 358. *part.* 12. *recent.*

In integrum restitutio non est faciliter
120 concedenda, quando agitur de Iure quærendo cum damno tertij.

Bononien Primogenituræ, coram Bichio.

26. *Iunij* 1656. *quę est decis.* 82. *part.* 12. *recent.*

Restitutio in integrum conceditur mi-
121 nori pro redditu ad concordiam.

Ro-

Romana, seù Ianuen Locorum Montium, coram Priolo.

13. Ianuarij 1656. quæ est decis. 118. part. 12. recent.

Restitutio in integrum aduersus aditio-
121 nem hæreditatis est ab ipso hærede petenda.

Bononien Primogenituræ, corã Reuerendissimo Beuilaqua.

8. Iunij 1657. quæ est decis. 251. part. 12. recent.

Cessat in integrum restitutio, quando
122 non intrat purgatio moræ.

Romana Pecuniaria, coram Eminentissimo Cerro,

18. Iunij 1655. quæ est decis. 52. part. 12. recent.

Aduersus causæ desertionem, ex pro-
123 babili ignorantia in integrum restitutio conceditur.

EX PARTE DECIMATERTIA RECENT.

Prænestina Bonorum, coram Reuerendissimo P. D. Taia.

17. Martij 1659. quæ est decis. 43. part. 13. recent.

Beneficium restitutionis in integrum
124 transmittitur ad hæredem hæredis.

Romana Retrouenditionis Domus, coram Priolo.

30. Maij 1659. quæ est decis. 77. part. 13. recent.

Aduersus repudiationem à se factam,
125 quadriennio elapso, in integrum restitutio etiam minori denegatur.

Romana successionis, coram Priolo.

28. Iunij 1660. quæ est decis. 244. part. 13. recent.

Læsione cessante non est locus restitu-
126 tioni in integrum. Idem firmatur in *decis.* 130. *part.* 14. *recent.* & *in decis.* 81. *dicta part.* 14. & *in decis.* 428.

Papien Census, coram Ninot.

3. Iulij 1662. quæ est decis. 505. part. 13. recent.

Restitutio in integrum conceditur ad-
127 uersus iniustitiam etiam non notoriam.

EX PARTE DECIMAQVARTA RECENT.

Ciuitatis Castellanæ Tutelæ, coram Emeriz.

10. Martij 1664. quæ est decis. part. 14. recent.

Restitutio in integrum semper à Rota
128 conceditur, quando constat de aliqua iniustitia. Idem firmatur in *decis.* 155. *eiusdem part.* 14.

Bononien Aquarum, coram Ottalora.

9. Aprilis 1666. quæ est decis. 461. part. 14. recent.

Nunquam conceditur restitutio, quan-
129 do sententia in iudicatum transacta est valida, & iusta:

Varmien Distributionum, coram Ottalora.

23. Ianuarij 1666. quæ est decis. 390 part. 14. recent.

Sententia iniusta nunquam in iudicatum
130 transit, sed vt læsiua restitutionem in integrum meretur.

Romana Fideicommissi, coram Eminentissimo Carpineo.

1. Iunij 1665. quæ est decis. 308. part. 14. recent.

Aduersus sententiam iustam non datur
131 restitutio in integrum.

EX

EX DECISIONIBVS ARGVELES.

Anconitana Dotis.

31. *Ianuary* 1648. *inter eius impress. decis.* 55.

Per restitutionem in integrum parti læ-
132 sæ succurritur; non obstante re iudicata, quando constat de notoria iniustitia.

Firmana Iurispatronatus.

14. *Ianuary* 1656. *inter eius impress. decis.* 111.

Restitutio in integrum non conceditur
133 nisi ex iustitia læsio proueniat.

Vladislauien Administrationis.

20. *Nouembris* 1648. *inter eius impress. decis.* 73.

Rei iudicatæ executio non impeditur
134 per petitionem restitutionis in integrum, quando adest suspicio, quòd calumniosè petatur; quod tamen relinquitur Iudicis arbitrio.

Sulmonen Beneficij.

10. *Marty* 1649. *inter eius impress. decis.* 87.

Restitutio in integrum est petenda à
135 partibus, & non ab alijs.

Vlixbonen Nullitatis Professionis.

10. *Decembris* 1646. *inter eius impress. decis.* 31.

Restitutio in integrum religioso conce-
136 ditur, aduersus lapsum quinquennij ex iusta causa reclamanti.

EX DECISIONIBVS BICHII.

Romana Diuisionibus.

20. *Iuny* 1639. *inter eius impress. decis.* 6.

Ignorantia crassa, & suppina non est iu-
137 sta causa restitutionis in integrum, sed ex omni parte excusabilis esse debet.

Bononien Fideicommissi.

19. *Marty* 1640. *inter eius impress. decis.* 18.

Restitutio in integrum aduersus præ-
138 scriptionem non conceditur Fideicommissario scienti. Quod & procedit, vbi ignorantia fideicommissi non est vndequaque excusabilis.

Bononien Fideicommissi.

22. *Iuny* 1640. *inter eius impress. decis.* 31.

Restitutio in integrum non competit
139 scienti ius sibi fuisse delatum. Et quadriennium ad petendam restitutionem post præscriptionem decursam, extinguit à die scientiæ beneficium restitutionis: quicquid fit vbi modicum tempus inter diem scientiæ, & complementum præscriptionis interuenisset.

Montis Falisci Supplnmentis Legitimæ.

18. *Iuny* 1642. *inter eius impress. decis.* 94.

Sola probabilis ignorantia sufficit ad re-
140 stitutionem in integrum obtinendam aduersus præscriptionem etiam tricenariam. Quod & firmatur in *decis.* 122. & *decis.* 156. *coram eodem Bich.*

Vrbinaten successionis.

28. *Iuny* 1645. *inter eius impress. decis.* 320.

Restitutio in integrum etiam ad hære-
141 des hæredis transmittitur.

Monopolitana Pensionis.

30. *Marty* 1648. *inter eius impress. decis.* 346.

Restitutio in integrum aduersus omissas
142 probationes Ecclesiæ non conceditur, nisi æqualiter constet de eius bono iure, ac etiam de releuantia probationis, cum ex sola probationum omissione læsio non resultet.

Romana Cenſus.
25. *Iunij* 1640. *inter eius impreſſ. deciſ.* 33.

In integrum reſtitutio pijs locis conce-
143 ditur aduerſus præſcriptionem ob negligentiam adminiſtratorum.

Bononien Pecuniaria.
26. *Martij* 1645. *inter eius impreſſ. deciſ.* 202.

Reſtitutio in integrum non datur ſine
144 læſione, & iniuſtitia, quæ ſemper ad hunc effectum requiritur.

Calaguritana Beneficij de Cornago.
17. *Maij* 1645. *inter eius impreſſ. deciſ.* 219.

Reſtitutio in integrum datur etiam ex
145 actis nouiter deductis.

Bononien Primogenituræ.
26. *Maij* 1656. *inter eius impreſſ. deciſ.* 670.

In integrum reſtitutio datur minori pro
146 reddita ad concordiam, à qua receſſit, etiam poſt proſecutam litem, in qua ſuccubuit. Quod nota, non procedere, vbi concordia continet pactum reſolutiuum, in caſu non obtenti beneplaciti infrà terminum præfixum. Tunc enim ſicuti non admittitur purgatio moræ, ita neque reſtitutio in integrum fauore minoris.

Romana Diuiſionis.
15. *Iunij* 1640. *inter eius impreſſ. deciſ.* 39.

Ex capite ignorantiæ non conceditur
147 reſtitutio in integrum, niſi aliundè, quàm ex generali præſumptione probetur. Contra præſcriptionem ſiquidem ignorantia allegari nequit, neque ex hoc capite datur reſtitutio, niſi ignorantia ſit ex omni parte probabilis. *In hac deciſ.* plura habentur de præſumptione ratificationis ex lapſu 30. annorum, cum acquieſcentia.

Bononien Primogenituræ.
26. *Maij* 1656. *inter eius impr. ſſ. deciſ.* 670.

Re non amplius integra non datur re-
148 ſtitutio in integrum.

Bononien Dotis.
19. *Decembris* 1644. *inter eius impreſſ. deciſ.* 201.

In integrum reſtitutione commiſſa cum
149 clauſula, non retardata executione ſententiarum, illarum executio neque principaliter, neque incidenter retardari poteſt.

Calaguritana Beneficij de Cornago.
17. *Maij* 1645. *inter eius impreſſ. deciſ.* 219.

Clauſula, ſine præiudicio vlterioris executionis adiecta in commiſſione reſtitutionis in integrum, ſolum operatur, quòd Iudex abſque vitio attentatorum ad vlteriorem executionem procedere poſſit, ſed non efficit, quod cauſa terminata dici poſſit per rem iudicatam.

Romana Domorum.
25. *Iunij* 1646. *inter eius impreſſ. deciſ.* 263.

Commiſſio cauſæ reſtitutionis in inte-
151 tegrum nouam inſtantiam inducit.

Calaguritana Beneficij de Cornago,
17. *Maij* 1647. *inter eius impreſſ. deciſ.* 269.

Manutentio etiam in gradu reſtitutio-
152 nis in integrum anieriori poſſeſſori conceditur.

Vrbinaten Succeſſionis.
18. *Iunij* 1647. *inter eius impreſſ. deciſ.* 320.

Reſtitutio in integrum ex beneficio le-
153 gis quemadmodum competit ex capite ignorantiæ tranſmittenti ſi viueret ad ius ac tempus ad deliberandum, & mediante reſtitutione poſſet adire,

adire, ita competere poteſt tranſmiſſario, & ea mediante adire.

Volaterrana Prioratus.

5. *Maij 1645. inter eius impreſſ. deciſ.* 217.

Reſtitutio in integrum non inficit exe-
154 curionem factam, nec minus retardat antea petitam.

Montis Alti Beneficij.

28. *Iunij 1645. inter eius impreſſ. deciſ.* 234.

Per clauſulam, appellatione remota;
155 reſtitutio in integrum non tollitur.

Romana Domorum.

25. *Iunij 1646. inter eius impreſſ. deciſ.* 263.

Inſtantia ſemel per in integrum reſtitu-
156 tionem petita non reſurgit, ſed noua producitur, & prima lis per in integrum reſtitutionem reuiuiſcit, omniaque in ſtatum priſtinum reponuntur, quod etiam procedit quamuis reſtitutio in integrum ſit commiſſa prout de iure.

Montis Fuliſci Supplementi Legitimæ.

22. *Iunij 1643. inter eius impreſſ. deciſ.* 139.

Sufficit probabilis ignorantia ad obti-
157 nendam in integrum reſtitutionem.

Firmana Beneficij.

23. *Maij 1653. inter eius impreſſ. deciſ.* 558.

Ad reſtitutionem in integrum obtinen-
158 dam aduerſus lapſum temporis ad adeundam hæreditatem non competit actio, ſed ſolum Iudicis officium imploratur.

Romana Domorum.

25. *Iunij 1646. inter eius impreſſ. deciſ.* 263.

Cauſa in gradu reſtitutionis in inte-
159 grum eſt eadem, & non diuerſa.

Calaguritana Beneficij de Cornago.

13. *Maij 1647. inter eius impreſſ. deciſ.* 296.

Manutentio etiam in gradu reſtitutio-
160 nis in integrum conceditur anteriori poſſeſſori, & conceditur facilius quando poteſt ſuſpicari de re iudicata.

Montis Alti Beneficij.

18. *Maij 1646. inter eius impreſſ. deciſ.* 254.

Manutentio in gradu reſtitutionis in in-
161 tegrum conceditur, etiam in beneficialibus quando cauſa reſtitutionis, fuit commiſſa tam in petitorio qnam in poſſeſſorio, & datur etiam poſt factam executionem quando iſta eſt attentata.

EX DECISIONIBVS BVRATTI.

Ancônitana Florum.

8. *Nouembris 1624. inter eius impreſſ. deciſ.*

Manutentio datur etiam aduerſus rem
162 iudicatam reſtitutione in integrum pendente.

Sigina Pænarum.

21. *Februarij 1623. inter eius impreſſ. deciſ.* 597.

Examen nouum ad impediendam exe-
163 cutionem non admittitur in cauſa reſtitutionis in integrum commiſſa, cum clauſula, prout de iure, nec admittitur quando dicta teſtium prius receptorum fuerunt diſcuſſa; neque ad probandum id, cuius contrarium per ſcripturas probatum fuit.

Meliten Conſeruæ.

3. *Iunij 1613. inter eius impreſſ. deciſ.* 5.

Impedimentum eſt iuſta cauſa reſtitu-
164 tionis in integrum aduerſus ad implementum non præſtitum etiam quod non agatur de excluſione damni, ſed de non amiſſione lucri.

Romana Vineæ.
3. Iunij 1619. inter eius impress. decis. 399.

Restitutio in integrum aduersus non
165 prosecutionem appellationis interpositæ conceditur à Rota constito de iniustitia sententiæ, etiam si non sit notoria, maximè quando sententia non est Rotalis.

Romana Saluiani Interdicti,
11. Martij 1624. inter eius impress. decis. 774.

Ecclesiæ, ac Hospitali succurritur per
166 in integrum restitutionem aduersus præscriptionem 30. vel 40. Annorum.

Romana Sponsionum.
16. Nouembris 1613. inter eius impress. decis. 26.

Restitutio in integrum conceditur ad
167 reuocandum errorem denegatur autem quando erroris reuocatio impugnat directè sententiam.

Palentina Censurarum.
3. Iulij 1617. inter eius impress. decis. 268.

In integrum restitutio non retardat
168 executionem iam cæptam, vel petitam remissiuè. Idem firmatur in *decis. 597. num. 4. & decis. 868. eodem num.*

Palentina Capellaniæ.
14. Nouembris 1614. inter eius impress. decis. 77.

Restitutio in integrum non datur ad-
169 uersus rem iudicatam post lapsum quadriennij, & executio facta ante obtentam restitutionem, non reuocatur tanquam attentata.

Amerina Census.
1. Iulij 1626. inter eius impress. decis. 945.

In integrum restitutio non retardat exe-
170 cutionem obligationis cameralis; maximè quando fuit præuentum in petitione executionis.

Tudertina Nullitatis Obligationum.
12. Februarij 1618. inter eius impress. decis. 308.

Minor restituitur aduersus obligatio-
171 nes vna cum patre ad extraneorum fauorem factas, stante enormissima læsione.

Romana de Trincijs.
16. Februarij 1615. inter eius impress. decis. 97.

In integrum restitutio conceditur fo-
172 rensi ex capite ignorantiæ aduersus statutariam Vrbis præscriptionem.

Carpentoraten Donationis.
17. Maij 1617. inter eius impress. decis. 246.

Restituitur reus, qui culpa, & facto
173 actoris impeditur facere suas probationes, vel dilatio ei non currit.

Romana Sponsionum.
19. Settembris 1613. inter eius impress. decis. 36.

Restitutio in integrum ad effectum re-
174 petendi indebitè solutum auctoritate rei iudicatæ non datur, conceditur tamen ad reuocandum errorem, & denegatur quando erroris reuocatio impugnat directè sententiam.

Pistorien Beneficij.
11. Maij 1618. inter eius impress. decis. 323.

Restitutio in integrum non conceditur
175 non docto de læsione, quæ est concludenter probanda, vbi agitur ad effectum reuocandi sententiam executioni demandatam. Quod etiam confirmat in *decis. 826.*

Vrbinaten Emphiteusis.
17. Iunij 1616. inter eius impress. decis. 190.

Ad petendam in integrum restitutio-
176 nem, mandatum speciale dicitur, licet non exprimatur actus, & causa super quibus restitutio peti debeat.

Brun-

Brundusina Pecuniaria.

15. Nouembris 1613. inter eius impress. decis. 20.

In integrum non restituitur minor
177 Doctor.

Tudertina, seù Romana Nullitatis Obligationis.

4. Iulij 1614. inter eius impress. decis. 705.

Conceditur quadriennium post maio-
178 rem ætatem ad petendam restitutionem in integrum.

Tullen Nullitatis Professionis.

7. Nouembris 1616. inter eius impress. decis. 205.

Restitutio in integrum aduersus lapsum
179 quinquennij competit ne dum minori, sed etiam maiori quando adest impedimentum ad reclamandum.

Maceraten Saluiani.

21. Februarij 1620. inter eius impress. decis. 437.

Restitutio in integrum datur aduersus
180 præscriptionem quadragenariam.

Anconitana Florum.

4. Martij 1622. inter eius impress. decis. 604.

Restitutio in integrum impedit virtu-
181 tem rei iudicatæ, & conceditur manutentio, prout pendente appellatione.

Leodien Canonicatus.

9. Settembris 1626. inter eius impress. decis. 948.

Papa quandoque concedit restitutio-
182 nem in integrum publicatione resignationis omissa.

Romana Sponsionum.

16. Settembris 1613. inter eius impress. decis. 26.

Sententia lata propter falsa instrumen-
183 ta, absque dolo non superueniente noua causa æquitatis restitutionem in integrum cessare non facit.

Romana Laudi.

21. Aprilis 1625. inter eius impress. decis. 854.

Restitutionis in integrum remedium
184 nunquam censetur sublatum.

Romana Pensionis.

21. Iunij 1613. inter eius impress. decis. 12.

Restitutio in integrum transmittitur
185 etiam ad hæredes hæredis.

Tudertina, seù Romana nullitatis obligationum.

1. Iunij 1615. inter eius impress. decis. 106.

Minor fideiubens, si est enormissimæ læ-
186 sus non obstantibus renunciationibus, & iuramento, restituitur, & enormissimè læsus dicitur quando pro ingenti summa se obligauit, & releuationem sperare non potest.

Salernitana Prætensæ Contributionis.

28. Iunij 1621. inter eius impress. decis. 555.

Non conceditur remissoria, stante reiu.
187 dicata, nisi causa restitutionis in integrum fuerit commissa.

Alerien Beneficij.

19. Settembris 1614. inter eius impress. decis. 88.

Commissa causa nullitatis, & restitu-
188 tionis in integrum aduersus sententiam latam in vna causa non potest pronunciari super alia causa.

Spoletana Hæreditatis.

17. Settembris 1621. inter eius impress. decis. 583.

Restitutionis in integrum causa pen-
189 dente nihil innouari potest.

Romana Expensarum.

4. Settembris 1623. inter eius impress. decis. 74.

Restitutionis in integrum causa est
190 infra quadriennium terminanda, alias dicitur deserta.

EX DECISIONIBVS CAVALLERII.

Leodien Fideicommissi,
9. Settembris 1611. inter eius impress. decis. 176.

191 Restitutio in integrum, & excusatio à pari procedunt, & sunt verba promiscua, & restitutio in integrum tanquam remedium non intrat, vbi competunt alia remedia.

Leodien Fideicommissi,
25. Februarij 1611. inter eius impress. decis. 141.

192 Ignorantia est iusta causa restitutionis in integrum concedendæ.

Barchinonen Pensionis.
16. Ianuarij 1612. inter eius impress. decis. 180.

193 Restitutio in integrum omnia in statum pristinum reponit.

Romana Deuolutionis Domuncularum.
5. Martij 1610. inter eius impress. decis. 94.

194 Restitutio in integrum ex generali clausula, (si qua mihi,) datur propter ignorantiam.

Firmana Fideiussionis.
29. Aprilis 1611. inter eius impress. decis. 149.

195 Læsio est causa sufficiens restitutionis in integrum obtinendæ dummodò probetur.

Pamphilonen Tributi de Segarda.
4. Maij 1611. inter eius impress. decis. 153.

196 Restitutio in integrum regulariter post cæptam executionem non conceditur.

Auelinen Beneficij.
21. Iunij 1611. inter eius impress. decis. 164.

197 Restitutio in integrum datur etiam ex capite iniustitiæ, quamuis non notoriæ.

Romana Quartarum.
16. Martij 1612. inter eius impress. decis. 189.

198 Restitutio aduersus præscriptionem statutariam ex capite ignorantiæ, & clausula generali, si qua mihi, datur hæredibus.

Lucana Iurispatronatus.
30. Martij 1612. inter eius impress. decis. 194.

199 Restitutio in integrum sine læsione, aut iniustitia sententiarum non datur Fisco, Ecclesiæ, aut Minori.

Pamphilonen Tributi de Lagarda.
15. Ianuary 1014. inter eius impress. decis. 281.

200 Commissio Restitutionis in integrum non retardat executionem iam cæptam.

Romana Restitutionis in integrum de Bouicellis.
10. Nouembris 1614. inter eius impress. decis. 323.

201 Restitutio in integrum non datur, vbi non concurrit minoritas, & læsio.

Romana Deuolutionis Domus.
17. Iunij 1615. inter eius impress. decis. 360.

202 Restitutio ex capite ignorantiæ, conceditur aduersus deuolutionem ob non solutum Canonem.

Roma-

Romana Restitutionis in integrum de Alexijs.
4. Iuly 1618. inter eius impress. decis. 471.

203 Restitutio in integrum aduersus non confectionem inuentarij, non datur hæredi, quem testator iussit adire hæreditatem sine inuentario, & ipse adiuit.

Romana Expensarum.
20. Februarij 1619. inter eius impress. decis. 495.

204 Restitutio in integrum retardat executionem rei iudicatæ, nisi prius fuerit petita executio.

Romana Hæreditatis del Conte.
22. Maij 1619. inter eius impress. decis. 504.

205 Restitutio in integrum ad adeundam hæreditatem post lapsum temporis hæredi, hæredis non conceditur.

EX DECISIONIBVS CARILLI.

Romana Domus, & Fideicommissi.
25. Iunij 1635. inter eius impress. decis. 17.

206 Causa restitutionis in integrum Iudici commissa impedit executionem sententiarum, non impedit tamen executionem, quando in petenda sententiarum executione, pro parte aduersarij fuit præuentum.

Florentina, seu Bononien de Barbadoris.
28. Iunij 1641. inter eius impress. decis. 190.

207 Non conceditur in integrum restitutio, quando non docetur, vndè læsio oritur.

Abulen Iurispatronatus.
8. Iunij 1637. inter eius impress. decis. 62.

208 Restitutio in integrum conceditur, quando sententia est iniusta, ex qua oritur læsio.

Mutinen Bonorum, seu Prædij.
15. Iunij 1643. inter eius impress. decis. 271.

209 In integrum restitutio competit minori aduersus pænam Statuti, cuius dispositionis ignorantiam verisimiliter habuisse præsumitur.

Tiburtina Hæreditatis.
22. Iunij 1637. inter eius impress. decis. 64.

210 Restitutio in integrum peti, & terminari debet intra quadriennium à tempore, quo lapsus fuit annus, vel biennium.

Bononien de Berois.
28. Iunij 1641. inter eius impress. decis. 191.

211 Restitutio subsequens, à forma petitionis in libello factæ declaratur.

Aquilana Pensionis.
5. Decembris 1642. inter eius impress. decis. 245.

212 Restitutio, nisi docto de læsione ex iniustitia resultante, non datur.

Florentina Fideicommissi.
28. Iunij 1638. inter eius impress. decis. 105.

F13 Restitutio in integrum intra quadriennium continuum de iure peti debet.

Valentina Iuris Sedendi.
26. Februarij 1644. inter eius impress. decis. 298.

214 Restitutio in integrum sine læsione non datur etiamsi ab Ecclesia, vel minore petatur.

EX DECISIONIBVS CELSI POSTEA S. R. E. CARDINALIS.

Romana Pecuniaria.

7. Maij 1649. inter eius impress. decis. 63.

Restitutio in integrum competit hære-
215 dibus ex capite probabilis ignorantiæ, & competit minori aduersus præscriptionem legalem.

Meluitana Commendæ.

22. Iunij 1651. inter eius impress. decis. 123.

Iniustitia sententiæ etiamsi non notoria
216 impedit effectum rei iudicatæ, & sufficit ad in integrum restitutionem obtinendam, quòd itidem firmat in *d. 146. num. 6. & 7.*

Bononien Tenutæ.

15. Iunij 1646. inter eius impress. decis. 8.

In integrum restitutio elapso tempore
217 ad illam petendam non datur aduersas non prosecutionem appellationis.

Bononien Transactionis.

10. Martij 1648. inter eius impress. decis. 34.

In integrum restitutio sine læsione non
218 datur.

Meleuitana Retrouenditionis.

9. Settembris 1654. inter eius impress. decis. 194.

Minori aduersus contractum per ipsum
219 initum in integrum restitutio conceditur, nisi à die quo factus est maior effluxerint anni 30.

Illerden Decimarum.

22. Martij 1656. inter eius impress. decis. 217.

In integrum restitutio non datur ad-
220 uersus rem iudicatam si sententia est valida, & iniusta.

Calaguritana Decimarum.

28. Ianuarij 1656. inter eius impress. decis. 24.

Restitutio in integrum non retardat
221 effectum rei iudicatæ super solutione Decimarum, quando executio est cœpta, & dicitur cœpta per relaxationem Executorialium, nec suffragetur prætextus immemorabilis si constet de titulo.

Romana Domus.

23. Iunij 1662. inter eius impress. decis. 385.

Restitutio in integrum omnia in statum
222 pristinum reponit.

EX DECISIONIBVS COCCINI.

Fanen Emphiteusis.

3. Aprilis 1633. inter eius impress. decis. 1435.

Restitutio in integrum ad hoc vt con-
223 cedatur non est necesse deffinire negotium principale, sed sufficit quod tot deducantur, vt satis sint ad excludendum calumniam, & talia sint, quæ discussione ægeant.

Perusina Pecuniaria,

6. Iunij 1625. inter eius impress. decis. 1579.

Pro obtinenda restitutione in integrum
224 aduersus te iudicatam debet constare de læsione, vel saltem de fumo boni Iuris. Sententia lata contra minorem non potest dici nulla ex quo non fuit indefensus, dum à principio Iudicium fuit legitimè intentatum, & constat quod nullum ius deffensionis ei competebat.

Viterbien Castrorum.

11. Martij 1626. inter eius impress. decis. 1623.

In integrum restitutio aduersus aditio-
225 nem hæreditatis simpliciter necessaria est, vbi conuenit ænormis læsio, & alia requisita.

Roma-

Romana Hæreditatis.
8. *Iuny 1637. inter eius impress. decis.2233.*

Restitutio in integrum datur aduersus
226 caducitatem ob non adimpletas conditiones appositas in testamento non obstante interpellatione, quando in ea non fuit insertus tenor testamenti.

Venusina Legati.
28. *Iunij 1623. inter eius impress. decis.1472.*

Restitutio in integrum minori, & cuilibet competit aduersus præceptum
227 Testatoris etiam si agatur de commissione, dum ignorauit dispositionem eiusdem testatoris.

Narnien Confinium.
31. *Martij 1623. inter eius impress. decis.1434.*

Ad hoc vt concedatur restitutio in inte-
228 grum aduersus transactionem debet considerari iustitia negotij principalis, & dubius litis euentus.

Tullen Expensarum.
17. *Februarij 1623. inter eius impress. decis. 1426.*

Restitutio in integrum de facili conce-
229 di solet.

Bononien Bonorum de Manzumatico.
6. *Februarij 1609. inter eius impress. decis. 445.*

Restitutio in integrum datur Ecclesiæ
230 alienanti contra contractum validè factum, si fuit læsa.

Parisien Pecuniaria.
13. *Iunij 1616. inter eius impress. decis. 979.*

Restitutio in integrum est remedium
231 subsidiarium.

Cæsenaten de Cacciaguerris.
26. *Ianuarij 1601. inter eius impress. decis. 17.*

Restitutio in integrum impedit exequu-
232 tionem nondum cæptam hoc tamen dicit procedere si cesset præsumptio calumniæ. Idem firmatur in *d.* 1839.

Miraden Vnionis.
27. *Iuny 1635. inter eius impress. decis. 2143.*

Restitutio in integrum non impedit
233 executionem iam cæptam.

Tusculana Bonorum.
27. *Iuny 1629. inter eius impress. decis. 1839.*

In integrum restitutio post tres confor-
234 mes executionem non impedit.

Viterbien Fideicommissi.
18. *Aprilis 1603. inter eius impress. decis. 104.*

Restitutio ad retardandam executio-
235 nem non conceditur, quando de bono iure non constat.

Romana Vineæ.
28. *Iuny 1606. inter eius impress. decis. 311.*

Causa restitutionis in integrum de iure
236 Ciuili impedit exequutionem, de iure verò Canonico permittitur exequutio mediante cautione.

Romana de Querris.
9. *Settembris 1614. inter eius impress. decis. 1544.*

Debet constare de læsione enormissima
237 ad hoc vt filio familias restitutio concedatur aduersus factam fideiussionem.

Viterbien Castrorum.
11. *Maij 1622. inter eius impress. decis.1358.*

Restitutio in integrum absque læsione
238 non datur minori, qui factus maior intra quadriennium non reclamauit.

Bo-

Bononien Pecuniaria de Blanchettis.
15. Ianuarij 1631. *inter eius impress. decis.* 1921.

239 Datur restitutio in integrum quando constat de iniustitia sententiæ.

Romana Pecuniaria.
28. *Ottobris* 1618. *inter eius impress. decis.* 1124.

240 Restitutio in integrum datur aduersus sententiam iniustam licet non notoriam.

Romana Officij Notariatus.
3. *Settembris* 1632. *inter eius impress. decis.* 2014.

241 Restitutio in integrum datur quando constat de iniustitia rei iudicatæ.

Miranden Vnionis.
27. *Iunij* 1635. *inter eius impress. decis.* 2143.

242 Restitutio in spolio non datur in beneficialibus, nisi constet de titulo colorato ad euitandum vitiosum ingressum.

Tiburtina Dotis.
2. *Iunij* 1628. *inter eius impress. decis.* 1776.

243 Restitutio in integrum non potest intentari, sed debet prosequi causa appellationis quando non constat de re iudicata.

Romana Fructuum Dotis.
13. *Martij* 1628. *inter eius impress. decis.* 1756.

244 Restitutio in integrum non datur quando constat de iustitia sententiarum.

Romana Palatij.
28. *Octobris* 1618. *inter eius impress. decis.* 1124.

245 Vt competat restitutio in integrum debet constare de læsione, quæ ab allegante probanda est.

Vlixbonen Beneficij de Azambuza.
23. *Maij* 1622. *inter eius impress. decis.* 1382.

246 Restitutio non datur minori sine læsione, & bono iure.

Interamnen Legitimarum.
22. *Aprilis* 1613. *inter eius impress. decis.* 732.

247 Minori restitutio aduersus quadriennalem præscriptionem conceditur.

Venusina Legati.
28. *Iunij* 1623. *inter eius impress. decis.* 1462.

248 Restitutio in integrum minori, & ciuilibet competit aduersus præceptum testatoris etiamsi agatur de commissione, non de omissione dum ignorauit dispositionem eiusdem testatoris.

Viterbien Fideicommissi.
19. *Ianuarij* 1605. *inter eius impress. decis.* 219.

249 Restitutio, quæ conceditur minoribus prodest maioribus in materia indiuidua, secus in materia diuidua, & probata minori ætate datur minoribus aduersus aditionem hæreditatis, elapso tamen quadriennio denegatur.

Viterbien Fideicommissi.
16. *Februarij* 1607. *inter eius impress. decis.* 334.

250 In integrum restitutio datur minoribus ex causa Iuuenilis imprudentiæ, etiamsi semel fuerit petita, & denegata, & non appellatum.

Fanen. Emphiteusis.
3. *Aprilis* 1623. *inter eius impress. decis.* 1434.

251 Minoribus conceditur de facili in integrum restitutio etiam non probata læsione.

Roma-

Romana de Querris.

9. Decembris 1624. inter eius impress. decis. 1544.

Ad commodum, & damnum quando
252 aliquis contractus potest se habere, licet causaliter contingat damnum non ex hoc quis dicitur lædi, vndè nec minor læsus restituitur.

Romana Dotis.

10. Iunij 1626. inter eius impress. decis. 1647.

Restitutione non egit minor, qui ipso
253 iure remanet illæsus à contractu nulliter gesto.

Viterbien Castrorum.

11. Martij 1622. inter eius impress. decis. 1358.

Restitutio in integrum non competit
254 quando minor factus maior intra quadriennium non reclamauit.

Venusina Legati.

28. Iuny 1623. inter eius impress. decis. 1462.

Restitutio in integrum, quæ datur mi-
255 nori est fauorabilior ea, quæ datur absenti.

Parisien Pecuniaria.

20. Nouembris 1613. inter eius impress. decis. 770.

Non conceditur restitutio in integrum
256 quando de aliquo grauamine non constat.

Perusina Bonorum.

8. Martij 1627. inter eius impress. decis. 1687.

Restitutioni in integrum cessante nul-
257 litate, & iniustitia locus non fit.

Colimbrien Præstimoniarum.

28. Aprilis 1634. inter eius impress. decis. 2066.

Quando Ecclesia est læsa competit re-
258 stitutio in integrum eius Prælato, vel nomine proprio, vel nomine Ecclesiæ.

Viterbien Fideicommissi.

23 Iuly 1607. inter eius impress. decis. 368.

Tempus ad petendam, & prosequen-
259 dam restitutionem in integrum durat vltra quadriennium, quando stat per Iudicem, & partem quò minus causa expediatur.

Bononien Bonorum de Mansumatico.

6. Februarij 1609. inter eius impress. decis. 445.

Ecclesiæ contra contractum alienatio-
260 nis obseruatum per 40. annos, transacto quadriennio non datur restitutio in integrum, quæ tamen, elapso quadriennio conceditur enormissima læsione probata, vt bene quoque firmatur in *decis.* 517. *nu.* 6. & 9.

Romana Fideicommissi de Caetanis.

7. Iunij 1634. inter eius impress. decis. 2083.

Restitutio in integrum etiam sub præ-
261 textu læsionis non debet dari post lapsum quadriennij, nisi læsio sit enormissima. Et quadriennium quod conceditur ad petendam restitutionem est vtile, & non incipit currere nisi à die scientiæ, & eius lapsum Suprema Tribunalia non attendunt.

Pamphilonen de Iansi.

5. Iuly 1604. inter eius impress. decis. 202.

Restitutio in integrum rem iudicatam
262 retardat.

Bononien Pecuniaria de Blanchettis.

15. Ianuarij 1631. inter eius impress. decis. 1921.

Aduersus rem iudicatam reus debet
263 audiri dato fumo iniustitiæ.

Bononien Pecuniaria de Blanchettis.
15. Ianuarij 1631. inter eius impress. decis. 1921.

239 Datur restitutio in integrum quando constat de iniustitia sententiæ.

Romana Pecuniaria.
28. Ottobris 1618. inter eius impress. decis. 1124.

240 Restitutio in integrum datur aduersus sententiam iniustam licet non notoriam.

Romana Officij Notariatus.
3. Settembris 1632. inter eius impress. decis. 2014.

241 Restitutio in integrum datur quando constat de iniustitia rei iudicatæ.

Miranden Vnionis.
27. Iunij 1635. inter eius impress. decis. 2143.

242 Restitutio in spolio non datur in beneficialibus, nisi constet de titulo colorato ad euitandum vitiosum ingressum.

Tiburtina Dotis.
2. Iunij 1628. inter eius impress. decis. 1776.

243 Restitutio in integrum non potest intentari, sed debet prosequi causa appellationis quando non constat de re iudicata.

Romana Fructuum Dotis.
13. Martij 1628. inter eius impress. decis. 1756.

244 Restitutio in integrum non datur quando constat de iustitia sententiarum.

Romana Palatij.
28. Octobris 1618. inter eius impress. decis. 1124.

245 Vt competat restitutio in integrum debet constare de læsione, quæ ab allegante probanda est.

Vlixbonen Beneficij de Azambuza.
23. Maij 1622. inter eius impress. decis. 1382.

246 Restitutio non datur minori sine læsione, & bono iure.

Interamnen Legitimarum.
22. Aprilis 1613. inter eius impress. decis. 732.

247 Minori restitutio aduersus quadriennalem præscriptionem conceditur.

Venusina Legati.
28. Iunij 1623. inter eius impress. decis. 1462.

248 Restitutio in integrum minori, & euilibet competit aduersus præceptum testatoris etiamsi agatur de commissione, non de omissione dummodo ignorauit dispositionem eiusdem testatoris.

Viterbien Fideicommissi.
19. Ianuarij 1605. inter eius impress. decis. 219.

249 Restitutio, quæ conceditur minoribus prodest maioribus in materia indiuidua, secus in materia diuidua, & probata minori ætate datur minoribus aduersus aditionem hæreditatis, elapso tamen quadriennio denegatur.

Viterbien Fideicommissi.
16. Februarij 1607. inter eius impress. decis. 334.

250 In integrum restitutio datur minoribus ex causa Iuuenilis imprudentiæ, etiamsi semel fuerit petita, & denegata, & non appellatum.

Fanen. Emphiteusis.
3. Aprilis 1623. inter eius impress. decis. 1434.

251 Minoribus conceditur de facili in integrum restitutio etiam non probata læsione.

Roma-

Romana de Querris.
9. Decembris 1624. inter eius impress. decis. 1544.

Ad commodum, & damnum quando
252 aliquis contractus potest se habere, licet causaliter contingat damnum non ex hoc quis dicitur lædi, vndè nec minor læsus restituitur.

Romana Dotis.
10. Iunij 1626. inter eius impress. decis. 1647.

Restitutione non egit minor, qui ipso
253 iure remanet illæsus à contractu nulliter gesto.

Viterbien Castrorum.
11. Martij 1622. inter eius impress. decis. 1358.

Restitutio in integrum non competit
254 quando minor factus maior intra quadriennium non reclamauit.

Venusina Legati.
28. Iuny 1623. inter eius impress. decis. 1462.

Restitutio in integrum, quæ datur mi-
255 nori est fauorabilior ea, quæ datur absenti.

Parisien Pecuniaria.
20. Nouembris 1613. inter eius impress. decis. 770.

Non conceditur restitutio in integrum
256 quando de aliquo grauamine non constat.

Perusina Bonorum.
8. Martij 1627. inter eius impress. decis. 1687.

Restitutioni in integrum cessante nul-
257 litate, & iniustitia locus non fit.

Colimbrien Præstimoniarum.
28. Aprilis 1634. inter eius impress. decis. 2066.

Quando Ecclesia est læsa competit re-
258 stitutio in integrum eius Prælato, vel nomine proprio, vel nomine Ecclesiæ.

Viterbien Fideicommissi.
23 Iuly 1607. inter eius impress. decis. 368.

Tempus ad petendam, & prosequen-
259 dam restitutionem in integrum durat vltra quadriennium, quando stat per Iudicem, & partem quò minus causa expediatur.

Bononien Bonorum de Mansumatico.
6. February 1609. inter eius impress. decis. 445.

Ecclesiæ contra contractum alienatio-
260 nis obseruatum per 40. annos, transacto quadriennio non datur restitutio in integrum, quæ tamen elapso quadriennio conceditur enormissima læsione probata, vt bene quoque firmatur in *decis.* 517. *nu.* 6. *& 9.*

Romana Fideicommissi de Caetanis.
7. Iunij 1634. inter eius impress. decis. 2083.

Restitutio in integrum etiam sub præ-
261 textu læsionis non debet dari post lapsum quadriennij, nisi læsio sit enormissima. Et quadriennium quod conceditur ad petendam restitutionem est vtile, & non incipit currere nisi à die scientiæ, & eius lapsum Suprema Tribunalia non attendunt.

Pamphilonen de Iansi.
5. Iuly 1604. inter eius impress. decis. 202.

Restitutio in integrum rem iudicatam
262 retardat.

Bononien Pecuniaria de Blanchettis.
15. Ianuarij 1631. inter eius impress. decis. 1921.

Aduersus rem iudicatam reus debet
263 audiri dato fumo iniustitiæ.

Pamphilonen de Iansi.
9. Settembris 1605. inter eius impress. decis. 263.

264 Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non competit absque læsione.

Romana Officij Notariatus.
20. Settembris 1630. inter eius impress. decis. 1916.

265 Restitutio in integrum aduersus sententiam, quæ transiuit in iudicatum non datur non constito de iniustitia.

Romana Pecuniaria.
26. Ianuarij 1606. inter eius impress. decis. 303.

266 Viduæ habenti procuratorem aduersus rem Iudicatam, ob non interpositam appellationem non datur restitutio in integrum.

Narnien Confinium.
31. Martij 1623. inter eius impress. decis. 1434.

267 Pro restitutione in integrum obtinenda aduersus rem iudicatam iustitia solum negocij principalis est ponderanda.

Bononien Cumuli Misericordiæ.
20. Octobris 1621. inter eius impress. decis. 1330.

268 Restitutio in integrum competit successori aduersus deuolutionem incursam ab antecessore.

Firmana Beneficij.
11. Aprilis 1625. inter eius impress. decis. 4561.

269 In integrum restitutio suscitat primam litem, & ab ea die primæ litis debentur fructus, quod intelligas si agatur de restitutione iustitiæ, secus si agatur de ea, quæ dicitur gratiæ nam tunc fructus percepti non debentur.

Romana Aditionis Hæreditatis.
20. Martij 1628. inter eius impress. decis. 1758.

270 Restitutio in integrum tendens ad reponendum omnia in pristino statu in hoc assimilatur appellationi, vt nihil sit innouandum, & intelligas ne dum ad effectum attentatorum, sed etiam vt omnia debeant seruari, quæ in alijs instantijs.

Perusina Exequutionis.
27. Iunij 1611. inter eius impress. decis. 620.

271 Quando adsunt tres conformes, & parti fuit præfixus terminus ad docendum de causis restitutionis in integrum proceditur ad vlteriorem executionem.

Romana Pecuniaria.
8. Nouembris 1627. inter eius impress. decis. 1724.

272 Si Dominus ex facto procuratoris sentit damnum pulso procuratore, si ipse non est soluendo, potest petere restitutionem in integrum.

Bononien Residui Prætij.
29. Februarij 1608. inter eius impress. decis. 394.

273 Bonum Ius requiritur ad obtinendam restitutionem in integrum.

Romana Redditionis Rationis.
6. Nouembris 1626. inter eius impress. decis. 166.

274 Pupillus aduersus contractum ab ipso nulliter gestum potest petere restitutionem in integrum, & implorare officium Iudicis.

Romana Pecuniaria de Querris.
26. Iunij 1624. inter eius impress. decis. 1527.

275 Filio familias minori fideiubenti pro alio succurritur per viam restitutionis in integrum, hoc tamen non pro-

procedit, quando fideiubet pro excarcerando patre, vel ne pater carceretur.

Ianuen Parochialis.

16. *Nouembris* 1629. *inter eius impress. decis.* 1850.

In gradu restitutionis in integrum si
276 petitur restitui ad instantiam sufficit fumus læsionis, si verò petitur sententia retractari debet probari læsio.

Conchen Decimarum.

19. *Nouembris* 1610. *inter eius impress. decis.* 560.

Natura restitutionis in integrum est re-
277 ponere omnia in pristinum statum.

Sulmonen Beneficij.

19. *Iunij* 1632. *inter eius impress. decis.* 1973.

Præfixo termino ad docendum de cau-
278 sis restitutionis in integrum, quo elapso si nihil fuit doctum, & ex reuolutione actorum constat de validitate, & iustitia sententiæ, moderatur inhibitio.

Romana Administrationis Fundaci.

19. *Nouembris* 1622. *inter eius impress. decis.* 1046.

In causis restitutionis in integrum quis
279 debet audiri, super exceptionibus.

EX ANNOTATIONIBVS DECISIVS EIVSDEM COCCINI.

Annot. 38.

Restitutio in integrum aduersus statu-
280 tum loci non datur forensibus, si tale statutum ignorauerint, quod tamen scire tenebantur, secus si legitimè ignorasse constet.

Annot. 28.

Restitutio in integrum iam cœptam executionem non impedit.

Annot. 174.

Restitutio in integrum concessa, prout
282 de iure, retardat executionem iam cœptam.

Annot. 186.

Causa restitutionis in integrum com-
283 missa antequam præfigatur terminus ad docendum de causis restitutionis in integrum, disputari debet dubium super reuocatione attentatorum, quæ prætenduntur commissa.

Annot. 261.

In integrum restitutio datur aduersus
284 Constitutiones, & statuta, ex capite probabilis ignorantiæ.

EX DECISIONIBVS DVNOZETI.

Pamphilonen Beneficiorum de Tassala.

23. *Martij* 1617. *inter eius impress. decis.* 118.

Rei Iudicatæ executio iam cœpta non
285 potest impediri, sub prætextu restitutionis in integrum.

Toletana Iuris Celebrandi.

10. *Februarij* 1620. *inter eius impress. decis.* 249.

Restitutio in integrum suspendit effe-
286 ctum rei iudicatæ.

Salernitana Contributionis.

12. *Maij* 1614. *inter eius impress. decis.* 41.

In integrum restitutio non impedit exe-
287 cutionem rei iudicatæ acceptatæ à parte, & de qua notoriè constat in actis.

Sulmonen Pecuniaria.

10. *Iunij* 1624. *inter eius impress. decis.* 321.

Forensi vt detur in integrum restitutio
288 aduersus statutorum dispositiones debet esse ex omni parte probabilis, quæ penitus labefactatur, quando adest culpa, vel negligentia.

Romana, seu Viterbien Fideiussionis.
15. *Martij 1619. inter eius impress. decis. 199.*

289 Restitutio in inregrum non denegatur læso stante iniustitia sententiæ.

Romana Donationis.
11. *Ianuarij 1619. inter eius impress. decis. 191.*

290 Aduersus læsiuam donationem datur in integrum restitutio seni decrepito ad instar minoris:

Leodien Canonicatus.
18. *Iunij 1613. inter eius impress. decis. 5.*

291 Restitutio in integrum in beneficialibus non datur absque Titulo colorato.

Cusentina Præcedentiæ.
6. *Iunij 1618. inter eius impress. decis. 168.*

292 Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam non conceditur, vbi non constat de læsione, quæ concludenter, & manifestè probari debet ab eo, qui perijt restitui.

Romana Pecuniaria.
13. *Martij 1615. inter eius impress. decis. 86.*

293 In integrum restitutio aduersus sententiam, & rem iudicatam, vt detur debet clare constare de illius iniufriria, & intra quadriennium peti debet alias non conceditur.

Placentina Capellaniæ.
6. *Nouembris 1615. inter eius impress. decis. 105.*

294 Non datur in integrum restitutio aduersus sententiam data validitate, & iustitia illius, quæ etiam denegatur post petitam exceptionem vigore rei iudicatæ.

Vrbeuetana Bonorum.
26. *Iunij 1613. inter eius impress. decis. 7.*

295 Restitutio denegatur illi, qui facto proprio à possessione cecidit.

Romana Spolij.
21. *Februarij 1615. inter eius impress. decis. 72.*

296 Restitutio non datur in spolio contra possessorem immissum à Iudice etiam nulliter quando constat de immissi bono iure, qui potuit sibi mutate causam possessionis sine iuris ministerio tanquam nouo titulo superueniente.

Perusina Pecuniaria.
13. *Nouembris 1624. inter eius impress. decis. 335.*

297 Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam neque minoribus competit, quando non datur læsio non modica.

Burgen Quindenniorum. Sancti Egidij.
23. *Nouembris 1613. inter eius impress. decis. 13.*

298 Ob Temporis lapsum non datur locus restitutioni in integrum.

EX DECISIONIBVS AMATI DVNOZETI.

Prænestina Census.
18. *Aprilis 1633. inter eius impress. decis. 291.*

299 Restitutio in integrum datur aduersus rem iudicatam, quando constat de bono iure illam petentis.

Romana Domus.
24. *Nouembris 1642. inter eius impress. decis. 686.*

300 Conceditur restitutio in integrum quoties concurrit nullitas, seu iniustitia sententiæ. Et sufficit qualibet iniustitia etiam non notoria præsertim in supremis Tribunalibus.

Ari-

Ariminen Domus.

23. *Iunij* 1631. *inter eius impress. decis.* 221.

Conceditur restitutio ex capite iustæ,
301 ac probabilis ignorantiæ.

Auximana Fideicommissi.

22. *Martij* 1638. *inter eius impress. decis.* 487.

Restitutio in integrum ex capite igno-
302 rantiæ datur fideicommissario bona fideicommissi vindicare volenti, & ignorantia fideicommissi etiam in vocatis præsumitur, nisi scientia probetur.

Colimbrien Præstimoniorum.

10. *Decembris* 1631. *inter eius impress. decis.* 231.

Prælato Ecclesiæ nomine competit in
303 integrum restitutio.

Romana Officij Notariatus.

3. *Iulij* 1628. *inter eius impress. decis.* 84.

Restitutio in integrum aduersus rem
304 iudicatam non conceditur sine læsione, & eius remedio locus non est, vbi ordinariè potest procedi.

Romana Alimentorum.

4. *Iulij* 1636. *inter eius impress. decis.* 439.

Sententia iusta, & valida, si sit deserta,
305 & transacta in iudicatum exequenda est, nec habet locum restitutio in integrum post petitam executionem.

Tulien Coadiutoriæ.

8. *Aprilis* 1633. *inter eius impress. decis.* 289.

Restitutio in integrum non datur sine
306 læsione.

Alia Romana Officij Notariatus.

26. *Maij* 1631. *inter eius impress. decis.* 215.

Restitutio in integrum non competit si
307 ne nullitate, vel iniustitia.

Romana Legatorum Hæbreorum.

20. *Decembris* 1630. *inter eius impress. decis.* 188.

In integrum restitutio operatur ante,
308 & non post cæptam executionem.

Auximana Fideicommissi.

31. *Ianuarij* 1642. *inter eius impress. decis.* 645.

Restitutio in integrum aduersus omissionem Inuentarij, quæ conceditur
309 pupillis, & minoribus non incipit currere, nisi intra quadriennium à die scientiæ talis omissionis. Et huiusmodi restitutio competit ne dum pupillis, & minoribus, sed etiam illorum hæredibus.

Romana Domus.

4. *May* 1647. *inter eius impress. decis.* 799.

In integrum restitutio intra quadrien-
310 nium obtineri debet. Et hoc procedit quando pupillus, seu minor petit restitutionem aduersus instrumentum, secus si ignorarent illud quod continebat suum præiudicium.

Ferrarien Bonorum.

15. *Settembris* 1631. *inter eius impress. decis.* 232.

Restitutioni in integrum læsio causam
311 præbet.

Colimbrien Præstimoniorum.

18. *Iunij* 1632. *inter eius impress. decis.* 252.

Ex sententiæ iniustitia, resultat læsio,
312 quæ est causa restitutionis in integrum, & multo magis hoc procedit quando constat de notoria iniustitia, licet sufficiat valdè concludens, & si non sit notoria, quod à fortiori in supremis Tribunalibus locum habet.

Roma-

Romana Alimentorum.
4. Iunij 1636. inter eius impress. decis. 439.

Restitutionis in integrum commissio
313 obtenta post petitam executionem rei iudicatæ, ipsam executionem retardare non potest.

Meleuitana Antianitatis.
9. Settembris 1639. inter eius impress. decis. 556.

Datur remissoria in causis restitutionis
314 in integrum.

Fauentina Bonorum.
24. Nouembris 1638. inter eius impress. decis. 516.

Ecclesia instituta sub conditione, vt
315 infra certum tempus capellam ædificet, post illud tempus in integrum restitui valet, & absque dolo contrauenіens restitutionis in integrum remedio iuuari potest.

EX DECISIONIBVS DVRANI.

Leodien Beneficij.
4. Februarij 1630. inter eius impress. decis. 237.

Restitutioni in integrum fit locus quo-
316 ties constat de bono iure.

Nicen Parochialis.
13. Martij 1628. inter eius impress. decis. 237.

Conceditur in integrum restitutio,
317 quando constat de iniustitia sententiarum, & conceditur etiam ex actis de nouo productis, ipsam tamen petens debet de iure suo saltem summariè docere.

Romana Nullitatis Obligationis.
16. Ianuarij 1626. inter eius impress. decis. 18.

Restitutio in integrum non conceditur
318 non probata læsione, & executio sententiæ per ipsam non impeditur:

Romana Domus ad Sanctum Onufrium.
15. Martij 1627. inter eius impress. decis. 70.

Non datur restitutio sine læsione, &
319 læsio non dicitur adesse, vbi de nullitate sententiæ, vel iniustitia non apparet.

Romana Successionis.
28. Ianuarij 1630. inter eius impress. decis. 236.

Ecclesia admitti potest per restitutio-
320 nem in integrum ad producendum Testes, super ijsdem articulis, super quibus fuit iam examinatum, & non solum in causa appellationis, sed etiam in prima instantia; etiam post Testium didicita Testificata.

Toletana Decimarum de Capilla.
23. Martij 1629. inter eius impress. decis. 190.

Restitutio in integrum impedit execu-
321 tionem rei iudicatæ, quando executio expressè petita non fuit ante commissam causam restitutionis. Nec petita censetur ex seruatione terminorum ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosecutione, cum expressa petitio requiratur.

Anconitana Censuum.
20. Februarij 1630. inter eius impress. decis. 241.

Minor petens restitui, quia dicit se læ-
322 sum, ex aditione hæreditatis, tenetur probare hæreditatem non esse soluendo.

Romana Restitutionis in integrum.
16. Iunij 1628. inter eius impress. decis. 153.

Iudex pronunciare potest super nulli-
323 tate in causa restitutionis in integrum, prout in causa appellationis. Et hoc præsertim quando exceptio nullitatis habet secum ad mixtam iniustitiam.

Nicen

Nicen Parochialis.

13. Martij 1628. inter eius impress. decis. 136.

Læsio est fundamentum restitutionis
324 in integrum, & de tempore sententiarum attendi debet.

Ariminen Fideicommissi.

23. Iunij 1634. inter eius impress. decis. 458.

Conceditur in integrum restitutio,
325 quando constat de læsione.

Meleuitana Pecuniaria.

29. Maij 1630. inter eius impress. decis. 159.

Restitutioni in integrum non est locus,
326 stante iustitia sententiæ, quia tunc cessat læsio, quæ est fundamentum restitutionis.

Brittinorien Cessionis.

23. Iunij 1631. inter eius impress. decis. 310.

Non conceditur restitutio sine læsione,
327 etiam si versemur in personis, & locis priuilegiatis.

Asculana Emphiteusis.

27. Iunij 1633. inter eius impress. decis. 402.

Restitutio in integrum competit Eccle-
328 siæ enormiter læsæ æquiparentur ex lapsu temporis item, & Vniuersitati cum Ecclesia, & Vniuersitas.

Romana Domus, & Fideicommissi.

28. Iunij 1632. inter eius impress. decis. 351.

In integrum restitutio impedit execu-
329 tionem sententiarum.

Florentina Affrancationis.

1. Februarij 1634. inter eius impress. decis. 426.

Præscriptio non incipit currere contra
330 ignorantem, aut quatenus currat ei competit restitutio in integrum.

EX DECISIONIBVS LVDOVISII POSTEA GREG. XV.

Romana Vineæ.

26. Iunij 1609. inter eius impress. decis. 425.

Restitutio in integrum aduersus præ-
331 scriptionem statutariam datur ex capite probabilis ignorantiæ.

Bononien Pecuniaria.

9. Iunij 1603. inter eius impress. decis. 120.

Cessat restitutio stante Iuramento, &
332 stante renunciatione beneficij restitutionis in integrum, & minoris ætatis. Filio minori qui pro patris excarceratione fideiubet, non competit restitutio, quæ non impedit executionem quando fuit præuentum in petitione executionis statutum potest tollere beneficium restitutionis in integrum.

Romana Census.

8. Martij 1610. inter eius impress. decis. 459.

Restitutioni in integrum est locus quo-
333 ties constat de bono iure, vel iniustitia sententiæ, quæ sufficit, & si non sit notoria.

Romana Domus.

5. Martij 1610. inter eius impress. decis. 458.

Restitutio in integrum non suspendit
334 executionem rei iudicatæ, quando executio iam est cæpta, quæ tunc cæpta dicitur quando relaxatæ sunt decretæ, & executoriales, seu mandatum. Manutentio datur etiam in gradu restitutionis in integrum, non obstante re iudicata maxime quando illa redditur turbida.

Romana Nullitatis Obligationis de Vrsinus.

21. Aprilis 1604. inter eius impress. decis. 181.

Minor restituitur aduersus aditionem
335 hæreditatis, quando est hæreditas

tas damnosa, & satis dicitur damnosa quando est pluribus litibus implicita, nec inuentarium impedit de restitutionem, nec minus exceptio quod minor possit agere contra tutorem, cuius auctoritate adiuit.

Augustana Sepulturæ.

20. *Nouembris* 1606. *inter eius impress. decis.* 276.

Datur remissoria etiam in causa resti-
336 tutionis in integrum.

EX DECISIONIBVS MANZANEDI.

Tudertina Fideicommissi.

30. *Martij* 1607. *inter eius impress. decis.* 62.

Restitutio in integrum competit aduer-
337 sus præscriptionem, ex capite ignorantiæ fideicommissi.

Cæsaraugustana Dedicationis.

14. *Decembris* 1624. *inter eius impress. decis.* 801.

In integrum restitutio conceditur, vel
338 ex inualiditate, vel ex iniustitia sententiæ.

Toletana Indulti.

5. *Iulij* 1627. *inter eius impress. decis.* 918.

Causæ restitutionis in integrum sunt
339 nullitas, & iniustitia sine quibus non datur restitutio aduersus rem iudicatam.

Bononien Fideicommissi de Lambertinis.

29. *Maij*, & 15. *Nouembris* 1624. *inter eius impress. decis.* 772.

Restitutio in integrum conceditur mi-
340 nori aduersus sententiam, & rem iudicatam.

Fauentina Computorum.

21. *Maij* 1610. *inter eius impress. decis.* 171.

In integrum restitutio conceditur ob
341 læsionem maximè si fuerit lata in contumaciam, & non denegatur ex nouis Iuribus.

Tudertina Fideicommissi.

3. *Iulij* 1606. *inter eius impress. decis.* 46.

Restitutio in integrum datur intra
342 quadriennium, quod non incipit currere, nisi à die scientiæ, & est vtile ab initio, & continuum in progressu.

Auximana Fideicommissi.

8. *Nouembris* 1615. *inter eius impress. decis.* 452.

Restitutio in integrum datur aduersus
343 sententiam iniustam etiam non notoriam. Et quadriennium currit à die sententiæ læsionis tantum.

Lamacen Canonicatus.

27. *Martij* 1624. *inter eius impress. decis.* 762.

Restitutio in integrum datur causa in-
344 ualiditatis, vel iniustitiæ sententiæ.

Anconitana Bonorum.

24. *Maij* 1606. *inter eius impress. decis.* 30.

Restitutio in integrum etiam aduersus
345 lapsum fatalium datur constito de grauamine, sed intra quadriennium petenda est.

Romana Restitutionis in integrum.

8. *Februarij* 1627. *inter eius impress. decis.* 887.

Restitutio in integrum datur ex sola
346 colorita probatione.

Monopolitana Bonorum.

27. *Nouembris* 1613. *inter eius impress. decis.* 140.

Iudex Ordinarius procedens per viam
347 restitutionis in integrum potest contra propriam sententiam restituere.

Placer

Placentina Fructuum.

23. *Ianuary 1627. inter eius impress. decis.* 883.

Restitutio in integrum non datur sine
348 læsione, quæ cessat, cessante iniustitia.

Cremonen Bonorum.

16. *Decembris 1624. inter eius impress. decis.* 84.

In integrum restitutio non conceditur,
349 vbi non constat de inualiditate, vel iniustitia sententiarum.

Alerien Beneficij.

4. *Iunij 1612. inter eius impress. decis.* 264.

Restitutio in integrum non impedit
350 executionem cæptam.

Legionen Decimarum.

16. *Februarij 1615. inter eius impress. decis.* 412.

Restitutione in integrum pendente, su-
351 spenditur executio sententiæ nondum cæpta.

EX DECISIONIBVS MELLINI.

Brixien Parochialis.

8. *Iunij 1692. inter eius impress. decis.* 15.

In integrum restitutio omnia in statum
352 pristinum reponit.

Brixien Parochialis.

2. *Decembris 1592. inter eius impress. decis.* 23.

Restitutio gratiosa non tollit effectum
353 executionis rei iudicatæ: sed tantum efficit vt restitutus audiatur aduersus rem iudicatam, nec priuat quem commodo suæ possessionis antequam restitutus doceat de suo bono iure.

Regien Prioratus.

22. *Iunij 1592. inter eius impress. decis.* 17.

Restitutio in integrum non competit,
354 quando non constat de bono iure.

Colonien Status.

12. *Nouembris 1599. inter eius impress. decis.* 192.

Quadriennium restitutionis in inte-
355 grum currit à die scientiæ.

Bononien Simulationis Contractus.

4. *Februarij 1602. inter eius impress. decis.* 302.

Commissio generalis restitutionis in in-
356 grum aduersus quamcumque rem iudicatam compræhendit etiam negotium principale. Et maior regulariter, non restituitur aduersus rem iudicatam ob solam negligentiam procuratoris, sed restitutio debet fundari in bono iure.

EX DECISIONIBVS MERLINI.

Vlixbonen Professionis.

10. *Decembris 1621. inter eius impress. decis.* 1.

Restitutio in integrum aduersus sen-
357 tentiam in iudicatum transactam non datur sine læsione.

Romana Confiscationis.

14. *Iunij 1624. inter eius impress. decis.* 126.

Condemnatus si plenariè restituatur à
358 supremo Principe recuperat bona per Fiscum, & per Baronem confiscata, quod intelligas nedum de ijs bonis, quæ adhuc remanent penes Fiscum, sed etiam de ijs, quæ per Fiscum in alium fuerunt translata, & alienata, & hoc procedit quando restitutio est amplissima.

Asculana Alimentorum.
9. Iuny 1628. *inter eius impress. decis.* 362.

359 Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam ex negligentia procuratoris non conceditur, quod etiam militat aduersus sententiam, vbi non constat de eius Iniustitia.

Romana Dotis, seu Restitutionis in Integrum.
17. Iuny 1619. *inter eius impress. decis.* 419.

360 Restitutio in integrum non conceditur læsione cessante.

Parmen Beneficij.
18. *Martij* 1630. *inter eius impress. decis.* 452.

361 In integrum restitutio non denegatur constito de iniustitia etiam non notoria.

Ferrarien Spolij.
4. Iulij 1631. *inter eius impress. decis.* 530.

362 Restitutio id integrum aduersus rem iudicatam non datur, nisi constet de læsione.

EX DECISIONIBVS NINOT.

Papien Census.
3. Iulij 1662. *inter eius impress. decis.* 17.

363 Qualiscumque etiam non notoria iniustitia sententiæ est sufficiens, vt detur in integrum restitutio.

Nultius, seu Iuuenacen Iurisdictionis.
20. Iunij 1664. *inter eius impress. decis.* 75.

364 Per suspensionem sententiæ factam à Rota quando de Iustitia dubitatur tollitur cursus rei iudicatæ, & data censetur restitutio in integrum.

EX DECISIONIBVS CARD. OTTHOBONI.

Montis Falisci Supplementi Legitimæ.
3. Iulij 1645. *inter eius impress. decis.* 51.

365 Restitutio in integrum aduersus præscriptionem conceditur ex capite probabilis ignorantiæ.

Calaguritana Beneficij de Cornago.
28. Iunij 1647. *inter eius impress. decis.* 123.

366 Restitutio in integrum semper datur, quoties constat de iniustitia sententiæ.

Beneuentana Domus.
16. *Nouembris* 1648. *inter eius impress. decis.* 156.

367 Hæredibus datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem.

Romana Prætensæ Societatis.
12. Iunij 1645. *inter eius impress. decis.* 40.

368 Non conceditur restitutio quando de læsione non constat.

Licien Hæreditatis.
3. Iulij 1645. *inter eius impress. decis.* 50.

369 Restitutionem in integrum petens, debet docere de causa ob quam sit restituendus, restitutio enim sine læsione non datur.

Calaguritana Beneficij de Oeon.
4. *Februarij* 1647. *inter eius impress. decis.* 98.

370 Remissoria etiam post rem iudicatam conceditur, quando materia est releuans, & obtenta fuit commissio restitutionis in integrum.

Bene-

Beneuentana Domus.
10. *May 1649. inter eius impr. ss. decis.173.*

Minor non gaudet beneficio restitutio-
371 nis aduersus præscriptionem, quando potest habere recursum contra Tutorem scientem, & negligentem.

EX DECISIONIBVS PENIA.

Malacitana Capellaniæ.
14. *Iunij 1561. inter eius impress. decis. 163.*

Restitutio in integrum non retardat
372 executionem sententiæ, si pars infrà triennium sibi præfixum nihil releuans deduxerit, ad docendum se debuisse restitui. Restitutio non datur contra tres sententias conformes nisi constito de bono iure.

Iacen Vicariæ.
28. *Iuny 1593. inter eius impress. decis. 317.*

In integrum restitutio ei est conceden-
373 da, qui pro se habet rem Iudicatam, maximè si non sit lapsum quadriennium.

Perusina Reintegrationis.
29. *Aprilis 1596. inter eius impress. decis. 515.*

Restitutio in integrum ex capite iustæ
374 ignorantiæ non habet locum quando pars potest consulere peritos circa rem ignoratam, quod quoque procedit quando agitur de præscriptione iuris quærendi, & non quæsiti habet tamen locum in ignorantia probabili, & verisimili, secus in crassa, & supina.

Veneta Illegitimitatis.
26. *Februarij 1597. inter eius impress. decis. 589.*

Elapso quadriennio non datur resti-
375 tutio.

Perusina Dotis.
1. *Iulij 1598. inter eius impress. decis. 710.*

Etiam elapso quadriennio in integrum
376 restitutio conceditur, quando agitur de restitutione dotis mulieris læsæ.

Reatina Depositi.
25. *Maij 1601. inter eius impress. decis. 914.*

Restitutio competit hæredi ex capite
377 Ignorantiæ illarum rerum, quæ Testatori debebantur.

Paduana Iurispatronatus.
5. *Martij 1603. inter eius impress. decis. 1034.*

Restitutio in integrum datur aduersus
378 omissam appellationem, sed habita commissione, appellandum est intra decem dies, à die præsentationis; commissionis, restitutionis. Non datur tamen aduersus sententiam ob non appellatum, quando non constat de notoria iniustitia.

Romana Census.
15. *Ianuarij 1607. inter eius impress. decis. 1268.*

Restitutio in integrum non competit
379 parti ad effectum manutentionis, dum inquiritur an competat, vel non restitutio.

Farfen Bonorum.
1. *Iunij 1607. inter eius impress. decis. 1032.*

In integrum restitutio instantiæ opera-
380 tur effectum appellationis.

Romana Pecuniaria de Spinolis.
14. *Nouembris 1608. inter eius impress. decis. 1045.*

Restitutio in integrum impedit execu-
381 tionem hoc tamen non procedit, quando executio fuit antea cæpta.

Aurien Parochialis de Pao.

1. Iunij 1609. *inter eius impress. decis.* 1438.

Restitutio in integrum à sententia lata
381 supponit validitatem.

Montis Politiana Pecuniaria.

4. *Iulij* 1608. *inter eius impress. decis.* 1382.

Restitutio datur pro re pia, quando
383 adest læsio, vel concurrit iusta causa.

Meleuitana Viridarij.

2. *May* 1653. *inter eius impress. decis.* 472.

Restitutio in integrum aduersus com-
384 pletam præscriptionem denegan-
da non est concurrente probabili ignorantia.

Sipontina Pensionis.

8. *Aprilis* 1647. *inter eius impress. decis.* 277.

Manutentio in gradu restitutionis in in-
385 tegrum concedi non debet antequam prius de causis restitutionis cognoscatur, quando adest in commissione restitutionis clausula cum facultate manutenendi. Rota de stylo causas restitutionis in integrum non leuiter attingere, sed plenè cognoscere, & sub vnica illarum discussione negotium principale in petitorio solet.

EX DECISIONIBVS PVTEI.

Salamantina Præheminentiarum.

Inter eius impress. decis. 431.

Restitutionem in integrum intentans
386 ius suum, & læsionem probare debet.

Alia Salamantina Præeminentiarum.

Inter eius impress. decis. 262.

Restitutio in integrum datur aduersus
387 omissam allegationem.

Messanen Baroniæ.

18. *Martij* 1647. *inter eius impress. lib.* 111. *decis.* 136.

Minor sine læsione non restitui-
388 tur.

Fulginaten Prioratus.

9. *Aprilis* 1543. *inter eius impress. decis.* 443.

Quando agitur de lucro, & non de
389 damno, & res non est integra minori restitutio datur.

Toletana Matrimonij.

15. *Decembris* 1544. *inter eius impress. decis.* 189.

Minor restituitur aduersus omissam
390 probationem, quando nullam fecit defensionem.

Cæsaraugustana Parochialis.

1. *February* 1546. *inter eius impress. decis.* 370.

Maiori non datur restitutio propter in-
391 strumenta de nouo reperta.

Romana Discussionis Dotis.

22. *Martij* 1546. *inter eius impress. decis.* 407.

In restitutione in integrum terminus
392 quadriennij est præfixus Instantiæ, & causæ siue Iuri.

EX DECISIONIBVS PEVTINGERII.

Romana Domus, seu Fideicommissi de Incoronatis.

24. *Ianuarij* 1646. *inter eius impress. decis.* 225.

Restitutio in integrum, quæ minori-
393 bus datur non denegatur aduersus omissam Apostolorum petitionem, vt in causa appellationis appellans audiatur, quæ etiam semper & quandocumque conceditur quando data est aliqualis læsionis iustificatio.

Roma-

Romana Deuolutionis Domus.

26. Nouembris 1646. inter eius impress. decis. 259.

In integrum restitutio denegatur quo-
394 ties constat de validitate, & iusti-
tia sententiarum.

Calaguritana Anniuersariorum.

31. Maij 1647. inter eius impress. decis. 284.

Restitutio in integrum, quæ aduersus
395 rem Iudicatam litem reuiuiscere facit, prius petitam executionem non retardat, & quando petita non est executionem faciendam retardat.

Romana Deuolutionis Domus.

28. Iunij 1647. inter eius impress. decis. 294.

Denegatur restitutio stante validitate,
396 & Iustitia sententiarum in causa latarum, & non datur quando de læsione non constat.

Perusina Fideicommissi de Cincijs.

15. Maij 1651. inter eius impress. decis. 430.

Ius adeundi hæreditatem non aditam
397 beneficio restitutionis in integrum competit nedum mutis, ac surdis à natiuitate, & sic miserabilibus personis, sed etiam omnibus ius suum probabiliter ignorantibus.

Sipontina Pensionis.

18. Aprilis 1647. inter eius impress. decis. 277.

Restitutio in integrum omnia in statu
398 pristinum reponit, & hoc etiam procedit, quando restitutio est concessa cum clausula, prout de iure.

Calaguritana Pensionum.

15. Iunij 1654. inter eius impress. decis. 504.

In integrum restitutio ponit appellan-
399 tem, in eo statu in quo erat ante sententiam.

Romana Societatis Lignorum.

12. Decembris 1653. inter eius impress. decis. 482.

Restitutio in integrum succedit loco
400 appellationis, eiusque instantiam restaurat.

Perusina Reintegrationis.

7. Februarij 1653. inter eius impress. decis. 458.

Restitutio in integrum aduersus præ-
401 scriptionem conceditur secundo hæredi, mortuo primo ante aditionem hæreditatis.

Lucensis Archidiaconatus.

17. May 1646. inter eius impress. decis. 446.

Pendente causa restitutionis in inte-
402 grum supersedetur in executione sententiæ.

Oxomensis Restitutionis in integrum.

1. Iunij 1545. inter eius impress. decis. 277.

Quod restitutio in integrum impediat
403 executionem sententiæ verificatur, quando non est petita executio.

Lucana Pecuniaria.

17. Octobris 1547. inter eius 31. libri impress. decis. 50.

Restitutio in integrum aduersus præ-
404 scriptionem statutariam sex decim annorum Lucanæ communitati fuit concessa.

Lucen-

Lucensis Abbatiæ.

5. *Maij* 1546. *inter eius* 21. *libri impress. decis.* 436.

Paupertas non est legitimum impedi-
405 mentum, vt quis aduersus lapsum quadriennij sit restituendus.

Astorien Portion.

29. *Nouembris* 1540. *inter eius* 1. *libri impress. decis.* 59.

Post quadriennium in beneficialibus
406 datur in integrum restitutio.

Astoricen Portionis.

Inter decis. in 1. *libro impress. decis.* 31.

Lapsus quadriennij in restitutione in
407 integrum petenda propter periculum animæ non attenditur.

Cæsaraugustana Parochialis.

6. *Februarij* 1546. *inter eius* 2. *libri impress. decis.* 370.

Datur in beneficialibus in integrum
408 restitutio, vbi constat de bono Iure petentis etiam elapso quadriennio.

Ciuitaten Capellaniæ.

5. *Martij* 1543. *inter eius* 1. *libri impress. decis.* 427.

Minori ad beneficium resignatum si ex
409 hoc læditur datur in integrum restitutio.

Salamantina Parochialis.

28. *Nouembris* 1550. *inter eius lib.* 3. *impress. decis.* 344.

Non conceditur restitutio in integrum
410 aduersus regulam de triennali, quando cessionarius veniens ad causam, commisit illam infra triennium, quo tempore poterat contra aduersarium exequi citationem.

Fulginaten Prioratus.

9. *Aprilis* 1543. *inter eius* 1. *libri impress. decis.* 443.

In integrum restitutio datur minori ad-
411 uersus omissam probationem.

Hispalen Capellaniæ.

16. *Octobris* 1540. *inter eius* 3. *libri impress. decis.* 269.

Conceditur in integrum restitutio ad-
412 uersus possessionem omissam.

EX DECISIONIBVS ROXAS.

Perusina Reintegrationis.

7. *Iulij* 1647. *inter eius impress. decis.* 331.

Ex capite minoris ætatis, & ignorantiæ
413 in integrum restitutio conceditur.

Ariminen Carcerationis.

15. *Martij* 1647. *inter eius impress. decis.* 325.

Pendente causa restitutionis in inte-
414 grum aduersus inconsultò aditam hæreditatem, sine beneficio legis, & inuentarij, & intimata inhibitione Iudex inhibitus attentat si procedit ad vlteriora.

Romana Domorum.

22. *Iunij* 1640. *inter eius impress. decis.* 114.

Restitutio in integrum conceditur ad-
415 uersus sententiam, quando est nulla, & iniusta.

Ferrarien de Pendasis.

7. *Iunij* 1647. *inter eius impress. decis.* 332.

Minoribus ætate restitutio in integrum
416 conceditur aduersus omissam allibrationem.

EX DECISIONIBVS SERAPHINI.

Aquilana Canonicatus.

26. *Aprilis* 1591. *inter eius impress. decis.* 945.

Per restitutionem in integrum lis repo-
417 nitur in eodem statu, in quo erat ante rem iudicatam, quod maximè procedit in beneficialibus in quibus passim concedi solet restitutio. Instantia

ſtantia cauſæ reſtitutionis in integrum durat quadriennio, niſi finiatur per ſententiam, vel per totalem proceſſum ad executionem.

Romana Vineæ.
17. *Aprilis* 1587. *inter eius impreſſ. deciſ.* 777.

Non omnis reſtitutio in integrum pe-
418 tita impedit executionem ſententiæ, nam ſi exequutio petita fuerit ante petitam reſtitutionem, ea non retardatur.

Ortonen Penſionis.
5. *Iuly* 1599. *inter eius impreſſ. deciſ.* 1326.

Pendente cauſa reſtitutionis in inte-
419 grum non datur exequutio ſententiæ, niſi pro expenſis.

Corduben Redecimarum.
2. *May* 1603. *inter eius impreſſ. deciſ.* 1463.

Pendente cauſa reſtitutionis in inte-
420 grum poteſt agi de manutentione.

Fauentina Bonorum.
27. *Iuny* 1583. *inter eius impreſſ. deciſ.* 634.

Qui commiſit cauſam reſtitutionis in
421 integrum debet docere de læſione, & in hoc articulo ſubſtinet partes actoris.

Anconitana Spolij.
1. *Iuly* 1575. *inter eius impreſſ. deciſ.* 263.

Conceſſa reſtitutione aduerſus lapſum
422 fatalium non eſt opus alia reſtitutione aduerſus rem iudicatam.

Auximana Dotis.
14. *Marty* 1575. *inter eius impreſſ. deciſ.* 251.

Iniuſtitia licet non notoria, eſt ſuffi-
423 ciens cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus enim ſententiam, quæ continet expreſſum errorem reſtitutio in integrum datur.

EX DECISIONIBVS VBALDI.

Anconitana Cenſuum.
24. *May* 1613. *inter eius impreſſ. deciſ.* 136.

Reſtitutio in integrum aduerſus rem
424 iudicatam conceditur ex capite iniuſtitiæ etiam non notoriæ.

Tiburtina Cenſus.
17. *Iuny* 1615. *inter eius impreſſ. deciſ.* 285.

Ab iniuſtitia ſententiæ reſultat læſio,
425 quæ dat cauſam reſtitutioni, ad quod iniuſtitia etiam non notoria ſufficit.

Turritana Bonorum.
6. *Iuny* 1616. *inter eius impreſſ. deciſ.* 344.

Minores Eccleſia, & loca pia æquipa-
426 rata habent reſtitutionem ad effectum probandi ſuper directo contrarijs, etiam poſt publicatas atteſtationes. Hoc tamen non habet locum quando bis mota, & proſequuta fuit eum auctore, quia hæredibus, quamuis locis pijs non datur reſtitutio.

Romana Saluiani.
22. *Iuny* 1616. *inter eius impreſſ. deciſ.* 350.

Reſtitutio in integrum datur aduerſus
427 præſcriptionem ex capite, & probabilis ignorantiæ. Et iuſta cauſa dicitur ignorantia in hærede, multòque magis in ſubſtituto.

Mutinen Canonicatus.
23. *Martij* 1612. *inter eius impreſſ. deciſ.* 54.

In integrum reſtitutio non datur ad-
428 uerſus executionem cæptam, præſertim quando Signatura commiſit cauſam prout de iure, & quando quis auditus, & reiectus fuit, quandòque imminet præſumptio calumniæ.

Tarui-

Taruisina Parochialis.

31. Maij 1613. inter eius impress. decis. 138.

Non datur in integrum restitutio, ex
429 nouis scripturis post quadriennium, quando vel antea fuerunt productæ, vel non probant.

Romana Domorum.

23. Ianuarij 1616. inter eius impress. decis. 312.

Petens se restitui ad statutum, & pos-
430 sessionem, dicitur amisisse possessionem naturalem tantum non ciuilem, hoc tamen non procedit, vbi ex circumstantijs facti aliud appareret.

EX DECISIONIBVS ZARATE.

Sancti Seuerini Pecuniaria.

4. Iunij 1655. inter eius impress. decis. 80.

Restitutio in integrum aduersus rem
431 iudicatam non datur nisi clare, & concludenter de iniustitia appareat, vndè læsio desumatur.

Anconitana Pecuniaria.

15. Maij 1654. inter eius impress. decis. 58.

Minoribus obligatis pro liberando Pa-
432 tre à periculo Carceris beneficium restitutionis in integrum non competit, potissimè si obligatio sit iuramento firmata; nec læsionis existentia suffragatur, sed de ænormissima constare debet.

Anconitana Pecuniaria.

31. Martij 1653. inter eius impress. decis. 29.

Aduersus gesta per Curatorem, qui non
433 satis dedit, cum sint ipso iure nulla in integrum restitutio locum non habet.

DECI-

DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE

Nullibi huc vſque impreſſæ, propoſitas materias de in integrum reſtitutione, & ſublati Apoſtolici Beneplaciti præſumpti illuſtrantes.

REVERENDISSIMO P. D. PRIOLO.

Aſtoricen Cenſus.

Veneris 1. Iulij 1661.

ARGVMENTVM.

Sententiarum conformitas deducitur ex eo, quòd vna alteram confirmet. In impoſitione cenſus, & alienatione rerum Eccleſiaſticarum ſolemnitates, & Beneplacitum Apoſtolicum requiritur, neque conſuetudo in contrarium ſuffragatur, vel beneplacitum præſumptum ſufficit.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, vbi vna alteram confirmat.*
2 *Recuſatio Iudicis facta à non habente mandatum ſpeciale, non attenditur.*
3 *De nullitate dare non poteſt, qui cauſam nullitati præbuit.*
4 *Nullitatis defectus non ſuffragatur, ſi poſt tres ſententias conformes opponatur.*
5 *Cenſus ſuper re Eccleſiaſtica ſine cauſa, & ſolemnitatibus impoſitus eſt nullus.*
6 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*
7 *In alienatione rerum Eccleſiæ beneplacitum Apoſtolicum interuenire debet.*
8 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumptum ex curſu 30. vel 40. Annorum hodiè eſt ſublatum.*
9 *Beneplacitum Apoſtolicum, ſine iuſta cauſa alienandi rem Eccleſiæ, non releuat.*
10 *Conſuetudo alienandi bona Eccleſiæ ſine beneplacito Apoſtolico hodiè eſt ſublata.*
11 *Prælatus non poteſt auctorizare contractum de rebus Eccleſiæ ad proprium commodum.*
12 *Cauſa vtilitatis, vel neceſſitas Eccleſiæ deducitur ſi in Eccleſiæ vtilitatem pecunia verſa ſit, vel ad eius neceſſitatem ſubleuandam erogata fuerit.*
Pecuniæ verſa in vtilitatem ſingulorum de Capitulo non dicuntur in Eccleſiæ vtilitatem erogata. ibidem num. 12.
13 *Validitas alienationis bonorum Eccleſiæ pendet ab vtilitate Eccleſiæ.*
Vtilitas Eccleſiæ debet eſſe certa, & indubitata. ibidem num. 13.

DECISIO I.

SVper Cenſu ſcutorum 1000. monetæ impoſito anno 1610. per Capitulum Eccleſiæ Oppidi de Villaquania plures, ac diuerſæ latæ fuerunt ſententiæ inter ipſum, & PP. Societatis Ieſu eiuſdem Oppidi ex perſona Gabriellis Bobles, & vltima fuit rotalis conformis duabus ſuper nullitate à qua interpoſita appellatione à PP. qui cum prætenderent habere etiam ipſas tres ſententias conformes ſuper validitate Signatura reſcripſit, conſtito hinc inde de tribus, quo dubio per me pro-

proposito DD. responderunt constare de tribus ad fauorem Capituli.

Prima enim lata fuit à Reuerendissimo Nuntio Hispaniarum, altera ab Or-
1 dinario Lucen, quæ prima confirmat alterã à bo: me: Dunozetto tunc nostri Ordinis Decano, qui pronunciauit Censum non substineri sicut in secunda sententia fuerat pronunciatum, vndè illarum conformitas non potest controuerti dum vna est confirmatoria alterius *gloss. in Clem. 1. de reiudic.* Rot. *d.647. num. 1. part. 1. d. 491. num. 1. part. 5. d. 292. eodem num. part. 15. & in Romana de Phegardis 15. Ianuarij 1649. coram bo: me: Dunozetto*, atque ideò sunt exequendæ, vt in *d. Clem. 1. de reiudic. & d. Rot. d. 915. nu. 3. in fine part. 1. recent.*

Nec validitas impugnari potest ex eo, quod sententia Ordinarij Lucen lata
2 fuerit non obstante recusatione illius, nam cum talis recusatio allegata, & opposita fuerit à Procuratore non habente speciale mandatum non venit attendenda *Paris. cons. 31. num. 113. lib. 1. Gratian. cap. 109. num. 44. Verall. d. 615. num. 1. & 2. part. 1. coram Ceual. d. 3405. num. 2. & coram Duran. d. 1715. num. 1.*

Minus ex eo, quod non potuerit Nuncius causam remittere ad Ordina-
3 rium Lucen postquam à Sanctissimo per Breue Apostolicum certi executores fuerint deputati, quoniam cum Iudices delegati à Sanctissimo fuerint iurati suspecti adeundo propterea RR. Nuncium, vt alium subrogaret nequeunt ipsi dare de nullitate, cui causam præbuerunt *Bart. in l. 2. ff. de accept. rei indic. Alex. cons. 38. sub num. 6. lib. 2. Ruin. cons. 40. num. 6. vers. non obstat lib. 5. Cephal. cons. 133. num. 125. Rot. coram S. M. Gregor. dec. 140. n. 10.* cumque talis defectus
4 non fuerit oppositus, nisi post latam tertiam sententiam aliarum confirmatoriam amplius non suffragatur ex notatis per *adden. ad Greg. d. 176. num. 15. in fin. Osasch. d. 17. de re iudic. Rot. in Oscen Parochialis de Morano 10. Septembris 1604. coram Lancellotto penes Marches. de Commiss. num. 1. part. 2. fol. 595. & in Romana domus 10. Maij 1638. coram Reuerendissimo Caullo.*

Iustitia verò manifestè apparet ex *d. adita coram bo: me: Dunozetto, sub die*
5 *22. Iunij 1653.* in qua probatur nullitas d. census tanquam impositã à nonnullis capitularibus non seruatis solemnitatibus, & sine iusta causa, de quibus *in cap. sine exceptione 11. quæst. 2. cap. præsenti cum ibi notatur de rebus Ecclesiæ non alien. num. 6. Redoan. q. 51. cap. 7. num. 17. eodem met tit. Rot. d. 250. num. 1. coram Durano, & in Leodien Dominiorum 25. Iunij 1659. coram Eminentissimo Corrado*,
6 quibus proinde deficientibus Impositio Census, quæ est species alienationis substineri non valet *Bald. in l. iubemus, vbi Castren. & alij C. de Sacros. Eccles. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 6. num. 6. & alios adducit Corbul. de caus. priuat. sub alienat. fact. requis. Domino ampliat. 49. num. 41. Burg. de laudem. part. 2. inspect. 20. num. 5. Rot. d. 300. num. 2. & 3. part. 4. diuers.*

Solemnitas deficit, quia non probatur interuenisse beneplacitum Apostoli-
7 cum in alienationibus rerum Ecclesiasticarum omnino requisitum ab *Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. Duran. d. 238. num. 26. & tradit Quaranta in summ. Bullar. verb. alienatio rerum Eccles. num. 24.* quod
8 nequaquam præsumi potest ex cursu temporis, nam hodiè talis præsumptio non sufficit ad inducendum Beneplacitum, sed lapsus temporis centenarij, vna cum obseruantia requiritur, iuxta constitutionem *S. M. Vrbani VIII. de præiudicialibus Ecclesiæ edit. anno 1641. & firmauit Rot. in Barchinonen exemptionis 13. Iunij 1646. coram Eminentissimo Corrado*,
9 & vbi etiam præsumi posset, adhuc non suffragaretur, quia cum nulla detur probatio causæ imponendi Censum scilicet necessitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesiæ Beneplacitum non releuat, vt probat *Sarmeret. de reddit. bonorum Ecclesiæ cap. 2. num. 2. part. 1. Castropal. oper. moral. part. 2. tract. 12. gloss. 6. punct. 15. nu. 5. & d. Rot. coram Merlin. d. 764. num. 9.* comprobata in foro *Sempronien bonorum 4. Martij 1641. coram*

Reue-

Reuerendissimo Tarraconen impress. inter rec. d. 10. *num.* 15. *part.* 9.

Non obstat consuetudo illarum partium deueniendi ad alienationem
10 nem bonorum Ecclesiæ, sine assensu Apostolico, nam vltra quod à Testibus *in sum. num.* 8. datis constat de contrario, nimirum, quod factis aliquibus distractionibus inconsultò Romano Pontifice illæ fuerint declaratæ irritæ, & cassæ, talis consuetudo nequit adimere solemnitatem huiusmodi, ne aperiatur via fraudibus ad quas euitandas emanarunt Constitutiones *Pauli II. in Extrauag. Ambitiosæ, & Vrbani*, cum clausula sublata, & decreto irritanti, quæ tollunt omnem contrariam consuetudinem *Rot. d.* 764. *num.* 15. *apud Merlin. & responsum fuit in Aretina Vnionis* 8. *Martij* 1652. *coram* R.P.D. *Verospio, & in Cesenaten, seu Sarsinaten Laudemiorum* 19. *Iunij* 1656. *coram* R.P.D. *Albergato*.

Vlterius esto, quod non deberet interuenire beneplacitum Apostolicum requirebatur saltem licentia Ordinarij, & tamen fuit adhibita sola licentia Vicarij, qui vti Canonicus non poterat auctorizare contractum ad proprium commodum, vt in simili *Soccin. Sen. in l.* 1. §. *fuit quæsitum nu.* 6. *ff. ad Trebell. & cons.* 112. *num.* 4. *lib.* 1. *Clar. in* §. *donatio q.* 6. *num.* 7. *Buratt. d.* 44. *num.* 3. *& est Text. in l. qui Iurisdictioni, vbi Iaf. num.* 2. *de Iurisd. omn. Iud.*

Causa verò necessitatis, vel euidentis vtilitatis prorsus excluditur, quia tam ex tractatibus super hac re capitulariter habitis tum ex licentia Vicarij, & ex ipso Instrumento Census, ac Testibus desuper examinatis nulla deducitur causa, nisi quod Census fit impositus pro indigentijs Canonicorum, quodque pecuniæ debebant inter ipsos diuidi prout diuisæ fuerunt, & in proprios vsus consumptæ, vt *in sum. num.* 3. *vsque ad* 7. vnde
12 à nullitate saluari non potest, cum non sufficiat, quod pecuniæ versæ fuerint in vtilitatem singulorum de capitulo, sed in vtilitatem Ecclesiæ, & pro eius necessitate subleuanda erogari debuissent *ad Text. in d. cap. fine exceptione* 12. *q.* 2. *& in cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q.* 20. *num.* 101. *& in specie respondit Rota d.* 705. *n.* 2. *p.* 1. *& in Pamphiloncn alienationis* 15. *Ianuarij* 1649. *coram bo: me: Bichio.*

Nec pro sufficienti causa releuat Annonæ pecunia, quæ tunc in illis partibus vrgere dicebatur etenim illa, vt fuit responsum in prima dictione non erat talis, vt cogerentur Canonici deserere seruitium Ecclesiæ, quin immò plerique eorum poterant ex proprijs redditibus se honorificè sustentare, vt testes referunt *sum. num.* 9. Vtilitas autem Ecclesiæ, in
13 qua potissimè consistit validitas alienationis bonorum illius debet esse certa, & indubitata, non autem dubia quemadmodum inquit *Text. in d. cap. fine exceptione*. ibi: *Id eligat quod non sit dubium pro futurum Ecclesiæ, & dixit Rot. coram Merlino d.* 702. *num.* 52. *& in Comen Pecuniaria* 19. *Martij præteriti coram R.P.D. Meo Burlemont.* §. *desficit etiam*.

Et ità Capitulo tantū informante partibus verò pluries citatis resolutum fuit.

REVERENDISSIMO P. D. VICECOMITE.

Romana Domus in Burgo.

Merc. 19. *Nouembris* 1670.

ARGVMENTVM.

In renouationibus inuestituræ Ecclesiasticæ ab antiqua forma nunquam recessum censetur, nisi de expressa conuentione constet. Emphiteusis Ecclesiastica de iure solos hæredes sanguinis admittit. Beneplacitum Apostolicum ex cursu centenariæ præsumptum non sufficit, nisi simul concurrat obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio inuestitura Ecclesiastica cen-*

setur facta ad formam antiqua concessionis, nisi aliter expressè conuentum sit.

2 *Appellatione haredum suorum in concessione bonorum Ecclesiæ non veniunt extranei, sed soli heredes sanguinis.*

3 *Clausula caterata*, Præsenti &c. *regulariter extenditur pro se, haredibus, & successoribus quibuscumque.*

4 *In Emphiteusi Ecclesiastica non habet locum extensio clausula caterata*, Præsenti &c. *quia extraneos de iure excludit.*

5 *Relatum cum omnibus suis qualitatibus continetur in referente, adeòut inter se non differant.*

6 *Concessio Emphiteusis Ecclesiastica considerari debet habito respectu ad primam tanquam radicem.*

7 *Scientia indiuidualis omnium qualitatũ prima inuestitura, in approbante, & consensus eorum requiritur, de quorum praiudicio agitur, vt solitum alteratum dici possit, vbi alteratio in Ecclesia praiudicium redundat.*

8 *Spatio* 40. *Annorum prasumitur oblinio.*

9 *Standum est prima inuestitura, vbi ex falso prasupposito, & per errorem, in vltima approbata reperiuntur clausula insolita, & Ecclesia praiudiciales.*

10 *In concessione bonorum Ecclesia solitum alterari non potest sine vtilitate, & assensu Apostolico.*

11 *Lapsus centenaria cum obseruantia Apostolici beneplaciti prasumptionem inducit.*

12 *Obseruantia resultare non potest ex vnica venditione ab alijs diuersa, & erroneè approbata.*

13 *Obseruantia debet esse indiuidualis, & non aquiuoca.*

14 *Deuolutioni locus est si constet de directo Dominio, identitate rei Emphiteutica, & terminatione linea primi inuestiti.*

DECISIO II.

SEntentiam Rotalem, ad normam decisionis edita sub die 28. Iunij 1669. in hac causa latam, hodiè facti circumstantijs melius recensitis, & ponderatis infirmandam esse Domini censuerunt.

Præsupposito enim Dominio Ecclesiæ respectu Domus, de qua agitur eamque in principio, idest vsque de anno 1542. cum Beneplacito fuisse concessam in Emphiteusim Carolo Saraceno, & Annæ Lugonæ coniugibus ad tertiam generationem masculinam, & fœmininam, & vnam nominationem tantum, & quando demum terminata fuerit linea quondam Anibalis Petrasanctæ vltimi inuestiti, quæ omnia non controuertebantur inter Partes, naturam huius emphiteusis in successiuis inuestituris inferius enumerandis immutatam in præiudicium Ecclesiæ, censeri non debet, adeòut ex pacto, & prouidentia, effici potuerit ad quoscumque heredes extraneos transitoria ob defectum non minus voluntatis, quam potestatis in contrahentibus.

Ob defectum voluntatis, quia in renouationibus Inuestituræ Ecclesię nunquam censetur à forma antiqua recessum, nisi hoc fuerit expressè inter partes conuentum *Text. in cap.* 1.
1 *per quos fiat Inuestitura Bald. in cap.* 1. *de eo qui sibi, & hared. Dec. cons.* 390. *num.* 3. *Curt. Iun. cons.* 108. *num.* 18. *Mantic. de tacit. lib.* 23. *tit.* 21. *num.* 3. *Fulgin. de success. in bon. Emph. q.* 9. *nu.* 22. *Rot. coram Merl. d.* 583. *n.* 14. *in rec. d.* 211. *num.* 14. *part.* 6. de tali autẽ expressa conuentione nullatenus doctum fuit, & tamen quatenus etiam tacita posset suffragari ex successiuis Inuestituris, seù Concessionibus deduci minimè poterat.

In prima enim venditio facta fuit de anno 1550. consensu Conuentus Domini directi per dd. Coniuges Thomæ de Dionisijs talis consensus restrictus legitur ad hæredes suos. ibi: Pro se & hæredibus suis, appellatio-
2 ne autem hæredum suorum in concessionibus Bonorum Ecclesiæ non veniunt extranei, sed tantum hæredes sanguinis. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 12. *vsque ad* 19. *Rot. d.* 312, *num.* 10. *part.* 11. *recent. & in Bonon.* Inuestiturarum 11. *Aprilis* 1660. *coram R. P. D. Meo Benilaqua*, & si dictum fuisset pro se hæredibus, & successoribus *Mantic. pracitat. lib.* 22.

lib.22. tit. 19. num. 2. Fulgin. de Iur. Emphit. in prælud. quæst. 15. num. 18. Rot. d. 291. nu. 5. & 6. part. 4. tom. 2. d. 211. num. 3. & 4. part. 6. d. 427. nu. 10. part. 9. & d. 209. n. 2. part. 10. rec. post Salgad. Laber. cred. d. 78. num. 7. & d. 79. num. 1. coram Dunoz. Iun. d. 732. num. 44. & in Mediolanen devolutionis Domus 25. Febr. 1669. §. quod autem coram me.

Alia verò retrouenditio successiuè facta de anno 1551. à D. Thoma ad fauorem Andreæ Gauagnæ, cui pariter accessit PP. assensus, comprehendere non poterat extraneos
3 in vim clausulæ cæteratæ præsenti &c. quæ regulariter solet extendi pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque, vt fuit in *d. præcedenti §. quamuis*, firmatum, primo quia talis extensio procedere; quidem porest in materia indifferenti, in qua natura Emphiteusis non resistit admissioni extraneorum, & in his terminis loquuntur decisiones in præfata allegatæ nempè *d. 393. num. 1. part. 1. diuers. d. 290. num. 5. part. 9. rec. coram Eminentissimo Otthobon. d. 255. num. 5. & Bonon. successionis 5. Maij 1653. coram Reuerendissimo Papien.* At secus in materia differenti prout est Em-
4 phit. Ecclesiastica, quæ de iure extraneos excludit, & solos hæredes sanguinis admittit ex *§. emphiteusim Auth. de non alien. aut permutan. gloss. in l. & §. licet ff. solut. matrim.* In qua propterea talis extensio in iure non admittitur *Salic. in l. 2. num. 30. vers. si autem intelligis C. de iur. emphit.* quam Conclusionem egregiè defendit *Dec. cons. 171. n. 1. Fusar. de subst. q. 339. num. 33. Rota in Auenionen fideicommissi coram bo: me: Verospio penes Tondut. quæst. Ciuil. part. 1. cap. 55. in fin. in rec. d. 229. num. 34. cum seqq. q. 12. & prius d. 240. num. 45. & 12. part. 11. vbi num. 5. vers. neque resistit d. 763. num. 2. coram Seraph.* quando nempè in ea non agebatur de interesse, & præiudicio Ecclesiæ, prout facilis est responsio, ad *decis. 321. num. 2. part. 11. rec.* & in præcitata *dec. §. nec resistit allegata*, quæ super eodem ferè articulo, licet in alia causa emanauit, in illa enim inspectio erat diuersa, & difficultas consistebat in examinanda, & declaranda natura primæ emphiteusis, non autem deillam immutando prout in casu nostro, quod esse diuersum patet ex prædictis, & ex infra dicendis.

Secundò, quia in hoc Instrumento fuit expressè conuentum, quòd hæc ven-
5 ditio facta intelligeretur, cum ijsdem pactis, & conditionibus in prædicto Instrumento concessionis anni 1550. contentis, cui omnibus & per omnia relatione partes habere voluerunt, excludit enim omnis præsumptio voluntatis alterandi solitum ex hac relationem cuiusuis est, vt relatum contineatur in referente cum omnibus suis qualitatibus, itaut interse nullatenus differant *Rot. d. 261. num. 6. d 305. num. 30. d. 457. num. 2. part. 9. d. 555. num. 7. in Vrbinaten Pecuniaria 24. Ianuar. 1661. §. nec refert coram b. m. Verospio, & in Imolen successionis 28. Martij 1661. §. non valet coram R. P. D. meo Benilaqua.* Præsertim verò in his con-cessionibus, quæ ex sui natura sem-
6 per consideranda sunt habito respectu ad primã tanquam radicem *Bald. in cap. 1. duo qui sibi, & hæredibus in 2. vers. sed respondeo Dec. cons. 285. num. 3. in fin. cum alijs per Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 21. in princ. Rota d. d. 211. num. 6. p. 6. rec.*

Tertia demum, & vltima venditio facta de anno 1580. per Io: Baptistam Gauagnam filium, & hæredem supradicti Andreæ ad fauorẽ Anibalis Petrasanctæ stipulantis explicitè pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque eum subsequuta approbatione, & ratificatione Patrum prædictorum, neque ex ea desumi potest voluntas alterandi solitum, quia ad hunc effectum nempè præiudicandi Ecclesiæ debuisset pro-
7 bari in Patribus scientia indiuidualis omnium qualitatum primæ Inuestituræ eorumque consensus, de quorum præiudicio tunc agebatur *Mantic. de tacit. præcitat. lib. 23. tit. 20. num. 22. & tit. 21. num. 18. cum ibi allegat.* & tamen spatio 47. annorum,
8 & vltra, à die nempè primæ concessionis factę de anno 1541. vsque ad 1588.

ad 1588. præsumenda est obliuio *Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 26. & cas. 308. in fin. lib. 2. idem de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 82. in princ. Rota coram Seraph. d. 1439. Bald. in cap. 1. de feud. §. si verò in fine*; Quod eò clarius conuincitur, cum in hoc vltimo Instrumento narratum fuerit Inuestituram hanc de sui natura, & vsque à principio fuisse perpetuam, cum tamen esset ex facto, & prouidentia, & sic ex falso præsupposito, & sic per errorem fuisse per Patres approbatas clausulas Ecclesiæ præiudiciales insolitas in hoc vltimo
9 Instrumento appositas, & propterea non huic vltimę, sed primę Inuestiturę standum est tradit. *Bald. in præcitat. cap. 1. de feud. Guard. §. si verò num. 2. vers. modo quaro. Purpurat. cons. 66. num. 4. cum alijs per Mantic. de tacit. d. lib. 23. tit. 21. n. 18. vers. sed si errore Rot. post Paitell. d. 49. n. 25.*
Ob defectum potestatis, quia vt admittitur in ipsa *decisione §. non obstat.*
10 solitum in concessione bonorum Ecclesiæ immutari non potest absque vtilitate ipsius Ecclesiæ per Sedem Apostolicam approbata *Alex. cons. 9. nu. 2. lib. 3. Fulgin. de contrac. emphit. q. 1. sub num. 8. vers. limitat. & q. 7. per Tot. Rot. d. 36. num. 5. & seqq. & d. 243. num. 3. part. 7. d. 39. num. 49. part. 8. d. 321. num. 9. & 11. part. 11. rec. & in Romana Vineę 2. May 1661. §. non obstat coram Eminentissimo Cerro.* Et quamuis decisio respondeat,
11 Beneplacitum Apostolicum cum omnibus requisitis præsumi stante cursu Centenariæ sola tamen centenaria non sufficit, si non concurrit obseruantia ex deductis in *Taurinen seù Fossanen Prabenda 27. Martij anni proximi coram me §. quia præterquam quod vers. talis inobseruantia.* At in casu nostro vtraque defficit, centenaria nempè, quam ab vltimo Instrumēto celebrato de anno 1588. compleri non potuit ob defectum temporis, vt deducitur ex contractu inito de anno 1551. Et ex supra firmatis, patet nullam fuisse in eo fa-
12 ctam alterationem, cum habita fuerit expressa relatio ad inuestituram, & pacta antiqua. Obseruantia verò resultare non potest ex dicta vnica venditione ab alijs diuersa per Patres de anno 1588. erroneè approbata *Rota d. 27. num. 22. & seq. part. 2. diuers. coram Merlin. d. 454. num. 6. in rec. d. 339. num. 3.* imò cum non sufficiat æquiuoca, sed in-
13 diuidualis requiratur *Merlin. dicta d. 454. num. 6. Rot. d. 176. num. 46. part. 5. d. 29. num. 23. & seqq. part. 8. & d. 165. num. 16. part. 10. recent.* debuisset iustificari, quod post finitam tertiam generationem aliquorum ex inuestitis, denuò hæc emphiteusis transiuerit ad extraneos cum tamen semper extiterit penes com. prehensos, & statim ac per deficientiam sine liberis Anibalis Petrasan. ctę vltimi recogniti factus fuit locus deuolutioni hęc statim fuit per Patres Dominos directos intentata, quę propterea illi denegari non debet. Cum omnia concurrant nempe Di-
14 rectum Dominium, identitas rei emphit. & terminatio lineæ vltimi inuestiti. *Rot. coram Buratt. d. 602. num. 1. penes Posth. de manut. d. 87. num. 3. & d. 168. num. 8. d. 271. nu. 1. in rec. d. 359. num. 1. part. 5. & d. 249. num. 1. part. 12.*
Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Romana Manutentionis, seù attentatorum.

Lunæ 8. Iunij 1671.

ARGVMENTVM.

Subhastatio etiam publicè facta læsionem enormissimam causans est ipso iure nulla, neque per ipsam Dominium auocatum remanet. Rescriptum Signaturæ causam cōmittentis, cum facultate manutenendi quem de iure, suspendit executionem.

SVMMARIVM.

1 *Ipso iure rescinditur subhastatio, ex qua*

qua læsio enormissima prouenit.

Plus exactor ex gratia, quam debitor ex prætio consequi non debet. ibidem num. 1.

2 *Læsio probata remanet si pro parua summa subhastetur fundus longè ipsam excedens.*

3 *Prædia Vrbana, secundum Opinionem* Surdi *non ascendunt ad redditus quinque pro centanario.*

4 *Pradÿ Vrbani fructus determinantur ad rationem quinque pro centenario.*

5 *Emptor rei per subhastationem cum enormissima læsione venditę in mala fide præsumitur, & fructus suos non facit.*

6 *Diminutio pretÿ vltra dimidiam læsionem enormissimam inducit.*

7 *Fructus à malæ fidei possessore percepti sunt computandi in sortem, & compensandi cum suo credito.*

8 *Per subhastationem ex capite læsionis enormissimæ nullam non auocatur Dominium.*

9 *Signaturæ rescriptum per quod committitur causa cum facultate manutenendi quem de iure, executionem suspendit, & retrotrahitur ad omnia prius gesta.*

DECISIO III.

Bonum Ius etiam ad effectum attentatorum assistere Angelo Felicio responderunt Domini coram me in locum Illustrissimi D. Vrbis Gubernatoris subrogato.

Siquidem enormissima læsio controuerti non potest in subhastatione facta ad instantiam Petri Eschinardi, qui cum esset creditor Bartolomei Dorati in scutis 95. fecit deliberare controuersam Domum pro scutis centum quadraginta quinque, quam deindè possedit spatio quatuor annorum locans eam scutis 45. annuis, quo spatio fuisse conductam, antè & post ipsius Petri possessionem vsque in præsentem diem, inter partes non reuocatur in dubium, ideòque tanquam nulla ipso iure, subhastatio rescindi debet, ne sub nomine subhastationis publicæ, locus fraudibus relinquatur, vt possessionibus
1 viliori prætio distractis plus exactor ex gratia, quam debitor ex prætio consequatur inquit. *Text. in l. si quos, & in l. si voluntate C. de rescind. vendit. Mangil. de subhast. quæst. 39. num. 7. & seqq. Posth. inspect. 59. num. 3. Gratian. discept. 823. nu. 39. Rot. coram Caual. d. 358. num. 3. & in Romana, seu Albanen Bonorum 19. Ianuarÿ 1667. §. nullitas coram* Eminentissimo *Cerro, & in Ariminen manutentionis 15. Settembris 1670. coram Reuerendissimo D. Meo Decano.*

Læsio præcipuè probatur ex eo, quod pro parua summa scut. 95. fuit sub-
2 hastata domus valoris longè illam excedentis, vt ponderat *Afflict. d. 244. sub num. 1. versic. 5. Mangil. de subhast. q. 17. num. 1. Rota in rec. p. 6. d. 257. num. 12. coram Eminentissimo Ottob. d. 70. num. 10. & in dicta* Romana, *seu Albanen bonorum coram Eminentissimo Cerro d. §. nullitas.*

Quod autem valor Domus longè excedat summam debitam Petro Eschi-
3 nardo visum est Dominis euidenter probari, siue adhærere placeat opinioni *Surd. in cons. 151. num. 70.* asserentis prædia Vrbana solere reddere minus quinque pro centanario, siue ad stipulentur *Glossæ finali* communiter receptæ *in authentica prate-*
4 *rea, & in auth. perpetua verb. Iusta C. de Sacros. Ecclesi.* determinanti fructus stabilium ad rationem quinque pro centenario, quam communiter sequuntur *Hond. cons. 30. n. 20. vol. 1. Afflict. d. 184. num. 4. in fin. Rota Ianuen. d. 194. num. 3. vers. cum talis taxatio Thomat. d. 271. num. 14. Rot. coram Caual. d. 358. nu. 2. coram Durano d. 182. nu. 1. & in rec. part. 11. d. 317. n. 13.* Cum enim domus solita fuerit locari scutis 45. annuis arguitur eius verus valor, vel in summa scutorum 1100. & vltra iuxta priorem sententiam Surdi, vel in summa scutorum 900. iuxta secundam magisque receptam Glossæ opinionem, & proinde longè semper vltra dimidiam immò quadruplum, & amplius excedit creditum Eschinardi scutorum 95. & deliberationem factam pro scutis 145. quæ non fuerunt soluta, sed tantum pro summa scutis 95. compensata.

Hac autem enormissima læsione probata

ad 1588. præsumenda est obliuio *Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 26. & cas. 308. in fin. lib. 2. idem de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 82. in princ. Rota coram Seraph. d. 1439. Bald. in cap. 1. de feud. §. si verò in fine*; Quod eò clarius conuincitur, cum in hoc vltimo Instrumento narratum fuerit Inuestituram hanc de sui natura, & vsque à principio fuisse perpetuam, cum tamen esset ex facto, & prouidentia, & sic ex falso præsupposito, & sic per errorem fuisse per Patres approbatas clausulas Ecclesiæ præiudiciales insolitas in hoc vltimo
9 Instrumento appositas, & propterea non huic vltimę, sed primę Inuestiturę standum est tradit. *Bald. in præcitat. cap. 1. de feud. Guard. §. si verò num. 2. vers. modo quæro. Purpurat. cons. 66. num. 4. cum alijs per Mantic. de tacit. d. lib. 23. tit. 21. n. 18. vers. sed si errore Rot. post Paitell. d. 49. n. 25.*
Ob defectum potestatis, quia vt admittitur in ipsa *decisione §. non obstat.*
10 solitum in concessione bonorum Ecclesiæ immutari non potest absque vtilitate ipsius Ecclesiæ per Sedem Apostolicam approbata *Alex. cons. 9. nu. 2. lib. 3. Fulgin. de contrac. emphit. q. 1. sub num. 8. vers. limitat. & q. 7. per Tot. Rot. d. 36. num. 5. & seqq. & d. 243. num. 3. part. 7. d. 39. num. 49. part. 8. d. 321. num. 9. & 11. part. 11. rec. & in Romana Vineę 2. May 1661. §. non obstat coram Eminentissimo Cerro*. Et quamuis decisio respondeat,
11 Beneplacitum Apostolicum cum omnibus requisitis præsumi stante cursu Centenariæ sola tamen centenaria non sufficit, si non concurrit obseruantia ex deductis in *Taurinen seu Fossanen Præbenda 27. Martij anni proximi coram me §. quia præterquam quod vers. talis inobseruantia*. At in casu nostro vtraque defficit, centenaria nempè, quam ab vltimo Instrumēto celebrato de anno 1588. compleri non potuit ob defectum temporis, vt deducitur ex contractu inito de anno 1551. Et ex supra firmatis, patet nullam fuisse in eo fa-
12 ctam alterationem, cum habita fuerit expressa relatio ad inuestituram, & pacta antiqua. Obseruantia verò resultare non potest ex dicta vnica venditione ab alijs diuersa per Patres de anno 1588. erroneè approbata *Rota d. 27. num. 22. & seq. part. 2. diuers. coram Merlin. d. 454. num. 6. in rec. d. 339. num. 3.* imò cum non sufficiat æquiuoca, sed in-
13 diuidualis requiratur *Merlin. dicta d. 454. num. 6. Rot. d. 176. num. 46. part. 5. d. 29. num. 23. & seqq. part. 8. & d. 165. num. 16. part. 10. recent.* debuisset iustificari, quod post finitam tertiam generationem aliquorum ex inuestitis, denuò hæc emphiteusis transiuerit ad extraneos cum tamen semper extiterit penes comprehensos, & statim ae per deficientiam sine liberis Anibalis Petrasan. ctę vltimi recogniti factus fuit locus deuolutioni hęc statim fuit per Patres Dominos directos intentata, quę propterea illi denegari non debet. Cum omnia concurrant nempe Di-
14 rectum Dominium, identitas rei emphit. & terminatio lineæ vltimi inuestiti. *Rot. coram Buratt. d. 602. num. 1. penes Posth. de manut. d. 87. num. 3. & d. 168. num. 8. d. 271. nu. 1. in rec. d. 359. num. 1. part. 5. & d. 249. num. 1. part. 12.*
Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Romana Manutentionis, seù attentatorum,

Lunæ 8. Iunij 1671.

ARGVMENTVM.

Subhastatio etiam publicè facta læsionem enormissimam causans est ipso iure nulla, neque per ipsam Dominium auocatum remanet. Rescriptum Signaturæ causam cōmittentis, cum facultate manutenendi quem de iure, suspendit executionem.

SVMMARIVM.

1 *Ipso iure rescinditur subhastatio, ex qua*

qua læsio enormissima prouenit.

Plus exactor ex gratia, quam debitor ex pratio consequi non debet. ibidem num. 1.

2 *Læsio probata remanet si pro parua summa subhastetur fundus longè ipsam excedens.*

3 *Prædia Vrbana, secundum Opinionem* Surdi *non ascendunt ad redditus quinque pro centanario.*

4 *Prædij Vrbani fructus determinantur ad rationem quinque pro centenario.*

5 *Emptor rei per subhastationem cum enormissima læsione venditę in mala fide præsumitur, & fructus suos non facit.*

6 *Diminutio pretij vltra dimidiam læsionem enormissimam inducit.*

7 *Fructus à malæ fidei possessore percepti sunt computandi in sortem, & compensandi cum suo credito.*

8 *Per subhastationem ex capite læsionis enormissimæ nullum non auocatur Dominium.*

9 *Signatura rescriptum per quod committitur causa cum facultate manutenendi quem de iure, executionem suspendit, & retrotrahitur ad omnia prius gesta.*

DECISIO III.

BOnum Ius etiam ad effectum attentatorum assistere Angelo Felicio responderunt Domini coram me in locum Illustrissimi D. Vrbis Gubernatoris subrogato.

Siquidem enormissima læsio controuerti non potest in subhastatione facta ad instantiam Petri Eschinardi, qui cum esset creditor Bartolomei Dorati in scutis 95. fecit deliberate controuersam Domum pro scutis centum quadraginta quinque, quam deindè possedit spatio quatuor annorum locans eam scutis 45. annuis, quo spatio fuisse conductam, ante & post ipsius Petri possessionem vsque in præsentem diem, inter partes non reuocarur in dubium, ideoque tanquam nulla ipso iure, subhastatio rescindi debet, ne sub nomine subhastationis publicæ, locus fraudibus relinquatur, vt possessionibus
1 viliori prætio distractis plus exactor ex gratia, quam debitor ex prætio consequatur inquit. *Text. in l. si quos, & in l. si voluntate C. de rescind. vendit. Mangil. de subhast. quæst. 39. num. 7. & seqq. Posth. inspect. 59. num. 3. Gratian. discept. 823. nu. 39. Rot. coram Caual. d. 358. num. 3. & in Romana, seu Albanen Bonorum 19. Ianuarij 1667. §. nullitas coram Eminentissimo Cerro, & in Ariminen manutentionis 15. Settembris 1670. coram Reuerendissimo D. Meo Decano.*

Læsio præcipuè probatur ex eo, quod pro parua summa scut. 95. fuit sub-
2 hastata domus valoris longè illam excedentis, vt ponderat *Afflict. d. 244. sub num. 1. versic. 5. Mangil. de subhast. q. 17. num. 1. Rota in rec. p. 6. d. 257. num. 12. coram Eminentissimo Ottob. d. 70. num. 10. & in dicta Romana, seu Albanen bonorum coram Eminentissimo Cerro d. §. nullitas.*

Quod autem valor Domus longè excedat summam debitam Petro Eschi-
3 nardo visum est Dominis euidenter probari, siue adhærere placeat opinioni *Surd. in cons.* 151. *num.* 70. asserentis prædia Vrbana solere reddere minus quinque pro centanario, siue ad stipulentur *Glosa finali* communiter receptæ *in authentica præte-*
4 *rea, & in auth. perpetua verb. Iusta C. de Sacros. Eccles.* determinanti fructus stabilium ad rationem quinque pro centenario, quam communiter sequuntur *Hond. cons.* 30. *n.* 20. *vol.* 1. *Afflict. d.* 184. *num.* 4. *in fin. Rota Ianuen. d.* 194. *num.* 3. *vers. cum talis taxatio Thomas. d.* 271. *num.* 14. *Rot. coram Caual. d.* 358. *nu.* 2. *coram Durano d.* 182. *nu.* 1. *& in rec. part.* 11. *d.* 317. *n.* 13. Cum enim domus solita fuerit locari scutis 45. annuis arguitur eius verus valor, vel in summa scutorum 1100. & vltra iuxta ptiorem sententiam Surdi, vel in summa scutorum 900. iuxta secundam magisque receptam Glosæ opinionem, & proinde longè semper vltra dimidiam immò quadruplum, & amplius excedit creditum Eschinardi scutorum 95. & deliberationem factam pro scutis 145. quæ non fuerunt soluta, sed tantum pro summa scutis 95. compensata.

Hac autem enormissima læsione proba-

ta

ea cum prædicta Domus non solum in dimidia, sed & in quadruplo, & vltra excedat creditum Elchinardi, & deliberationem factam, obseruatum fuit illum non excusari à mala fide, cum tunc præsumatur in gratiam emptoris viliori prætio rem venditam fuisse, & per consequens
5 fructus suos non fecisse ex rescripto *Alexand. in l. 1. in fin. vbi Gloss. communiter recepta verb. mala fide, Cod. si vendit. pign. agatur, & sunt Textus in l. & qui sub imagine 10. verf. si igitur C. de distract. pignor. in l. 3. vbi gloss. verb. inferenti in fin. & in l. qui in contractibus 8. C. de Iur. fisc. lib. 10. & per textum in l. 1. C. de fid. Instrum. & Iur. hast. eodem lib. 10.* distinguendo inter magnum, vel paruum ex-
6 cessum vltra dimidiam concludit *Castrens. cons. 156. sub num. 1. versic. primus quia lib. 2.* quem vnanimiter sequuntur *Surd. cons. 256. num. 3. Cranet. cons. 29. num. 4. & 5.* Et fuit resolutum in Consistorio Siciliæ, apud *Mangil. d. 33. num. 13.* qui licet subdat contrarium tenuisse, in hanc tamen sententiam re melius considerata venit *in d. 247. num. 3. & 4.* asserens ita passim iudicatum extitisse *Giurb. d. 105. num. 9. Fontanell. d. 66. nu. 15. Mangil. de Subhast. q. 43. à num. 9. vsque in fin. & q. 162. num. 10. & admissis Rota in Ariminen manutentionis 13. Ianuarij 1668. §. secundum verò coram Reuerendissimo D. meo Ceccino, & latè distinctum fuit in Imolen bonorum 6. Martij 1665. §. lesionis coram bo: me: Verospio.* Sed dictos fructus compensandos fuisse cum suo credito, & ideò cum quatuor annis controuersam
7 domum possederit fuisse de illo superabundanter satisfactum, vt in similibus terminis dictum fuit coram *Merlino d. 312. num. 4. & 5: & rec. part. 12. d. 262. num. 3.* & in his terminis *in d. Ariminen manutentionis coram Reuerendissimo D. meo Decano §. secundum.*

Neque admitti potest quod Angelus Felicius tanquam habens causam à Felice Basso, qui fuit immissus in hanc domum præsumatur satisfactus de illius credito, & consequenter controuersa Domus, libera remanere debet Magdalenę cum non possit habere plus Iuris quam haberet Bassus, cuius est Cessionarius, quia cum Felicius prædictam Domum possideat non solum, vti Cessionarius Bassi, sed & tanquam hæres Catarinæ filiæ, & hæredis Bartolomæi Dorati huiusce Domus veri Domini, & vti cessionarius filiorum, & hæredum Victoriæ alterius filiæ prædicti Bartolomei illam retinere potest vti verus Dominus cum per dictam subhastationem euidenter ex capite enormissimæ læsionis, & ipso
8 iure nullam, dominium ab illis, à quibus Angelus Felicius causam habet nunquam auocari potuerit, *Textus est in l. 4. §. condemnatum ff. de re indicata Cranett. cons. 29. nu. 5. Rot. post Canc. de ctusib. d. 153. n. 7. & in rec. p. 5. d. 411. n. 26.*

Firmato itaque bono Iure Angeli Felicij, illi dandam esse manutentionem Domini decreuere, & vice versa Magdalenam omni iure destitutam teneri ad purgationem attentatorum, quæ controuerti non possunt cum præter firmata *in d. Illustrissimi D. Vrbis Gubernatoris in principio*, in eius confirmatione obseruatum fuerit, quod Iudex primæ instantiæ mandauit expediri mandatum diebus 18. Iunij, & 12. Augusti vndè cum fuerit capta possessio die 17. eiusdem mensis, & sic intra decennium ad appellandum Signaturam
9 commisset causam cum facultate manutenendi, quem de Iure gesta omnia per Magdalenam ab attentatorum vitio excusari non possunt, cum rescriptum hoc vti suspendens executionem causet attentata, ita & taliter, vt retrotrahatur ad omnia prius gesta, vt per textum *in cap. non solum 7. de appell. in 6. in præcisis terminis dixit Rota coram* Canaler. *d. 613. num. 1. coram Royas d. 242. n. 3. in fin. & coram Eminentissimo Ottobono d. 155. num. 12. & 13.*

Et ita vtraque parte.

REVE-

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 11. Ianuarij 1672.

ARGVMEMTVM.

Aduersus sententiam, quæ transiuit in iudicatum non datur in integrum restitutio, nisi docto de nullitate, vel iniustitia eiusdem. Extrahens pecuniam ad inuestimentum destinatam, tenetur ad fructus, siuè ad damna, & interesse, prout retinens penes se partem prætij, tenetur ad vsuras prætij non soluti.

SVMMARIVM.

1 *Intrà appellationis tempora ipsam non prosequens, causa remanet deserta.*

2 *Tempora pestis grassantis non computantur in tempore præfixo ad appellationem prosequendam.*

3 *Fatalibus effluxis, sententia in iudicatum transit.*

4 *Simplex commissio appellationis non arctat appellantem ad causæ prosequutionem, neque Iudicis iurisdictionem firmat.*

Commissio, post citationem dumtaxat dicitur effecta communis. ibidem num. 4.

5 *Causa non à decreto citandi, sed à citatione exorditur.*

6 *Restitutio in integrum non datur aduersus sententiam, quæ transiuit in iudicatum, nisi docto de nullitate, vel iniustitia.*

7 *Extrahens pecuniam ad inuestimentum destinatam tenetur ad fructus, siuè ad damna, & interesse.*

8 *Emptor tenetur ad vsuras prætij non soluti.*

9 *Qui inuestiendi onus in se suscepit, tenetur ad fructus, qui ex inuestimento percipi potuissent.*

10 *Fructus recompensatiui non debentur nisi post moram insurgentem à die interpellationis.*

11 *Extrahens pecuniam ad futurum inuestimentum destinatam tenetur ad damna, & interesse.*

12 *Simplex debitor pecuniarius ad nullos fructus tenetur.*

13 *Pecunia deposita pro certo inuestimento habetur tanquam species, & dans causam non inuestimento tenetur ad interesse calculandum ad rationem fructuum speciei, in qua faciendum erat inuestimentum.*

14 *Secundus contractus non facit nouationem quoàd expressè præseruata in primo contractu.*

15 *Causa non cogitata, vel non inclusa à renunciantibus, non liberat depositarium vbi eius culpa inuestimentum factum non fuit, à solutione fructuum.*

16 *Dolo futuro alterius ex contrahentibus renunciari non potest.*

17 *Obligatio Cameralis in venditione apposita damnorum, & interesse stipulationem includit.*

18 *Sententiam vti excessiuam impugnans, excessum probare tenetur, alias pro liquidatione fructuum succedit taxa legalis.*

19 *Regni Proceres iurisdictionem habent in primis, & secundis instantijs.*

20 *Illiquida molestia super non libera iurisdictione rei venditæ ab vsuris prætij non soluti emptorem non liberant.*

21 *Creditum in iudicatum transactum retardari non potest.*

DECISIO IV.

Constare de re iudicata non autem de causis restitutionis in integrum, alterius decisionis 12. Iunij præteriti coram me emanatę funda. mentis innixi iterum Domini responderunt.

Res iudicata insurgit ex lapsu fermè trium annorum à die appellationis 12. Augusti 1655. interpositæ absque quòd aliquid in causa gestum
1 fuerit prout ad euitandam desertionem ex vtriusque iuris dispositione

requirebantur. *Text. est in l. si contra maiorem 8. ibique gloss. verb. præfinitis C. de appell. in Auth. ei qui C. de temp. appell. in cap. cum sit Romana 5. & cap. constitutus 45. de appell. & in Clem. si appellationem; & Clem. sicut eodem tit.* Adeòut subductis etiam octo mensibus, quibus ob pestem grassantem Iudicia in Vrbem siluerunt, vt dictum fuit in *Romana mercedis 23. Ianuarij 1664. §. & quamuis coram Reuerendissimo Decano*, prout detrahenda esse probant
2 *Asin. in prax. §. 2. cap. 11. num. 34. Tondut. part. 1. quæst. benef. 86. n. 16. Marchia debell. diuin. part. 9. cap. 4. §. 2. num. 14. Cappucc. in prax. p. 3. cap. 5. num. 56, aliyque adducti in præterita decisione §. neque appellanti*; negari non possit, quin Dux in reliquo tempore negligens extiterit in
3 prosequendo appellationem, ideòque fatalia appellationis tempora effluxerunt sententiaque in iudicatum transierit, vt bene probant *Grat. discept. 449. num. 18. & 20. vers. nam detracto Spad. cons. 241. num. 20. vol. 2.* mature examinato articulo dixit *Rot. in recent. part. 2. d. 156. num. 2. & 4. vers. tamen subducto coram Biehto d. 665. in fin. & coram Comitulo d. 44. num. 4. & 5.* cum alijs in Decisione, quæ reuidetur *§. quò verò*, cum non solum aliquid in causa non gesserit, sed neque causam ipsam, vel per simplicem citationem ad dicendum contra commissionem inchoauerit, sine qua sicut commissio appellationis Eminentissimo Cerro præsentata nondum erat effecta communis, neque ipsum appellantem arctabat
4 ad causam prosequendam, qui interim poterat pænitere, & à causa recedere ad *Text. in l. sempronia 74. ff. de furt.* neque ipsius Iudicis iurisdictionem firmabat, ita & consequenter causa inchoata dici non poterat, quæ neque à decreto citandi, sed
5 ab ipsa citatione, exorditur. *Text. in l. libertus 13. ff. de in ius vocan. in cap. relatum 19. vbi gloss. verb. contestata, & in cap sequenti verb. quasi captum ff. de off. delegati gloss. in rubr. C. de in ius vocan. ibique Bald. Castren. Iason.* & reliqui scribentes, & notant *Cannonistæ omnes in cap. ex Conquæstione de restit. Spol. Feder. de Sen. cons. 248. vers. & nisi. Marant. in specul. part. 6. art 2. num. 231. & seqq. Vestr. in praxi lib. 7. cap. final. nu. 9. & 10. Lancell. de attent. appell. pendent. cap. 12. in præfat. 50. Ridolph. in prax. part 1. cap. 13. num. 447.* & constanter dixit *Rot. apud fasol. caus. 17. dub. 37. coram Cassad. decis. 6. num. 8. de appell. coram Acehil. de Grass. d. 11. eod. tit. in recent. part. 2. d. d. 156. num. 1. coram Dunoz. Iun. decis. 745. num. 1.* ac latè *coram Buratt. d. 138. à num. 2.* & post *Tondut. de pens. d. 11. num. 6.* cum alijs in *decis. præterita §. quo enim, & in Ariminen prædij 5. Iunij præteriti §. licet coram R. P. D. meo Burlemont.*

Restitutio autem in integrum denegatur eo ipso, quod huc vsque doctum
6 non fuit de nullitate, vel iniustitia sententiæ A. C. in iudicatum transactæ, quibus deficientibus cessat læsio, quæ est causa restitutionis in integrum *l. quod si minor 25. §. 1. l. non omnia 45. ff. de minor. l. non postea §. si minor. ff de iur. iuran. Abb. cons. 77. in 2. col. vers. aduertendum lib. 2. Dec. cons. 476. num. 4. & 5.* qui adducit Rotam in *nou. d. 87. qua hodiè est decis. 5. de restit. spol.* cum alijs *in decis. quæ reuidetur §. final.*

Euidens enim est iustitia sententiæ condemnantis D. Ducem ad fructus decursos à die, qua extraxit à monte Pietatis Vrbis scut. 2000. ex residuo prætij Castrorum à Marchione Ioanne Petro Caffarello eius Patre emptorum, quæ tam ex instrumento à Cincijs Venditoribus cum D. Marchione Petro confecto, quàm ex transactione cum ipso Duce Emptoris filio inita in dicto Monte relinquere tenebatur, vt inuestirentur in tot censibus, locis Montium non vacabilibus, vel stabilibus, & indè pto dd. Castrorum euictione multiplicarentur Summatio Cincij alterius positionis *num. 1. & 2.* ideòque cum retinuerit penes se partem prætij, quod inuestiendum relinquere
7 debebat, equum est vt teneatur ad fructus, siuè ad damna, & interesse ob extractionem pecuniæ ad inuestimentum destinatæ contra pacta conuenta

uenta DD. *in l.4. §. Cato, & in l. stipulationes non diuiduntur ff. de verb. obligat. Rain. conf. 141. num. 19. in fin. vol. 3. Rot. coram Bich. d. 369. nu.5. in recent. part. 4. tom. 2. d. 668. num. 2. part. 5. d. 103. nu. 27. & p. 10. d. 26. num. 31.* siuè ad vsuras prætij non soluti ex æquitate Iustitiæ com-
8 mutatiuæ, ne emptor, re & prætio fruatur contra iustissimas iuris sanctiones *in l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt. in l. curabit 5. C. eodem & in l. 2. C de vsuris*, quas Canones approbasse testatur *ibidem gloss. addition. & in cap. conquestus verb. de feud. extra eodem tit. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 24. num. 7. latè Couar. lib. 3. var. resol. cap. 4. num 1. & seqq. Cost. sicul. conf. 31. num. 4. Surd. conf. 101. num. 23. Honded. conf. 44. nu. 1. Rot. in recent. part. 3. d. 370. num. 3. coram Carill. d. 278 num. 1. & post Cenc. de Censib. d. 124. num. 25.* cum alijs *in Baren Census 15. Iunij 1661. coram Verospio, & in d. præterita §. neque Dominus*. Et quamuis contra vtramque partem conclusionis responderetur præsentes fructus neque deberi tanquam damna, & interesse ob non factum inuestimentum cum nulla mora considerari posset in Duce, qui non tenebatur ad illud, cui ideò sufficiebat ad simplicem Venditorum requisitionem, qui onus inuestiendi in se assumpserant paratam pecuniam offerre, quidquid secus esset si Dux ipse onus hoc inuestien-
9 di in se suscepisset, quo casu teneretur ad fructus, qui ex inuestimento percipi potuissent ad Text. *in l. Tutor 8. §. si post ff. de admin. Tutor. l. si procuratorem §. mandati actio ff. mandati* cum alijs per *Honded. conf. 39. n. 3. & seqq. vol. 2. & per Gratian. discept. 920. num. 26. & 27. & 932. num. 34.* prout vtramque casum distinguendo concludit *Rot. post Merl. de pignor. d. 44. num. 11. coram Dunozet. lun. d. 699. nu. 15. & 16.* vbi quod nihil refert consensus ab emptore inuestimento præstandus, *in Romana fructuum dotis 21. Aprilis 1651. §. quoniam coram Eminentissimo Cerro*, confirmata *coram Bichio d. 487. nu. 7. cum seqq. & decis. 492.*

Neque etiam fructus prætendi posse tanquam vsuras prætij non soluti cum per illius integrum depositum Dux liberatus fuit, qui licet postea illud reassumpserit cum consensu Venditorum, vt in causas in transactione postmodum inita conuentas erogaretur, in hoc tamen secundo contractu in quo primum nouatum fuisse dixit *Rota in Romana pecuniaria 24. Nouembris 1659. & 12. Martij 1652. coram Illustrissimo Beuilaqua Vrbis Gubernatore*, non consideretur amplius tanquam emptor, sed tanquam simplex mandatarius, vel depositarius pecuniam retinens ex nouo contractu, ac ex diuersa causa, in quam non influit antecedens obli-
10 gatio ad fructus compensatiuos vigore *d. l. curabit C. de actio. emp.* Sed doceri debet de mora à die interpellationis insurgente *text. in l. emptor 28. ff. de nonat. Soccin. Sen. conf. 130. nu. 15. & seqq. vol. 4. Surd. conf. 269. num. 15. & 18. cum quo transit Ciriac. controu. 252. num. 52. Leotard. de vsur. q. 27. in fin. Giurb. decis. 87. num. 35.*

Adhuc tamen placuit replicatio quòd fructus hoc casu non petuntur ob non factum inuestimentum, quod verè spectabat ad Cincios Venditores, sed ob extractam, & consumptam à Duce pecuniam, quam re-
11 linquere tenebatur pro futuro inuestimento, ex qua contrauentione eo ipso dicitur commissa stipulatio damnorum, & interesse, ex notatis per DD. *in l. 4. §. lato, & in d. l. stipulationes diuiduntur ff. de verb. obligat.* ideòque non versari in simplici de-
12 bitore pecuniario, quem certum est ad nullos fructus teneri, quos pecunia non parit iuxta *Text. in l. vsura 121. ff. de verb. signif.* vt magistraliter tradit *Archid. in cap. Eiciens 88. dist.* cum alijs in celebr. *decis. Merlini 409. & coram cla. me Cardinali Celso d. 291. num. 1. & 2. & in Ariminen Landi 1. Iunij præteriti §. siquidem coram me*, sed versari in debitore pecuniæ iam depositæ pro inuestimento in stabilibus, censibus, vel locis montium, quæ cum habea-
13 tur tanquam species non tanquam quantitas iuxta *Text. in l. talis scriptura 30. in fin. ibique gloss. verb.*

species, & in l. si seruus 111. §. Qui-
cumque ff. de legat. 1. id circo non se-
cus, ac si simpliciter Dux abstulisset
stabilia, vel loca montium ad isto-
rum fructuum rationem interesse de-
betur. Alex. cons. 30. num. 3, vers. sed
ita est, & cons. 200. num. 3. in fin. vol.
6. Dec. cons. 33. num. 6. & dixit Rot.
post Pacif. de saluia interd. d. 159. n.
2. & seqq. coram Bichio decis. 403.
num. 33. & 34. in recent. part. 54. to.
2. d. 85. num. 18. & in Romana in-
uestimenti 22. Iunij 1629. & 22. Maij
1630. coram Reuerendiss. Ghislerio
Episcopo Imolen.

Quò verò ad alteram responsionem,
DD. transierunt cum præterita de-
cisione, in qua ad hominem osten-
sum fuit Cincios quidem consensis-
se, vt Dux recuperaret cedulam
integri pretij depositi in Regio
Consilio Neapolitano exhibitam,
non tamen ad hoc vt pecunijs depo-
sitis liberè vteretur, sed vt eadem
causa prioris venditionis manente
ex integro pretio 12000. scutorum,
quæ omnia in monte remanere de-
bebant pro Castrorum euictione in-
uestienda 10. m. solumodò liberè
Cincijs in causas in transactione ex-
pressas soluerentur, reliqua verò
2000. remanerent vt prius in eodem
monte pro castrorum euictione in-
uestienda vt in instrumento transa-
ctionis summario præterito de Cin-
cijs num. 2. Ideoque res sit in claris,
vt quò ad dictam solutionem scuto-
10000. nouatio quidem facta intel-
ligatur, pro vt intellexit Rot. in d.
Romana pecuniaria coram Illustriss.
Vrbis Gubernatore non autem quòad
residua hæc 2000. expressè preser-
14 uata, cum notissimi iuris sit secun-
dum contractum, priorem nouare in
ijs quæ expressè dicuntur, vel ex
actuum incompatibilitate eliciuntur
non autem in his, quæ expressè præ-
seruantur quia tunc manet pristina
obligatio, & secunda solum ei ac-
cedere dicitur, vt resecatis veteris
iuris ambiguitatibus statuit Iustinia-
nus in l. fin. C. de nouat. & in §. præ-
terea instit. quib. mod. tollat. oblig.
DD. in l. dicta ff. si certum petatur alijs-
que congestis Mastrill. d. 40. num. 4.
& 5. Gozzad. cons. 38. num. 1. 2.
Borgnin. Caualc. d. 108. num. 10. par.
4. & in his terminis immutati inue-
stimenti Rot. in recent. part. 4. to. 2.
dec. 85. & to. 5. dec. 668. num. 4. & 5.
part. 12. d. 56. num. 6. & 7. ac in Fanen.
pecuniaria 2. Iunij 1668. in fine coram
Eminentiss. Carpineo Prodatario, vbi
quod præseruatio prioris contractus
operatur in casibus in secundo non
nouatis.

Cæterum quò ad remissionem quo-
rumcumque fructuum decursorum,
vel in futurum quommodo libet de-
currendorum in transactione appo-
positam placuit DD. responsio Deci-
sionis in §. Horum autem, vt condo-
net quidem omnes fructus in futu-
15 rum decurrendos, non tamen debi-
tos ex hac superueniente causa ob
culpam ipsius renunciatarij, depo-
situm auferentis, quam renuncian-
tes, vel non cogitarunt, vel non in-
cluserunt ad text. in l. qui officij 62.
§. final. ff. de contrahen. empt. & in
l. cum proponas 3. C. de naut. fen. &
preter adduct., in d. probant Marsil.
singul. 96. Alex cons. 47. num. 4. & 5.
vol. 1. alijque apud Galerat. de renun-
ciat. lib. c. 2. num. 50. & per Rot. coram
16 Card. Celso d. 78. num. 6. quasi dolo
futuro alterius ex contrahentibus
renunciari non possit, inquit text. in
l. contractus 24. vers. excepto eo ff. de
regul. iur. quidquid secus sit in dolo
præterito vt distinguit Celes. in l. si
vnus 28. §. pacta ff. de pact. vbi com-
muniter scribentes, alijsque relatis;
Couar. lib. 2. var. resol. c. 14. num. 3.
monet. dicta part. 3. q. 5. num. 9. vers.
Quoniam licet latè Donade. de re-
nunc. c. 17. num. 15. & seqq. & num.
35. & seqq. Rot. diuers. part. 2. d. 102.
nu. 13. coram Coccin. d. 108. num. 6.
vbi quod alias inuitaretur quis ad
delinquendum, & in alijs relatis in
annot. ad decis. 16. num. 17. & seqq.
part. 8. recent.

Ex quibus vindicata iustitia sententiæ
DD non probarunt obiectam nulli-
tatem ob illius excessum, tam in-
specta persona Ducis, qui veluti
hæres Patris emptoris pro medieta-
te, summario eiusdem num. 9. ad hos
fructus in totum conueniri non po-
terat ad lit. tex. in l. 2. C. de hared.
act. & in l. 3. §. hares ff. commod: quinimo

etiam

etiam inspecta summa ad rationem quatuor pro centanario, ad quam probatum non fuit fructus perceptos ascendere, vt opus esset, cum ad illorum rationem debiti sint, non autem secundum DD. opinionem, vel taxam legalem *Alex cons.69. n.4. vol. 1. Fontanell. d.92.num.15. Mantic. de tacit. d. lib. 4. tit. 24. num. 8. & seqq. Rota coram Seraph. d. 480. num.4. coram Bichio d.511. num.4.& in recent. part.12.d. 196.num.34.*

Ad primum enim dicebant Domini debitum hoc non esse comune cum cohærede, sed proprium ipsius Ducis, qui veluti Primogenitus solus in castris succedit, in quibus iure francorum ad huc viuitur *Ioseph de Ros. consil. 29. num. 46. & 47.* ideòque solus ipse transegit, & quod magis est dictas pecunias in proprios vsus solus conuertit summario præterito de Cencijs num: 2. & 5. ità vt ad il-
17 lius fructus meritò executiuè condemnatus sit, stante obligatione Camerali in venditione, hac transactione apposita, quæ damnorum, & interesse stipulationem includit, vt alias respondit *Rot. apud Cenc. de Censibus d. 167. num:5.post Zacch. de oblig. Camer. d. 244. num. 4. coram Bich. d. 369. num.eodem, & in recent. part.10.d.206. num.7.& 8.*

Ad secundum verò licet aliena videretur hæc disceptatio cum fructus non solum petantur, vt vsuræ prætij non soluti, sed ratione damnorum, & interesse ob extractam pæcuniam, in locis montium, censibus, vel stabilibus inuestiendam, quæ certum est reddere quatuor pro centanario, & vltra, ad quorum fructuum rationem vsurę debentur ex supra dictis *S. ad hoc tamen.*

Nihilominus respondebatur D. Duci impugnanti sententiam incumbere
18 onus probandi excessum, alias succedit taxa legalis de qua *in auth.praeterea, & in auth. perpetua C.de sacros. eccles.* vt explicat *Rot.coram Carill. d. 268. num. 3.* quę in hisce Castris Regni Neapolitani ad sc. 4. pro centenario saltem ascendit vt præter adduct. *in præterita d.* probant *Castell.de donat. Tract. 1. discur. 20. part. 6. num. 152. Ros. consult. 22. num.8.*

Molestiæ autem quas Dux se passum fuisse ostendit in Iurisdictione Castrorum, eius summario num. 7. & 8. non sunt aptæ executionem huiusce rei iudicatę immorari, vel quia non percutiunt Iurisdictionem in primis, & secundis Instantijs, quas om-
19 nes Regni Proceres habere testatur alijs adductis *Carleual.de iudic. lib. 1. tit. 1.disp. 2. q. 7. sect. 1. num. 793.* sed potius non solutionem taxarum, & ad hoc vt inferunt verba rescripti Pro Regis summario Ducis num. 8. vel quia sunt illiquidæ cum à 18.
20 annis, super ijs institutum fuerit iudicium coram A. C. quo pendente fructus *ex d. l. curabit* Cincijs debiti suspendi non possunt, vt de communi norat ibi *Cagnol. num. 31. & seqq. Coll. ficul. d. cons. 31. num. 8. & 9. & Honded. d.cons.44. num.3.& seqq. vol. 1. Surd. cons. 101. num. 23.* neque ex inde illius creditum in iudi-
20 dicatum transactum retardari contra *tex. in l. 1. & in l. fin. vbi omnes C. de execut. rei iudic.; ac in l.fin. C. de compensat. Bald. cons. 152. in fin. vol. 1. Surd. decis. 46. in fine Rota coram Mantic.decis. 349. in fin.* & alijs congestis *in recent.part.10.decis.256. num. 21.*

Et ità vtraque.

REVERENDISSIMO P. D. CALATAIV.

Firmana Fideicomissi.

Veneris 15. Ianuarij 1672.

A R G V M E N T V M.

Transactio inutilis, & damnosa non sustinetur. Vocati ad fideicommissum non tenentur restituere pecunias, quas in fideicomissi vtilitatem cessisse non constat. Restitutio in integrum aduersus prescriptionem intra quadriennium peti debet.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio facta super re, quam quis pra-*

prætendere non potest uti damnosa, & inutilis est nulla.

2 *Hæreditas per fideicomissum, & verbis obliquis in Codicillo adimi potest.*

3 *Trebellianica in Codicillo prohiberi potest.*

4 *Transactio super re disputabili est valida.*

5 *Transactio bona fide facta dicitur, & successores afficit si super re, quæ transigitur habeatur opinio in contrarium unius Doctoris classici.*

6 *Vocati ad fideicomissum non tenentur restituere pecunias quæ in fideicomissi vtilitatem non cesserunt.*

7 *Fideicomissum pænale non aperitur sine dolo, & malitia.*

8 *Quælibet causa etiam iniusta pœnam priuationis euitare facit.*

9 *Aliud pro alio volente creditore solui potest.*

10 *Debitor totalem liberationem consequitur, suorum debitorum nominibus datis in solutum.*

11 *Dependentia accidentalis nullam correspectiuitatem inducit.*

12 *Aduersus ignorantiam non datur restitutio in integrum nisi sit probabilis. Sanguinis coniunctio, & cohabitatio excludunt ignorantiam probabilem. Ibidem num 12.*

13 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem peti debet intra quadriennium à die qua præscriptio completa fuit.*

14 *Creditum non clarum, vel liquidum, retentionem excludit.*

DECISIO V.

RESolutum fuit coram R.p.d. Beuilaqua die nona Ianuarij 1671 sententiam immissionis, quam Stephanus, & alij de Natinguerra vocati ad fidecomissum q. Petri Dominici reportarunt coram R.p.d. m. Taya quoad predium nuncupatum Campo d'Arca, ramquam validam, & iustam transijsse in iudicatum ob non prosequutam in tempore appellationem, & retentionem oppositam pro florenis 600. à Cæsare Orlando mutuatis, primis Hæredibus grauatis pro recuperandis per viam concordiæ bonis fidecomissariis Petri Simonis à Geraldino sub diuersis prætensionibus occupatis, ex pluribus Horatio non competere, quam resolutionem hodiè Domini coram me in causa suffecto ex eisdem fundamentis confirmandam esse dixerunt.

Subsistit enim primum decisionis fundamentum quòd ex supposito mutuò vocati ad fidecomissum Petri Dominici, de cuius bonis hodie agitur nullum commodum fine vtilitate reportarunt, quia licet in transactione Geraldinus renunciauerit
1 prælegatis, & institutioni ad sui fauorem factæ pro certa parte in Testamento Petri Dominici, talis tamen renunciatio fuit penitus inutilis, & frustatoria alijs vocaris, dum idem Petrus Dominicus in secundis Codicillis instituto Geraldino in solis florenis 10. in reliquis antecedentem institutionem vna cum prælegatis reuocauit, qua stante reuocatione, sicuti nihil pretendere poterat à fideicomissarijs, ità transactio desuper emanata præuia solutione floren. 600. incontinenti detegitur inutilis, & damnosa immò verius nulla, & inualida vt præter adductos *in decis.* §. *sed huiusmodi* tenuerunt *Rom. cons.* 517. *num.* 18. *Crauett. cons.* 152. *num.* 10. *& 11. Rot. in Rom. seù Floren. transactionis* 4. *Aprilis* 1660. *coram Eminentißimo*
2 *Cerro* §. *duo prætereà* quòdque hæreditas per fidecomissum, & verbis obliquis adimi possit in Codicillis, quin immò ex æquitate verba directa obliquentur stante valida institutione in Testamento *l. Sceuola ff. ad Treb. ell. Crass. in* §. *Codicillis num.* 17. *verf. tamen hodie in rec.d.* 57. *n.* 9. *& 10. part.* 7. & in his possit in-
3 simul etiam prohiberi Trebellianica, plenè firmat eadem decio in §. *ademptio, &* §. *sequenti.*

Non obstat quod pro substinenda transactione sufficiat quod in iure sit disputabile an. d. Trebellianica po-
4 tuerit prohiberi prout negatiuam tenet *Bald. cons.*474. *in fin.lib.*2. *Ias. cons.* 99. *num.* 23. *lib.* 4. *Alciat. cons.* 113. *num.* 13. *lib.*9. *Crass. de testam. q.* 62. *num.* 4. *in fine Simon. de Pretde interpret. vlt. vol. part.* 1. *num.*14. *& seqq.* immò satis sit quod adsit in con-

contrarium vnus Doctor Classicus
ad hoc vt dicatur facta bona fide, &
afficiat successores *Rot.d.263. num.3.
part.3. rec. Adden ad Greg. d.149.nu.
6.* quoniam in præsenti non agitur
de rescindenda transactione, & de
auferendo id quod à grauatis Geral-
dino transigenti datum fuit, in qui-
bus terminis loquuntur supracitatæ
decisiones, sed firma remanente
transactione solum dicitur, quòd
vocati ad fideicomissum non tenen-
6 tur restituere pecunias ab Orlando
mutuatas cum non cesserint in vtili-
tatem fideicomissi vt præter allega-
tos in decisione firmat *Molin. de pri-
mog.lib 4.cap.9.num.25 vers. & vers.
quibus casibus,*

Prætextus verò quod dum Geraldinus
renunciauit in transactione etiam fi-
deicomisso Petri Simonis, ad quod
erat vocatus in casu, quo hæredes
instituti, & substituti non implerent
onera demandata in Testamento sub
pœna caducitatis, exinde saltem re-
sultet vtilitas Stephano,& alijs fidei.
comissarijs retinentibus bona tam
Petri Dominici, quàm Petri Simo-
nis tollitur tum ex responsione data
in *d. §. neque vtilitas* tum eo quòd
non constat fuisse per grauatos posi-
tiuè contrauentum dispositis à d.Pe-
tro Simone, & quidem cum dolo,
7 & malitia, sine quibus tale fideico-
missum pœnale Geraldino non ape-
riebatur *Dec.cons.273.nu.2. Honded.
cons.59.nu. 37. lib. 1. Menoch. cons.
214. nu. 44. & cons. 278. nu.15. Rot.
d. 429. nu. 3. part. 4. diuers. d.293.
nu. 4. part. 6. rec. d. 492. num. 1. co-
ram Merlin. d. 110.nu.13. 21. & 22.
coram Eminentissimo Otthobono & d.
416. num. 2. coram Reuerendissimo
8 Abulen* imò exclusa prorsus qualibet
excusatione, nam alias quælibet cau-
sa etiam iniusta sat est ad euitandam
pœnam priuationis *Eugen. cons. 53.
num. 36. lib.2. Gabr. cons. 90. nu.20.
lib.1. Honded. d. cons. 37.cum seqq.
Marcabr. cons. 36. num. 45. Me-
noch. cons. 903. nu. 11. Gregor. dec.
388. num. 4. Buratt. d. 182. num. 5.
& dec. 293. num. 5. eart. 6 rec.*

At quando prætensiones Geraldini ali-
quam habuissent subsistentiam pote-
rat dimitti cum frumento, mobili-
bus, & eredito florenorum 235. in
hæreditate existentibus absque ne-
cessitate recipiendi mutuo pecunias
ab Orlando, vt pro secundo funda-
mento ponderat *eadem decisio in §.
addito existentia frumenti* vltra illud
consignatum Dianæ Legatariæ, pro-
batur ex pluribus datis in summario
Stephani, & præcipuè ex instrumen-
to transactionis in quo condonatur
Geraldino frumentum salmarum
octo per ipsum habitum, & deposi-
tatum penes Cæsarem Orlandum
præterito summario Stephani nu.11.
existentia pariter supradicti crediti
de tempore obitus Petri Dominici
non reuelat quòd non peruenerit ad
notitiam hæredum nisi de Anno
1601. quia saltem post habitā scien-
tiam tenebantur pro rata mutuum
cum Cæsare contractum extinguere,
& fideicomissum liberare, mobilia
verò non erant modici valoris, at-
tenta eorum quantitate, vt in Inuen-
tario dato in d. summario num 9.vbi
in fine etiam describuntur dolia, &
contenta in duabus capsis clausis
quarum Claues famula Petri Do-
minici in actu confectionis Inuenta-
rij deposuit, & hæredes receperunt
d.sum. num.10.

Firmū quoque remanet alterum deci-
sionis fundamentū extinctionis præ-
dicti mutui dum grauati in se accol-
larunt duos census eiusdem Orlandi
quos postmodum extinguere pro-
misit Horatius Centoflorenus acce-
ptatus in debitorem ab eodem Or-
lando dum eius nomen cessit Here-
dibus Thomæ Pellicani, seu eorum
Tutrici quæ pro rata florenorum
400. extinxit censum salentiæ, & re-
siduum florenorum bis centum Or-
lando in contanti persoluit, vt ple-
nè constat ex dicto præterito *sum. n.
4.5.* & 6. ex qua facti serie manife-
stè resultat Hæredes grauatos inte-
graliter satisfecisse, quia licet pro-
misserint census extinguere nihilo-
minus quia assignarunt pro extin-
9 ctione nomen Debitoris acceptatum
ab Orlādo Creditore talis assignatio
habet vim veræ, & realis solutionis
eum non repugnet solui aliud pro
alio volente Creditore *l. §. an potest
ff. de constit. pecun. Bart. in l. 2. §.
mutui*

mutui ff. si cert. peta Surd. d. 197. n. 6. & debitor penitus liberatur *l. fin. §. cum mihi, aut Titio ff. de verb. oblig. l. item liberato §. qui paratus ff. qui. bus mod. pign. vel hypot. solu. Surd. d. dec.* 187. *num.* 10. quin immò concurrente predicta acceptatione inducta fuit quædam delegatio, seù verius insolutum datis nominibus
10 debitoris per quam debitor totalem pariter liberationem consequitur, vt coram *Buratt. d. 476. num. 7.* & in fortioribus terminis deliberatarij, qui non soluerat in numerata pecunia sed tamen in se debitum Creditoris accollauerat pluribus probat. *Rota d. 84. num. 2. part. 3.* & latè prosequitur, *Pos. de subbast. inspect. 37. num. 68. & seqq.*

Nec obstat quòd extinctio census falentiæ fuerit declarata nulla, quia non inde prætendi potest nullam etiam fuisse acceptationem nominis debitoris Horarij Centoflorenі factã ab Orlando sub pretextu asserte correspectiuitatis. Respectu enim actus acceptationis præfatæ factæ per Orlandum non potest prætendi aliqua correspectiuitas cum d. extinctione quamuis cõtemporanea, dum quilibet actus habebat suam causam separatam, & independentem, acceptatio nempe facta fuit ex quo Orlandus erat creditor grauatorum; extinctio verò census Falentiæ facta fuit, quia erat proprium ipsius Orlandi debitum, & sic actus acceptationis, quamuis contemporaneus, nullam habeat correspectiuitatem,
11 dum non aderat aliqua dependentia substantialis, sed ad summum occasionalis; seù accidentalis, quæ correspectiuitatem non inducit. *Ancheran. in cap. accessorium num. 16. vers praterea isti duo actus de reg iur in 6. Ioannes Baptista de S. Blasio de correlat. q. 66. num. 54. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 28. in addit. lit. F. apud Merlin. de pign. d. 142. num. 24. & 25. in rec. d. 439. num. 31. part. 9 & d. 6. num. 30. part. 11.* Cumque nullitas extinctionis proueniret ex facto, & culpa ipsius Orlandi, qui agendo cum Tutrice, & Pupillis debebar cautius agere ipse tanquam Author nullitatis illam subire tenetur non autem grauati de Natinguerra, qui statim sequuta acceptatione remanserunt liberati vt pluribus firmat *eadem decis. quæ videtur §. nec refert.*

Suffragatur etiam eisdem fideicomissarijs fundamentum longissimę præscriptionis 60. annorum, & vltra pariter in *decisione deductum in §. demum.* Nec subsistit quod Orlandus non potuisset agere nisi à die, quo fuit declarata nulla d. extinctio, quia verius est quod statim ab ipsa die factæ acceptationis, & extinctionis agere poterat contra Centoflorenum, cuius nomen sibi cessum fuerat, vt solueret falentiæ, seù Pellicanis Cessionarijs, & aduersus d. prę-scriptionem non potest prætendi re-
12 stitutio in integrum ex capite ignorantię, quia debet esse probabilis, qualis in hoc casu non adest attenta coniunctione sanguinis Horatij, & continua habitatione cum Cæsare Patre *Rot. dec. 238. num. 20, & 21. part. 8. rec. & d. 153. & seqq coram Carillo*, & petenda erat intra quadriennium post completam pręscriptionem triginta, vel quadraginta annorum *l. fin. Cod. de temp. rest. in integr. Rot. dec. 94. num. 4. part. 5. rec. & d. 105. num. 4. coram Carillo* & tamen in isto casu lapsi erant sexaginta anni, & vltra vt dictum est.

Quæ omnia exuberant ad denegendam retentionem eum pro illius exclusione, satis sit Creditum non esse omnino clarum, & liquidum *Rot. dec. 43. num. 5. part. 9. rec.*

Et ità vna tantum &c.

RE-

REVERENDISSIMO P. D. EMERIX.

Romana Domus.

Luna 30. Maij 1672.

ARGVMENTVM.

Beneplacitum Apostolicum in instrumento contractus expressè reseruatum, & omnis alia solemnitas, in concessione rei Ecclesiasticæ interueniſſe præſumitur ex lapsu centum Annorum, cum vtilitate Ecclesiæ, & obseruantia subsequuta.

SVMMARIVM.

1 *Domus ad tertiam generationem locari solita absque beneplacito Apostolico in perpetuum concedi non potest.*

2 *Ex lapsu centum Annorum cum obseruantia præsumitur beneplacitum Apostolicum.*

3 *Ex lapsu centanaria vtilitas præsumitur.*

4 *Augumentum Canonis rèdendat in vtilitatē Ecclesiæ solutio facta pro reparatione Ecclesiæ concedenti; emphitheusim, in vtilitatem Ecclesiæ redundare dicitur, ibid: num.4.*

5 *Obseruantia ex longeua; & continuata canonis solutione deducitur Obseruantia deducitur ex continuata pacifica possessione fundi emphitentici ibidem num.5.*

6 *Centenaria præseruatur in Constitut. Vrb. VIII. de præiudicialibus Ecclesiæ.*

7 *Centenaria dinumeratio fit habito respectu ad tempus motæ litis.*

8 *Ab Anno inuestituræ, temporis numeratio incipere debet transactio non interrumpit præscriptionem centenariam ibid.n.8.*

9 *Transactio nouum titulum nō præstat, si præcedens est validus, & de expressa nouatione non constat.*

10 *Approbatio præcedentis inuestituræ nouationem excludit.*

11 *Pacta de nouo apposita fauore Ecclesiæ nouam concessionem non important.*

12 *Locatio in perpetuum cum clausula* quatenus opus sit, *data validitate præcedentis concessionis facta ad tempus non facit nouam concessionem.*

13 *Ante Const. Vrb. VIII. de præiudicialibus Ecclesia ex lapsu 30. Annorum præsumebatur beneplacitum in instrumento reseruatum, cum omnibus solemnitatibus.*

14 *Præscriptio tricenaria non fuit sublata per Const. Iulij III. quæ solum mandat reuocari alienationes damnosas, & præiudiciales.*

15 *Dictio,* Diu, *verificari potest in Anno, vel in biennio.*

16 *Præscriptio non interrumpitur per sententiam latam fauore possessionis.*

17 *Præscriptio non interrumpitur per Transactionem litem extinguentem & confirmantem possessori veterem possessionem.*

DECISIO VI.

DOmini iterum censuerunt non constare de nullitate Inuestituræ
& sic Standū esse in decisis 25. Iunij
1669. coram R. P. D. meo Beuilaqua nunc Almæ Vrbis Gubernatore
quia vnicum repetitum obiectum,
quod domus antea locari solita ad
1 tertiam generationem Masculinam
non potuerit anno 1524. concedi in
perpetuum absque beneplacito Apostolico tollitur ex responsione alias
data, quod attento lapsu centum
& vltra annorum vna cum vtilitate
Ecclesiæ, & obseruantia subsequuta,
beneplacitū in instrumento expressè reseruatum, & omnis alia necessaria solemnitas præsumitur interuenisse vt preter adductos in dicta
2 decisione R. P. D. mei Beuilaquæ,
§. non obstat firmant *Gratian. discept.
867. num. 18. cum seq. p. 121 & in Senen. Emphiteusis 17. Martij 1664. §.
& licet coram b.m. Auunculo meo cum
alijs in* Romana *domus 28. Ian. 1669.
§. non obstat coram Eminentiss. D.
Card. Prodatario.*
3. Vtilitas resultat non solum ex ipso
lapsu temporis *Giarlin. contr ou. 39. n.
4. Caren. resol. 102. num. 1. cum seq. Rot.
coram Ludouis. decis. 393. n. 1. ibique
Add. num. 4. & in Bononien. bonorum*

Emphyt. 1. Iun. 1665. §. vlt. residit coram Reuerendiss. D. meo Durano. Verum etiam ex solutione sc. 300. pro
4 reparatione Ecclesię concedentis, quę minabatur ruinam vt legitur in eodem Instrumento inuestituræ anni 1524. & ex augumento canonis in medietate prout etiam ex lectura eiusdem apparet *Sperell. decis. 67. n. 13. & bene obseruat decisio huius causę d. §. non obstat circa med.*

5 Obseruantia verò subsequuta patet ex continuata, & longeua Canonis solutione vsque ad tempus motę litis & ex pacifica domus possessione ex aduerso non impugnata quibus omnibus concurrentibus frustra nunc opponitur defectus beneplaciti Apostolici vt præter supracitatos *alijs adductis probat decis. R. P. D. mei Beuilaqua §. conuenit etiam.*

6 Idque non obstante Constitutione S. M. Vrbani VIII. de præiudicialibus Ecclesiæ quia in ea ante fin. vers. nec etiam, expressè præseruatur centenaria vt *obseruat Rot. in rec. decis. 268. num. 22. & decis. 328. num. 9. p. 12. & coram b. m. Celso decis. 328. nu. 8. & 9. & in dicta Senen. Emphiteusis 17. Martij 1664. §. non obstat coram b. m. Auunculo meo, cum alijs in Romana domus 28. Iun. 1669. §. idque procedit coram Eminentissimo Prodatario.*

7 Nec obstat quod dinumerando tempus ab anno 1262. quo fuit transactum super lite vertente circa inuestituram anni 1524. non adsit centenaria completa ante Constitutionem editam anno 1641. quia præter quod videbatur, dinumerationem centenariæ esse faciend. habito respectu ad tempus motę litis non autem editæ Constitutionis, cum alias contramente Cõstituentis post eandẽ constitutionem non daretur amplius centenaria in ea explicitè præseruata *ante fin. vers. nec etiam* & *in termi- nis centenariæ completę post editã Constitutionem Vrbanam loquitur Rot. in d. Romana domus 28. Iun. 1669. coram Eminentissimo Prodatario, & in Placentina Emph. 1. Martij 1660. §. hanc autem iuncto §. quę sane.*

8 Remouetur obiectum quia tempus hic non est computandum ab anno transactionis 1262. sed ab anno Inuestituræ 1524. quæ per transactionem extincta non interumpit centenariam prescriptionem *Castill. contr. lib. 6. cap. 35. num. 13. Valeron. de transact. tit. 5. quæst. 1. num. 20. & Rot. coram Seraf. decis. 104. num. 14.*

9 Nec minus per dictam transactionẽ dicitur nouata præcedens inuestitura quia regulare est quod transactio nunquam præstat nouum titulum quoties antecedens est validus, & non fuit expressè nouatus *Olea de contr. Iur. tit. 6. quæst. 7. num. 4. Valeron. de transact. tit. 5. q. 4. num.* 8. inpræsenti autem tantum abest quod per transactionem fuerit nouata præcedens inuestitura; vt potius ex mandato procuræ capitulariter facto, à Monacis ad transigendum appareat illam fuisse pręuia extinctione litis approbatam, & confirmatam quòd omnem nouationem excludit *Rosental. de feud. cap. 2. conclus. 24. num. 5. post med. vers. neque Carcn. resol. 71. num. 4. & seq. Rot. coram Dunoz. iun. decis. 748. num. 5. & in Romana dotis 10. Decembris 1663. §. quia coram R. P. D. meo Taya.*

Nec quicquam faciunt noua pacta ap-
11 posita in transactione quia cum omnia respiciant fauorem Ecclesiæ non important nouam concessionem nec requirunt nouum beneplacitum vt vltra relatos, *in decis.* R. P. *D. mei Benilaqua §. nec prædicti tradunt Cald. de renouat. Emphyt. quæst. 4. nu. 8. vers. hoc tamen Alex. cons. 79. num. 8. & 10. lib. 1. Peregr. cons. 44. num. 19. vers. ad tertiam lib. 4. Fragos. de regim. Reip. Christ. p. 3. lib. 7. disput. 14. §. 9. num. 3.*

Sicuti etiam non repugnat, quod procuratores constituti ad transigendum cum facultate extinguendi litem, &
12 approbandi, & confirmandi præcedentem inuestituram controuersæ domus, illam quatenus opus sit denuo locauerint in perpetuum quia huiusmodi perpetua locatio tamquã facta pro maiori cautela cum clausula quatenus opus sit non facit nouã concessionem data validitate præcedentis *Rot. coram Dunoz. iun. d. decis. 748. sub num. 51.*

Præcedentem autem inuestituram fuisse

ſe validam liquet ex eo quod ab Anno 1524. quo fuit facta vſque ad Annum 1562. effluxerunt 38. anni ex quibus iuncta obſeruantia vna cum vtilitate, ac neceſsitate Eccleſiæ benè comprobata tam ex præmiſſis quàm ex deciſione huius cauſæ
13 *§. non obſtat cum ſeq.* præſumebatur facta cum omnibus ſolemnitatibus *Rot. d. 31. num. 2. part. 4. rec. & corom Mantic. d.* 101. *num. 2.* attento quod ante Conſtitutionem Vrbanam ſufficiebant 30. anni ad præſumendum beneplacitum in inſtrumento reſeruatum *vt præter* Felyn. *Barb. & alios adductos in d. deciſ. huius cauſa §. inane quoque, dixit.* Rot. *coram Ludouiſ. dec. 52. num. 2; & in rec. dec. 375. num. 7. part. 2.*

Neque iſta tricenaria præſcriptio ſublata fuit à Conſtitutione *Iul.* III. *edita anno* 1152. *ſum.* Eminentiſsimi *Abbatis num.* 30. quia illa eſt in forma commiſſaria, & per ſe non annullat conceſsiones antea factas ſed tantummodo mandat reuocari omnes alienationes damnoſas & præiu- 1
diciales Eccleſię vnde non ſequuta declaratione nullitatis præſumptio beneplaciti reſultans ex lapſu 30. annorum remanſit in ſuo robore prout non obſtante Paulina aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus talem præſumptionem indiſtinctè admiſſam fuiſse obſeruat *Giarlin. contr. 39. ſub num. 31. verſ. non obſtat*, & quod attendatur diſpoſit. 10. iuris communis tradit *Quarant. in ſum. Bullar. verb. alien. in princ.*

Nec minus interrupta per litem enunciatam in tranſactione anni 1562. in qua non probatur quod lis fue-
15 rit mota ante completam tricenariam, quamuis enuncietur fuiſse diù agitatum quia dictio diù poteſt verificari in anno vel biennio *Barboſ. dict. 90. num. 34. 35. & ſic in illis*
16 *octo annis* poſt completam tricenariam *Buratt. dec. 918. num. 3.*

Tum etiam quia vt ſupradictum eſt in inſtrumento tranſactionis fuit confirmata prima cōceſsio, & domus per tranſactionem remanſit penes poſſeſsorem, vnde ſicuti preſcriptio non interrumpitur per ſententiam latam fauore poſseſsoris *Seraf. dec.* 1027. *num. 14; Rota dec. num. 214. part. 3. part. 4. tom. 2. rec.* & in Auenionen Iuriſdictionis 28. *Nouembris* 1661. *§. quia cum coram Eminentiſsimo Cerro.* Ita nec etiam interrupta dicitur per litem extinctam per tranſactionem quæ poſseſsori confirmat, & præſeruat antiquam ſuam poſseſsionem.

Et ita reiectis ijs que deducebantur circa falſitatem cauſæ eiuſdem tranſactions vtpotè in facto minime ſubſiſten. deciſum fuit vtraq;

REVERENDISSIMO P. D. VICECOMITE.

Romana Domus in Burgo.

Luna 13. Iunij 1672.

ARGVMENTVM.

Relatio, in noua conceſsione facta ad præcedentem, & antiquam inueſtituram, excludit voluntatem concedentium ipſam immutandi, 1
quamuis additæ reperiantur nouæ clauſulæ nouationem importantes. Antiqua conceſsio emphiteuſis eccleſiaſticæ ſine beneplacito apoſtolico immutari non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Relatio operatur, quod relatum contineatur in referente per inde ac ſi vnum in alio inſertum eſſet.*

2 *Vbi in referente plus expreſſum reperitur, quàm in relato expreſſio erronea præſumitur.*

3 *Conceſsiones eccleſiaſticæ regulariter ſiunt ad formam antiquarum.*

4 *Antiqua inueſtitura non dicitur per quaſcumque clauſulas appoſitas in noua conceſsione relaxata, niſi noua conceſſio contineat pacta de directo contraria, & repugnantia.*

5 *Stare ſimul poſſunt, conceſsio reſtricta ad certum tempus, & certas generationes, & quod ipſis durantibus in emphiteuſim ità liminatam, ſuc-*

cedere possint non solum descendentes sed extranei.

6 *Clausula* Ad habendum *apposita in concessione limitat non alterat eius naturam.*

7 *Clausula* pro se suisque hæredibus,& successoribus quibuscumque &c. Ad habendũ &c. *regulariter transfundunt perpetuitatem in emphiteusim.*

Non præsumitur in concedentibus voluntas antiquam concessionem alterandi, nisi probetur in ipsis indiuidualis scientia contentorum in prima concessione ibid. nu. 7.

Ex lapsu temporis, & mutatione personarum concedentium obliuio, & error presumitur ibid. nu. 7.

8 *Emphiteusis ecclesiasticæ concessio immutari non potest sine beneplacito Apostolico.*

9 *Beneplacitum Apostolicum præsumptum sublatum fuit per Vrb. VIII. Const. de Preiudicialibus, præseruata duntaxat centenaria cum obseruantia.*

10 *Institutio facta ab vltimo emphiteuta, pro nominatione inseruit.*

11 *Casus nominationis euanescit cessante conditione, ad quam nominatio fuit concessa.*

12 *Venditor plus iuris in emptorem transferre non potest quam ipse habeat.*

DECISIO VII.

Deuolutionem Domus ob tertiam generationem finitam propter quam Rota reuocando sententiam Eminentissimi Carpinei dixit sub *die 19. Nouembris 1670. coram me*, bonum Ius assistere Patribus Carmelitis Sanctæ Mariæ Transpontinæ, iterum prætense renunciationi antiquam concessionem alteranti innixus impugnabat Mainerius modernus possessor sed post replicatam dubij propositionem, ea non substitere Domini steterunt in decisis. Instrumentum enim anni 1551. ex quo potissimum dicta renuncia, & noua forma concessionis deducebatur nihil aliud continet, nisi quòd Ioannes Thomas de Dionisijs, qui anno præcedenti 1550. à Carolo Seracceno, & Anna Lugona Coniugibus cum dicta restrictiua ad tertiam generationem vsque de Anno 1541. primò inuestitis emerat controuersam domum, illam retrocessit Io: Andreæ Gauagnæ del Bosco ratione Iuris prælatiui Inquilinatus, & specialis hipotecæ illi competentium, eundem in proprium locum ponendo cum pactis, & conditionibus in dicto Instrumento 1550. comprehensis, ad quod in omnibus, & per omnia partes relationem habere voluerunt; Cum autem in isto Instrumento relato Patres simpliciter consensum præstiterint pro hæredibus suis, nec fuerit in eo egressa forma alterius præcedentis, & antiquæ inuestituræ anni 1541. hinc fit, vt quamuis in præcitato instrumento 1551. fuerint additæ nouæ clausulæ videlicet pro se suisque hæredibus, & in posterum successoribus quibuscumque &c. ad habendum &c. & accesserit etiam dictorum Patrum consensus, non possit exinde deduci voluntas concedentium immutandi antiquam inuestituram pro-
1 pter vim relationis, quæ operatur vt relatum contineatur in referente cum omnibus suis qualitatibus, perinde ac si vnum in alio esset insertum, ad *Text in l. asse toto ff. de hæredibus instit. Paris conf. 122. num. 2. in fin. lib. 1. Rot. diuers. decis. 1152. nu. 2. lib. 3. part. 3. coram Canal. d. 94. num. 7. in recent. decis. 261. num. 3. & in terminis decis. 303. num. 3. decis. 457. num. pars. 1. decis. 432. num. 6. part. 4. tom. 3. & decis. 215. num. 11. part. 12. cum alijs in dec. qua videtur §. alia verò*. Et si plus reperiatur expressum im referente quam in relato, expressio præsumatur ex errore processisse *Paris. cons. 7. num 5. & 6. lib. 3. Rota coram Mantic. decis. 352. num 2. diuers. decis. 121. num. 6. part. 1.* & omissis generalibus in terminis *Spad. cons. 49. num 10. lib. 1.* Quæ quidem relatio in præsenti casu habet
3 vim expressionis antiquæ inuestituræ quia huiusmodi concessiones Ecclesiasticæ regulariter fiunt ad formam antiquarum, *Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 22. in princ. Surd. cons. 5. num. 62. & seq. cons. 105. num. 26. & 31. Rot. decis. 211. num. 5. & 6. & 15. part. 6. rec.* [illegible]

Nec

Nec aduersatur quod huiusmodi relatio ad antiquas inuestituras intelligenda veniat, non quoad expressè correcta sed quoad reliqua compatibilia tantum prout attentis dictis clausulis, *pro successoribus inposterum quibuscumque, ad habendum &c.* correcta immo relaxata dicebatur antiqua restrictio ad tertiam generationem quoad Personas nouiter comprehensas ad quas propterea extendi relatio non potest. ex *Rota coram Merlin. decis.* 420. *num.* 16. *& decis.* 454. *num.* 28. *&* 29. Obiectum enim posset procedere, si noua concessio contineret clausulas siue pacta de directo contraria contentis in antiqua concessione, in quibus terminis loquuntur præcitatæ *decis. Merlin.* secus autem in præsenti casu in quo nulla repugnantia aut diuersitas obstatiua visa est contrariaæ, possunt enim benè stare simul, quod concessio sit restricta ad certum tempus, &
5 certas generationes, & quod durante tempore, & durantibus generationibus possint in emphiteusim sic limitatã succedere non solum Filij, & descendentes, sed etiam extranei vt tradit *Clar. in* §. *emphiteusis quæst.* 38. *vers. tertio modo Fulgin. de iur. emphit. tit. de contract. emphit. quæst.* 1. *num.* 12. *& tit. de success. in emphit. quæst.* 15. *sub num.* 2. *vers. contrarium tamen.* Et de clausula ad habendum apposita in huiusmodi
6 restricta concessione quod non alteret eius naturam, sed intelligatur compatibiliter, & durante tempore consuluit *Alex. cons.* 106. *sub num.* 3. *lib.* 4. *Laderth. cons.* 5. *num.* 19. *Spad. cons.* 107. *num.* 4. *lib.* 3. & tradit. *Adden. ad Burratt. decis.* 87. *num.* 19. *Rota decis.* 11. *vers. non obstant illa verba par.* 1. *diuers. in rec. decis.* 209. *num.* 3. *par.* 10. *coram Cottin. decis.* 1712. *num.* 13. 15. *&* 30. *vers. nam quamuis vsque ad fin.* Et de clausula pro hæredibus, & successoribus quibuscumque *Rota coram Pen. decis.* 606. *iuxta Venetam impressionem.*

Secluso igitur præallegato Instrumento del 1551. in quo totum fundamentum ponebat Maynerius, minus & assistit del 1588. quia quamuis istud contineat clausulas, *pro se suisque hæredibus, & successoribus quibuscum-*
7 *que, ad habendum*, aliasque transfundentes perpetuitatem in emphiteusim, nec vllam habeat relationẽ ad antiquam concessionem atque, ideò nec applicentur ea quæ dicta sunt in Instrumento 1551. adhuc ad excludendam voluntatem concedentium immutandi primam inuestituram placuit DD. alias responsio inpræterita data quod scilicet cum non probetur in concedentibus sciẽtia indiuidualis omnium contentorum in prima cõcessione stante lapsu temporis, & mutatione personarum concedentium præsumatur potius obliuio, & error quam voluntas dictam antiquam concessionem alterandi *Alex. cons.* 9. *sub. num.* 12. *lib.* 5. *Menoch. de arbitr. cas.* 26. *&* 308. *in fin. lib.* 2. *Spad. cons.* 49. *num.* 10. *lib.* 1. *Rot. decis.* 121. *num.* 6. *par.* 1. *diuers.* cum alijs *inpræterita decisione qua reuidetur* §. *demum.*

Et quatenus admittatur in hoc vltimo Instrumento del 1588. voluntatem contrahentium fuisse antiquam concessionem ampliandi, adhuc resisteret defectus potestatis, cum in emphiteusi Ecclesiastica non sit in arbitrio Domini directi concessionem
8 antiquam sine Beneplacito Apostolico, & Ecclesiæ vtilitate immutare ad *Text. in extrauag. ambitiosæ de reb. Ecclesiæ non alien. Curt. Iun. de feud. par.* 2. *quæst.* 6. *Clar. d.* §. *emphiteusis quæst.* 6. *vers. secus tamen, &* 4. 28. *vers. aut verò Rot. decis.* 441. *nu.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 243. *num.* 14. *& seq. par.* 7. *recent.* Huiusmodi autem Beneplacitum cum non ha-
9 beamus expressum, minus ex cursu centenariç deduci potest præsumptũ quia metiendo etiam illam à dicta vltima concessione ad diem motæ litis non fuit completa vt latius in *decisione qua reuidetur* §. *ob defectum*, & propterea visa fuit superflua examinatio quæstionis, an per superuenientiam *Constitutionis Vrbanæ de præiudicialibus*, interruptus remansisset cursus eiusdem centenariæ, ita vt continuari potuerit, nec ne.

Neque demum visum est obstare quod
10 cum Maynerius fuerit ab vltimo emphiteuta hæres institutus, hæc

in-

inseruire debeat pro nominatione, in vim cuius domum valeat retinere ad *Rot. dec.* 350. *num.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. coram Dunoz. Iun. decis.* 607. *num.* 20. *& seqq.* quia vel dictam nominationem exordiri pretendit ab Inuestitura Anni 1541, & cum in ista nominatio non fuerit simpliciter concessa post Tertiam generationem, sed conditionaliter, & in casu, quo prima, vel secunda generatio deficeret, prout loquitur dicta antiqua concessio, ibi. Ad tertiam generationem, & vnam nominationem tantum, ita quod prima generatio incipiat ab ijsdem coniugibus. Cum hoc quod quatenus isti, aut eorum filij, & hæredes in quibus secunda generatio incipiat decesserint, absque filijs, & hæredibus legitimis, & naturalibus ex eorum proprijs Nepotibus procreatis, tunc superueniens possit nominare, & eius locum ponere quem voluerit; Cumq; Io: Andreas Gauagna in quo secunda generatio incipit habuerit filium
11 scilicet Io: Baptistam, qui vendidit Petrasanctæ, casus nominationis euanuit vt post *Surd. cons.* 554. *num.* 27. *& seqq.* & alios antiquiores in proximis terminis consuluit *Spad. cons.* 187 *num.* 4. *& duobus seqq. lib.* 3. *Rot. coram Dunoz. sen. decis.* 125. *num.* 2. *&* 3. *& in Romana Domus* 22. *Aprilis* 1644. *coram Coccino*.

Vel dictam nominationem reassumere prætendit à consensu Patrum concedentium, præstito in vltima venditione facta Annibali per dictum D. Io: Baptistam Gauagnam, & cum
12 venditor plus iuris non haberet, quam vnius generationis, plus in emptorem transferre non potuit, *l. nemo ff. de acquir. rer. domin.* Nec consensus in confirmatione dictæ venditionis interueniens plus valuit operari, quam confirmatus in terminis actus *Trec. de subfeud lib. lib* 2. *q.* 12. *num.* 14. *Rot. decis.* 106. *num.* 13. *&* 14. *part.* 12. *recen.*

Et ita vtraq; parte informante resolutum &c.

REVERENDISSIMO P. D. CASTRILLO.

Romana Domus.

Mercurij 15. *Iunij* 1672.

ARGVMENTVM.

Domo in emphiteusim ad tertiam generationem concessa, ipsa finita, Domino directo competit reintegratio. Beneplacitum Apostolicum requiritur in omnibus alienationibus rerum Ecclesiæ, nec præsumptū sufficit stante const. Vrb. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Dua sententia ex stat. Vrbis habent vim trium, & rei iudicate etiam si lis esset super bonis Ecclesiasticis, & cum clericis.*
2 *Domo vel fundo in emphiteusim ad tertiam generationem concesso ipsa finita Domino directo reintegratio competit.*
3 *Attestatio Parochi deprompta ex libris defunctorum fidem facit.*
4 *Pocreatio non presumitur, sed probari debet.*
5 *Præsumitur deficientia lineæ vbi nullus compareat allegans se esse de comprehensis.*
6 *Simul stare potest quod quis habeat directum dominium super aliqua re, & alter canonem percipiat.*
7 *Ius præsentandi potest concedi reseruato sibi patronatu quò ad alios effectus.*
8 *Ex quantitate pretij partium voluntas colligitur, & quod deductum sit in contractu.*
9 *In omnibus alienationibus rerum Ecclesiæ requiritur beneplacitum Apostolicum.*
10 *Cum Beneplacito copulatinè etiam requiritur vtilitas Ecclesiæ.*
11 *Beneplacitum præsumptum sublatum fuit per const. Vrb. VIII.*
12 *Melioramenta cum fructibus perceptis compensari debent.*

DECISIO VIII.

CОncessit in emphiteusim Anno 1557. Rector Ecclesiæ Sanctæ Bonosæ Domum, Io. Cocono eiusque Vxori ad tertiam generationem, at prætendendo modernus Rector Santissimi Saluatoris de Curte cui d. alia Ecclesia vnita erat dictas generationes finitas, ac completas instituit Iudicium reintegrationis ad prædictam Domum, & binas sententias fauorabiles obtinuit à quibus interposita appellatione per Thomassonam fuit à Signatura commissa causa in Rota cum clausula. *Constito quod sit locus Statuto de duabus* ad cuius formam dubio per me proposito affirmatiuè Domini responderunt.

Etenim stante iustitia sententiarum illis
1 concedenda venit executio *ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 180.* mandante eas vim trium ac reiudicatæ habere *Fenzon. ad d. Stat. num. 1. & seqq. Grat. discept. 898. num. 1. & 5. Bon. mem. Card. Cels. decis. 233. num. 2. & 3.* quod procedit quamuis lis esset super bonis Ecclesiasticis ac cum Clericis *Fenzon. ubi sup. num. 29. & 30. Add. ad Burats. decis. 197. num. 4. Rot. decis. num. 1. part. 1. diuers. & decis. 380. num. 1. & seqq. part. 1. recen. & coram Dunoz. Iun. dec. 380. num. 1. cum seqq.*

Præcipuum Iustitiæ fundamentum desumebant Domini, ex quo ista Domus in emphiteusim concessa fuerat
2 ad tertiam generationem vnde illa finita, competit Domino directo reintegratio *Castren. cons. 68. num. 4. & 5 vol. 2. Com. cons. 76 num. 2. & 14. vol. 2. Bero. cons. 102. num. 24. lib. 1. Cephal. cons. 345. sub num. 12. vers. postremo cum emphitensis, & num. 13. Corbul. de iur. emphit. de caus. priuat. ob lineam finitam num. 1. & 2. Fulg. eodem tract. de vsuras. q. 1. num. 99. & diuers. quæst. 8. per tot. Rot. dec. 215. num. 1. & decis. 290. num. 10. part. 1. & decis. 321. num. 1. part. 11. recen.*

Finis autem trium generationum vocatarum nempè obitum Io: Ciconi; ac Leonoræ Cöiugum à quibus vigore expressæ conuentionis prima generatio incipere debebat, Iacobæ eorum filiæ, & demum Catharinæ Balestroriæ, & Lauræ sororis, apparet ex attestationibus Parochorum summario Rectoris num. 7. quæ cum
3 sint deprompta ex libris mortuorum notum est, quod fidem faciunt *Imol. cons. 110. num. 8. in fin. Grauett. de antiq. temp. part. 1. S. Vidimus* & abundè *Greg. decis. 78. num. 3. & ibi Add. lit. A. & in recent. decis. 408. num. 2. part. 5.*

Eòque magis quia Aduersus hanc generationum Seriem Thomassona non docet alios procreatos Vndè neque
4 talis procreatio præsumitur, & cum sit quid facti esset per eam probanda *Aldobran. latè in cons. 80. num. 4. & seqq. Fulgin. de emphit. de renouat. q. 1. num. 60. in fin. Rota dec. 359. n. 16. part 5 recen Seraph. decis. 1487. num. 1. Duran. decis. 301. num. 5. Bich. decis. 402. num. 5.* Maxime dum neque alter compareat prætendens, se esse de comprehensis in dictis generationibus, ac exinde presumenda est omnimoda eorum deficientia adnotata per *Bart. in l. & si ceterus 6. S. si vnus num. 1. ff. ad Syllanian. Comitul. decis. 71. num. 13. & 14. Bich. decis. 251. num. 7. & decis. 278. nu. 6. & in recen. decis. 79. num. 12. p. 5.*

Ad euertendum hoc fundamentum opponebat, Thomassona Cocconum eius authorem an. 1561. affrancasse Domum à canone mediante solutione sc. 40. facta Rectori Ecclesiæ Ideòq; illam effectam fuisse liberam à deuolutione ob lineam finitam.

Sed animaduersum per Dominos fuit Rectorem recepisse d. sc. 740. duntaxat pro prætio liberationis, seu venditionis vnius annui census soluen. &c. in perpetuum super vna Domo sunt verba Instrumenti quietationis factæ de dicto prætio per Rectorem de quo in eius summario num. 3. proinde constare emptum non fuisse dominium diretum sed tantumodo liberatam Domum à præstatione canonis, Dominium enim directum est quid diuersum, & separatum à canone, & se habent inter se vti principale, & accessorium, ac benè stat simul, quod quis habeat directum domi-

dominium super aliqua re, & alter
6 percipiat canonem, vel censum debitum pro eadem re, quapropter vendito legato, aut donato canone, vel censu sub tali dispositione, vel contractu nunquam comprehenditur dominium directum, sed illud remanet apud concedentem quoad omnes alios effectus, & hic quoad deuolutionem ob lineam finitam vt egregiè firmat *Guido pap. decis.* 264. *per tot.* quem sequuntur *Mastrill. dec.* 58. *num.* 11. *&* 12. *Cancer. var. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 14. cum pluribus seqq. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 1. *num.* 138. Quemadmodum potest concedi Ius presentandi
7 alteri, & apud patronum remanere Patronatum quoad alios effectus *Rot. coram Seraph. decis.* 456. *num.* 4. quem ad huius casus resolutionem allegat, & sequitur *Cancer. vbi sup. num.* 14.

Et confirmatur quia pretium dd. sc. 40. correspondet affrancationi solius canonis qui iuxta receptam praxim
8 estimatur ad rationem trium circiter pro centanario ex pretij namque quantitate colligitur voluntas partium, & quid in d. contractu deductum sit *glos. in l.* 1. *verb. agendo, & ibi doctor. ff. de superfic. Alex. cons.* 26. *num.* 5. *volum.* 4. *Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 8. *Menoch. praes.* 73. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 3. *Buratt. decis.* 471. *num.* 1. Alias si contrahentes intellexissent in d. contractu comprehendi dominium directum expressissent sese emere, ac respectiuè vendere Domum, non vero canonem, qui super illa soluebatur.

Nihil refragante clausula *in perpetuum* quia illa non respicit ipsum actum affrancationis sed solutionē Annui cannonis, & sic sensus fuit quod emebatur ille annuus Census, qui in perpetuum soluendus erat Rectori *vt colligitur ex lectura instrumenti in d. sum. num.* 3.

Vlterius consideratum fuit in hac af-
9 francatione deficere beneplacitum Apostolicum omnimodò requisitum in omnibus alienationibus rei Ecclesiasticæ iuxta *extrauag. ambit. de reb. Ecclesiasticis non alienan. Rot. decis.* 157. *num.* 4. *part.* 3. *& decis.* 3. *num.* 30. *&* 31. *part.* 7. *recen.* Immò vna cum
10 beneplacito requiri copulatiuè etiā vtilitatem Ecclesiæ quæ hic deesset si dominium directum contineretur in venditione ex supra deductis *Rot. decis.* 277. *num.* 26. *part.* 11. *recen. & coram Reuerendiss. Rayas decis.* 132 *num.* 11. *& coram Bichio dec.* 411. *num.* 9.

Præsumptum verò beneplacitum cessat cum à tempore affrancationis ad diem oppositæ nullitatis non sint decursi 30. anni cum obseruantia vt requiritur omnisque postea præsumptiua allegatio sublata fuit per *Constitutionem S. mem. Vrbani VIII.* preseruatiuam Iurium Ecclesiarum *Rot. dec.* 202. *num.* 7. *part.* 7. *& dec.* 340. *num* 26. *&* 27. *part.* 11. *& dec.* 268. *nu.* 21. *& decis.* 398. *part.* 12. *n.* 3. *recen.*

Neque pro retentione Domus suffragari poterant Thomasonæ prætensa melioramenta, quia cum ipsa in di-
11 ctis sententijs fuerit condemnata ad fructuum restitutionem à die motæ litis illa veniunt cum istis compensanda, & sic redduntur omninò illiquida *l. sumptus* 59. *l. emptor* 65. *& ibi glos. verbo superfluum ff. de rei vendic. Neguf. de pignor. in* 4. *membr.* 5. *part.* 1. *num.* 12. *Valax. de Iur. emphit. q.* 25. *num.* 29. *Garz. de expens cap.* 23. *num.* 38. *Rot. decis.* 547. *num.* 22. *part.* 5. *recen. & coram b.m. Card. Cels. decis.* 233. *num.* 14. *coram Bichio decis.* 670. *num.* 19.

Et ita vtraq;

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 22. *Iunij* 1672.

ARGVMEMTVM.

Appellans causam prosequi, & intra biennium terminare debet, alias causa remanet deserta, & sententia in iudicatum transit, neque restitutio in integrum locum habet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quocumque Anni tempore gestum, factum dicitur intra primi anni fatale tempus:*

2 *Tempus fatale secundi Anni de stylo Romanæ Curiæ sine aliqua causa conceditur.*

Causarum grauitas, & multitudo succedit in Curia loco causæ ad hoc vt secundi Anni fatale tempus concedatur ibidem num. 2.

3 *Impedito intra primi anni fatalia causam prosequi, Ius secundum annum indulget.*

4 *Adhuc in Romana Curia indecisa remanet quæstio vtrum de Iure impeditus in primo anno, appellationem prosequi, secundus annus concedatur.*

5 *Appellans tenetur causam prosequi, & terminare intra biennium vel obtinere à Principe fatalium prorogationem.*

Appellatione intra fatalia à lege præfixa nō prosequuta, causa remanet deserta, & sententia transit in iudicatum ibidem num. 5.

6 *Appellans intra biennium causam non solum prosequi sed ipsā per sententiā terminare debet, nec sola actionum transportatio sufficit.*

Per sententiam non per conclusionem in causa liti finis imponitur ibidem num. 6.

DECISIO IX.

NON acquiescens D. Dux Caffarellius duabus decisionibus 12. Iunij præteriti, & 10. Ianuarij mox elapsi, emanatis coram me, in quibus dictum fuit mandatum A. C. contra ipsum fauore Christophori Cincij relaxatum ob non prosequutam appellationem in iudicatū transiuisse ac aduersus illud veluti validum, & iustum restitutionem in integrum non deberi die 27. Aprilis elapsi ex consueta Dominorum benignitate iterum audiri obtinuit super lapsu fatalium tantum, super quo proposito hodie dubio in decisis Domini permanserunt.

Licet enim videretur ex Iuribus nouissimè exhibitis corruere suppositum decisionum vt nempe à die interpositæ appellationis 12. *Augusti* 1655. vsque ad integrum ferè triennium nihil in causa gestum fuerit, neque doctum de citatione ad dicendum contra commissionem, cum citatio hæc ad dicendum contra commissionem executorialem ab ipso Cincio *die 9. Aprilis* 1657. facta fuerit Summario dato in memoriali Ducis pro noua audientia dicta die 27. Aprilis numer. 1. adeoque subductis octo mensibus, quibus pestis viguit, vt admittitur in prima *decisione* §. *neque appellanti, & in secunda* §. *res iudicata* neque integer annus elapsus fuerit, eum adhuc deficerent tres dies, qui dicebantur sufficere ad hoc vt dicatur aliquid gestum intra primi anni

1 fatale tempus quasi in quocumque tempore anni sufficiat diligentiam adhibere vt notant vtriusque Iuris scribentes *in Auth. item si appellatione, & in l. fin.* §. *illud C. de tempor. & repar. appellat. & in cap. ex ratione* 8. *extra de appellat. vbi præ ceteris Franch. num.* 63. *Rot. coram Caffad. dec.* 6. *sub num.* 8. *illo eodem tit.* & consequenter ad dicen. contra commissionem intra annum factam sufficiat ad hoc vt intra illum aliquid gestum dicatur, & secundi anni fatale tempus conceden. sit tam ex stylo Romanę Curiæ, quæ biennium indulget sine aliqua causa, cum in Curia causarum multitudo, ac grauitas

2 illius loco succedat ad *Text. in Auth. ei qui C. de temp. & repar. appellat. & in cap. cum sit Romana* 5. *de appellat. vbi scribentes congesti per Barbos. num.* 2. *&* 3. *Scacc. de appellat. quæst.* 19. *num.* 151. *Rota coram Cardinali Celso decis.* 328. *in fine, & in rec. par.* 10. *dec.* 345. *num.* 10. *&* 11. cum alijs in decisionibus huius causæ quā

3 etiā ex Iuris præscripto *in d. l. final.* §. *Illud C. de temp. appell.* quòd stante impedimento in primo anno, secundum annum indulget vt ibi notant *DD. & in Auth. item si appellatione altas incipiens si appellatione sub nu.* 2. *C. de temp. appell. Oldrad. cons.* 60. *num.* 3. *Castren. cons.* 334. *num.* 8. *vers. præterea vol.* 1. *Neuiz. cons.* 41. *num.* 5. *Antonell. de temp. legal. lib.* 4.

cap. 23. num. 21. Angel. cons. 310.
Adhuc tamen quidquid sit de hac quęstione quam antiquis quoque temporibus Romana Curia resoluere noluit vt testatur *Ioan. Andr. in addit.*
4 *ad specul. in secunda parte Rubric. de appell.* quem refert *Abb. in d. cap. ex ratione 8. num. 12. de appellat.* videtur residuum anni solum competere per textum *in l. cum antiquioribus C. de Iur. delib. Caladas de renouat. q. 6. num. 20. Zas. de feud. p. 7. tit. ad quid Vassalus erga Dom. teneatur sub n. 4. & 9. Murit. de restit. in integr. cap. 42. Rot. in rec. p. 12. decis. 329. nu. 13.* Domini dicebant concesso etiam secundi anni fatali tempore non idcircò euitari rem iudicatam cum ab anno 1657. die 25. Maij qua acta fuerunt transportata vsque ad annũ
5 præteritum nihil actum fuerit in causa, quàm tamen appallans tenebatur prosequi, & terminare intra biennium, vel obtinere à Principe fatalium prorogationem alias causa remanet deserta, & sententia transit in iudicatum ob resistentiam textus *in d. Auth. ei qui & in l. nemo 3. C. de tempor. appell. & in d. cap. cum sit Romana 5. & cap. Constitutus 45. de appel. Dec. cons. 436. num. 1. & 20. Rot. in nou. decis. 1. num. 5. de appell. & in alijs congestis in rec. pars. 11. dec. 140. num. 1. & part. 12. dec. 58. num. 12. & 13. coram Card. Celso dec. 70. num. 1. & dec. 302. num. 16. & in Romana Fideicommissi de Incoronatis 28. Nouembris 1668. in princ. coram R. P. D. meo Priolo.*
Ita vt sola actorum transportatio non satisfecerit, cum opus sit quod appellans causam terminari curet intra biennium, neque sufficiat causam
6 prosequi vsque ad sententiam, cum Clementia *sicut de appellat.* imponat finem liti, quæ per sententiam non per conclusionem in causa terminatur *Ruginell. de appell. §. 10. glos. 2. nu. 40. Vrsill. ad Afflict. dec. 78. num. 3.* qui testatur de opinione Rotæ nostrę de qua eadem Rota *coram Seraphin. dec. 597. nu. 2. & 3. & latè coram Dunoz. Iun. decis. 439. num. 2.*
Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. BVRLEMONT.

Romana Domus in Burgo.

Lunæ 20. Februarij 1673.

ARGVMENTVM.

Concessio facta pro se suisque Filijs masculis, filiabus fęminis ac suis hæredibus, & inposterum successoribus quibuscumque est transitoria ad quoscumque etiam extraneos. Alterata forma substantiali priorum inuestiturarum ab ipsis recessum censetur. Ex lapsu centum Annorum Apostolicum beneplacitum præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Concessio pro se, & successoribus quibuscumque, est transitoria ad quoscumque extraneos.*
2 *Concessiones posteriores continentes diuersam formam à prioribus ab ipsis diuersa censentur.*
3 *Concessiones posteriores, licet emanatę sub commemoratione antiquarum, attendi debent, si ab ipsis ritè & rectè recessum sit.*
4 *Ritè recessum dicitur à Concessionibus antiquis per alterationem substantialem in noua concessione, cum beneplacito Apostolico, & vtilitate Ecclesiæ.*
5 *Causa vtilis, & beneplacitum Apostolicum iustificatur ex lapsu centum Annorum.*
6 *Causa vtilis suppletur ex beneplacito præsumpto si non constet de contrario.*
7 *Vna præsumptio oritur ex altera, vbi vna in alterius consequentiam venit.*
8 *Centenaria facit beneplacitum Apostolicum præsumere concurrente copulatiuè obseruantia.*

9 Ob-

9 *Obseruantia ex pacifica, & continuata possessione desumitur, nec non probatur ex solutione, & receptione canonum perlongum tempus.*

10 *Beneplacitum Apostolicum præsumptũ ex centenaria præseruatur in Const. Vrban. VIII. de præiudicialibus.*

11 *Centenaria dinumeratio facienda est vsque ad tempus motæ litis.*

12 *Propter substantialem incompatibilitatem posterioris concessionis ad primam inuestituram, relatio ad ipsam fieri non potest.*

13 *Talis censetur contractus qualem contrahentium verba illũ præseferunt.*

14 *Receptio laudemij, & canonum obtinet vim nouæ inuestituræ, etiam sine speciali Instrumento, quod non requiritur ex necessitate, sed fit solum ad maiorem cautelam.*

15 *Vbi res emphiteutica à primo inuestito vsque ad vltimum transiuit per contractum emptionis, & venditionis, à proprietarijs approbatum, numeratio generationis fieri debet à persona cuiuslibet emptoris posthabitis generationibus venditorum.*

16 *Vniuersalis Institutio obtinet vim nominationis, quoties non agitur de præiudicio alterius vocati in casum non factæ nominationis.*

DECISIO X.

Reuocatio per sententiam Rotalem Eminentissimi Carpinei præuia illius *decisione edita* 28. *Iunij* 1669. mandato de associando obtento in Tribunali A. C. à Patribus Sanctæ Mariæ Traspontinæ Proprietarijs ad controuersiam Domum ex capite tertiæ Generationis inuestitorum extinctæ, ac successiuè probata in gradu appellationis à R. P. D. meo Vicecomite contraria sententia præuijs binis decisionibus emanatis 19. Nouembris 1670. & 13. Iunij 1672. fuit hodiè coram me dubitatum an hæc sententia Rotalis fit cõfirmanda, vel infirmanda, & præualentibus apud Dominos fundamentis decis. Eminentissimi Carpinei, ac alijs deductis ab informationibus pro Possessore existimarunt dictam sententiam prioris reuocatoriam esse infirmandam.

Illius namque fundamenta constituuntur in inuestitura anni 1541. quę vti concepta pro Carolo Saraceno, & Anna Coniugibus ad tertiã generationẽ, & vniẽ nominationẽ, earũ aliqua non existente, dicebatur non esse transitoriã ad Maynerium Possessorem extraneum, ac etiam in secunda, quàm Thomas Dionisius, qui à dictis coniugibus Domum emit reportauerat de anno 1550. à Patribus proprietarijs pro se, & hæredibus suis, & sic tantum pro illis de sanguine iuxtà naturam emphiteusis Ecclesiasticæ, & prout latins habetur in decisionibus R. P. D. mei Vicecomitis.

Verum animaduerterunt Domini huiusmodi inuestituras fuisse postea ritè, & rectè innouatas per binas alias posteriores quia Io: Andreas Gauagna controuersam Domum emit à dicto Thoma Dionisio de Anno 1551. pro se suisque Filijs masculis filiabus fœminis, ac suis hæredibus, & inposterum successoribus quibuscumque Patresque proprietarij præuia matura deliberatione omnium contentorum in Instrumento huiusmodi venditionis ac receptione laudemij, & canonum illi consenserunt Summario Maynerij dato 5. Decembris 1672. num. 1. & 3. vnde verba præfata absque vllo inconuenienti operantur hæc vt eadem emphi-
1 teusis sit expacto, & prouidentia existentibus Filijs, & filiabus, illis verò defectis sit transitoria ad quoscumque etiam extraneos *Peregr. consi.* 5. *num.* 46. *lib.* 1: *Vrsin. de feud. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 11. *Dunoz. Iun. dec.* 748. *sub num.* 22. *& dec.* 760. *num.* 1. *in fine in Romana Casalis media Via* 15. *Maij* 1662. §. *preterea vers. cum non sit inconueniens coram Illustrissimo Beuilaqua.*

Pro vt Io: Baptista Gauagna Filius, & hæres præfati Io: Andreæ vendidit anno 1588. eamdem Domum Anibali Petrasanctæ, pro se hæredibus, & successoribus, quibuscumque, similiter Patres Proprietarij informati de omnibus contentis in hoc secundo Instrumento receptis ab emptore laudemio, & canonibus huic venditioni consenserunt dicto

Summario numer. 2. vndè hæ posteriores Concessiones propter diuersam formam, quam continent in
2 substantialibus cum dicantur nouæ, & à prioribus diuersę ex *Ruin. conf. 20. num. 7. lib. 1. Grat. conf. 4. num. 10. lib. 1. Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 21. num. 13. Fulgin. de emphit. tit. de contract. quæst. 9. num. 12. Osasch. decis. 23. num. 22. & seqq. Rot. decis. 165. num. 10. & seq. part. 10. rec. Greg. decis. 522. num. 19. Bich. decis. 517. nu. 8.* licet emanauerint sub commemoratione antiquarum veniunt attenden-
3 dæ non autem priores à quibus per habentes potestatem de consensu eorum quorum interest sine errore vel metu fuit ritè, & rectè recessum *Alciat. cons. 13. num. 14. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 21. num. 18. in princ. & in fine vers. vndè si communi Rot. decis. 603. num. 6. part. 4. tom. 3. recent. Dunoz. Iun. decis. 748. num. 44. in fin. Caril. decis. 36. num. 9. in Foroliuien. seu nullius Castrorum 4. Iul. 1668. §. sed ad primam in fin. coram Reuerendissimo Albergato Decano.*

Ritè autem, & rectè fuit recessum à
4 prioribus inuestitutis cum alteratione formę substantialis interuenientibus beneplacito Apostolico, & causa vtili Ecclesiæ iuxtà *extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. Royas decis. 132. num. 11. & Romana Vinea 2. May 1661. §. nec obstat coram Eminentissimo Cerro* siquidem causa vtilis & beneplacitum Apostolicum visa sunt DD. iustificari quoad inuestituram anni 1551. in qua primario
5 insistebat Maynerius ex cursu 115 annorum vsque motæ litis continuato vt de beneplacito, tradit *Rot. decis. 268. num. 18. part. 12. & decis. 510. num. 9. & part. 13. rec. in Senen. emphiteusis 17. Martij 1664. §. & licet coram bo. me. Emerix in Romana Domus 30. Maij 1672. §. primo coram* R. P. D. *meo Emerix* & de causa
6 vtili non constito de contrario vt hic quod suppleatur ex eodem beneplacito præsumpto *Rot. decis. 277. nu. 5. & 6. part. 5. decis. 94. num. 9. dec. 212. num. 10. decis. 254. num. 26. part. 7. rec. Mantic. decis. 101. numer. 3.* qui respondet obiecto quod probe
7 hic vna presumptio ex alia oritur vbi vna venit in consequentiam alterius, *& in dicta decisione 510. n. 11. part. 13. rec. & d. Senen. Emphit. 17. Martij 1664. §. quia præterquod. vers. in hoc casu coram bo. me. Emerix.*

Et centenariam ad hunc effectum rectè admisserunt Domini concurrente obseruantia copulatiuè necessaria cum
8 qua qualitate transeunt præcitatæ auctoritates, & adductæ *in prima decisione* R. *P. D. mei Vicecomitis §. ob defectum potestatis vers. & quamuis decisio,* post siquidem duos menses hanc eamdem inuestiturā anni 1551. confirmauit Pater Generalis Religionis dicto Summario num. 3. in fin. & postea anno 1588. explicitam venditionem eiusdem Domus pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque idem Patres admisserunt, qui ab vtrisque emphiteutis Domū pacificè possidentibus vsque ad diē motæ litis canones perceperunt vnde ex his, & longi temporis lapsu probata obseruantia frustra obijcitur de
9 defectu beneplaciti Apostolici *ad Rotam in Romana Domus 25. Iun. 1668. §. concurrit etiam coram Illustrissimo Beuilaqua, & 30. May 1672. §. obseruantia coram* R. *P. D. meo Emerix.*

Nec præsumptum hoc beneplacitum
10 ex centenaria resultans sustulit Constitutio Vrbana ædita de anno 1641. nouo Bulla. 47. tom. 4. quia in eadem explicitè centenariam preseruat *add. ad decis. 12. num. 33. p. 3. rec:* Rot. *decis. 268. num. 22. & decis. 398. num. 4. part. 12. rec. & in d. Romana Vinea 2. May 1661. §. non obstat etiam bo. me. Emerix in d. Romana Domus 30. May 1672. §. idque non obstante coram* R. *P. D. meo Emerix.* Non obstante quod de
11 dicto anno 1641. editæ Constitutionis non esset completa, quia vltra responsiones *in decisione Eminentissimi Carpinei* §. *non obstat quod solitum.* Domini in eam deuenere sententiā quod centenariæ dinumeratio fieri debeat vsque ad tempus motæ litis, de quo vt diximus fuit plusquam completa, nè aliter illi quàmuis expressè preseruatæ locus precludatur innixi auctoritate Rotæ comprobatę in *d. Romana Domus 30. May 1672.*

coram

coram R. P. D. meo Emerix.

Minus præfata destruit, relatio habita in hac inuestitura anni 1551. ad precedentem anni 1550. approbata pro se, & hæredibus suis, quasi quod noluerint contrahentes ab illius forma recedere, vt supponunt decisiones R. P. D. mei Vicecomitis.

Quia responderunt Domini ex eo quod hæc posterior expresa concepta, & pro se hæredibus, & successoribus
12 quibuscumque prioris verò ad tertium genus seù pro hæredibus sanguinis propter hanc explicitam incompatibilitatem posterioris cum prioribus non posse ad illas omnimodam fieri relationem sed tantum quòad innouata exceptis alijs expresè, & incompatibiliter dispositis sequendo *Beto Cons.* 101. *num.* 78. *&* 80. *Surd. cons.* 440. *num.* 49. *vers. vbi vult quod concessio Ruin. cons.* 20. *num.* 7. *vers. non obstat, & num.* 8. *lib* 1. *Merl. decis.* 420. *num.* 16. *&* 450. *num.* 28. *&* 29. & in specie de relatione cum pactis, modis, & formis, canone, promissione, obligantibus latius inpræcedenti concessione expressis, & prout, & sicut tunc Domus concessa fuit quod intelligatur præterquam quòad expresè immutata, *Rota coram Dunoz. Iun. dec.* 125. *num.* 5. *&* 7. vnde interpretationem à prioribus nequit recipere sed tanquam facta diuersis personis illius tenor inspici debet *Carill. dec.* 36. *num.* 10.

Instrumentum autem anni 1551. esse veram emptionem, & venditionem, quæ dederit causam nouę inuestituræ non autem nudam litis cessionem transferentem in cessionarium nudũ iūs cedentis ad tertium genus inuestiti, deprehenderunt Domini ex lectura Instrumenti, in quo non steterunt partes in puris terminis nudæ cessionis, & positionis vnius in locũ alterius, sed vlterius progressæ fuerunt ad veram, & formalem emptionem, & venditionem tam attenta narratiua ibi vendere decreuit quam dispositiua ibi vendidit titulo venditionis &c. adeò vt contractum
13 istum meritò censuerint emptionis, & venditionis qualem illum præferunt verba contrahentium *Rot. decis.* 175. *num.* 4. *part.* 13. *recentior. Zarat. decis.* 102. *in Romana Casalis media via* 15. *Maij* 1662. *§. verba quidem coram R. P. D. meo Beuilaqua in Romana Domus* 25. *Iunij* 1668. *§. siquidem versamur coram eodem*, cumque super eo Patres Proprietarij recognouerint emptorem in nouum
14 emphiteutam per medium formalis consensus in eodem contractu reseruati, ac receptionis laudemij, & canonum, huiusmodi recognitio obtinet vim nouæ inuestituræ etiam sine Instrumento quòd solum fit ad maiorem cautelam *Rot. decis.* 182. *num.* 12. *part.* 6. *rec. decis.* 388. *num.* 9. *part.* 12. *decis.* 113. *num.* 3. *part.* 13. *in Romana Census* 4. *Iulij* 1659. *§. secundo in fin. coram Illustrissimo Beuilaqua, & in Romana Domus* 27. *Maij* 16672. *§. collegium enim coram me in decisione causa coram Eminentissimo Carpineo §. quare.*

Rursus esto etiam quoad assensũ Patrum proprietariorum esset attendenda Inuestitura anni 1541. facta ad tertiam generationem, & vnicam nominationem ad illius normam reducendæ posteriores ac si ad tertium genus, & vnicam nominationẽ factæ fuissent adhuc perstiterunt Domini pro exclusione deuolutionis.

Maynerius etenim tutus est beneficio nominationis in defectum vnius ex generationibus eis dinumeratis vt infra, non autem vt dinumerant Patres, quòd scilicet prima generatio defecerit in Io: Andrea Gauagna vti posito in locum Caroli Saraceni, & Annæ Coniugis vigore prælationis eidemmet iure inquilinatus competentis, quod insusibstens apparet ex firmatis in §. *Instrumentum autem.* Secunda verò in Anibale Petrasancta, vt subrogato Io: Baptistæ Gauaguæ in secunda generatione existentiam quam filio dicti Ioannis Andreę, & denique tertia in persona Alexandri Petrasancta vti filij pręfati Anibalis, qui proinde nominare non potuerit ex quo omnes generationes extiterunt.

Domini etenim existimarunt Generationes aliter dinumerandas esse in
15 hoc casu quo Domus à primo Inue-

stito

ftito vſque ad vltimum tranſiuit per contractum veteris emptionis, & venditionis ſemper à Patribus proprietarijs approbatum cum recognitione noui emphiteutæ quod ſcilicet dinumerari debeant de nouo à perſona cuiuslibet emptoris ac ſi noua conceſsio fieret poſt habitis Generationibus venditorum, vt tradit *Giouagn. conſ. 44. ſub. num. 52. lib. 2. Ancar. conſ. 63. num. 2. & 3. Caſtr. conſ. 329. ſub num. 2. Col. 3. in princ. verſ. reſpondetur quod hoc lib. 2. Ciriac. contr. 14. nu. 20. & ſeqq. Rota dec. 182. num. 1. & 4. part. 6. dec. 388. num. 10. part. 12. & dec. 113. num. 2. part. 13. rec.*

Vnde cum vltima venditio de Patrum conſenſu facta fuerit Annibali Petraſanctæ de anno 1588. ex præfatis in Anibale defecit prima generatio cum que reliquerit Aleſsandrum filium in ſecunda Generatione poſitum eo defuncto ſine filijs defecit ſecunda generatio nec tertia valuit exiſtere in cuius proinde defectum rectè Alexander in ſecunda generatione poſitus nominauit ad hanc em-
16 phiteuſim Maijnerium poſſeſſorem mediante vniuerſali inſtitutione de eo facta in vltimo teſtamento dicto ſummario num. 5. quam obtinere vim nominationis quoties vt hic non agitur de præiudicio alterius vocati in caſum nominationis non factę firmanr *Calder. de emphit. lib. 2. queſt. 7. num. 43. Burſat. conſ. 378 ſub nu. 14. lib. 4. Caſtill. contr. lib. 4. cap. 13. num. 12. Rot. deciſ. 350. num. 10. part. 4. tom. 2. rec. Dunoz. ſen. deciſ. 155. Iun. deciſ. 607. vtrobique num. 1. & 2.* Vltra quod etiam in vita donauit eidem in ſpecie domum hanc cum ſuis honoribus & oneribus *d. ſum. num. 6.*

Hinc non ſubſiſtit reſponſio deciſionis R.p.d. mei Vicecomitis, quod Io: Baptiſta Gauagna qui vendidit Anibali Petraſancta, non potuerit ius, quod non habebat in Anibalem trãſferre dum ex firmatis illud transferunt Patres mediante eorum conſenſu, & eo ſtante non attenduntur generationes primi inueſtiti, in qua ſententia ſe fundat dicta deciſio, ſed de nouo, & ex integro generationes cuiuslibet emptoris, non obſtantibus in contrarium adductis, quibus ſatis reſponſum exiſtimarunt Domini ab informationibus pro Maynerio in binis propoſitionibus, & potiſſimum *Deciſiones Peutingerij 259. num. 15. & ſeqq. & dec. 336. num. 5. & ſeqq.* non applicantur quia vt in hac poſteriori declaratur loquuntur in caſu quo Eccleſia Domina directa ſimpliciter conſenſit nec liberauit primum emphiteutam immo expreſse præſeruando vt ſeruentur, & adimpleantur contenta in Inſtrumento inueſtituræ factæ Venditrici, quæ non concurrunt in præſenti vbi præſtitus fuit conſenſus cum libera recognitione acquirentis in nouum emphiteutam per receptionem Laudemij canonum huiuſmodi conſenſus vt firmauimus ſupra obtinet vim nouæ inueſtituræ etiam ſine nouo inſtrumento ex adductis in §. *inſtrumentum autem in fine.*

Et ita poſt binas propoſitiones reſolutum vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Auximana Cenſuum.

Lunæ 13. Martij 1673.

ARGVMENTVM.

In contractibus minorum quãuis iuriſperitorum requiruntus ſolemnitates ſtatutariæ. Et minori etiam Doctori in integrum reſtitutio competit aduerſus negotia, & contractus circa quos iuriſprudentia non verſatur. Non ſuſtinetur obligatio filij facta ad Patrem excarcerandum, ſi in totum ex hoc ſpoliatus remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates Conſtit. Aegidianæ lib. 5. cap. 25. ſeruandæ ſunt in contractibus minoris etiam Doctoris.*

2 Mi-

2 *Minori Doctori denegatur in integrum restitutio in ijs, quæ ad iurisprudentiam pertinent.*
3 *Minori Doctori in integrum restitutio competit aduersus contractus, & negotia.*
4 *Astutia unius mercatoris salamantinam iurisprudentiam vincit.*
5 *Dignitas doctoratus si minori tolleret priuilegium restitutionis in integrum in eius damnum retorqueretur.*
6 *Captionibus forensibus non minus iurisperitus, quàm ignarus subijcitur.*
Curator in contractibus, & iudicijs minorum etiam iurisperitorum est adhibendus ibid. num. 6.
7 *Priuilegium doctoratus in minoris præiudicium retorqueri non debet.*
8 *Aduersus errorem minoris vel maioris substantiæ minor doctor restituitur.*
9 *Aduersus obligationem factam à filio pro liberando patre à Carceribus in integrum restitutio non competit.*
Filio fideiubenti pro patre in integrum restitutio competit, nisi fideiussio respiciat actum pietatis ibid. n. 9.
10 *Inuitis filijs pro redimendo patre captiuo bona vendi possunt.*
11. *Acta in uno iudicio cum legitimo contradictore, probant contra ipsum in altero iudicio.*
12 *Filio ex obligatione facta pro liberando Patre à carceribus enormissimè læso in integrum restitutio datur.*
13 *Filius tenetur occurrere necessitatibus Patris, dummodò ipse in vltimam necessitatem non incidat.*
14 *Actus in se pius, & necessarius, ex qualitate impius reddi potest.*

DECISIO XI.

IN duobus censibus sc. 400. pro quolibet a Cinthio Campello fauore Bonfilij, & Sebastiani de Crescionis impositis Antoninus Campellus d. Cinthij filius accesserat sum. Taddei num. 1. & 3. contra quem cum Taddeus Cresconus Bonfilij, & Sebastiani heres mādatum pro forte, & fructibus ab A. C. obtinuisset commissa mihi ad Prouocationem Antonini à Signatura appellationis causa cum clau. *sine preiudicio deducto ne egeat* dedi dubiū an obligationes sint validæ, vel potius ei competat restitutio in integrum & DD. secundam obligationem esse inualidam, & contra primam competere restitutionem in integrum responderunt.

Ratio resolutionis desumebatur ex eo, quod sicut in secunda obligatione pro secundo censu fauore Sebastiani imposito sum. Taddei num. 3. defecerunt solemnitates à Constitutione *Aegid. lib. 5. cap. 25.* requisitæ
1 in contractibus minorum, qualis erat Antoninus sum. eiusdem num. 1. quæ seruari debuerunt in contractu ipsius quamuis Iurisperiti, quia licet in hac inuoluta quæstione an statutariæ solemnitates in minorum Iurisperitorum contractibus seruandæ sint sub dubij hæserint in vtramque partem auctoritatibus adducti *Thomas de Tus. & Curat. tract. 7. tit. 19. num. 3178. & seq. Baron. de effect. min. ætatis effect. 1. num. 641. 649. & seq.* & negatiuam sententiam apertè tutati sint *Bergnin. de tutor. num. 163. Menoch. cons. 242. num. 22. 23. Raudens. respons. 10. num. 118. vol. 1. Ab. in §. nunc admonendi d. num. 60. instit. quibus aliena liceat vel non.*

Illorum tamen ratio, ac auctoritas Scribentium quibus innititur hæc sententia, videbantur DD. non solum non probare quinimmo de-
2 struere illorum dictum, quia licet doctori minori denegetur restitutio in integrū in ijs quæ spectant ad iurisperitiam ne si inijs deceptus diceretur, videretur propriam turpitudinem adducere, quasi indignum sit iurisperito ignorare ius, in quo versatur quemadmodum à Q. Mutio Seruius Sulpitius obiurgatus fuit in *l. 2. §. Seruius autem ff. de orig. Iuris, & in l. Domitius 27. ff. de Testam.* cum quo sensu denegandæ in integrum restitutionis Doctori minori quò ad ea quæ iurisperitiam concernunt loquuntur *glos. & DD. in l. 1. ibiq. Bart. num. 4. Iacobus à S. Georgio num. 3.* cum alijs per *Barbos. sub num. eod. C. qui & aduersus quos, & in l. professio C. de muner. patr. lib. 10. Alex. in l. Ciuitas num. 13. ff. si certum petatur Curt. sen. in l. si ex falsis num. 27. C. de transact. Petrus* Ran-

Rauden. sing. 182. *Mantic. sing.* 520. *Seccin. iun. in l. Centurio num.* 54. *ff. de vulg. & pupill. & cons.* 69. *num.* 49. *vol.* 1. *Guido Pap. dec.* 88. *num.* 4. *ibiq; Ferrer. in addit. Leon. de substit. tit. de compendiosa num.* 135. *Vin. comm. opin.* 199. *Pic. ad stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *glos.* 7. *num.* 293. *Bocacc. ad constit. march. glos.* 7. *num.* 32. *Anton. Carta cum* 32. *num.* 39. *vol.* 2. *Saffred. dec.* 369. *Ioseph Ludou. decis. Perusin.* 55. *in fin. Ric. decis. Archiep. Neapol.* 222. *num.* 8. *part.* 1. *Pereira in Republ. num.* 1507. *Rota coram Buratt. dec.* 20. *num.* 5. 6. *& dec.* 44. *num.* 9. *repetit. in rec. part.* 1. *dec.* 580. *& decis.* 297. *num.* 11. *coram eodem.*

Non tamen ei denegatur restitutio in contractibus, ac reliquis negotijs,
3 quæ sunt facti circa quæ iuris prudentia non versatur nisi indirectè agendo de contractibus, ac negocijs forensibus quatenus ad ius attinent, & ab eo diriguntur, vt bene probat. *Text. in l.* 1. *C. qui & aduersus quos* *ibi Butrigar.* aduertit industriam non dignitatem tollere restitutionem in integrum, & in *l.* 1. *ff. de minor.* quia in his non secus ac quilibet alius iurisperitus minor decipi potest quin immo maiori facilitate decipiatur cum studijs addicti, vt plurimum nullam, aut exiguam familiarium, ac forensium rerum curam habeant, vt ad rem benè perpendit *Mainard. lib.* 3. *decis. Tholos.* 38. & 39. & vnius mercatoris astutia salamantinam, &
4 Bituricẽsem iurisprudentiam vincat, quemadmodum aduertit *Garz. de expens. cap.* 23. *num* 34. & distinguendo comprobant *Ang. consi* 93. *num.* 4. *Bolognet. in auth. habita num.* 137. *C. ne fil. pro Patre Boer. dec.* 350 *nũ.* 6. *Mandos. de min. atate quest.* 6. *ad fin. vers. posset etiam Sarmient. select. inter petr. lib.* 3. *cap.* 12. *Facchin. lib.* 3. *contr. Iur. cap.* 5. *Maurit. de restit. in integr. cap.* 223. *num.* 5. *Odd. illo eod. tract. part.* 1. *q.* 23. *num.* 31. *Mayner. in l. nihil censui sub num.* 5. *ff. de reg. iur. Lamberteng. de contractibus sine certa solemnitate, non valitu. verb. in alienationibus num.* 143. *Rota in Bononien. bonor. de Graffis* 26. *Aprilis* 1660. §. *quia praterquam coram coram Eminentissimo Cerro* cum alijs pluribus mox adducendis.

Dignitas enim doctoratus quidquid sit an ætatis defectum, ac præsumptam industriam supplere posit ad huc tamen si minor ad hunc effectum pro maiori haberetur, non inde intraret consequentia quod ei deneganda esset restitutio in integrum quæ minoribus competit cum statutum lex, vel Princeps tollant quidem defectum ætatis permittendo minorem reputari maiorem, & ætatis veniam indulgendo sed non tollant priuilegium restitutionis in integrum alias minori competens, nisi vlterius progrediantur, ne sic maiorem ætatem minori indulgendo, in eius damnum retorqueretur vt præter supra adductos probant *glos. in l. vnica verbo reformationem C. si de moment. possess. ibiq. Bald. num.* 12. *Salyc. sub num.* 4. *Contard. limit.* 8. *num.* 14. *idem Bald. in auth. si captiui num.* 4. *C. de Epis. & Cler. in quibus* pariter terminis *Auth. si captiui Odd. de restit. in integr. quest.* 82. *num.* 5. 7. *Cephal. cons.* 215. *num.* 28. *bene Olibau. de act. quest.* 1. *lib.* 3. *vers. rursus num.* 8. *Rota coram Buratt. dec.* 230. *num.* 3. *ibiq; adden.*

Ideòq; cum solemnitates statutariæ inductæ fuerint ad euitandas captio-
6 nes forenses, quibus non minus Iurisperitus, quam ignarus subijcitur, ac pro inde Curatoris, & Consaguineorum iudicium exposcatur illas id circò seruandas esse in minorum Iurisperitorum contractibus, ac Curatorem in contractibus, & in iudicijs exhibendum rectè tradiderunt *Angelus in d. l.* 1. §. *Pueritiam num.* 7. *ff. de postulan. Bald. in l. sed & si milites* 10. §. *qui autem num.* 2. *ff. de excusat. Tutor. Bolognett. in d. Auth. habita num.* 136. *C. ne filius pro Patre Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 44. *& seqq.* vbi quod priuilegium
7 Doctoratus non debet in minoris damnum retorqueri, & contra Menoch. *d. cons.* 242. consuluit *Gabr. cons.* 20. *num.* 63. *& seqq. vol.* 2. qui
8 loquitur circa errorem maioris, vel minoris substantiæ, vt in casu *Mantic. de tacit. conuent. lib.* 4. *tit.* 6. *nu.* 35. *Cancer. var. resol. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 295. *&* 308. *Cyriac. discept.* 71. *num* 44. latè *Grass. de min. quest.* 53. *à num.*

à num. 5. ad fin. Pigan. ad Stat. Ferrariæ rubr. 91. de contractibus min. num. 5. versic. & idem, quidquid sit in casibus, in quibus erratum fuisset in aliqua Iuris obligatione, vel perceptione clausularum, ac renunciatione legum circa quæ iuris prudentia versatur, vt est de mente omnium, & bene distinguunt *Ang. in l. 1. §. Pueritiam num. 4 iuncto nu. 7. ff. de postulan. Simoncell. d. tit. 8. nu. 44. 46.* in quibus casibus loquuntur *decis. Buratt.* supra adductæ, etiam quibus accipienda est *Rota in Firmana Census 21. Maij 1659. §. non obstat coram Reuerendissimo Albergato*, quemadmodum illas explicant *Leoncill. decis. Ferrar. 194. num. 6. Rota in Nonantulana Emphiteusis 27. Iuny 1671. §. minus obstat coram eodem Reuerendissimo Decano.*

Ita pariter licet solẽnitates seruatæ fuerint in primo Censu fauore Bonfili
9 imposito d. sum. Taddæi num. 5. non ideò tamen denegari poterat restitutio in integrum contra obligationem istam quamuis adhibitis requisitis solemnitatibus, & ex iusta causa ob eximen Patrem ab imminenti Carcere facta fuerit, quia licet vera sit Conclusio, quod filius fam. minor pro liberando Patre à Carceribus obligatur sine vlla spe restitutionis in integrum, quæ datur filio fideiubenti pro Patre in *l. 1. C. de fil. fam. min.* nisi vt in casu exerceat actum pium, & laudabilem ad quem mediante comminatione exhæredationis filiorum Religionem in Parentes iura excitarunt in *Auth. si captiui C. de Episc. & Cler. & §. si vnum in fine Auth. vt cum de appellatione cognosci*. Ità vt inuitis filijs bona ven-
10 di possint pro redimendo Patre captiuo in *§. si quis Aauth. vt cum de appell. cognosc.* & in terminis tradunt *Cin. in d. l. 1. in princ. ibique Castren. num. 2. & Aretin. in 2. notab. C. de fil. fam. min. idem Castr. cons. 52. ad fin. vol. 2. Rim. Sen. cons. 77. num. 16. Gratian. discept. 108. num. 41. & seqq. & discept. 952. n. 12. 29. Adden. ad Buratt. d. 75. lit. A. Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 13. sub num. 19. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 3. num. 13. Capic. latr. Consultat. 45. num. 45. lib. 1. Merlin. de pign. lib. 2. q. 21. num. 4. Paschal. de patr. pot. part. 3. cap. 5. num. 20. 21. Narbon. de atate ann. 18. q. 7. per tot. Merlin. Pignatell. contr. 39. à num. 14. Andreol. contr. 201. num. 19. & seq. Rota in celebri Romana, exhæreditationis de Vitellis in diuers. part. 2. d. 61. 63. 94. & coram Greg. d. 120. per tot. Repent. post Zacch. de obligatione Cam. d. 121. post Fenzon. ad Stat. Vrbis d. 140. §. non obstat quod filius, & in rec. p. 12. d. 109. num. 17.*

Illa tamen non procedit quotiescumque constat de enormissima læsione, ita vt si fideiussiones Antonini mino-
11 ris sustinerentur non solum ex bonis paternis releuationem vllam sperare non posset, cum debita patrimonium excedant summ. eiusdem num. 2. 3. Sed proprijs benis expoliatus pœnitus remaneret, vt deponunt quinque Testes eum negatiua coarctata sum. eod. num. 4. quibus Antoninus vtitur non autem alijs ad ipsius instantiam examinatis quorum dicta referuntur sum. Taddæi num. 4. & 5. qui quinque Testes velu. ti examinati in partibus cum Interrogatorijs Taddæi ipsomet citato, dum ipse conuenit Caballinum pro solutione fructuum censuum, de quibus agitur, vt ex fide depositionis in actis producta, mihique exhibita optimè probant contra ipsum Taddæum in hoc iudicio, quod & agnouit A. C. qui licet in initio causæ rationem de hoc processu non habuerit, ac mandauerit poni ad partes visa tamen eius releuantia postea admisit, vt ex decreto originaliter exhibito, ac relato in sum. replicationis Antonini num. vnico, cum acta in alio iudicio non solum cum legitimo contradictore, sed cum ipsomet Taddæo probent contra ipsum in hoc iudicio iuxtà *Text. in cap. 2. vbi Canonista omnes, de Test. in l. 2. C. eodem Abb. in cap. causam quæ 19. n. 2. de restitut. Butr. cons. 36. sub num. 2. Soffred. cons. 44. sub num. 16. Rota coram Greg. d. 252. num. 5. & coram Dunoz. Iun. d. 473. n. eod. & in rec. part. 5. d. 360. num. 9.*

Hoc enim casu non agitur amplius de
12 quæstione an obligatio filij minoris

tis pro Patre à Carceribus liberando sit adeò necessaria, ac pia, vt à requisitis solemnitatibus in secundò censu omissis actum eximat, omnemque excludat læsionem, sine qua restitutio in integrum denegari debeat quoad alterum censum primo loco impositum ad terminos *Text. in Auth. si captiui C. de Episc. & Cleric.* quia hæc quæstio cadere potest quotiescumque filio obligato adhuc remanent bona secus autem, quando vt in casu omnibus bonis priuatus remanet, quia tunc dicitur in totum enormissimè læsus, iuxtà notata per *DD. in Auth. Sacramenta Puberum C. de rescind. vendit. Odd. de restitut. in integr. q. 58. art. 2. nu. 19. Surd. cons. 46. nu. 17. Rota in rec. part. 1. d. 177. num. 10. & coram Buratt. d. 75. n. 11. cum duobus seqq.* & sit locus alteri
13 Conclusioni, à natura inditæ, ac à legibus postea iniunctæ, vt quisque teneatur alere priùs se ipsum quam Patrem, quibus necessitatibus occurri debeat dummodò in vltimam necessitatem filius non incidat, iuxtà *Text. in l. 2. ff. & C. quod cum eo, Surd. de alim. tit. 7. q. 8. num. 1. & 2. Gratian. discept. 519. num. 14. Rota in rec. part. 1. d. 177. num. 9. & 10. & post Zacch. de oblig. Cam. d. 190. coram Buratt. d. 281. per tot.* in his terminis excessiuæ obligationis benè declarat *Odd. de restitut. in integr. q. 23. sub num. 57.* qui rectè aduertit actum li-
14 cet in sua essentia pium, & necessarium, ex qualitate tamen ac modo impium reddi posse *Gratian. d. discept. 952. num. 33. & aduertit Rota in d. d. 129. num. 14. coram Greg.* in qua causa postea *Rota* voluit filium super enormissima læsione audire, & in *rec. part. 1. d. 153. num. 12. in fin. & coram Buratt. d. d. 75. num. 9. & coram Coccin. d. 1527. num. 11. & seqq. & 1544. num. 10. ad fin. repetita in rec. part. 4. tom. 3. d. 564. & 582.* & dictum pariter fuit *coram Zarate d. 29. num. 13. d. 58. num. 16. 18. & admittitur in decis. Buratt. 784. à n. 3. in contrarium adducta.*

Et ita vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Auximana Censuum.

Lunæ 19. Iunij 1673.

ARGVMEMTVM.

Aduersus obligationem filij pro excarcetando Patre, licet sit actus necessarius, in integrum restitutio competit, si exinde enormissimè læsus sit, & in totum proprijs bonis expoliatus remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Minor in contractibus seruatis solemnitatibus celebratis, maior à lege reputatur.*

2 *Restitutio in integrum concessa filio fideiubenti pro Patre cessat in actu necessario.*

3 *Vbi lex minorem pro maiori haberi disponit, restitutio locum non habet.*

4 *Vbi de enormissima læsione constat restitutio in integrum competit.*

5 *Fideiussio facta à filio pro Patre corruit, si filius in vltimam necessitatem incidat.*

6 *Restitutio competit filio iacturam facienti proprij patrimonij ex imprudentia.*

7 *Corruit obligatio mulieris in necessitatem incidentis etiam si facta sit pro viro excarcerando.*

8 *Mulier læsa enormissimè respectu patrimonij, quod in dotem constituit, quia ei non remanet dos sufficiens ad victum in integrum restituitur.*
Mulieris obligatio etiam in causam propriam, & necessariam corruit, si ipsa indotata remaneat. ibidem num. 8.

9 *Processu non admisso, licet Iudicis decreto apertum fuerit, testes in eo contenti non probant.*

10 *Clausula*, sine præiudicio iurium partium, *intelligi non potest de iure*

iure insurgente ex ipso actu cui opponitur.

DECISIO XII.

Obligationes ab Antonino Campello fauore Patris factas approbando fundamenta *decisionis* 13. *Martij proximi* coram me emanatæ iterum nullas esse DD. responderunt.

Non enim negabatur in secunda obligatione defecisse solemnitates à *Constitutione Aegid. lib.* 5. *cap.* 25. in minorum contractibus requisitas, quæ licet in prima obligatione seruatæ fuerint non ideo tamen actum à nullitatis vitio excusabant; quia licet vtraque obligatio Antonini emanauerit pro eximendo Patre ab imminenti carcere, ideòque scribentes contra decisionem prætenderent, neque solemnitates seruandas fuisse in secunda obligatione, neque deceptionem, metum, vel læsionem ab Antonino adduci posse ad hoc, vt restituatur in integrum, quoad primam obligationem, in qua seruatæ
1 fuerunt cum lex reputet hoc casu maiorem filium in 18. anno constitutũ atque ad hunc actum pium,& laudabilem mediante Comminatione ex hæreditationis filiorum ad pietatem in Parentes Iura excitent in *Auth. si captiui C. de Episc. & Cler. & in* §. *si vnum in fine auth. vt cum de appell. cognosc.* ita vt inuitis filijs bona vendi possint pro redimendo Patre captiuo in §. *si quis auth. vt cum de appell. cognosc.* & conse-
2 quenter restitutio alias filio fideiubenti pro Patre concessa *in l.* 1. *C. de fil. fam. min.* denegetur quoad hunc actum, in quo patri, necessaria est obligatio ex distinctione à Scribentibus recepta, quod si lex procedit simpliciter permittendo minorem contrahere tunc detur restitutio, si
3 vero disponit minorem iuncta ætate, vel in certis casibus reputari in omnibus maiorem aliqua restitutio non detur, quia ista ætas est legitima, vt in his terminis dixerunt *Bald. in d. auth. si captiui num.* 4. *C. de Episc. & Cler. Aretin. in l. more sub num.* 4. *à vers. aliquando Statutum vsque ad fin. ff. de acquir. possessum* Io. Andreas *ad Specul. tit. de restit. in integr.* §. 2. *n.* 4. *vers. Saluo quod Bald. nouell. de dote part.* 6. *priuil.* 63. *ad fin. Odd. de restit. in integr. q.* 15. *num.* 73. 78. *& seqq. & q.* 82. *num.* 5. *& seqq.* ad quem se refert *Scacc. de appell. q.* 19. *remed.* 2. *num.* 23. *versic. id in Statuto Calder. de restit. in integr. verbo lasis num.* 11. 12. *Paschal. de patr. potest. part.* 12. *cap.* 1. *sub num.* 105. cum alijs per *Ansald. cons.* 100. *num.* 101. & admisit Rota *coram Buratt. d.* 3. 4. cum similibus in præterita decisione coram me adductis §. *Dignitas*, & §. *ita pariter*, quam Conclusionem in ipsamet enormissima læsione extendere visi sunt. *Gratian. discept.* 952. *à nu.* 29. *Andreol. contr.* 301. *à num.* 18. *ad fin. Merlin. Pignatell. contr.* 39. *tom.* 1. *& contr.* 100. *nu.* 61. 62. *&* 69. *tom.* 2. cum quo transire videtur Rota *coram Zarate d.* 82. *num.* 12. 13. & 33.

Adhuc tamen præmisso, quod Rota nunquam voluit absolutè hanc sen-
4 tentiam admittere, sed vel de enormissima læsione gustauit; vel illius cognitionem sibi in petitorio reseruauit in causæ prosecutione examinando non solum in *d. d.* 82. *coram Zarate*, verum etiam in omnibus alijs præcedentibus super hoc articulo emanatis, vt *coram Greg. d.* 120. *num.* 14. *coram Buratt. d.* 75. *num.* 9. & 783. *à num.* 3. & *in illa Romana Pecuniaria*, *de Guerris coram Coccin. d.* 527. *nu.* 11. *& seqq. et* 544. *num.* 10. *ad fin. repetita in part.* 4. *tom.* 3. *d.* 564. iuxta quas intelligendæ sunt auctoritates DD. in illis fundatæ, vt apud *Gratian. d. discept* 952. *num.* 29. & 33. qui admittere videtur sequendo *d. decisionem Coccini*, læsionem enormissimam operari in integrum restitutionem *Merlin. Pignatell. d. contr.* 39. *et d. contr.* 100. *num.* 62. *Andreol. d. contr.* 201. *ad fin. Capic. Latr. cons.* 45. *num.* 45. *et seqq. Rota coram Zarate d. d.* 82. cum alijs in contrarium adductis.

Dicebant DD. facile quæstionem hanc ad concordiam redigi posse consi-
5 derando, quod aut læsio enormis, vel enormissima à filio in 18. annis constitutio fideiubente pro Patre à Carceribus liberando adducitur habito

bito respectu ad diminutionem patrimonij remanentibus ad huc filio bonis in quibus terminis quæstio hæredis putari posset, aut læsio enormissima vt in casu adducitur à filio bonis omnibus priuato si prædictæ fideiussiones substinerentur, & hoc casu nemo negat fideiussiones corruere, quia licet actus sit laudabilis quo ad rationem finis, respectu cuius neq. enormis, neq; enormissima læsio adduci potest respectu tamen modi non solum actus laudabilis non dicitur neq; pius, quin immo à pietate prorsus abhorrere videtur, vt quis in vltimam necessitatem incidat siuè subueniendo Patri siuè Ecclesiæ, cum prima charitas incipiat à se ipso iuxta dispositionem *Text. in l. Præfect. C. de seruit. & aqu.* quemadmodum ostendit Iustinianus, qui *in §. causas autem Auth. vt cum de appell. cognosc.* recensendo causam hanc ex hæreditationis filium ad id obligauit in quantum probaretur esse idoneus, vt ad rem nostram considerant. *Moliu. de iust. in tract. 2. disp. 176. § octau. vers. cum tamen possint Capu. Gallott. contr. 14. num. 49. lib. 2.* & consequenter habito respectu non ad negotium gestum sed ad iacturam totius patrimonij filij, dicitur constare si non de dolo contrahentis cum illo, saltem de sua propria imprudentia ob quam restitutio illi concedenda
6 da est quemadmodum multis probant, *Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 25. num. 55. cum duobus seqq. & prius q. 4. num. 47.* quem sequitur ipse met *Merlin. Piguatell. d. contr. 100. num. 67. 68. Afflict. decis. 322. sub num. 11. Surd. conf. 46. num. 18.* & melius ac latè *Capyc. Galeott. d. contr. 14. num. 49.* & declarando dispositionem *d. Auth. si captiui C. de Epis. & Cler.* firmauit *Rota in Rom. locorũ montium 2. Maij 1667. §. quæ vero deducebantur ex auth. si captiui coram Bonilaqua.*

Et hoc pariter videmus in obligationibus mulierum pro Viris excarcerand
7 in quibus idem iura cum filijs disposuerunt *in l. quamuis 21. ff. solut. matri.* quemadmodum præmisiuè in vtrisq; probant *Bald. conf. 213. num. 2. vol. 2. Rom. conf. 313. num. 7. instructo principio Tiraquell. de legibus Connub. glos. 8. num. 235. Surd. conf. 367. num. 39. Gratian. d. discep. 952. num. 12. Pic. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. glos. 7. num. 284. Rota in d. Rom. locor. montium 2. Maij 1667. §. quæ verò deducebantur coram R.P.D. meo Bourlemont.* quæ si pariter enormissimè ledantur non inspecto actu, quem gerunt, sed respectu proprij patrimonij, quod in dote consistit ita vt illis non remaneat dos sufficiens ad victum, vel remaneant pœnitus indotatæ, ex prædictis contractibus etiam si in causam propriam, & necessariam gestis, in quam viri ipsi
8 bona Vxorum erogare poterant mulieres non obligantur iuxta celebrem decisionem *Thes. 223. sub num. 12. vers. Senatus* de qua præter DD. supra allegatos *Rom. conf. 96. n. 8. cum pluribus seqq. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 5. in fin. Gratian. discept. 108. num. 12. & seqq. Salgad. in laberint. Cred. part. 2. cap. 4. num. 68. & seqq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. part. 6. num. 25. & seqq. Pic. ad Stat Vrb. d. glos. d. num. 286.* & perperuò seruauit *Rot. in diuer. part. 4. dec. 851. & dec. 79. coram Martin. Andrea dec. 620. in fine coram Penia, & in rec. dec. 31. num. 7. part. 14.* & passim in alijs eum de vno ad alterum casum differentia assignari non possit quemadmodum dicebat *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 10. part. 3. num. 53. 54.*

Quod autem Testes non probent, quod Antonino nihil remanet in bonis non subsistit quia licet A.C. mandauerit illorum examen poni ad partes, & processum compilatum licet aperiri mandauerit illum tamen non
9 admiserit sum. Taddei numero 2. & 3. quo casu Testes non probare tradunt *Gratian. discept. 637. num. 39. 40. Rota coram V bald. dec. 152. num. 12.* illos tamen postea admisit in decreto sum: Taddei numero 4. & respondet præterita decisio §. illa tamen in quo decreto licet apposita fuerit solita clausula sine præiudicio iurium partium illa tamen non suspendit probationem interim ex eis desumen. sed intelligitur de alio præiudicio iuris partis non autem de

co

eo insurgente ex ipso actu admissionis ex doctrina *Bart. in l. fin. §. idem quæsiui ff. de condit. incert. Oldrad. cons. 273. in fin. Rota coram Buratt. dec. 375. num. 8. ibi Adden. littera B. & in rec. part. 7. dec. 155. num. 2.* cum alijs in *Tranen iuris sepelliendi 13. Ian. prox. §. et licet reseruato coram me.*

Et quatenus Testium admissio haberetur pro non facta quatenus doceretur testes admittendos non fuisse iuxta *cons. Paris. 123. num. 142. vol. 1. Rota in rec. part. 5. dec. 340. num. 12.* tamen nihil operatur, quia de hoc nullus huc vsque docetur cum timori subornationis, alijsque exceptionibus bene respondeant, scribentes pro Antonino cum quibus DD. transierunt.

Et ita vtraq; parte &c.

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Verulana Bonorum.

Veneris 12. Ianuarij 1674.

ARGVMENTVM.

In quacumque parte iudicij etiam in gradu restitutionis in integrum manutentio peti potest. Iudex nulliter, aut iniustè procedens possidentem non priuat possessione.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio supponit habitum.*

2 *Caducitas declarata à Domino directo Emphiteuta possessionem probat.*

3 *Manutentio in qualibet instantia, & parte iudicij etiam in gradu restitutionis in integrum conceditur.*

4 *Iudex nulliter, & iniustè procedens, vti priuatus processisse censetur, & consequenter possidentem sua possessione non priuat.*

Manutentio debetur possessori à Iudice nulliter, & iniustè procedente sua possessione priuato, ibidem nu. 4.

5 *Lex non tuetur illum, qui ex falso credito, vel ob falsam petitionem in possessionem missus fuit.*

Fortius possidet prædo, quam, qui ex falsa causa in possessionem missus est ibidem nu. 5.

6 *Ciuilis possessio sufficit ad obtinendam manutentionem super possessione, à Iudice nulliter, & iniustè procedente ablata.*

7 *Decretum Iudicis probatum ex causa partim vera, & partim falsa in totum corruit.*

Decretum Iudicis est indiuiduum ibidem num. 7.

8 *Prosecutio appellationis in aliqua parte omitti potest.*

Non est necessum sententiam impugnare in totum, sed in parte ei consentire licet ibidem num. 8.

DECISIO XIII.

Sententiam Verulani Gubernatoris declarantem debitam dotem Hortensiæ de Gasparis in sc. 200. cum subsequuta subhastatione bonorum Paternorũ Rota infirmauit præteritis decis. 23. Iunij 1666. & 21. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Priolo, in quibus Dos Hortentiæ reducta fuit ad sc. 450. pro rata legitimę illi debitæ; quam rotalem sententiam post quam hodiè Domini confirmarunt, ex rationibus in altera decisione super bono Iure à me extensa, manutentionem quoq; Laurentio de Gasparis Hyeronimi Communis Patris filio, & hæredi iuxta modum infrascriptum concesserunt.

Posita enim possessione Laurentij tempore motæ litis & mandato, exequ-
1 tione, & subhastatione eorumdem bonorum, cum priuatio præsupponat habitum ex regula *Text. in l. decem 116. ff. de verb. oblig. Bald. in l. licet. num. 2. in fin. C. locati,* & prius *Bart. in l. si duo sub num. 4. ff. vti possidetis,* quam in his terminis deduxit Rota coram *Greg. XV. dec. 458. & apud Posth. de manut. dec. 21. vbiq; num. 2.* quemadmodum dicimus quod caducitas, à Dominio directo declarata probat possessionem emphiteutæ vt per Rotam in *Aquen. emphiteusis 27. Februarij 1665. §. Hac autem coram bo. mem. Verospio.*

Con-

Consequens deinde est, vt illi manutentio debeatur, quæ non solum in hac secunda Instantia, sed in qua-
3 cumque parte iudicij peti potest passimque conceditur etiam in gradu restitutionis in integrum ex ratione *Text. in l. 2. §. merito ff. pro socio Bald. in l. aduersarij 13. num. 9. C. de rei vindic.* Plot. *in l. si quando nu. 107. C. vnde vi Roland. conf.* 8. *num.* 24. *vol.* 4. *Necusan. conf.* 81. *num.* 17. *Ridolphin. in pax. part.* 2. *cap.* 11. *nu.* 177. *& seqq. Lother. de re benef. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 225. *&* 226. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *num.* 77. Rota *coram Seraph. decis.* 299. *num.* 1. *& per tot. Ludouis. dicta decis.* 458. *num.* 8. *Caualer. dec.* 228. *num.* 5. cum alijs late deductis in *Romana annua præstationis* 12. *Decembris* 1672. §. *Conclusio enim coram me.*

Regula autem, quæ pro Hortensia adduci posset *ex l. iustè possides ff. de acquir. possess.* quòd ipsa nempe ob sententiam Verulani Gubernatoris, & subhastationem bonorum subsequutam iustè possideat, non procedit in huius casus hippotesi, in qua per rotalem sententiam hodie quoque in altera decisione super bono iure coram me confirmatam ostensum fuit Iudicem nulliter, & iniustè processisse, quia tunc processisse
4 non dicitur tanquam Iudex, sed tanquam priuatus, ita vt nec priuauerit Laurentium possidentem sua possessione, sed ei ad huc manutentio debeatur ex vulg. *Theor. Ang. Imol. & aliorum scribentium in l. clam possidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. possess.* Cum interdictum Prætoris ne
5 vis fiat ei qui in possessione missus est non tueatur illum, qui ob falsum creditum, vel ob falsam petitionem missus est in possessionem, quia vt iniquit *Vlpian. in l.* 1. §. *hac verba ff. ne vis fiat ei* propter nullam causam in possessionem missus est, & fortius possidere prædonem quam istum dicit *Bald. cons.* 136. *num.* 2. *vol.* 2. & saltem animo retenta Ciui-
6 lis possessio sufficit hoc casu ad obtinen. manutentionem *Iason: in d. l. clam possidere §. qui ad nundinas num. 62. ff. de acquir. possess. Menoch. de retinend. possess. remed.* 3. *num.* 22. *Rota rec. part.* 1. *dec.* 135. *num.* 3. *& dec.* 270. *num.* 2. *Duran. dec.* 114. *nu.* 3. & in his terminis excessiuæ subhastationis, atque adiudicationis bonorum *in rec. part.* 2. *dec.* 690. *num.* 1. *& apud Posth. de manut. dec.* 323. *illo eodem num. & in Bononien. censuum* 13. *Iunij* 1672. *coram R. P. D. meo Emerix cum alijs in Rom. manutentionis seu attentatorum* 8. *Iunij* 1672. *coram me.*

Hoc enim casu cum sententia fuerit executioni demandata per subsequutam subhastationem, & adiudicationem bonorum, atque defectus non sit circa extrinsecam quantitatem bonorum, sed circa intrinsecam qualitatem debiti, & si pro rata dd. sc. 450. Hortensiæ pro dote debitorum, sententia iusta dici posset, respectu tamen totius summæ 1200: scutorum iniusta sententia, & nulla exequutio est, quia cum non versemur in capitulis vel petitionibus separatis iuxta *Theor. Baldi in l. ordo numer.* 10. *vers. quæro de duobus C. de execution. rei iudic.* re-
7 manet firma regula, quod Iudicis decretum sit indiuiduum, ideòque cum est probatum ex causa partim vera, & partim falsa corruit in totum iuxta *Text. in l. hoc iudicio* 28. *ff. Famil. ercisc.*, & est celebris *Theor. Bartoli in l. si non sortem §. si centum num.* 6. *ff. de condit. indebit.* quem ita pariter consuluisse, & refert, & sequitur *Bald. in l. certi* 9. §. *quoniam sub num.* 8. *vers. secundus si Iudex ff. illo eodem tit.* alijsque relatis *Roland. cons.* 99. *num.* 31. *&* 32. *vol.* 1. *& cons.* 7. *numer.* 86. *& seqq. vol.* 3. *Gratian. discept.* 162. *num.* 18. *& seqq. vol.* 3. *Rota diuers. part.* 2. *dec.* 33. *num.* 6. *&* 7. *Ludouis. decis.* 198. *nu.* 1. *Buratt. decis.* 91. *num.* 2. *&* 3. *ibique Adden. num.* 6. *Coccin. dec.* 681. *num.* 1. *Reuerendissimus Royas dec.* 251 *illo eodem num. cum alijs in Ferrarien. attentatorum* 27. *Iunij* 1668. §. *cessatq; coram Eminentissimo Carpineo Prodatario.*

Verum concedendam Domini manutentionem habita ratione dd. sc. 450. in toto bonis Hortensiæ præseruan-
8 dorum, circa quæ Laurentius Verulani Gubernatoris sententiam non impu-

impugnauit quin immo expresse consensit, acceptando fauorabilem sententiam à R. P. D. meo Priolo latam in cuius præcedentibus decisionibus summa hæc dd. sc. 450. semper Hortensiæ præseruata fuit, quo casu ex consensu partium licuit ex post facto pro hac parte primam sententiam, & executionem præseruare, quemadmodum dicimus in eo, qui omisit in aliqua parte appellare vel appellationem prosequi, prout ex ratione *Text. in l.* 1. §. *fin ff. ad Turpilian.* dixerunt *Bart. in l.* 1. *num.* 7. *ibique Castren. num.* 2. *Bald. num.* 1. *& 2. C. si aduersus rem iudicatam Rota coram Panta dec.* 490 *num.* 6. *& 7.*

Et ita Laurentio informante atque Hortensia sæpius monita Domini responderunt.

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Romana Cambij.

Luna 15. Ianuarij 1674.

ARGVMENTVM.

Iussu Patris testantis societas continuatur cum filio etiam infante, quamuis socius Tutor remaneat, bonaque hæreditaria Patris pro successiuis obligationibus à filio minore sine solemnitatibus factis, ad præscriptam negotij continuationem necessarijs, obligata remanent, absque spe restitutionis in integrū, quia obligatio minoris in casu, dependet à consensu Paterno.

SVMMARIVM.

1 *Societas inita cum Patre non continuatur inter tutorem. & pupillum.*

2 *Minor obligatur tanquam hæres ad continuationem negotij à Testatore præscriptam.*

3 *Non valet conuentio quòd hæres societati succedat.*

4 *Ex practibus Patris fratrem rogantis, vt cum filio negotium continuet, expressus iussus adducitur respectu filij, & heredis.*

5 *Verba prolata per modum consilij necessitatem non inducunt.*

6 *In constitutione negotij expressa Testatoris voluntate facta, bona hereditaria eiusdem obligata remanent non secus ac si cum ipso contractum fuisset.*

7 *Solemnitates non requiruntur in contractu à minore iussu Patris testantis facto.*

8 *Res minoris sine decreto obligari potest si in ipsum iure hæreditario cum hoc mandato transiuerit.*

9 *Sunt impropriãda verba sententia vt ad iuris intelligentiam trahantur.*

DECISIO XIV.

PRO lanis, quas à Laurentio, & Iuliano fratribus de Butijs prætio sc. 1859. & obulorum 20. Georgius, & Antonius de Papijs emerant die 10. Iulij 1659. cum obligatione illud soluendi anno sequenti mense Martio in nundinis Farfensibus sum. de Butijs num. 4. ob retardatam dicto tempore solutionem fratres de Butijs mandatum suspicionis fugæ contra Papios obtinuerunt, in cuius executionem 859. scutis, & obulis 20. solutis pro reliquis sc. 1000. Cambium infra decennium restituendorum die 27. Aprilis 1663. constituerunt dicto sum. num. 5.

Cum autem solutionibus Papij defecissent die 24. Aprilis 1668. A. C. Areostus per suam sententiam declarauit obligationes respectu negotij q. Georgij, & Vbaldi, in cuius vtilitatem lanæ versæ fuerunt esse exequendas respectu verò Antonij esse nullas, & inualidas tanquam factas à minore non seruatis solemnitatibus sum. de Papijs præteritę positionis num. 5. post quam tamen mandatum executiuum contra bona hæreditaria d. q. Vbaldi relaxauerat, à quibus interposita hinc inde appellatio-

latione causaque mihi commissa dubium fuit an mandatum A. C. executioni demandan. esset, & an obligatio Antonij foret valida Domini die 1. Aprilis 1672. sine resolutione causa proposita hodiè, quòad vtramque dubij partem affirmatiuè responserunt.

Prima pars resolutionis respiciens executionem mandati A.C. relaxati contra bona hæreditaria dicti q. Vbaldi Patris dicti Antonij de Papijs fundabatur in ipsius met vltima voluntate relaxata in sum. vtriusque partis num. 1. in qua Vbaldus commen-
1 dauit Georgio fratri illumque enixè rogauit vt eorum negotium artis lanæ, & appalatus pannorum cum Antonio pupillo filio, & hærede continuare, & prosequi vellet quemadmodum cum se ipso faciebat, quo casu dubium non est ex voluntate expressa testantis bona hæreditaria ipsius pro successiuis obligationibus ad præscriptam negotij continuationem necessarijs obligata fuisse, tunc que rectè cum Antonio Nepote quamuis infante Georgeum Tutorem, & patruum negotium continuasse, quia non procedit hoc casu ratio, ob quam inter istos regulariter societas non inducitur, quia nempe pupillus consentire non possit Infans verò consensum non habeat ad *Text.* cum ibi notat in *l. Titium*, *&* *Menium* 45. §. *Altero ff. de admini-*
2 *str. Tutor.* cum hoc casu non ex consensu Pupilli, vel Infantis societas non contrahatur, sed ad seruandam volũtatem defuncti negotium continuari volentis obligetur tanquam hæres eiusque vtilitati, ac damno. Quidquid in negotij continuatione expenditur, vel acquiritur cedere debeat iuxta *Text. in l. qui negot.* 59. *in princ. ff. de administr. Tutor.* quem vnicum, & singularem ad hunc effectum *Bald. in l. cum oportet* 6. *num.* 9. *in fine* C. *de bonis, quæ liberis, & prius in l.* 4. *ff. de condit. & demonstr. Dec. conf.* 441. *num.* 1. 2. *&* 5. vbi respondet *Textus in l. nemo potest* 35. *& in l. adeo* 60. *ff. pro socio* prohiben. ne à princ. conueniatur, vt hæres succedat societati quia illud respicit voluntarium contractum societatis ab hærede ineundæ tanquam ex persona propria, hoc autem de quo agimus respicit societatem necessariam continuandam ex voluntate
3 Testatoris ab hærede defuncti personam representan. quam distinctionem innuere videtur *Text. in l. verum est* 64. §. *in hæred. ff. pro socio,* & distinguen. pariter inter vnum, & alterum casum *Ruin. conf.* 91. *num.* 7. *vol.* 1. *Decian. conf.* 22. *num.* 11. *& seqq. vol.* 3. *Mantic. de tacit. & conuen. lib.* 6. *tit.* 24. *num.* 29. *Roman.* qui aliter respondet *conf.* 171. *num.* 5. & generaliter comprobant alijs adductis *Osasch. dec.* 150. *num.* 3. *&* 4. *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 56. *num.* 15. *Michal. de fratr. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 39. *& seqq. Rot. Rec. part.* 9. *decis.* 284. *sub num.* 25. *&* 26. *& part.* 13. *dec.* 320 *num.* 4. *& seqq. Dunoz. Iun. decis.* 721. *sub num.* 6. *& seqq. & in Bonon. Pecuniaria* 27. *Iuny* 1663. §. *quod enim per tot. coram Eminentissimo Cerro.*

Nulla habita ratione quod Testator fratrem rogauerit, vt continuaret negotium cum filio, quia & si præ-
4 ces istæ fuerint respectu fratris in quem Vbaldus Testator potestatem non habebat respectu Antonij filij vim Iussus obtinent ob potestatem, quam in ipsum vti filium, & hæredem habebat ità vt rectè hoc casu pro iussu expresso tacitum quoque testantium desiderium iura interpretentur *in l. & hoc modo* 118. *& in l. & eo modo* 121. *ff. de legat.* 1. cum id suadeat natura negotij ac dispositionis contextus, quo casu limitatur regula *Text. in l. cum pater ff. de legat.* 2. ne scilicet verba per modum consilij prolata necessitatem
5 inducant, sed procedit dispositio *Text. in l. fideicomissa* 11. §. *hæc verba, & in l. Pamphil.* 37. *ff. de legat.* 3. vt verba hæc disponant etiam, & cogant *Rimin. Iun. conf.* 700. *num.* 25. *Peregr. de fideicomissis art.* 1. *num.* 47. *& seqq. Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 1. *sub. num.* 12. & ad hunc præcisum effectum *Rot. in rec. part.* 13. *d. dec.* 320. *num.* 4. *&* 5. confirmata in altera instantia *in decis.* 27. *Iuny* 1663. §. *etenim verba coram Eminentissimo Cerro.*

Alias enim decepti essent sub fide publi-

blica fratres de Butijs alijque, qui cum negotio D. Vbaldi contraxe-
6 runt, quod sub eius nomine, & cum illius signo à Georgio Fratre, & Antonio filio continuatum fuit, vt deponunt Testes sum. de Butijs num. 2. cum quibus tres Testes pro Papijs adducti concordant d. sum. præterito illorum num. 1. Pars scilicet iux. 15. *Il Sig. Georg.o Papio doppo la morte di Baldo essercitò il negotio di esso, & l'hà essercitato secondo me per detto Baldo, perche correua il medemo merco in tempo, che essercitò Georgio, che correua in tempo di Baldo*, & 5. Testis iux. par. 15. mil. *ma il merco delle mercantie sempre fù esercitato quello di Baldo Papio* & 35. demum *mà perciò in tutte l'opere che si faceuano s'adopraua il segno del Sig. Baldo*, & sic sequendo fidem Testatoris cum euidenti damno propria bona exponerent, ad quod absurdum vitandum bona hæreditaria defuncti obligata sunt non secus, ac si eum ipso contractum fuisset, quia & si non sit ead. persona est tamen indiuisum negotium, vt dicebant l. C. *in l. 1. §. si plures ff. de exercit. act. Bartol. in eamdem sub num. 9. vers. si vero talis negotiatio ff. de duobus reis Rot. rec. par. 13. d. dec. 320. num. 6. & dec. 426. nu. 1.* confirmata in altera instantia *dec. 27. Iunij 1663. §. etenim verba coram Eminentissimo Cerro.*

His consequens erat resolutio alterius partis dubij circa obligationem Antonij licet minoris tempore Cambij
7 contracti, qua supposita necessitate obligationis ex iussu Patris testantis solemnitates amplius non requirebantur iuxta *Text. expres. in l. prædium 3. C. quando decreto opus non est, & in l. 1. & l. fin. ff. de rebus eorum*, qa promissio minoris non recipit principale robur ab ipsius consensu sed à Paterno, à quo minoris obligatio dependet iuxta distinctionem *Baldi post Dinum in l. 1. §. si minor ff.*
8 *de rebus eorum*, vt scilicet res minoris licet obligari non possint sine decreto, quando dominium præcedit conuentionem, vel quando conuentio præcedit dominium, possint tamen quando vnum non reperitur sine alio vt in casu, in quo bona Patris transierunt in Antoniam iure hæreditario, & sic eum isto mandato, vt per eumdem *Bald. in d. l. 1. in princ. ff. de reb. eorum Alex. cons. 215. num. 1. & seqq. vol. 6. rec. par. 4. dec. 322. num. 15. vers. quod magis & part. 9. d. dec. 284. num. 26. Coccin. dec. 2207. num. 37. cum pluribus seqq.*

Neque pæritus refert quod A.C. Areostus contra Creditores Georgij pronunciauerit Bona negotij ad illos non spectare dicto summario de Papijs num. 3. quia vel ideò dixit bona negotij non esse obligata pro debitis Georgei, quia tunc forsan agebatur de debitis proprijs ipsius Georgei quemadmodum verba sententiæ im-
9 propriari decet, vt ad Iuris intellectum illa trahamus ad *Text. in cap. causam, quæ vbi glos. verbo procedat de rescriptis in cap. Dilectus. de offic. ordin. & in l. Herennius ff. de euictiom. Bart. in l. si fundus §. in vendicatione sub. num. 4. ff. de pignor. Capic. Latr. dec. 25. num. 15. Rota rec. part. 2. dec. 66. sub num. 3.* vel tanquam euidenter Iniusta attendenda non est *ad Text. cum ibi notat in l. 4. §. Condemnatum ff. de re iudic.* cum similibus.

Et ita vtraq;

REVERENDISSIMO P. D. ALBERGATO DECANO.

Firmana Fideicommissi.

Luna 19. Februarij 1674.

ARGVMENTVM.

Æquitas *l. Pantonius ff. de acquir. hæred.* locum non habet ad exclusionem personæ magis dilectæ. Ignorantia in consanguineis simulque habitantibus non præsumitur. Ius petendi restitutionem in integrum ad hæredes transmittitur.

SUMMARIUM.

1 *Qui hæreditatem non adijt ius adeundi ad hæredes transmittere non potest.*
2 *Aequitas* l. Pantonius *non habet locum ad exclusionem personæ magis dilectæ.*
3 *Consanguinitas, & habitatio simultanea scientiæ præsumptionem inducunt.*
Coniunctus facta coniuncti scire præsumitur. ibidem num. 3.
4 *Vbi verisimilitudo, ex contraria inuerisimilitudine conquassatur, nulla ratio de testibus habetur.*
5 *Solutio Legati refertur ad Titulum præambulum testamenti.*
6 *Causa testati necessaria dicitur, vbi quis ad adeundam hæreditatem ex testamento cogi potest.*
7 *Actus aditionis in dubio est referendus ad necessariam causam testati, vbi hæreditates ex testamento, vel ab intestato adiri potest.*
8 *Ius adeundi non dicitur in bonis nostris nisi aditione sequuta.*
9 *Ius adeundi ad effectum transmittendi censetur esse in bonis defuncti, & hæreditarium reputatur.*
10 *Ius petendi restitutionem in integrum est transmissibile ad hæredes.*
11 *Qualibet præsumpta prædilectio non est sufficiens pro denegatione restitutionis in integrum.*
12 *Actus ad vnum finem ordinatus contrarium effectum operare non debet.*
13 *Contrariorum eadem est disciplina.*

DECISIO XV.

Reformando decisionem tertio loco æditam coram me in hac causa censuerunt DD. 28. Aprilis anni præteriti sub fideicomisso Iulij nõ cõcedere bona libera Iosephi Fratris prę defuncti. Quia Iulius licet illius hæres ex testamento cum tamen hæreditatem non adiuerit dicebatur
1 non potuisse Ius adeundi transmittere ad hæredes, vel ex capite Iuris deliberandi, de quo in *l. cum in antiquioribus C. de Iur. delib.* vel ope restitutionis in integrum, iuxtà text. in *l. Pantonius ff. de acquir. hæred.* quia respectu primi defficiebant duo ex tribus necessarijs requisitis, nempè scientia delatæ hæreditatis in transmittente, & aditio eiusdem facienda intra annum delationis à transmissario. Respectu verò secundi dictum
2 fuit Nicolaum hæredem institutũ à Iulio potuisse, & voluisse non vti restitutione in integrum sibi competenti ex *d. l. Pantonius*, & in omnem casum æquitatem huius legis non habere locum ad exclusionem personæ magis dilectæ, qualis fuit habitus Nicolaus in concursu Mariæ eius Amitæ, sed his non obstantibus & facti circumstantijs hodiè melius dilucidatis, DD. redierunt ad tertio loco decisa.

Ignorantia enim, quam Iulius habuisse dicebatur hæreditatis sibi delatæ fundata in supposita ignorantia mortis Iosephi defuncti tollitur ex consanguinitate, & simultanea habita-
3 tione præsumptionem scientiæ inducentibus, vt per *Text. in l. octaui ff. vnd. agnat. & l. de Tutela C. de in integrum restitut.* ad hunc præcisum effectum determinat *Bart. in l. qui duos num. 12. ff. de reb. dub.* & sequitur *Purpurat. in l. 1. num. 98. ff. si cert. pet. Mascard. de probat. concl. 407. sub num. 2.* & generaliter, quòd coniuncti maximè simul habitantes præsumantur scire facta coniunctorum, tradunt *Alex. cons. 1213. num. 12. lib. 2. & Rot. coram Bich. d. 6. nu. 19. & 342. num. 3.*

Et quamuis illam excludi dictum fuerit in decisione, quæ reuidetur ex fide trium testium deponentium mortem Iosephi fuisse data opera celatam Iulio, ne ob mærorem ex hoc tristi nuncio contrahendum adaugeretur morbus, quibus licet extraiudicialiter, & lite pendente procuratis deferendum esse Domini existimarunt vti deponentibus verisimilia nihilominus ex eorum dictis in hodierna disputatione accuratius discussis fuit animaduersum maximam oriri inuerisimilitudinem assertæ occultationis, quia dum primus, & secundus Testis deponunt Iulium voluisse instituere Iosephum prę defunctum, eò, quia ignorabat illius mortem, & postea ab hac voluntate recessit instituendo Nicolaum Nepotem, & sub-

ſubſtituendo Mariam Sororem nemo dixerit cauſam huiuſmodi receſſus extitiſſe inſulſam rationem à ſecūdo Teſte allatam, quòd nempè fuerit eidem Iulio, inſinuatum Ioſephum fratrem non curare de illius hæreditate, ſed potius dicendum, & præſumendum eſt fuiſſe motum ad aliter diſponendum ex propalatione mortis vſque tunc ocultatæ ne alias contra omnem veriſimilitudinem dicamus voluiſſe abſque vlla cauſa præterire omnimodò fratrem, quem ſummo amore proſequebatur, vt patet ex voluntate illum inſtituendi hæredem, eique perferre, non ſolum nepotem, ſed & ſororem, &
4 proindè cum veriſimilitudo occultationis conquaſſetur ex hac contraria inueriſimilitudine *Rimin. Iun. conſ.* 217. *num.* 34. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 362. *num.* 19. *vol.* 4. *Rot. coram Coccin. d.* 2342. *num.* 4. nulla eſt habenda ratio de teſtibus, qui vti ſingulares in dicto, & procurati lite pendente, & ſine citatione partis nullum faciunt gradum probationis ex allegatis Iuribus.

Minuſque ſubſiſtit defectus alterius requiſiti videlicet aditionis hæreditatis tranſmiſſæ faciendæ intra annum, ſub prætextu, quòd aditio intra hunc terminum facta à Nicolao, qui eam ex teſtamento, & ab inteſtato facere poterat ad cauſam inteſtati tanquam ſibi magis proficuam ſit referenda.

Quia contrarium deducebatur tam ex coniectura deſumpta ex ſubſequuta à
5 ſolutione legati à Ioſepho relicti, quæ non niſi ad titulum præambulum teſtati referre poteſt ex *Gloſſ. in l. quędam mulier verb. ſufficiebat ff. de re Iudic. l.* 2. *C. de acquir. poſſeſſ. Oſaſch. d.* 58. *num.* 18. *& Rota d.* 397. *n.* 1. *in fin. part.* 1. *recent. & coram Dunoz. d.* 96. *num.* 72. Tum etiam quia dum ex infra dicendis Nicolaus compelli poterat ad adeundam hæreditatem,
6 de qua agitur ex teſtamento, indèque cauſa teſtati dicebatur neceſſaria ad notata per *Bald. in l. nouiſſimè ff. quod falſ. Tutor. Auth. quem ſequitur Gig. conſ.* 36. *num.* 21. *& Rota coram Peutingero d.* 69. *num.* 12. In dubio ad illam non autem ad voluntariam cauſam inteſtati actus aditionis eſt
7 referendus ad *Text. in l. fin. vbi Bart. C. de alimen. Pupill. praſtan. Cyriac. contr.* 537. *nu.* 47. *& ſeqq.* Rota coram *Greg. d.* 92. *num.* 7. *coram Dunoz. Sen. d.* 244. *num.* 7. *& coram Iun. d.* 576. *num.* 38.

Quod autem Nicolaus compelli poſſet probatur ex eo, quia licet regulari-
8 ter Ius adeundi, ſeù deliberandi non dicatur eſſe in bonis noſtris, niſi poſt ſequutam aditionem ad *Text. in l. pratia rerum ff. ad* l. *falcid.* cum plenè deductis in *Firmana fideicommiſſi de Formenis* 9. *Iunij* 1634. *coram Panzirolo*; attamen ad effectum tranſ-
9 mittendi cenſetur eſſe in bonis defuncti, & reputatur hæreditarium, vt in ſpecie tenet *Bart. in l. qui duos ſub num.* 11. *ff. de reb. dub. Ruin. conſ.* 22. *num.* 16. *lib.* 3. *& conſ.* 23. *nu.* 27. *lib.* 5. *Surd. d.* 140. *num.* 17. *& latè Salgad. Laber credit. p.* 2. *cap.* 25. *à num.* 94. *cum pluribus ſeqq.* Et proindè Nicolaus præſcriptus poſt aditam hæreditatem Iulij, ſub qua Ius tranſmiſſum comprehendebatur cogi poterat à Maria fideicomiſſaria hærede adire controuerſam hæreditatem ex eodem Iure, & ſic ex teſtamento, vt in terminis firmat *Bart. in l. ille à quo* §. *ſi de teſtamento ſub num.* 2. *& 6. ff. ad Trebell. & poſt Gloſſ. in verb. coguntur*, notat in *l. eam qua num.* 4. *C. de fideicom.* & poſt eum *Peregr. de Fideic. art.* 2. *num.* 75. *verſ. hæres hæredis Bart. de ſucceſſ. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 2. *& Fuſar. de ſubſtit. q.* 600. *num.* 11. *&* 12.

Ceterum quatenus tranſmiſſio Iuris deliberandi non habuiſſet locum adhuc dicebant DD. fuiſſe à Iulio tranſ-
11 miſſum Ius petendi reſtitutionem in integrum ex æquitate *l. Pantonius ff. de acquir. hæred.* qua vſum fuiſſe Nicolaum deducebatur ex eiſdem rationibus modò ſupra allegatis dum ad illam petendam pariter compelli poterat à Maria, vt in ſpecie notat *Bart. in d. l. eam qua num.* 4. *C. de fideic.*

Nequaquam releuante, quòd æquitas huius legis non admittatur ad excluſionem Nicolai magis dilecti reſpectu Iulij tranſmittentis ex adductis in deciſione, quæ reuidetur §. *minus refragatur*, nam quicquid ſit

de asserta dilectione, & an illa sit desumenda à transmittente, vel à Iosepho de cuius hæreditate agitur, vt obseruat *Alex. conf.* 188. *num.* 20. *lib.* 7. *& Baratt. conf.* 61. *sub num.* 5. *verf. etenim respicitur lib.* 1. cessare visum est obiectum ex eo, quia non agitur de excludendo Nicolao, in quibus terminis loquuntur DD. sed de admittenda post illius inclusionem, & obitum sine filijs Maria in hoc casu expressè vocata à Iulio.

Et quamuis ex admissione dictæ æquitatis adimatur Nicolao libertas ad libitum disponendi de dicta hæreditate nihilominus non omne leue præiudicium est attendendū quemadmodum non quælibet præsumpta

11 prædilectio videtur sufficiens pro denegatione restitutionis in integrum ex eadem æquitate concessæ, vt aduertit *Odd. de restit. in integr. q.* 50. *num.* 82. imo cum prædilectio Nicolai fuerit desumpta, ex quo Iulius illum instituerit, & Mariam substituerit, si ex huiusmodi prædilectione perpetuò excluderetur Maria, sequeretur quòd actus ad vnum finem ordinatus, contrarium opera-

12 retur effectum contra regulam *text. in l. legata inutiliter ff. de leg.* 1. *& Rot. d.* 79. *nu.* 5. *coram Peutingero, & d.* 178. *num.* 8. *part.* 5. *recent.* Et egrederetur voluntatem, & intentionem agentis contra aliam Iuris regulam, de qua post *Innoc. & Abb. in cap. olim de restit. spoliat. Mascard. de probat. concl.* 1122. *num.* 16. *& Rota coram eodem Peutingero d.* 1. *n.* 17.

Vndè ad euitanda huiusmodi absurda censuerunt DD. vt sicuti iuxta DD. opinionem hæc restitutio in integrum solet denegari, quando ea me-

13 diante bona transferuntur in personam extraneam, vel quid simile exorbitans contingit contra verisimilem mentem testatoris, ita illa sit admittenda in præsenti hypotesi ad fauorem sororis nedum ex verisimili, sed ex testatoris expressa mente vocatæ ad successionem, vt inde ex paribus rationibus pariformis vtriusque casus sequatur determinatio, & contrariorum eadem sit disciplina, iuxta *text. in l. si contra tabul.* 35. *in fin. ff. de vulgar. & Rot. coram Gregor. d.* 517. *num.* 34.

Ex quibus cum Iosephi hæreditas tanquam adita ex iure transmisso, fuerit cum illa Iulij consolidata, & ex ipsius fideicomisso vtraque debeatur Mariæ frustra repetebant informantes pro Bonacursijs Nicolaum præscriptum eorum Authorem, licet in conditione positum fuisse ad illas vocatum ex antiquiori fideicomisso Nicolai senioris, quia vt dictū fuit in alijs decisionibus, & præcipuè in illa ædita *die* 13. *Iunij* 1672. deficiunt coniecturæ necessariæ ad inducendā prætensam vocationem præsertim illæ, quæ desumi prætendebantur ex digressu ad plures gradus substitutionum, & ex voto conseruandæ agnationis, quibus defficientibus ex deductis in præfatis decisionibus reliquæ tanquam leuissimæ, & inefficaces non visæ sunt indigere vlteriori discussione.

Et ita vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO P. D. CALATAIV.

Neapolitana hæreditatis.

Veneris 13. *Aprilis* 1674.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum non datur aduersus tres sententias conformes, nisi docto de læsione proueniente ex iniustitia sententiarum.

SVMMARIVM.

1 *Aduersus læsionem prouenientem ex iniustitia sententiæ, etiam vbi constat de tribus conformibus, in integrum restitutio competit.*

DECISIO XVI.

PAtres S. Mariæ in Porticu Neapolis Donatarij, & hæredes Felicis Mariæ Vrsinæ Ducissæ Grauinæ, sub diuersis oneribus conuenti fuerunt coram

coram A. C. de voto Rotæ à PP. Ministrantibus infirmis substitutis in casu controuentionis, tàm ob non effectuatam statim sequuto Testatricis obitu erectionem Nouitiatus quã ob transactionem factam cum Duce Ferdinando Vrsino, & cum Octauio Blanco, sed præuijs pluribus decisionibus absoluti fuerunt per tres sententias Rotales, quibus substituti non acquiescentes adiuerunt Signaturam Iustitiæ, & mihi rescribi obtinuerunt de restitutione in integrum pro vt de iure sine præiudicio trium conformium; Vnde dato dubio: an constet de causis restitutionis in integrum negatiuè respõsum fuit.

Siquidem aduersus tres sententias conformes, non datur restitutio in integrum, nisi docto de læsione resultan-
1 te ex iniustitia sententiarum *Rot. dec. 1. de restit. in integr. in nou.* & coram *Seraphin. dec. 1238. num. 1. coram Buratt. dec. 323. num. 1. & seqq.* Quæ tamen iniustitia penitus cessat ex solidis fundamentis relatis in tot decisionibus factis in hac causa contra quæ nihil hodie deductum fuit ab ijsdem PP. ministrantibus infirmis instantibus solum pro concessione remissoriæ.

Vna tantum &c.

REVERENDISSIMO P. D. MATTHEIO.

Anconitana Immissionis.

Merc. 4. Iunij 1674.

ARGVMENTVM.

Non sustinetur renunciatio hęreditatis facta à fratre minore fratri maiori, etiam per viam donationis vallatæ iuramento, sed competit in integrum restitutio aduersus lęsionem ex ipsa renunciatione prouenientem. Contractus minorum sine solemnitatibus statutarijs celebrati sunt nulli. Nec attenditur ratificatio facta ab ijs, qui contractus nullitatem ignorabant.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti regulariter inter contrahentes possessionem probat.*

2 *Forma statuti, in contractibus minorum exigentis interuentum duorum proximiorum affinium, est exactè seruanda.*

3 *Curator deputari non potest ad approbandam donationem factam à minore, vel aliam actum ipsi minori læsiuum.*

4 *Minor neque cum Iudicis decreto, & Tutoris auctoritate donare potest.*

5 *Donare est perdere.*

6 *Non est attendendum Iudicis decretum, quod minoris indemnitati non consulit.*

7 *Iuramentum nullam vim habet in contractibus minorum solemnitatum defectu nullis.*

8 *In integrum restitutio datur aduersus donationem metu, vel dolo factam, aut ex ignorantia valoris rei donata.*

9 *Ignorantia valoris rei donata præsumitur, vbi nulla æstimatio de re donata præcessit; vel donans ipsam nunquam administrauit.*

10 *Naturali propensioni repugnat quod quis propriam sobolem priuare velit, & alteri donare; vnde donatio ex metu, & dolo facta præsumitur.*

11 *Metu, & dolo ad donandum inductus præsumitur, qui tam immodicè donat, vt omnibus suis facultatibus denudatus existat.*

12 *Actus insoliti, affectantes cautelas in contractibus non practicari solitas doli præsumptionem augent.*

13 *Clausula insolita apponi in Instrumento contractus, dolum, vel fraudem inducunt.*

14 *Ratificatio occultè facta extrà locum habitationis contrahentium fraudis suspicionem auget.*

15 *In repudiatione hæreditatis à minore facta si sit nimis læsiua requiruntur solemnitates necessaria in contra-*

tractibus minorum.

16 *Restitutio in integrum competit aduersus renunciationem, vel repudiationem bonorum hæreditariorum, vbi de læsione constat.*

17 *Solemnitates etiam requiruntur in contractu minoris vtili.*

18 *Læsio in totum dicitur enormissima.*

19 *Ex contractu defectu solemnitatum nullo, minor nec ciuiliter nec naturaliter obligatus remanet.*

20 *Instrumentum ratificationis factum in fraudem statuti contractum conualidare non potest.*

21 *Non sustinetur ratificatio contractus, cuius nullitas ratificanti erat ignota.*

22 *Vt ratificatio effectum producat requiritur in ratificante plena scientia nullitatis Iuris, & facti.*

23 *Capitula sine solemnitatibus subscripta non probant contra minorem.*

24 *Minor non cogitur ad restituendum receptum nisi in quantum factus est locupletior.*

25 *Confessio de recept. facta à minore sine solemnitatibus est inefficax, nullamque probationem fecit.*

DECISIO XVII.

DEcessit Ioannes Ruffinus, & in tabulis testamentarijs constituta prius primogenitura in nonnullis bonis ad fauorem March. Antonij natu maioris in reliquo asse hæreditario hæredes Vniuersales scripsit eumdem Antonium, Bartholomeum, & Franciscum filios, inter quos, & eorum descendentes reciprocum, & strictissimum fidecommissum ordinauit vt in sum. num. 1. quod postea ob mortem Bartolomei alterius fratris deuenit in Antonium Franciscum, qui dum esset in ætate 20: annorum suam portionem renunciauit de annò 1668. ad fauorem dicti Antonij Fratris, vt in sum. num. 6. ad effectum se eximen. à vexationibus illatis sum. num. 5. & demum eumdem Franciscum minorem die 21. Nouembris eiusdem anni in Burgo Ruffino induxit ad subscribenda nonnulla capitula concernentia dictæ renunciationis ratificationem, & confessionem se recepisse sc. 3. mil. in pecunijs, & gemmis pro consecutione legitimæ sibi debitæ vt in sum. num. 7. & vlterius ista capitula per aliud instrumentum approbauit in Territorio Auzimano in quo idem Marchio Antonius se obligauit tradere eidem Francisco, & Vxori congrua alimenta, & sc. 60. annua vt in summario num. 8. contra renunciationes cum Franciscus factus maior in partibus egerit obtenta prius absolutione à Iuramento, vt in summario num. 9. ab Eminentissimo Episcopo Anconæ fauorabilem sententiam reportauit declarante illas esse nullas vt in sum. num. 10. & ab illa deuoluta causa in Rota, & mihi commissa dedi dubium an Co: Francisco sit concedenda reintegratio, & quatenus opus sit Immissio, & DD. placuit affirmatiuè respondere.

Actum fuit pro immissione, vel reintegratione in bonis renunciatis, quod remedium competere Co; Francisco nulliter dolosè, & læsiuè renuncianti bona paterna, & fraterna ad fauorem Marci Antonij fratris DD. non dubitarunt, & cum actus quam plures gesserit alienando huiusmodi bona vti hæres Patris, cum consensu eiusdem Marchionis fratris vt in sum. num. 30. dubitari minus potest quod illa non possiderit, & attenta clau-
1 clausula Constituti apposita in Instrumento alienationis, quæ regulariter inter contrahentes possessionem probat *Ang. in l. quadam mulier cir. med. vers. item attendi ff. de rei vindic. Posth. de manut. obseru. 20. nu. 4. Rot. coram Greg. XV. dec. 362. num. 2.*

Contractus autem fuisse nullos, dolosos, & læsiuos, & quòad nullitatem præcipuè considerabant renunciationem factam fuisse à Francisco in minori ætate constituto, vt in sum. num. 71. non seruata forma Statuti Anconæ, quod cum mandet in locum Curatoris generalis in contractibus minorum interuenire debeant duos affines proximiores, vt in sum. nu. 12. erant adhibendi illi, qui de eo tempore, & poterant commodè interuenire non autem alij in gradu remotiores, qui solum indefectu Proximiorum erant vocandi, & ideò cum de eo tempore constaret, quod adesset

set Angelus de Ferrettis, & alij, qui erantproximiores vt in sum. num. 13
2 & non fuerint vocati non poterat deuenire ad deputationem Curatoris, nam Statuti forma erat primò diligenter seruanda *Pic. ad Stat. Vrb. c.151. fol.17. num. 1. Rota coram Verral. dec. 205. in princ. part. 3. coram Caual. dec. 257. num. 5. coram Pen. decis. 259. num. 6. & in rec. decis. 232. num. 1. & 2. part. 2.*

Vltra quod deputatio ipsa Curatoris fuit ipso iure nulla dum datus fuit ad approbandam donationem nullam, & immoderatam, & ipsi mino-
3 ri læsiuam, ad quem actum deputari minimè poterat Curator, qui tenebatur vtilia facere, & inutilia prætermittere vt ponderat *Gratian. discept. 740. num. 16. & 17.* quam nec
4 ipse facere potest, nec cum Iudicis decreto, & Curatoris auctoritate *Batrig. in l. 1. C. si aduers. donat. ibique Bald. Natt. cons. 166. num 17. & cons. 130. num. 7. Surd. cons. 114. nu. 13. & 14. idem de alim. tit. 15. privil. 56. num. 109. Rota coram Caual. dec. 269. §. Tandem DD. coram Buratt. dec. 924. num. 15.* & ratio est quia nulla vtilitas Pupillo ex illa resultat, dum certum est quod qui do-
5 nat bona donata perdit *Alex. cons. 125. num. 2. vers. quaro, & vlt. lib. 1.* & ideo Iudicis decretum in hoc casu nec attendendum venit cum illud interponere debeat iusta accedente
6 causa quam ipse antequam decretum iurerponat examinare debet, vt minoris imbecillitati consulere valeat *Gratia. discc. 233. num. 5. & 6.*

Neque etiam habent locum indonatione iuraméti vinculo corroborata, quia quando in contractibus mino-
7 rum nullitas prouenit ex defectu solemnitatum iuramẽtum remanet penitus sua virtute destitutum dum statutum præsumit illud fuisse vi, & metu extortum summario num. 12. *Ruin cons. 95. num. 8. vers. nec obstat lib. 5. Andreol. contron. 239. num. 75. Rota coram Buratt. dec. 422. num. 18. coram Eminentissimo Ottob. decis. 16. num. 5. cum seqq. coram Vrgellen. dec. 117. num. 1. & 2. coram Duran. dec. 49. num. 1. & in rec. dec. 279. num. 4. part. 8. & dec. 232. num. 3. part. 11.* Præterea cum adsit in eo ignorantia valoris rei donatæ, & vi-
8 geat suspicio illum fuisse metu, & dolo seductum ad donandum in integrum restituendus erit, *Rota in Firmana donationis 9. Aprilis 1674. §. quicquid coram Reuerendissimo Alberg. Dec.*

De quibus nullo modo fuit dubitatum & ignorantia deduci ex eo, quod nullo vnquam tempore bona Pater-
9 na administrauit, sed illorum cura semper fuit penes Marcum Antonium vt natu maiorem, qui solus inuentarium confecit, & renunciatio facta fuit à minore nulla præcedente estimatione de omnibus, & singulis bonis, quod sufficit ad hoc vt ignorantia argui possit *Surd. cons. 46. nu. 9. & seq. lib. 1. Honded. cons. 42. nu. 16. & seq. lib. 1. Gratian. discept. 233. num. 29. Rot. in dicta Firm. donationis §. non primum.*

Dolus autem, & metus manifestè resultat ponderatis facti circumstantijs, in quibus conuincitur renunciantem fuisse minorem, & habuisse vxorem, & ventrem prægnantem temporæ factæ renunciationis, & in Arce fuisse retentum à qua libet non
10 euasit, nisi postquam instipulatione renunciatio deducta fuit, ex quibus indubitanter desumitur metus, & dolus, ex quo verisimile non est, & repugnat naturali propensioni, quod quis propriam sobolem priuare velit suis substantijs, & alijs donare per *Text. in l. dolus 44. ff. mandat* & istud eò magis considerari debet facere
11 contra March. qui à Francisco fratre minore recepit in donatione totam Patris, & fratris hæreditatem ad eumdem spectan. ascenden. ad sc. 35. mil. quod erat illud totum, quod ipse habebat, ob quam excessiuam, & immoderatam donationem remansit omnibus suis facultatibus denudatus *Castren. cons. 174. col. 1. lib. 1. Corn. cons. 124. num. 5. lib. 3. Soccin. cons. 263. col. 2. lib. 2. Cephal. cons. 137. num. 78. lib. 1. Larea dec. 66. num. 2.*

Addita præsertim vlterius consideratione tunc dolum proximè comproban. nempè quod ipse Antonius Frater, & renunciatarius post quam obtinerat

tinuerat primam renunciationem, eumdem Co. Franciscum renunciantem induxit ad subscriben. nonnulla capitula concernentia ratificationem sc. renunciationis, & confessionem se fuisse satisfactum de legitima sibi debita, & vlterius cum istæ cautelæ minimè sibi sufficientes esse viderentur eumdem Franciscum Fratrem extra Territorium Anconæ subtraxit, & cum eo se contulit in Territorium Auximi, vbi ab eodem ex-
12 torsit dd. capitulorum ratificationem, & ideò cum isti sint actus insoliti affectantes cautelas alias non practicatas in similibus contractibus ac magis augent doli præsumptionē *l. si quis sub cond ff. de condit. instit. Bald. in l rogasti §. si Tibi ff. si cert. pet. Ias. in l. Testam. num. 4. C. de testam. Corn. cons. 205. num. 7. lib. 2. Curt. Iun. cons. 178. num. 13. Gratian. cons. 53. num. 10. lib. 1. Natt. cons. 438. num. 4. Bero. cons. 59. num. 14. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 102.* vbi dicit argui dolum, quando quis facit quod fieri non consueuit,
13 & idem in num. 103. firmat ex clausulis insolitis in Instrumento contractus appositis argui fraudem, & dolum, & allegat *Aret. cons. 56. num. 6. Socc. Iun. cons. 77. num. 47. lib. 1.* & alios, & quò magis diligentiæ sunt in numero, & geminatè, eò plus vehemens fraudis suspicio insurgit, vt dixit *Capic. Latr. consult. 35. num. 55.* Immò ad hunc effectum, & si non adessent tot, tantæ quæ multiplicatæ diligentiæ sufficeret, quod renuncia-
14 tio ratificata fuerit in Territorio Auximi, quod est extra locum habitationis contrahentium, & ita vti occultè facta magis fraudis suspicionem auget *DD. in l. quo Tutela §. clam factam ff. de reg. lur. Iason. cons. 141. vol. 1. Cranett. cons. 862. & cons. 864. num. 3. Rimin. cons. 58. num. 43. Surd. cons. 473. num. 30. Ciriac. controu. 474. num. 27. Rot. in Caualcccn. hæreditatis 28. Maij 1672. §. penult. vers. quod facis coram Reuerendissimo Albergato Dec. & in d. Firmana donationis §. in præsenti.*

Non obstat quod hic agatur de repudiatione hæreditatis in qua solemnitates non requiruntur, non autem de
15 renunciatione quoniam etiam si esset repudiatio hæreditatis, de futuro erant necessariæ solemnitates dum illa erat nimis læsiua, vt tradunt *Cur. Iun. num. 23. Alciat. num. 33. & 34. Cagn. nu. 32. ver. tertia Concl. in rub. C. de pactis Bald. in l. pactum quod dotale in fin. C. de collat. Tiraquell. de leg. connub. glos. 5. num. 52. Gabr. cons. 6. num. 2. & seqq. vol. 2. Gratian. disc. foren. cap. 132. num. 22. vers. quod magis Rot. coram Buratt. decis. 120. num. 24. coram Greg. XV. dec. 15. num. 4. & 6. & dec. 38. num. 3. part. 2. rec. & in Perusina hæreditatis 7. Decembris 1638. coram bo: me. Virili* In proposito autem videtur cessare difficultas in hac particulari inspectione, quia verè, & indubitanter agitur de Iure quæsito, ex quo constat ipsum Com. Franciscum renunciasse hæreditatem postquam relictus fuit hæres à Patre, quæ ad sui fauorem delata fuerat, vt manifestè demonstrant reiterati actus facti ante renunciationem denotantes verum illorum dominium, quos citra nomen hæredis facere non poterat vt in sum. num. 3. & propterea
16 aut dicatur renunciatio, aut repudiatio semper verum erit dicere quod ipse fuit læsus, & per consequens illi competit restitutio in integrum aduersus bona renunciata *l. non omnia & ibi gloss. ff. de minor Odd. de restit. in integr. part. 1. q. 4. art. 15. in fin. & part. 2. quæst. 85. art. 4. in fin. Rot. d. decis. 120. nu. 26. coram Buratt.*

Neque obstat quod dicitur de vtilitate Pupilli resultan. ex huiusmodi contractus renunciatione, quia vltra quod in Testamento nullum onus fuit impositum, & minus prohibita detractio legitimæ nullum potuit in eo considerari grauamen, quod minus resultabat ex onere non nullorum legatorum in hæreditate valde
17 opulenta, & istæ solemnitates erant etiam necessariæ in contractu minoris vtili *Rot. coram Card. Seraph. dec. 1242. num. 3.* & hoc est indubitatum, quando prout hic de vtilitate euidenter non constat **Rot. in Rom. Tutelæ de Ruspolis 2. Maij 1602. coram Card. Lancellotto.**

Tan-

Tandem ex ijs apparet ipsum Comitem
minorem fuisse enormissime læsum
de quo dubitari nequit dum omnia
bona ad ipsum spectantia ascenden.
ad summam sc. 35. mil. renunciauit
ad fauorem Marci Antonij nulla
præcedente causa,& absque eo,quod
aliquid ipse in recompensatione di-
ctæ renunciationis reciperet, sed to-
tum id tradidit, quod in illius patri-
monio continebatur,& demum pro-
testatus fuit accipere in computum
hæreditatis paternæ non autem legi-
timæ, & illam Antonius tradidit in
computum multorum stabilium alie-
natorum vt in sum. num. 7. & multò
minus euitari potest lęsio, ex quo
ipse ad hanc vniuersalem omnium
bonorum donationem deuenit ad
effectum conseruationis agnationis,
& vt ipse Marchio Antonius eo de-
centius vxorem ducere posset quia
hoc non subsistit in facto dum de
tempore factę renunciationis ipse
Comes Franciscus habebat pro-
priam vxorem pręgnantem, & paû-
lò post ex illa suscepit primum ma-
sculum, & alij post ea successiue na-
ti fuerunt ex eadem Vxore, & hac
18 de causa videtur læsiò, & ista indu-
bitanter argui debet quod fuerit
enormissima dum in totum apparet
ipsum læsum fuisse *Soccin. conf. 266.
num. 25. part. 2. Rot. coram Buratt.
decis. 75. num. 13. & diuers. dec. 428.
num. 3. part. 1.*
Propterea cum excusari non possit re-
nunciationis instrumentum à nulli-
tatis vitio, vt supra iam satis appa-
ret, Capitula quæ postea in illius se-
quela fuerũt subscripta illam ratifi-
19 cando multò minus habenda sunt in
consideratione dum carent solemni-
tatibus á Statuto inductis, quo casu
Co: Franciscus minor ex illis nec ci-
uiliter, nec naturaliter obligatus re-
mansit *Text. in l. sed & si serui ff. de
fideiuss. & in l. antiqua §. fin. C. ad
Vell. Bald. in l. 3. num. 5. C. de repu-
dian. hæred. Couar. in cap quamuis in
2. part. §. 4. num. 6. Gratian. discep.
133. num. 1. Addem ad Stat. Vrb. apud
Fenzon. cap. 152. num. 39. lib. 1. Rot.
dec. 80. num. 10. part. 10. rec.*
Denique multò minus conualidare po-
test donationem, & capitula vt
inualide inita tertium ratificationis
20 instrumentum celebratum in Ter-
ritorio Auximi, & sic extra territo-
rium contrahentium dum illud pati-
tur eamdem exceptionem, cui sub-
iacent alij duo contractus, ex quo
factum fuit in fraudem Statuti Anco-
nitani *Aret. conf. 73. num. 8. vers. fa-
tendum est Menoch. conf. 639. num.
23. vers. vt demum lib. 7. Cyriac.
controu. 10. num. 87. Gratian. decis.
Marcb. 102. num. 6. Rot. in rec. dec.
17. num. 20. part. 13.* At & quando
ista nullitas cessaret tamen huiusmo-
21 di ratificatio non meretur attendi,
ex quo contractus, qui fuerunt rati-
ficati nullo modo innotuerunt nec
minori, nec Iudici, nec demum illis,
qui loco proximiorum interfuerunt,
22 quod essent nulli, & tamen ad effe-
ctum, vt ratificatio contractus nulli
inducatur opportet adesse prius in
approbante, vel ratificante scientiam
plenam nullitatis, & facti, & Iuris,
& de primo habetur *Tex. in l. fin. ff.
ad Sen. conf. Maced. gloss. in l. Ze-
nodorus verb. nouatione C. eod. tit. Alex.
in l. si alius ff. si cert. pet. Bonell. com.
iur. lib. 12. cap. 28. vers. nisi in facto,*
& de secundo tenet *Rot. dec. 260. nu.
15. coram Greg. XV. & ibidem Adden.
num. 22. & coram Buratt. dec. 410.
num. 15. & in rec. dec. 535. num. 12.
part. 1. & de vtraq; Menoch. conf.
203. num. 37. Gabr. conf. 62. nu. 27.
& seqq. lib. 2. Rot. coram Merlin. dec.
540. num. 18. coram Eminentissimo
Otthob. dec. 204. num. 4. & in rec. par.
13. dec. 139. n. 14.*
Nihil refragante quod ipse Comes qui
contra renunciationẽ venit debeat
ante omnia restituere sc. 3. mil. quæ
recepit occasione legitimæ sibi debi-
23 tæ nam hoc esset proban. aliunde,
quam ex capitulis, quæ cum sint sub-
scripta sine solemnitatibus, contra
minorem adduci non possunt, & vl-
24 terius necessarium esset probare,
quod ipse esset factus locupletior *l. si
fundus §. fin. ff. de reb. eorum l. si præ-
dium & l. prediorum C. de pradijs mi-
norum. Rot. coram. Buratt. dec. 814.
per tot.* & eo magis ipse compelli non
potest ad eorum restitutionem, quia
processum fuit per viam confessio
25 nis de recepto, quæ sine solemnita

tibus remanet inualida, & inefficax nullumque probationis gradum constituere valet *Rot. coram Put. d. 7. n. 11 cum seqq. lib. 3. coram Caual. d. 647. num 5. & coram Penting. d. 485. n. 15.* Quod placuit DD. firmare vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Romana Collectæ.

Lunæ 30. Aprilis 1674.

ARGVMENTVM.

Nouiter ad Vniuersitatem admissi non tenentur ad debita ante eorum admissionem ab Vniuersitate contracta, nisi in quantum ab origine concernũt causam necessariam. Per commissionem restitutionis in integrum lis restauratur, ac si neque res iudicata, vel alter actns præiudicialis adfuerit.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas legitimè congregata habet vim obligandi etiam absentes.*
2 *Nouiter ad Vniuersitatem admissi obligantur ex causa necessaria etiam præcedente ipsorum admissione.*
3 *Vniuersitas in actibus voluntarijs repræsentat priuatas personas.*
4 *Nouiter ad vniuersitatem admissi non tenentur ad debita præterita eiusdem prouenientia ex causa voluntaria.*
5 *Futuri homines Vniuersitatis cum ipsa Vniuersitate obligantur ex vtilitate actus.*
6 *Vniuersitas quoad futuros homines non obligatur, nisi ex actu euidenter vtili, & sine quo Vniuersitas fuisset in damno.*
7 *Non tenentur ad debita Vniuersitatis futuri homines, qui Antecessorum bona communicata non possident.*
8 *Ementes bona Vniuersitatis tenentur ad debita eisdem bonis infixa.*
9 *Non communicatis bonis iniquum est communicare onera.*
10 *Principe imperante collecta non fit distinctio causa necessaria, vel voluntaria.*
11 *Arbitrio non regulato à Iure, ius ipsum resistit.*
12 *Condemnatio Officialium Vniuersitatis pro tempore, respicit Officiales successiuè futuros.*
13 *Verba in sententia apposita,* Quòusque creditoribus satisfactum fuerit, *finalem satisfactionem important per quascumque personas præstandam.*
14 *Contra Officiales Vniuersitatis exequi possunt mandata contra Vniuersitatem relaxata, quamuis tempore contractus non essent tales.*
15 *Verba sententiæ sunt improprianda, vt trahantur ad intelligentiam iuris.*
16 *Iudex, qui vi commissionis procedere debet de Voto Rotæ debet ferre sententiam illi conformem, alias est nulla.*
Forma commissionis est exactè seruanda alias sententia est nulla. ibidem num. 16.
17 *Homines Vniuersitatis non possunt in Transactione obligare successores pro debito voluntario.*
18 *Causa constituta pecunia, præualet potestati Iudici.*
19 *Debitum inspiciendum est ad dignoscendam vim transactionis.*
20 *Commissio cum clausula* restitutionis in integrum, *restaurat litem, ac si nulla transactio, vel res indicata, aut alter praiudicialis actus interuenisset.*
21 *Euidens Iniustitia impedit processum ad executionem.*

DECISIO XVIII.

PRo emendis quibusdam domibus, ac pro aqua in eas ducenda vsque ab Anno 1614. Summario Calceariorum num. 1. Condemnata fuit Vniuersitas per sententiam R. P. D. Raymundi ex speciali Commissione Sanctissimi deputati, vt Collectam indi-

indiceret pro solutione æris alieni occasione dict. emptionum contracti de voto Rotæ Summario Creditorũ Vniuersitatis n. 1. & 2. quæ votum tradiderat præuijs decisionibus Coccini 1525. & 1541. pro dictæ Collectæ indictione, reseruatis etiam Iuribus Vniuersitati agendi contra eos, qui pecuniam dederant eius ministris Summario Calceariorum in responsione ad memoriale pro noua Audientia 8. *Ianuarij præteriti num. 2.*

Hanc autem Collectam cum Officiales Vniuersitatis imponere negligerent, fuit per Rotam ex speciali commissione Sanctissimi Summario hodierno Creditorum num. 3. ex officio imposita præuijs *Decisionibus 5. Iulij 1632. 21. Febr. 1633. & 22. Ianuarij 1634. coram Verospio*, quarum prima habetur impressa apud *Posth. de subhast. d. 117. & apud Scanarol. de visitat. Carcerat. d. 19.* atque etiam ex parte exacta prçuia alia Commissione Sanctissimi, vt *bo: me: Verospius* ad exactionem Collectæ deueniret non obstantibus quibuscumque Inhibitionibus Summario eodem num. 4. quousque ad transactionem cum creditoribus deuentum est cum promissione soluendi scuta 10. aliqua summa pecuniaria deposita, quæ inter Creditores distributa fuit, Summario eorumdem Creditorum 10. Martij 1673. num. 3. & 4. quam etiam transactionem, cum Vniuersitas seruare non posset clar. me Card. Costagutus in locum R. P. D. Raymundi subrogatus, mandatum relaxauit contra bona Vniuersitatis, ijsque non repertis Collectam in dixit Summario eorumdem Creditorum num. 6. & 7. à quibus cum Calcearij anno 1660. in Vniuersitate existentes obtinuerint à Signatura rescribi Eminentissimo Cerro tunc huius Tribunalis Decano, vt ad vlteriorem executionem procederet arbitrio Rotæ, vt ex commissione originaliter exhibita relata in Summario eorundem num. 2. dictum fuit arbitrium non intrare pro vlteriori executione contra nouiter admissos post transactionem, vt in *d. 23. Ianuarij 1668. coram eodem Eminentissimo Cerro*, in qua sublatis æquiuocis deductis in *decisione 8. Martij 1671. coram Me*, Domini postea permanserunt 10. *Martij 11. Settembris 1673.* atque hodiè pariter articulo ab omnibus DD. pro illius grauitate examinato in eadem sententia persisterunt.

Quidquid enim sit de illa quæstione concernente obligationem absentium, vel aliorum non vocatorum, in qua procedebant auctoritates deductæ pro creditoribus istorum calceariorum, vt quotiescumque actus vtilis est, vel non irrationabilis obliget omnes de Vniuersitate etiam absentes, vel non vocatos quia nempe apud Vniuersitatem legitimè congregatam residet potestas decernendi, quidquid magis placuerit, itaut si non vocati, contemptum prosecuti non fuerint, vel absentes, aut contradicentes de irrationabilitate actus non docuerint ex subsecuta ipsorum approbatione obligantur, illisque imputatur si non reclamauerint, cum quo sensu loquuntur Canonistæ, & præ cæteris *Felin. in cap. Cum omnes, sub num. 18. de constitut. Capitt. d. 4. num. 6. & seqq. Gratian. discept. 721. num. 17. & seqq. & in addit. ad decis. Marchia 183. num. 21. & seqq. cum alijs quos sequitur Rota coram Bich. d. 261. num. 14. & in Leodien Electionis 6. Aprilis labentis §. Potuerunt coram me.*

Diuersa sanè ratio est hominum futurorum, quales sunt isti Calcearij nouiter admissi, quibus imputari non potest si tempore emptionum Anno 1614. non reclamarunt, atque de illarum irrationabilitate non docuerunt, quemadmodum hodiè docent,
2 itaut meritò lex ipsa non nisi in causa necessaria illorum consensum suppleat, quia tunc successores nihil conquæri possint de actibus, qui prouenerunt ex necessitate, quam ipsi, si tunc ad fuissent reparare non poterant, cum quo sensu accipiebant DD. sententiam illorum, qui dixerunt successores teneri ad debita præterita Vniuersitatis, atque ad Collectam ad illa dissoluenda impositam, quia quòad istos actus Vniuersitas semper est eadem, neque ex personarum variatione immutatur,

iuxta *Text. in l. sicut 7. §. final. ff. quod cuiusq. Vniuers. nom. & in l. proponebatur 76. in med. ff. de Iudic.* secus tamen in actibus voluntarijs, in
3 quibus Vniuersitas praeterita, censetur priuatas personas repraesentare, potiusquam ipsam Vniuersitatem, ita vt damnum contingens sequi debeat illos, qui commodum tunc reportant, atque ità intelligebant DD.
4 sententiam illorum, qui indistinctè dixerunt nouiter admissos non teneri ad debita praeterita Vniuersitatis ad terminos Textus in *l. prouidendum 23. C. de decurionibus lib. 10.* quales actus voluntarios dicebant DD. fuisse contractus illos Anni 1614. ab antiquis Calceareis factos pro emptione domorum, atque producenda aqua, cum nulla causa necessaria subesset, ad quam, natura, lege, vel Principe imperantibus adstringerentur, quemadmodum in praecisis terminis *Natt. cons. 115. n. 4. & seqq.* quem sequuntur *Bursatt. cons. 159. sub num. 9. Gratian. discept. 84. num. 21. Kloz. de contribut. cap. 6. num. 109. & cap. 10. sect. 1. num. 65. & 66. Borell. de praestant. Reg. Cathol. cap. 20. sub nu. 25.* quam sententiam Tribunalium constans Iudicium recepit *Thesaur. d. 257. sub num. 4. Grinell. decis. Dolan. 11. num. 26. & Rota nostra in Decisionibus huius causae 23. Ianuarij 1668. coram Eminentissimo Cerro 6. Martij 1671. §. non enim, & 10. Martij 1673. §. in hac ardua,* cum duobus §§. *seqq. & 11. Martij eiusdem anni §. supposita coram Me.*

Eatenus autem ex vtilitate actus Vniuersitas ipsa obligatur, ac etiam fu-
5 turi homines ad terminos *Text. in l. Ciuitas 27. ff. si cert. petatur,* non secus ac si casum vtilitatis, atque necessitatis aequiparemus ad *Textum in Can. sine exceptione, cum ibi notat. 12. quaest. Corn. cons. 181. num. 31. vol. 2. Grauett. cons. 27. per tot.* cum similibus *per Rotam in recent. part. 11. d. 160. num. 17.* quatenus scilicet versemur in euidenti vtilitate, sine qua Vniuersitas fuisset in damno,
6 qui casus bene aequiparari potest necessitati, quam in se includere videtur, cum quo sensu aquae ducendae pro necessitate animalium, & pro lauacro loquitur *Cancer. var. resol. part. 3. cap. 4. sub num. 221. & seqq.* qualis profectò non est emptio domorum, de quibus agimus sine vlla prorsus vrgenti causa, atque aqua conducta ad illarum simplicem commoditatem, ita vt potius constet de euidenti damno, cum subhastatis omnibus bonis, Domibus vna cum Ecclesia eiusque supellectibilibus, & tota Vniuersitatis substantia, debita, vt in principio dictum est, remanserint non satisfacta in summa
7 scutorum 10. ac ideò isti pauperes Artifices nulla ratione teneantur, cum nec Communicata Antecessorum bona possideant iuxta *cons. 1. Syluan. à num. 108.* cum & omnibus bonis Vniuersitas destituta sit, neque illius bona emerint, quo casu teneri possent ad haec debita bonis Vniuersitatis infixa iuxta distinctionem, quam ex mente *Baldi, & Ca-*
8 *strens.* tradit *Alex. cons. 145. in fine vol. 2. Onde. cons. 34. num. 32. Pech. de iure sisten. part. 2. cap. 4. sub nu. 17. vers. e contra;* & consequenter nulla lex dictat, vt oneribus neque necessarijs, neque vtilibus, sed vt mox dictum est damnosissimis isti Pauperes nouiter ad Vniuersitatem admissi obstringantur ex ratione, quam in fortioribus terminis reddunt *Bald. in l. etiam 5. num. 17. vers. Pauperes enim C. de execut. rei iudic. Alex. in l. sese non obtulit num. 17. & seqq. & ibi Ias. num. 21. ff. de re iudic. Ruin. cons. 116. nu. 5. vol. 4. Petr. de Vbald. de Collect. num. 9. Gratian. d. d. 217. num. 10. num. 58. & seqq.* atque bonis non communicatis iniquum est
9 onera, & debita communicare iuxta *cons. Signorol. 44. vers. 2. casu Rota in Bonon. Censuum 20. Aprilis 1666. §. parum refert in fin. coram Illustrissimo Ottalora Praeside Granaten,* & probat *decis. huius causae 10. Martij 1673. §. finali coram me.*

His autem non aduersantur tria, quae pro creditoribus Vniuersitatis dicebantur.

Non primum quod versaremur in casu, in quo Princeps imperauit in dictionem Collectae, quo casu non fit di-
10 stinctio causae voluntariae, & necessariae quia vt responsum est *in decisionibus*

bus huius causa 10. *Martij* 1673. *S. dicitur que in fine, & 11. Settembris eiusdem anni S. finali*, id procederet, si Pontifex absolutè Collectæ indictionem imperasset, secus autem cum illa demandauerit quatenus ita Iudici videretur, vt in *d. d.* 117. *sub num.* 9. *apud Posth. de subhast.* quia hoc casu dicitur deseruire actioni iam natæ intra iuris tramites, ad quos rescriptum suum Princeps coarctauit ex ratione *Text.* cum ibi notatis in *cap. causam qua* 18. *de rescript. vbi Abbas, & communiter DD. Ferret. cons.* 19. *num.* 7. *Decius cons.* 436. *sub num.* 4. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. S.* 7. *proemial. num.* 111. *& seqq.* neque arbitratum, vt istos nouiter admissos Collecta afficiat subsi-
11 stit, eum prout hucusque probatum est Iuris dispositio resistat *Rot. coram Pen. d.* 1442. *num.* 6. *& in rec. part.* 4. *tom.* 1. *d.* 312. *num.* 1.

Non secundum, quod res iudicata comprehenderit hos futuros homines,
12 quia R. P. D. Raimundus condemnauerit Officiales pro tempore, quæ verba ad futurum, & successiuum tempus referuntur iuxta Doctrinam *Baldi in cap. cum Terra, num.* 6. *de electione in cap. cum inter* 13. *de sent. & re iudic. Rebuff. ad concord. Gall. tit. de Regia ad Prælaturas nominatione S.* 1. *in verb. pro tempore. Maluasia cons.* 22. *num.* 58. *& per tot. Lotter. de re benef. lib.* 1. *q.* 36. *num.* 85. *Spad. cons.* 80. *num.* 14. *vol.* 3. *Pen. d.* 883. *num.* 5. *& in rec. part.* 2. *d.* 733. *nu.* 4. *Buratt. d.* 12. *num.* 50. quousque scilicet creditoribus satisfactum fuit, vt in sententia dicitur, quæ verba
13 præseferuntur finales satisfactiones per quascumque personas præstandas iuxta *decis. Peutinger.* 315. *n.* 5. *cum similibus.*

Etenim verba hæc censebant Domini referenda esse ad condemnationem Officialium, qui in futurum essent ex ijs hominibus obligatis sequendo doctrinam *Bartoli*, qui voluit contra futuros Officiales, qui tempore con-
14 tractus tales non erant exequi posse mandata con. Vniuersitatem relaxata, vt ipsi postea ab Vniuersitatem solutum reperant, de qua quæstione *Iasen. in d. l. si se non obtulit num.* 22. *ff. de re iudic. Salust. Tiber. in praxi Iudiciar. lib.* 1. *cap.* 36. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 1. *part.* 3. *à num.* 33. non autem intellexisse de futuris officialibus istorum nouiter admissorum con. Iustitiam, & æquitatem, prohibebatur illos condem-
15 nati posse quemadmodum verba sententiæ etiam impropriari decet, vt ad iuris intellectum illa trahamus, ad *Text. in cap. causam, quæ vbi Glass. verb. procedat de rescript. in cap. Dilectus de offic. ordin. & in l. Herennius ff. de euict. Bartol. in l. si fundus S. in vindicationem sub num.* 4. *ff. de pignor. Capicc. Latr. d.* 25. *num.* 15. *Rot. rec. part.* 2. *d.* 66. *sub num.* 3. *& in Romana Camby* 15. *Ianuarij præteriti S. finali coram Me*, ne alias dicamus sententiam R. P. D. Raimundi quatenus voluerit condemnare etiam futuros homines, nullam fuisset cum votum Rotæ id non contineret, neque in *decis. coram Cottin.* 1525. *&* 1541. vnquam de hac quæstione actum fuerit ad quarum limites votum ipsum restringitur ex *Constitutione Pij IV.* 43. & reformatione Tribunalium Vrbis Pauli V. *Tit. de Auditorio Rota S. Auditor. & S. seq.* Ideò
16 quę veluti non conformis voto Rotæ euidenter nulla fuerit defficiente iurisdictione ex commissione tributa Iudici, vt de voto Rotæ procederet, cum excedendo votum, non fuisset seruata forma commissionis, quam seruare præcisè oportet ex ratione *Text. in cap. cum dilecta de rescript.* quam in his terminis adducunt *Gonzal. regul.* 8. *Cancellaria gloss.* 46. *n.* 87. *Afin. in praxi Iudic. S.* 25. *cap.* 10. *limit.* 13. *& cap.* 11. *Rota coram Penia d.* 721. *num.* 3. *iuxta impress. Lugdun. & in Rauenaten Dotis* 10. *Iunij* 1661. *coram R.P.D. meo Decano.*

Non denique tertium obstare visum fuit, quòd nempe etsi hæc omnia vera sint, ambigua tamen fuerint, atque digna, vt transigeretur, quia quatenus digna essent transactione illam DD. in dubium nonquam reuocarunt quoad Transigentes, sed tamen dixerunt intrare arbitrium pro retardatione solutionis Collectæ respectu Calceariorũ post dictam transactionem receptorum, quia non

repe-

reperitur in iure cautum, quod homines Vniuersitatis transigendo pos-
17 sint obligare successores pro debito voluntario in sua origine, quod istos nunquam obligauit, ita vt res iudicata, atque Transactio subsecuta habeantur pro veritate, & perimant priores titulos, adeòut ex illis agendum sit quoad ipsos transigentes, non autem quoad istos nouiter admissos, respectu quorum dicitur res inter alios acta, & quibus eatenus nocet transactio, & res iudicata quatenus actio, super qua sententia prodijt apta erat illos comprehendere; alias quemadmodum ab initio actio con. ipsos dirigi non poterat, ita nec per sententiam Iudicis, neque per transactionem effici potuit, vt con-
18 tra ipsos dirigeretur, quia prævalere debet causa, & origo constitutæ pecuniæ non Iudicis potestas inquit *Text. in l. qui id* 34. *ff. de donat.* Ibique *Odofred. num.* 2. & ad hunc casum præcisum probat *Textus in d. l.* 4. §. *Actor ff. de re Iudic.* vbi quòd actor municipium, in quem actio dirigi non poterat rem iudicatam recusare potest, & in *l. sicut* 8. §. *sed si quæritur ibi: quia sententia non debet seruitus Constitui, sed quæ est declarari ff. si seruit. vindicetur.* Neque
19 nouus contractus Transactionis causatus ex antecedenti debito attendendus est, sed debitum causans inspecta origine actus primæuI iuxta *Text. express. in l. si Procuratorem* 8. *ff. mandati in l.* 1. §. *idem Pomponius ff. depositi in l. Tutor* 70. *ff. de fideiussor. & ad terminos Textus*, de his indictionibus imponendis in *l. vnica* §. *res verò C. de imponend. lucrat. descript. lib.* 10. *Bald. cons.* 47. *num.* 10. *vers. nam à primordio vol.* 3. *Natta cons.* 71. *num.* 1. *& d. cons.* 215. *nu.* 4. *& seqq. Thesaur. d. d.* 257. *num.* 4. & intelligitur de necessitate in fine *vers. inspici enim debet Buratt. cons.* 159. *num.* 9. cum similibus deductis per *Alex. cons.* 215. *sub num.* 5. *vol.* 6. *Cacher. d.* 167. *num.* 25. *Cantiunc. cons.* 35. *num.* 19. *Grauett. cons.* 1000. *num.* 44. *& seqq.* alijsque latè congestis comprobatum fuit in *decisionibus* huius causæ 10. *Martij* 1673. §. *Et licet in prædicta cū duobus* §§. *seqq. &* 11. *Septembris eiusdem Anni* §. *neque euitatur, &* §. *seqq. coram Me.*

Ad quorum omnium comprobationem animaduertebantur DD. tam à dicta sententia R.P.D. Raymundi in Iudicatum transacta, quam à subsecuta transactione, atque ab omnibus mandatis pendere Commissionem etiam cum clausula restitutionis in integrum, in qua arbitrio Rotæ committitur processus ad legitimam executionem, quamuis in prima parte ipsius, Calcearij petijssent Card. Camerario, seu Conseruatoribus Vrbis committi, vt ex originali commissionis hodiè exhibito ad tollendum æquiuocum, à scribentibus pro Cre-
20 ditoribus adductum circa illius interpretationem, cum Papa rescripsit de secunda parte, atque insubstantialibus relata in Summario Calceariorum num. 2. Itaut restaurata per Commissionem restitutionis in integrum, lite ac si neque res iudicata, neque transactio, neque aliquis actus præiudicialis ad fuerit ad terminos *Text. in l. quid si minor* §. *restitutio, ff. de minoribus in l.* 1. *C. de restit. in integr. & in cap. veniens de Iur. iur. Capic. Latr. d.* 68. *sub num.* 28. *Seff. d.* 97. *num.* 10. *Valenz. decis.* 44. *n.* 34. *& seqq. cum alijs per Tiraquell. de retract. Liguager.* §. 32. *gloss.* 1. *sub nu.* 69. *Rota coram Cassador. decis.* 13. *sub num.* 1. *de rescript. & in recent. part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 135. *num.* 7. *Seraphin. d.* 945. *num.* 3. *Millin. decis.* 15. *sub num.* 1. licuerit Rotæ resoluere, quòd non intret arbitrium pro executione mandatorum respectu istorum nouiter admissorum Iniustitia detecta,
21 quæ impedit processum ad executionem ad *Text. in cap inter cæteras, cum ibi notat., de sentent. & re iudic. Grat. cons.* 80. *num.* 11. *vol.* 2. *Marescott. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 10. *Surd. cons.* 324. *in princ. Rota coram Eminentissimo Ottobon. decis.* 162. *num.* 1.

Et ita vtraque.

LEVE-

REVERENDISSIMO P. D. RONDININO.

Senogallien Prædij.

Merc. 27. Iunij 1674.

ARGVMENTVM:

Vbi articuli sunt releuantes, neque est suspicio calumniæ, vel quòd remissoria petatur ad lites protrahendas Rota remissoriam concedere solet in qualibet instantia, neque probationes perire permittit, maximè vbi agitur de interesse Minorum, quibus ex capite restitutionis in integrũ noua probatio semper permittitur.

SVMMARIVM.

1 *Vbi articuli sunt releuantes Rota remissoriam semper concedere solet.*
Cessante suspicione calumnia, quod remissoria petita sit ad lites protrahendas, Rota probationes perire non permittit. ibidem num. 1.
2 *Denegata remissoria in tertia instantia, non alius probandi modus superest.*
3 *Maior non datur probatio, quam oris proprij confessio.*
4 *Confessio extraiudicialis de æquitate Canonica contra confitentem probat.*
5 *Simulatio de persona ad personam est à lege permissa.*
6 *Non exprimens de cuius pecunijs soluat, de proprijs soluere voluisse intelligitur.*
7 *Posita simulatione emptionis cætera connectura corruunt veluti eiusdem continuationem respicientes.*
8 *Non est imputandum victori si meliores probationes non parauit, quarè si ex eisdem postea succumbat nouas parare potest.*
9 *Inspecta qualitate testium, præsertim si sint Sacerdotes, non præsumitur subornatio.*
10 *Ex capite restitutionis in integrum pupillis noua probatio semper permittitur.*

DECISIO XIX.

VT probarent Albertini Prædium Montis Albini emptum à Hieronymo Salarolo ad ipsos spectare apposito ex iustis causis nomine dicti Salaroli articulos exhibuerunt pro testibus examinandis, atque Domini illis remissoriam concedendam esse dixerunt.

Etenim versamur in prophanis atque articuli sunt releuantes absque vlla
1 prorsus suspicione calumniæ ex parte petentium, qui cum non possideant censendum non est remissoriam petere ad lites protrahendas, quibus rationibus mota solet semper Rota remissoriam concedere ne pereant probationes, atque ne Albertini pu-
2 pilli inauditi condemnentur in hac tertia instantia, in qua si denegaretur non alius super esset modus probandi ex vulgatis conclusionibus desumptis ex textu in *l. 3. §. ideòque ff. de Testibus in l. Iudices 17. & in Auth. seq. C. de fid. Instrum. in Clem. 1. de offic. deleg.* ac in proposito deductis per *Rotam coram Caualer. decis. 289. Gregor. dec. 33. Baratt. dec. 369. Peutinger. dec. 25. & 33. & in Spoletana Pecuniaria 4. Iulij 1668. coram* R.P.D. *meo Taia*, & passim in alijs.

Releuantia Articulorum comprobatur, quia denegata fuit actio Albertinis ad prædium controuersum, veluti non probata simulatione prætensa ob nomen appositum Salaroli, cum illa deducerentur ex quadam Epistola Francisci Mariæ de Albertinis, pupillorum hodiè agentium authoris, in qua asserebat nomine Salaroli emisse ne Bonhomij eius Inimici emptionem hanc impedirent, quemadmodum alias impediuerant, quam licet Rota non probare semper censuit ob suspicionem antidatæ, atque ob inuerisimilitudinem insurgentem ex actu publicè gesto atque ex alijs recensitis in decisione huius causæ 27. Februarij 1673. & 24. Ianuarij proximè præteriti coram R. P. D. Meo Vicecomite, ideòque si probabitur optima qualitas scribentis tam circa nobilitatem, diuitias, & bonos mores,

res, & e contra doceri poterit de ini-
micitia cum Bonhomijs cessabit su-
spicio antidatæ atque verisimilis erit
epistola Albertini Patris pupillorum
hodiè agentium de apposito nomine
Sallaroli cuius confessio expressa de
Dominio prædij spectante ad Alber-
tinum eorum authorem probari præ-
3 tenditur ex articulis, quasi non detur
maior probatio, quàm oris proprij
confessio in proprium damnum simu-
lantis iuxta dictum *Bald. in l. multum
nu. 2. ibique Salic. col. 2. vers. sed tunc
quaro Castren. sub n.3.C. si quis alteri,
vel sibi Cranct. cons. 145. sub num. 7.
Rot. in rec. p.5.dec.188.& p.9.dec.388.
vtrobique n.9. Buratt. decis.733. n.20.*
Etiamsi agatur de confessione extraiu-
diciali, quæ & si de rigore Iuris Ci-
4 uilis non attendatur, de æquitate ta-
men Canonica probat contra confi-
tentem, quemadmodum præter mox
adductos in his terminis confessionis
extraiudicialis ad probandam simu-
lationem excludunt *Bald. cons. 299.
n.1. vol.4. Menoch. de præsumpt. lib.3.
præsumpt. 122. num. 47. Mantic. de
Tacit. conuent. lib.13. Tit. 25. nu.21.
Rot. diuers. part.1. dec.806. num.3. &
seqq. & coram Bich. dec.49. num. 4. &
seqq.* quasi hoc casu non versemur in
5 illicitis, in quibus resistente lege,
confessionis partium, non attendan-
tur, sed in simulatione de persona ad
personam à lege permissa in *l. 1. &
tot. Tit. C. si quis alteri, vel sibi, & per*
Rot. *in Imolen bonorum 20. Maij 1669.
coram* R. P. D. *meo Emerix*.
Non attentis coniecturis recensitis in
Decisione 24. Ianuarij proximè præ-
teriti coram R.P.D. meo Vicecomite
super remissoria, quæ illis denegata
fuit, quia præcipua ex eo deducta,
quod Albertinus in vltima solutione
prætij huius prædij fassus fuit solue-
6 re de pecunijs Salaroli non subsistit
in facto, quinimò potius retorque-
tur, quia vim non expresserit de cu-
ius pecunijs soluerit, Summario pu-
pillorum de Albertinis n.5. intelligi-
tur de proprijs pecunijs soluisse ex
regula *text. in l. 2. C. pro Soc. gloss. in
l. cum oportet 6. verb. ex cuius substan-
tia C. de bon. quæ liber. Mantic. de tacit.
conuent. lib.4. tit.22. n. 17. Cephal. cons.
740. n.31. Ciriac. contr.40. n.1. & 12.
Posth. resol.64. n. 9. Rot. coram Reue-
rendissimo Royas decis. 368. n.6. & co-
ram Arguelles dec.98. num.3.*
Aliæ autem coniecturæ percutientes
descriptionem bonorum fauore Sala-
7 roli, atque similia suadentia domi-
nium translatum in Salarolum posita
simulatione emptionis corruerent
veluti respicientes continuationem
eiusdem simulationis ad *text. in l. 1.
tot. tit. C. plus valere quod agitur Aret.
tin. in l.1. §. si vxori col.3. ff. de acqu.
possess. Farinac. de fals. & simul. quæst.
102. n.32. Rot. rec. p.8. dec. 63. n.40.
& seq. & part.9. dec. 588. n.17. p.11.
d.262. n.12. Peutinger. dec.3. num.9.*
atque in his præcisis terminis in
rec. part.7. decis.157. num.13.
Neque obstat quod fuerint testes alias
examinati, quia sententia fauorabilis
8 in prima instantia pro Actoribus pro-
lata fuit, ideòque ijs non est impu-
tandum si meliorem probationem
tunc non parauerint, sed cum postea
succubuerint, rationi, æquè æquitati
congruit, vt nouas parent probatio-
nes ex deductis per *Adden. ad Burat.
dec. 23. num.14. & per Add. ad Greg.
XV. dec.276. n.8. Rot. rec. p.4. tom.2.
dec. 99. n. 13. Reuerendissimus Ninot.
Episcopus Illerden dec. 41. in fin. repet.
post Zuff. de legitim. process. dec.94. &
in Auen Separationis Thori 27. No-
uembris 1669. §. absque, & coram Re-
uerendissimo D. meo Albergato Decano.*
Quæ autem dicebantur de subornatio-
ne vltra alias responsiones deductas
per informantes pro Albertinis, vi-
9 debantur Dominis tolli, tàm inspe-
cta qualitate duorum Sacerdotum,
quorum alter etiam est Regularis,
ex quorum attestationibus futuræ
probationis fumus desumitur Sum-
mario de Albertinis nu. 3. vt ad rem
ponderat *Alex. in l. iubemus n. 13. C.
de iudic. Farinac. de test. q.65. n.195.*
quàm etiam inspecta persona pupil-
10 lorum agentium, quibus etiam ex
capite restitutionis in integrum om-
nibus cessantibus esset semper per-
mittenda noua probatio, vt ex Theo-
rica *Innoc. in cap. auditis n.2. & 3. de
rest. in integr.* tradunt *Afflict. d. 216.
n.2. Gabr. de test. concl.21. n.37. Gra-
tian. cons. 65. n.3. vers. quartò respon-
deo Rot. coram Dunozett. Iun. dec.511.
n.5. & 6.*
Et ità vtraque parte &c.

INDEX.

Rerum, Conclusionum, & Materiarum Notabilium, quæ in Tractatu, Commentarijs, & Decisionibus clauduntur.

Verbum *Tract.* indicat Conclusionem contineri in Tractatu, Capitulo, Numero, & Pagina signatis. Verbum *Com.* indicat Conclusionem contineri in Commentarijs, Capitulo, Numero, & Pagina signatis. Verbum *Cath. Dec.* indicat Conclusionem contineri in Cathalogo Decisionum, Numero, & Pagina signatis. Verbum *Dec.* indicat Conclusionem contineri inter Decisiones, Decisione, Numero, & Pagina signatis.

A

ABSENS ABSENTIA.

ACCEPTILATIO.

ACTIO ACTOR.

ACTA ACTVS.

ADIRE ADITIO.

APPROBATIO.

ARBITER ARBITRIVM.

ARROGATIO.

ARBOR.

BENEPLACITVM.

Cum

BONIFACIVS.

BONA ECCLESIÆ.

BONA.

BRACHARA.

BVLLA CÆNÆ.

C

CADVCITAS.

CÆLESTINVS.

CAMERA.

CANCELLARIA.

CAPITVLVM.

CANON.

CAPELLA.

CAPTIO CAPTIVVS CAPTVS.

CARCERATVS.

CARDINALIS.

CAROLVS.

CASTRVM.

CASVS.

Mino-

Causa

COL-

CONDEMNATVS.

CONFESSIO.

Aduer-

CONFIRMATIO.

CONGREGATIO.

CONGRVA.

CONIVNCTVS.

CONSAGVINEVS.

CONSENSVS.

CONSILIVM.

CONSTITVTIO.

CONSVETVDO.

CONSVLTOR.

CONTRACTVS.

Con-

Vbi

CONTRARIVM.

CONTVMAX.

CONVENTIO.

CREDITOR CREDITVM.

CRIPTA.

CHRISTINA.

CVLPA.

CVRATOR.

D

DAMNVM.

DEBITOR DEBITUM.

DECIMA.

DECOCTVS.

DECREPITAS.

DECRETVM.

DEFENSVS DEFENSIO.

DICTIO.

DIGNITAS DIGNVS.

DILIGENTIA.

DIPLOMA.

DISMEMBRATIO.

DISTANTIA.

DISTINCTIO.

DISTRACTVS.

DIVISIO.

DOCTOR.

DOLOR.

DOLVS.

E

EBRIETAS.

ECCLESIA.

ELECTIO ELIGERE.

EMPHITEVTA EMPHITEVSIS.

EMPTIO EMPTOR.

ENORMIS.

EMOLVMENTVM.

ENVNCIATIVA

EPISCOPVS EPISCOPATVS.

ERROR.

EXACTOR.

EXAMEN.

EXCEPTIO.

EXCOMMVNICATVS.

Exe-

nem

EXERCITUS.

EXPENSA.

EXPRESSVM.

EXPVL-

Am-

FILIVS.

FINARIVM.

FISCVS.

FLAVIVS.

FLORENTIA.

FORENSIS.

FORMA.

FRANCISCVS.

FRATER.

FRIDERICVS.

HÆRES HÆREDITAS.

Non

H AE R E T I C V S.

H I E R O N Y M V S

H I P O T H E C A.

H I S P A N I A.

H I S T O R I A.

H O M O.

HONO-

Resti-

IMMAGO.

IMMEMORABILIS.

IMMVNITAS.

IMPEDIMENTVM, IMPEDITVS.

IMPENSA.

IMPERITIA, IMPERITVS.

Innoc.

INSTANTIA, INSTANTANEVS.

INSTRVMENTVM.

INTERDICTVM.

INTERESSE.

INTERPETRATIO.

INVENTARIVM.

INVESTIMENTVM.

INVESTITVRA.

IOANNES.

Ioan-

Con-

IVSTIFICATIO.

IVSTINIANVS.

L.

LÆSVS LÆSIO.

LAICVS, LAPSVS.

LATERANENSE.

LAVDANS.

LAVDEMIVM.

LAVDVM.

LAVREA, LAVREATVS.

LAVRENTIVS.

LAVRETVM.

LEGATVM.

LEGATVS.

LEX.

LIBELLVS.

LIBER.

E Re-

LO-

LOCVS.

LVCRVM.

M

MAIOR.

Maio-

MAFFEVS.

MAGISTRATVS.

MANDATVM MANDATOR.

MEDICVS.

MELIORAMENTVM MELIORARE.

MENS.

MERCATOR.

METVS.

MILES MILITIA.

MISERABILIS.

MINOR.

MOBILIA

MOMENTVM.

MONITORIVM.

MONACHVS.

MORA.

MORS.

MVLIER.

Mulier

MVNIMENTVM.

MVNVS.

MVTVVM.

N

NANNETVM.

NAVARRA.

NVME-

Reijci-

OFFICIALIS.

OMNINO.

OMISSVM.

ONVS.

ORDINARIVS.

ORDO.

OPORTET.

OPVS.

ORATOR.

OTIVM OTIOSVS.

OTTO.

OVIDIVS.

P.

PACTVM.

PÆNA.

PAPA.

PAPIENSE.

PARISIVS.

PAROCHVS PAROCHIALIS.

PASCHALIS.

PASTOR.

PATER.

PAVLVS.

PAVPER PAVPERTAS.

PECVNIA.

PEDAGIVM.

PENSIO.

PEREGRINATIO PEREGRINVS.

PERITVS.

PERMISSIO.

PERMVTATIO.

PERSONA.

PESTIS.

PETITIO.

PETRVS.

PIGNVS PIGNORATIO.

PONTIFEX.

POSITIO.

POSSESSIO POSSESSOR.

PRÆCARIVM.

PRAEDILECTIO.

PRAEFIXO,

PRAEIVDICIVM.

PRELATVS.

PRAESCRIPTIO.

PRAESENTATIO.

PRESVMPTIO.

PRAE-

PROBATIO PROBARE.

PROCERES.

PROCVRATOR.

PROCESSIO.

PROCESSVS.

 ris

QVARTA.

R

RADEVICVS.

RATIFICARE RATIFICATIO.

Reij.

RAYMONDVS.

RECEPTVM.

REDIRE.

REGNVM.

REGVLA.

REGVLARES.

REIPVBLICA.

RELA-

RESCIS-

Resti-

RETRACTVS.

RETROVENDITIO RETROVENDERE.

REVS.

REVS.

ROLANDVS.

ROMA ROMANI.

ROMANA CVRIA.

ROMIPETE.

ROPHENSIS CIVITAS.

ROTA.

RVSTICVS.

S

SAPIENTIA.

SCOLARIS.

SCIARRA.

SCIENTIA.

SCRIPTVRA.

SEDES APOSTOLICA.

SEMPER.

SENATOR.

SENES SENECTVS.

SENTENTIA.

quod

cap.2.

SEPVLCRVM.

SERVITVS.

SEXVS.

SIGISMONDVS.

SIMVLATIO.

SIXTVS.

SOCIETAS.

SOLEMNITAS.

SOLITVM.

SOLITVDO.

SOLVTIO.

STEPHANVS.

STVDIVM.

STYLVS.

SVBDELEGATVS.

SVBHASTATIO.

Læsio

TERMINVS.

TERTIVS.

TESTAMENTVM.

TESTATOR.

TESTIS TESTIFICARE.

Te-

TEXTVS.

THEATINVS.

THESAVRARIVS.

THOMAS.

TIMOR.

TOLETANA ECCLESIA.

TRANSACTIO.

TRANSIGERE.

TREBELIANICA.

TVTOR.

TYRAMNICVM GVBERNIVM.

V

VARIATIO.

VECTIGAL.

VELABRVM.

VENDITIO.

VENIA.

VERBVM.

VERISIMILITVDO.

VERITAS.

VIA.

VICARIVS.

VICINVS.

VIENNENSE CONCILIVM.

VINCENTIVS.

VIR VIRILITAS.

VNIVERSITAS.

VOLVPTAS.

VOTVM.

VRBS.

VRBANVS.

VSPERGENSIS.

VSVCAPIO.

VSVFRVCTVARIVS.

VSVRA.

VTI.

FINIS.

Non Nobis Domine Non Nobis, sed
Nomini Tuo da Gloriam.

REGESTVM.

abc ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb a

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii



Alma in Vrbe Superiorum Assensu Anno Magni Iubilaei ab Orbe verò Redempto M. DC. LXXV. Nicolaus Angelus Tinassius imprimebat.

CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS.